Digitized by Google

XXI.
D.
4

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
E
4
NAPOLI

MARCI ANTONII EVGENII PERVSINI

PRÆSTANTISSIMI CELEBERRIMIQ. IVRE CONSVLTI IN PERVSINO GYMNASIO OLIM IVRIS Cæſarei, demumq; Pontificij Interpretis primarij

CONSILIORVM SEV RESPONSOR.

Liber Primus

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS

Argumentis, Summarijſq; vnicuiq; reſponſo pręmiſsis, & cum rerum omnium Notabilium Indice locupletiſsimo.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS
Etiam ſub pęna excomunicationis, vt per Decennium aliquo in loco vendi ſeu imprimi non poſsit

EMERGIT

PENE OBRVTA



INCLITA VIRTVS.

CVM LICENTIA SVPERIORVM

PERVSIÆ
APVD PETRVM PAVLVM ORLANDIVM
Anno Domini. M. D. LXXXVIII.
die xv. Septembris.

NAPOLI

MARCI ANTONII
EVGENII PERVSINI

PRÆSTANTISSIMI CELEBERRIMIQ. IVRIS CONSVLTI IN PERVSINO GYMNASIO OLIM IVRIS [illegible]

[illegible]

CONSILIORVM SEV RESPONSOR.

Liber Primus


NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS

Argumento [illegible]

CVM PRIVILEGIO [illegible]

[illegible]

E M E R G I T



CVM LICENTIA SVPERIORVM

P E R V S I Æ

APVD PETRVM [illegible]

Anno Domini M. D. LXXXVIII.

die xv. Septembris.

SANCTISS. SIXTO V.

PONT. OPT. MAX.

QVoties, BEATISS: PATER, ante tui Pontificatus feliciſſimum diem mecum ipſe mente repetebam, quanta prudentia, integritate, iuſtitiaq; munera tibi credita expleueris: primum quidē dum Minoritanae familiae tam egregie præfuiſti, deinde dum Firmanus Epiſcopus creatus, vniuerſam illam Diœceſim, illiuſq; Populos tā mirifice gubernaſti: poſteaq; dum in albo Illuſtriſſ. Cardinalium deſcriptus dignitatem illam ſummo Pōtificatui proximam, iamdiu ipſo iure tibi debitam oſtendiſti: toties ex Illuſtriſsimorum Cardinalium præclariſsimo coetu te vnum haud multopoſt ad ſummi Pontificatus apicem efferendum agnoſcebam, eoq; tandem in excelſo ſolio te conſtituto quietem, auream q; aetatem ad nos reditum facturam præſagiebam; Nec mea me fefellit opinio: nam diuino Spiritus Sancti afflatu Pont: Opt: Max: poſtea renūciatus, agnoſcens te DEI in terris uicem gerentem, nulla interpoſita mora ſingula proſpiciens, quid tibi, vti Optimo Principi faciendum eſſet, vt uniuerſis prodeſſes, nec, quid à quoquam fieri, quod alteri noceret, permitteres, maximi tui ingenij acie, ſingulariq. tua prudentia animaduertiſti, innumerabili multitudine iniquiſsimorum exulum vniuerſos S. Se: Apoſtolicæ Populos ita vexari, vt nemo intra ſuos lares, intra mœnia fortiſsimarum Vrbium, fortunas ſuas (& quod magis plorandum erat) ſe, ſuoſq; filios, Vxorem, & familiam tutò recipere, ac tueri poſſet, quimmo nec Vrbis Campania, nec ipſa Vrbs ab illorum incurſu, atq; inſidijs tuta eſſet; huic malo imprimis obuiā ire, medelamq; adhibere voluiſti: & nullo penè S. Se: Apoſtolicę, aut Populorum diſpendio (quod antea alij magnis ſumptibus, & conatibus perficere non ualuerunt) incredibile dictu, quàm celeriter, non ſolum prędictorum exulum per diuerſa loca vagantem multitudinem, ſed ipſorum Duces, nefarios prędones, publicæ quietis perturbatores, humaniq; ſanguinis quaſi horrēda mōſtra Graſſatores ferè omnes peruigili cura captos debitis pœnis ad aliorū terrorem, atq; exemplum afficiendos curaſti: reliqui verò quamprimum ad illorum aures allatum eſt, te quotquot eſſent uſque ad vltimum excidium inſecuturum, hoc ſolo tui nominis ne dicam an numinis ab illis terrore incuſſo huc illuc vagantes in exteras, variaſq. Regiones aufugerunt: Hac lue expulſa Populiſq; quieti reſtitutis ad reliqua pergens, Ecce aerarium Pontificium, ut S. Se: Apoſtolicæ propugnaculum, quando opus fuerit, eſſe poſsit, ampliſsime auges, sāctiſsimā Crucē in Vertice Vaticani Obeliſci è priore ſede penè obſcura in āpliorem miro artificio, & magna impenſa translati conſecratam collocas, Vrbem ſacris Templis, ampliſsimis, regalibuſq; vijs, alijs Obeliſcis, felicibus aquis ex remotis agris deductis, innumeris fontibus, alijsque permultis ad vſum humani generis neceſſarijs mirifice reples, & exornas, Munitiſsimarum triremium claſſem maritimam aduerſus Turcas, immaneſq; Piratas, qui quotidie Chriſti fideles inſequūtur ab alijs non ſine magna iactura Populorum Chriſtianorum neglectam paras, atque inſtruis: litterarum ſtudioſis, ut alter Mœcenas fauens, Bononiæ nouū

Collegium extruis, ac tam magnis redditibus dotas, ut Iuuenes quinquaginta ex agro Piceno gratis in illud recipiendi, abunde ali, & liberalibus diſciplinis imbui poſsint; In Ciuitate Firmana nouum Gymnaſium erigis, innumeraq; alia huiuſcemodi fieri mandas, & perficis: quæ ne hic hiſtoriam contexere uelle uidear, ſilentio inuoluam. Omittere tamen nec poſſum, nec debeo quàm immenſa charitate, amore, atque pietate Peruſinum hoc noſtrum Gymnaſium complexus fueris, cum enim magnum profeſſorum numerum tum Iuris, tum aliarum diſciplinarũ in eo eſſe, honoraria verò exigua, & exilia intellexeris, animi tui motu proprio ſtipendia augere cogitas, & vix cogitaſti, cum re ipſa præſtitiſti; ſcholas vetuſtate pene collapſas inſtaurari, & ad nitorẽ non ſine magno ſumptu reduci iubes, Hoc tuum ſingulare beneficium quanta lætitia ſinguli liberalium litterarum Profeſſores in hoc Gymnaſio exceperint, ænea teſtabitur ſtatua, quam ipſi in huius tuae beneficentiæ memoriam Numini tuo conflari curant, & propediem ſupra Gymnaſij fores ab ijs, qui ex uarijs mundi partibus ad ſtudia capeſſenda Peruſiam confluunt in aeuum ſempiternum ſuſpicietur. Mihi autem, qui non ſolum duos, & quadraginta annos vnus ex Peruſini Gymnaſij Profeſſoribus ſum, ſed iã diu dum Cardinalem ageres me tibi ſeruulum addictiſsimum dicaui, quiq; prae omnibus huiuſmodi beneficij magnitudinem agnoſco, cogitanti, quid ipſe vnus ex me ipſo tantũ poſſem, vt nomen quoque meum ad hoc proferrem, viſum eſt id commodius à me fieri non poſſe, quam ſi meorum laborum aliquid imprimendum deligerem, ac TVÆ BEATITVDINI dicarẽ: & licet aliquãtulũ anceps extiterim, interpretationes ne potius (ſiue vt dicunt) lecturas Iuris Pontificij, & Cæſarij, an tractatus aliquos, vel Iuris reſponſa, quæ poſtulantibus reddidi, euulgarem; conſtitui tamen tria Reſponſorum meorum volumina, quæ magis in promptu habebam typis imprimenda proponere. Hunc autẽ primum meorum laborum fœtum, atque nunc ex his tribus voluminibus tantumodo primum, quod iam excuſum reperitur, TVO NVMINI dicatum, placeat B. P. (quicquid ſit muneris) ſerena fronte excipere, non quod tua celſitudine dignũ munus exiſtimari queat, ſed veluti tuae in omnes huius Gymnaſij Profeſſores beneficentiæ, ac meae in te deuotionis argumentũ, & quod maximorum Principum ſit exemplo vetuſtiſsimorũ Perſarum Regũ, qualiacumque, & a quibuſcumque etiã infimae fortunae hominibus munera oblata non aſpernari, quinimmo & illa, & offerentẽ lætiſsimo vultu admittere. Quod quidẽ conſilium meum ſi aut his, aut alijs argumentis T. B. ſubſequetur approbatio, ad alia edenda me omnino alacriorem reddes. Omnipotens Deus magnis tuis feliciſsimis coeptis nunquam aſpirare deſinat, euentuſque ſecundos, & feliciſsimos tribuat. Peruſiæ Anno Domini M. D. L. XXXVIII. Klendis Septẽbris.

T.B.

Seruulus addictiſsimus Marcus Antonius Eugenius.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei Dilecto Filio Petropaulo Orlandio bibliopolę in Ciuitate noſtra Peruſina commoranti Salutẽ & apoſtolicam benedictionem: Laudabilibus tuę probitatis, & virtutum meritis inducimur, vt honeſtis petitionibus tuis quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat. Quod tu ad publicam vtilitatem, & commodum Primum, Secundum, ac Tertium libros, ſeu volumina reſponſorum, ſiue, ut vocant, Conſiliorum dilecti filij Marciantonij Eugenij Iuriſconſulti Peruſini nõdum hactenus in lucem editorum impenſa tua, & labore imprimere, ac Typis mandare intendas, vereris autem, ne poſtquã in lucem prodierint à pluribus te inſcio, & irrequiſito imprimantur quod non in modicum damnum tuum, & detrimẽtum uergeret, Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatũ, quatenus indemnitati tuę cõſulere, teq; in aliqua parte cõpenſare atq; in præmiſsis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur te ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi, ac votis tuis in hac parte fauorabiliter annuere uolentes; teq; à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectũ preſentiũ duntaxat conſequendũ harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cẽſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi pro te, ac heredibus, & ſucceſſoribus tuis quibuſcunq;, quod infra decennium a fine primę editionis quorumlibet librorum, ſeu voluminum huiuſmodi computandum, iidem libri, ſeu volumina à quoq; abſq; tuo, & ipſius Marciantonij conſenſu imprimi, aut vendi, ſeu venalia proponi, aut teneti pręter te, aut eum, vel eos, quibus tu id, etiam licentia in ſcriptis data, commiſeris, nullo modo poſſint Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium poſtq̃; libri, ſeu volumina huiuſmodi à dilecto filio Inquiſitore hereticę prauitatis recognita, & approbata fuerint concedimus, & indulgemus, inhibentes propterea omnibus & ſingulis alijs Librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis vbicunq; locorum conſtitutis ſub excommunicationis latę ſententię, ac Sanctę Romanę Eccleſię mediate, vel immediate ſubiectis, etiam ſub Quingentorum Ducatorum Auri de Camera, pro vna videlicet Camerę, & alia denunciatori, ac reliqua partibus quingentorum ducatorũ huiuſmodi, tibi, & eidẽ Marcoantonio applicandorum, & amiſſionis librorum per contrauenientes abſq; aliqua declaratione iudiciaria, ſeu decreto ipſo facto toties quoties contrauentum fuerit, incurrendis, & irremiſibiliter exigendis pęnis, ne intra huiuſmodi decennium vt prefertur numerandum libros, ſeu volumina predicta, aut eorum aliquod, ſeu aliqua abſq; expreſſa tua & dicti Marciantonij licentia imprimere, ſeu ab alijs pręterq̃; à te, ſeu heredibus predictis, aut eo, vel eis, cui, ſeu quibus libros, ſeu volumina huiuſmodi imprimenda dederis, aut comiſeris impreſſa vendere, ſeu venalia habere, tenere, aut proponere audeant, vel preſumant. Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorumq; Vicarijs, ſeu Officialibus in ſpiritualibus generalibus, ac dilectis filijs in ſtatu noſtro Eccleſię Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Iudicibus, Poteſtatibus, Bariſellis, ceteriſq; alijs ad quos ſpectat, & pertinet, vt quoties, & quando pro tuã, aut tuorum parte requiſiti fuerint, ſeu eorum aliquis fuerit requiſitus, vt tibi, & tuis predictis in premiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes predicta ad omnem tuã, & tuorum etiã ſimplicem requiſitionem contra inobedientes, & rebelles quoſcunq; etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaq; oportuna iuris, & facti remedia dicta auctoritate exequantur, & obſeruare faciant, inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit brachij ſecularis auxilio. non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia ac Conſiſtorialiter alijs in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſq; contrarijs quibuſcũq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, conceſſionis, indulti, inhibitionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicę Milleſimo quingẽteſsimo octuageſsimo ſexto. Kl. eudis Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Bernardinus Stephonius Soc. IESV ad Fuluium Eugenium Excellentem I. C. de M. Antonio Eugenio Patre Iureconſultiſsimo, qui dum hoc Volumen imprimeretur, grauiſsimo oppreſſus morbo ferè ex hac vita migrauerat.

AVDITA Cælo ſunt pia ſupplicis,
Sunt vota Fului ſpes Patris altera
Audita: Patrem, quem rogabas
Incolumem, Superi dedere.
Sed cur roganti non faciles darent?
Quem ſacra fauſtis ſub penetralibus
Adulta VIRTVS, quem decora
Conciliat ſuperis Iuuenta?
Non ille votis redditus eſt tuis
Tantum: querelis ſupplicibus licet
Impleſſe Cæleſtes feraris.
Atq; pia coluiſſe flamma,
Quis iura terris Patrè carentibus
Reddat? quis adſit ſolicitis reis?
Si lingua longæui Parentis
Lactea deſtituat Clientes?
Illum, minacem qui Rhodanum accolit?
Illum, tepentes qui bibit vltimi
Vndas Iberi? lenis illum
Tybridis, Eridaniq; Potor?
Et qui ſonantem natus ad Aufidum?
Et qui latentes volnere vortices
Te nouit Alphæum pauentem
Virgineis Arethuſa riuis?
Et vſtulantem paſſa meridiem
Lybiſſa Tellus? quæq; aquilonibus
Regnata Riphæis ſub axe
Torpet hyperboreis pruinis?
Illum ne gentes litoris vltimi
Deſiderarent, ante ſuperſtiti
Quam dedicatas Fama Sæclo
Diuitias animi ſacraret?
Atqui, quid almo pectore promeret
Quæ conſulenti rebus in arduis
Reſponſa grandæuus ſonaret
Euboica melius Sybilla
Aſtræa norat: nec ſuperis Deam
Ceſsiſſe narrant conſiliantibus,
Grauem ſenecta cum Parentem
In PATRIAM Eugenium uocarent.

Et

Et ipſa ſanctæ carmina Virginis
Cantu referrem: Sed ſuperum pudet
Referre ſermónes minorem, &
Magna modis tenuare paruis
O'vita legum, ò in dubijs Senex
Cortina, viuas: quem incolumem DEVS
Terræ redonat: cui benigno
Erigone fauet alma vultu.
En illa diuis ede fauentibus
Reſponſa: terris pectora diuide
Omniq; Amalthæa beatum
Quà licet, Ingenium perenni
Victure fama funere vindica:
Mortalis illo longius Eugeni
Extende vitam, quam profana
Mors metuat violare dextra
Non ille Victor Sphingis, & aſperis
Ad ſceptra raptus montibus Oedipus.
Interpres ambages retexat
Certior Eugenio latentes,
Nec ipſa ſortes certius ederet
Dodona quercus: quæ maris æquora
Tentaſſe primum: quæ tumentis
Monſtra maris didiciſſe fertur.

Eiuſdem Bernardini Stephonij de
Reſponſis Excell. D. Marci
Antonij Eugenij

Aemula Cumeæ Reſponſa futura Sybillæ
Conderet Eugenius cum tibi poſteritas?
Pene ſenem rapuit ſubiti vis impia morbi
Cum ſene pene rogis aurea iura dedit.
Numina ſed prohibent: infando crimine ſæuas
Mors adeo timuit conſcelerare manus.
Viue diu: victura ſenex oracula pande:
Proſpicit en, operi Morsq; Deusq; tuo.

Eiuſdem.

Eugenij monumenta ſacri quid liuidè carpis?
Scripta quid hæc laceras intemerata ferox?
Mors qbus abſtinuit: rerũ Sator ipſe pepercit:
Dentes illa tuos inuide, credo, timent?

De

De Reſponſis Marci Antonij Eugenij Iuris
Conſulti Excellentiſsimi Vincentij
Palettarij Peruſini C.

EVgenius viuet, niueæ dum ſtamina vitae
Pollice, & humidulo formabit Parca labello,
Quod ſi onus id fuerit, digitis quod quinque leuatur
Viuet adhuc commiſſa ſui pars maxima libris.
Ponderibus librata ſuis dum pendula tellus
Aere ſe puro, pura ſe veſtiet vnda.
Fortunata viro nimium, mea Patria, tanto
Qui litis, qui fraudis inobſeruabilis error
Vt labyrintheis inflexibus errabundam
Ducere te poſthac extrema per omnia vitam
Coget, diuitias dulces, dulcemq; quietem
Dum quaeris? colluſtrat iter, veſtigia caeca
Eugenius præſtans filo regit; accipe filum:
Sume Opus egregium, toti quo conſulit Orbi,
Iuris, & obliquas ambages laeta reſolue.
At te, qui clauſos ſenſus, arcanaq; legum
Sulpitios referens voteres, ſuperanſq; relatos
Eruis in lucem, quæ nam Tritonia Pallas,
Quiq; ſuæ Phoebus tam inſignem reddidit arte?
Hic liber egregio, quē nunc tu pectore prompſti
Eſt equidem mirabile opus, quod nulla vetuſtas
Diluet, aut aetas caelatis obruet annis.
Sed bona Poſteritas creſcenti nutriet aeuo,
Dum varijs tricis ſe ſoluere Poſteritati,
Et fuerit curae ſinè curis ducere vitam.

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.

QVI variorum autorum libros euoluunt, præſertim in hac legum facultate etiam à ſolertiſsimis Typographis excuſos, optime norūt quoslibet impreſſores in excudendo ſępe incidere in aliquot errores, neque tantam adhiberi poſſe diligentiam, ut liber aliquis ſine erroribus euulgetur. Vt igitur, humaniſsime lector, errata, quę à nobis in hoc opere imprimendo cōmiſſa ſunt, quo minus fieri poteſt te ipſum moleſtia afficiant, in fine indicis illa, illorūque emendationes poſuimus, elegimus autem, quę inſigniora erant, & ſenſum orationis peruertere poſſe videbantur, cętera leuiora tuę prudentię ſupplenda, & emendanda reliquimus.


Regiſtrum

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy
a b c d

Omnes ſunt terniones, pręter † qui eſt duernio, & Yy qui eſt quaternio.

TYPOGRAPHVS
ad Lectorem.

CASVS infraſcripti primi in ordine Conſilij propoſitus fuit conſulendus Excellentiſsimo D. Auctori ſub confictis in arbore ante illud poſita nominibus anno Domini M.D.LXX. fortaſsis quia ſi ipſe ſciuiſſet, inter quos cauſa fuiſſet agitanda, pro aliqua partium conſilium redditurus minime fuiſſet, cum neutrī diſplicere, quinimmo vtrique rē gratā facere, & inſeruire teneretur. Defuncto autem Illuſtriſſ. Domino Guidone Ballione anno Domini M. D. LXXXIIII. Reuerendę Cam. Apoſt. Miniſtri cœperunt poſſeſsionem Hiſpelli, & Baſtiæ illius feudi tanquam ad ſe deuoluti per mortem illius iuxta tenorem confirmationis factę Illuſtriſsimis DD. Aſtori, & Adriano pro ipſis, & eorum filijs. Reuerendæ Cam. Apoſt. ſeſe oppoſuerunt Illuſtriſsimi DD. Ioan. Paulus, & Rodulphus pariter Ballioni prętendentes ad eos d. feudum pertinere vigore conceſsionis factę Illuſtriſſ. Malateſtæ II. ipſorum Auo paterno pro ſe filijs, & nepotibus à Clemēte VII. anno Domini M.D.XXVIII. aſſerentes prędictæ conceſſioni non obſtare laudum illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. Vitellij, cuiuſque confirmationem poſtea ſubſequutam, iudiciumq; in Rom. Cur. inſtituerunt, in quo pro ipſorum iuribus d. conſilium propalarunt iamdiu ab Auctore pro ipſis ſub alijs tamen nominibus conditū & antea non allegatum, cum illucuſq; litem mouere varijs rationibus animum ipſorum mouentibus diſtuliſſent. Quamobrem veritate facti in lucem prodita vera arbor Illuſtriſsimæ Ballionæ familiæ hic ſuperaddita fuit, vt quiſq; confictis nominibus deletis, & veris repoſitis conſilium ad Illuſtriſſimos Ballionos referre valeat.



oogle

M. ANTONII EVGENII PERVSINI

PRÆSTANTISS. CELEBERRIMIQ. IVRISCONSVLTI

RESPONSORVM SEV CONSILIORVM LIBER PRIMVS.

CONSILIVM PRIMVM.

Argumentum.

Feudum cõceſſum alicui pro ſe, filijs, & nepotibus an cõceſſum dicatur etiam illius ꝓnepotibus, quod non ex multis. Et ibi, an & qñ appellatione filiorũ ueniant nepotes, & appellatione nepotum veniant pronepotes.

Feudum antiquum & directũ an ob ligam, vel etiam amicitiam cum rebelle domini directi initam per vaſallum aperiatur directo domino.

Laudum an preſumatur latũ iuſtum.

An pupillus cõpromittere poſsit maxime de rebus, quę alienari non poſſunt.

Ad compromittendũ an requiratur ſpeciale mandatum.

Laudũ, & ſententia precipitanter, & ſine cauſę cognitione lata quando ualeat.

Reductio ad arbitrium boni Viri intra quod tempus peti poſsit. Multa de confirmatione in forma communi, & de clauſulis ex certa ſcientia, & motus proprij, etiam ſimul iunctis, & clauſula de plenitudine poteſtatis.

Princeps quò dicatur dñs totius mundi, & an poſsit cuiq; tollere quod ſuum eſt.

SVMMARIVM.

Appellatione nepotum comprehenduntur etiam pronepotes nu. 1.

Et omni caſu, quo appellatione filiorum veniunt nepotes veniunt pronepotes appellatione nepotum nu. 2.

Immo magis proprie nu. 3.

In reſcriptis, vt in conceſsione Caſtri, appellatio filiorũ comprehendit nepotes nu 4.

Idem in conceſsione facta nepotibus, ut cõprehendat pronepotes nu. 5.

Contrarium multi nu. 12.

Tenendo primam

Fallit, ſi mens in contrarium appareat nu. 6.

Fallit, ſi diſpoſitio ſortita ſit effectum in perſona filij, vel nepotis reſpectiue nu 11. & 14.

Fallit, ſi mentio predicta facta ſit per dinumerationem graduum nu. 13.

Fallit, ex proprietate, quia procedit large nu. 15.

Vnde in materia ſtricte accipienda nõ procedit nu. 16.

Mens precęteris alijs attendenda eſt in priuilegijs nu. 6.

Idem in reſcriptis nu. 7.

Idem in feudis nu. 8.

Idem in vicariatu nu 9.

Repetitio magis afficit nu. 10.

Beneficium Principis late interpretandum nu. 17.

Fallit, quãdo ſumus in ſtricte intelligendis, ut in conceſsione Iuriſdictionis nu. 18.

Fallit in conceſsione officij. vt vicariatus, & alijs perſonalibus nu. 19.

Fallit quando ſubiecta materia aliud ſuadet nu. 20.

Et perſonale eſt, quando conceditur feudum nu. 2?.

Fallit, quando verba nõ iaſtuunt latiſsimam interpretationem nu. 22.

Feudum antiquum, & directum aperitur domino, nõ agnatis ob ligam initam cum rebelle directi domini nu. 23.

Immo ſolum propter amicitiam initam cum inimicis directi domini nu. 24.

Maxime, ſi adſit prouiſio in inueſtitura de hoc particularis nu. 25.

Delictum vnius in feudis non nocet alijs nu. 29.

Fallit, quando delictũ eſt in directum dominum nu. 30. & 32.

Ius non decreſcendi locum habet in feudis, Vicariatu, & ſimilibus nu. 31. & 33.

Fallit, ſi vaſallus unus delinquat in dominum directũ, quia reuertitur ad illum nu. 32.

Pactum de amiſsione Emphyteuſis ſeruandum eſt nu. 26.

Idem in feudo nu. 28.

De Emphyteuſi ad feudum valet argumentum nu 27.


Laudum preſumitur latum iuſtè nu. 23.

Fallit quoad merita nu. 56.

Fallit

Fallit, pendente tempore reductionis nu. 57.
Fallit, quando laudum eſt ſine cauſa cognitionē nu. 58
Fallit, ſi appareat laudi iniquitas nu. 59.
Reductio ad arbitrium boni Viri peti debet intra decem dies nu. 34.
Contra nu 54. & latius nu. 60.
Confirmatio in forma comuni nihil de nouo dat. nu. 35.
Fallit, ſi ex certa ſcientia, quia confirmat etiam actum nullum nu. 36.
Clauſula ex certa ſciētia ſupplet defectū nullitatis. nu. 37.
Idem de clauſula de plenitudine poteſtatis nu. 38.
Fallit, ut nu 85.
Clauſula Motus Proprij tollit vitium ſurreptionis nu. 39.
Clauſulę eę ſimul iunctę magis operantur nu. 40.
Fallit, quando Principi fuit ſurreptum, vel ipſe ſine cauſa cognitione proceſsit, & agitur de preiudicio tertij nu. 92.
Laudum approbatum tranſit in pactum nu 41.
Pupillus compromittere non poteſt nu 42.
Etiam laudum in fauorem eius non tenet nu. 44.
Contractus per pupillum geſtus non tenet in preiudicium ipſius nu. 43.
Compromiſſum in rebus, quę alienari non poſſunt, factum per pupillum, non ualet etiam cum tutoris auctoritate nu. 45.
Multo minus, ſi per Actorem fiat nu. 46.
Ad cōpromittendū requiritur ſpeciale mandatū nu. 47.
Exceptio mandati ad inualidandum proceſſum poteſt opponi quandocunq; nu. 48.
Cauſę cognitio requiritur ad validitatem laudi nu. 49.
Etiam iure diuino nu. 50.
Sententia, & laudum precipitanter ſine cognitione cauſę latum eſt nullum nu 51.
Etiam facto magno proceſſu antea, & dato iudici, qui alia die ſententiam proferat nu. 53.
Etiam ſi ſententia, vel laudum ſit Cardinalis, Pontificis, vel Imperatoris nu 53.
Summus Princeps non poteſt ius queſitū auferre alicui ſine cauſa nu. 61.
Imperator Dominus totius mundi nu. 62.
Verum eſt reſpectu protectionis nu. 63.
Non reſpectu rerum particularium nu. 64.
Maxime ſine cauſa nu. 66.
Etiam de plenitudine poteſtatis nu. 67.
In ſpecie, in feudo a ſe conceſſo nu 68.
Etiam ſi in iure querendo conſiſtat id, in quo prę iudicare velit nu. 69.
Principis poteſtas eſt inducta ad vtilitatem ſubditorum nu. 65.
Et pręfatione colligitur finalis ratio, qua monitur concedens nu. 70.
Ideo ratione reddita in prafatione exiſtēte falſa, nulla eſt ipſa conceſsio nu. 71.
Et ceſſat mens concedentis nu. 72.
Clauſulę reſcripti intelliguntur, ſi preces veritate nitantur, ſicut principalis conceſsio nu. 78.
Clauſula ex certa ſcientia ſupplet defectum ſolemnitatis, & ſubſtantię nu. 79.
Verum eſt, ſi cum cauſę congnitione facta ſit cōceſsio, ſecus alias nu. 80.
Et quando concurrunt clauſula, ex certa ſcientia, Motus Proprij, & plenitudinis poteſtatis nu. 81.
Niſi ſurreptum ſit nu 92.
Clauſula ex certa ſcientia nō operatur in preiudicium tertij nu. 82.
Niſi de modico preiudicio ageretur ſecundum aliquos nu. 83.
Etiam quod adeſſet clauſula, non obſtante, contra nō nullos nu. 84.
Clauſula, ex certa ſcientia, continet ſub ſe clauſulam de plenitudine poteſtatis nu. 86.
Nec operatur in his, que ſunt facti, ſicuti nec clauſula de plenitudine preſtantis nu. 87.
Plenitudo poteſtatis non eſt in Principe nu. 88.
Niſi ad vtilitatem ſubditorum nu. 89.
Clauſula, de plenitudine poteſtatis non operatur, niſi viuente Principe, qui ea vtitur nu. 90.
Clauſula Motus Proprij non operatur, quando apparet principem motum eſſe ex falſa narratione nu. 91.
Ignorans non poteſt dici ratificaſſe nu. 93.
Minoribus grauiter lęſis datur reſtitutio in integrum etiam poſt annos xl. nu 94.
Minoribus lęſis ſuccurritur contra Tutores nu. 95.
Fallit, quando lęſio cauſata non eſt facto, & culpa tutricis nu. 94.
Fallit in pupillo, qui vellet dirigere actionem contra occupantes bona, quia eſt in arbitrio ipſius nu. 97.
Intellectus .l. properandum .§. vlt. C. de iudici. nu. 98.
Diuiſione facta inter plures comprehenſos in feudo, ſiue emphiteuſi in dubio non cenſetur renunciatum feudo, vel emphiteuſi nu. 99.
Renunciantes iuribus ipſorum in diuiſione facta inter ſe intelliguntur renunciare iuri de preſenti, non ſuper ueniente poſtea per mortem alterutrius, vel deſcendentium nu. 100.
Feudum, uel emphiteuſis non aperitur domino directo per mortem eius, cui contigit in diuiſione, donec ſuper eſt aliquis ex inueſtitis, & comprehenſis in inueſtitura, nu. 101.
Poſteriora derogant prioribus nu. 102.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.



SIxTvs iiij. die prima octobris 1476. conceſsit Illuſtriſ. viris ex nobiliſſima familia Bonifatio, Guilielmo primo, & Raynerio primo, nec non Odofredo, & Cæſari filijs Sfortiæ p̄defuncti pro ſe ipſis, & eorum filijs, & nepoti bus maſculis, & naturalibus natis, & naſcituris quędam caſtra cum eorum iuribus, pertinentijs, & diſtrictu, mero, ac mixto imperio, & omnimoda Iurisdictione in ampla forma in feudum, ſiue Vicariatum, ſubijciens hæc verba.

Statuentes, quod ſi vllo vnquam tempore (quod abſit) per vos, aut filios, vel Nepotes predictos, ſeu quoſcuncunq; alios coniurationem, coſpirationem, ligam contra Nos, ſucceſſores predictos, & Eccleſiam fieri contingerit, ſiue nobis, vel ſucceſſorib⁹ predictis inobedientes fueritis, vel rebelles, eo ipſo pręſentis Vicariatus cóceſsione priuati ſitis, ipſiq; filij, & Nepotes priuati exiſtant, ac ipſa caſtra cum territorijs, deſtrictibus, & pertinentijs ſuis ad Nos, & Eccleſiam libere deuoluantur.

Anno domini 1528. Ioannes primus ob ligam per eum initam cum .F. Maria Vrbini Duce tūc hoſte, & Rebelle Sanctę S. Appoſtolicę & obſidionem cuiuſdem Ciuitatis Eccleſię Ro: ſubiectę fuit condemnatus in pęnam capitis, & confiſcationis bonorum, & ob id declaratum d. Vicariatum ad Eccleſiam Rom. reuerſum fuiſſe.

Pridie nonas Decembris eiuſdem anni, Maximinus ſecundus dicti Ioannis primi filius denuo obtinuit à Clemente Septimo eorumdem caſtrorum Vicariatum pro ſe, filijs, & Nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus, ac etiā Ioāne ſecūdo Octonis filio, & eiuſdē Ioannis ſecundi filijs eadem clauſula, priuationis appoſita, quę in literis Sixti iiij. inſerta fuerat, ut ſupra.

Anno Domini 1533. mortuo Maximino ſecūdo & Octone, orta diſcordia ſuper d. Vicariatu inter impuberes Raynerium ſecundum & Ioannem ſecundú eorumq; matrem tutrices ex vna, & Aſtulfum, & Alanum filios Gentilis pretendētes ius in d. Vicariatu vigore d. primę inueſtiturę idem Clem. vij. ad tollenda ſcandola, quietē ſtatum Rom. Eccleſię conſeruandum aduocauit ad ſe regimen d. Vicariatus, & de fructibus mandauit reſponderi, prout reſponſum fuit, ambabus partibus ſine preiudicio tamen partiū, prout reſponſum fuit vſquę ad annum 1547.

Die 21. Maij eiusdem anni Illuſtriſ. Cardinalis Sfortia Camerarius ſub Paulo iij. per ſuas literas mādauit reſponderi de introitu d. Vicariatus dd. Aſtulfo, & Alano.

Sexto decimo Kal. Nouembris 1551. mortuo interim Ioanne ſecūndo Raynerius ſecundus impetrauit à Iulio iij. cauſam ſuper d. Vicariatu cōmitti Auditori Camerę ad audiendum, & referendū, facta per illum [re]latione de bonis iuribus

ipſius, Iulius iij iterum conceſsit, dedit, & donauit predictum Vicarjatum eidem Rayuerio ij. pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis legitimis & naturalibus.

Anno ſubſequẽti idem Raynerius 2. exiſtens in poſſeſsione d. Vicariatus, cum ab Aſtulſo, & Alano moleſtaretur, fecit committi cauſã ſup iactationibus, & moleſtationibus coram ſacro auditorio Rotę Rom.

Anno Domini 1555. Sede vacante, & mortuo interim Raynerio. ij. relictis Ioanne iij. & Raynerio iij. poſthumo Alanus nacta occaſione inuaſit, & occupauit caſtra d. Vicariatus, quę fuerũt reſtituta eiſdẽ quarta Iulij eiuſdẽ ãni à Paulo 4. poſt d. occupationem summo Põtifice creato.

Die ſecũda Iunij 1559. Alanus obtinuit committi cauſam locumtenenti Auditorijs Camerę cum inſertione literarum Iulij iij. conceſsionis factę Raynerio 2. reducendę ad viam iuris.

His varijs motibus, & procellis agitato d. Vicariatu 27. Decembris 1561. ſuper eo reperitur factum compromiſſum in Illuſtriſsimum Cardinalem Vitellotium inter Aſtulſum, & Alanum ex vna, & D. Benedictum Picininum aſſerium ꝓcuratorem Ioãnis 3. & Rainerij 3. & eadem Die 27. per eundem illuſtriſsimum Arbitrum laudũ latum, in quo partem dd. caſtrorum dd. Aſtulſo & Alano, aliam partem dd. Raynerio, & Ioanni conſingnauit. quod laudum reperitur confirmatum à Pio iiij. die xj. Decembris 1568.

Demum idem Pius iiij. 20. Februarij 1561. motu Proprio, & per viam etiam nouę conceſsionis, facta naratione primę conceſsionis Sixti, Iulij iij. laudi predicti Vitellotij, & confirmationis ipſius, partẽ caſtrorũ cõſignatam dd. Aſtolfo & Alano extendit ad eorum filios maſculos, legitimos, & naturales.

Nunc poſt obitum Aſtulſi, & Alani oritur diſcordia inter Guilielmum ij. Aſtulſi filium ex vna & dd. Ioannem & Raynerium 3. ſuper portione dd. caſtrorum vigore dicti laudi & confirmationis per Aſtulſum, & Alanum & ſucceſsiue per ipſum Guilielmum 2. modo poſſeſſorum vtraq; parte pretendente ad ſe pertinere, quęritur ſecundũ ea quę proponuntur quid iuris?

Pro reſolutione ſuprascriptę difficultatis duo principaliter videntur diligenter diſcutienda.

Primum an Guilielmus ſecundus ſuccedere poſsit in predicta parte vicariatus, & caſtrorum vigore primę inueſtiture à Sixto iiij. obtentę.

Secundum an poſsit ſuccedere ſaltem vigore compromiſsi, & laudi ſubſequuti ſuppoſitis maxime ſupraſcriptis confirmationibus Iulij iij.

Quoad primam heſitationem videtur, ꝙ litere primę conceſsionis factę per Sixtum iiij. com-
ꝓhendant etiã ipſũ Guilielmũ ſecundũ primi Gu-
ilielmi pronepotem, qa conceſsio fuit facta Gu-
1 ilielmo primo pro ſe, filijs, nepotibus, † appella-
tione autẽ nepotum comprehenduntur etiam ꝓ-
nepotes. l. cui eorum. §. 1. vbi Bar. 2. not. ff. de
poſt. idem Bar. l. ſi quis ſub conditione col. 3. ff.
de teſta. tut. & l. gallus. §. inſtituens per illũ tex.
ff. de lib. & poſthu. vbi poſt Cum. & alios Alex.
ſub nu. 5. Paul. Caſt. eadẽ l. Gallus. §. idem creden-
dum nu. 3. Cum. cõſ. 13. Titius nu. 2. idem Bar.
l. liberorum col. pen. uer. quęro an appellatione
2 nepotum, de verb. ſing. † dicens eo caſu quo ap-
3 pellatione filiorum veniunt Nepotes, † eodem
appellatione nepotum veniunt pronepotes, & q.
dein magis proprie ſecundum Bero. conſ. 109.
viſis nu. 17. lib. 1. dicentem ita communiter * te-
neri, pro vt idem Bero. ateſtatur conſ. 97. viſo pũ-
cto nu. x. eo lib. 1. Mathes. de extenſi. nu. 1. Bur-
4 ſa. conſ. 13. nu. 13. † ſed in reſcriptis Principum
continentibus beneficium vt in conceſsione ca-
ſtri ſiue plurium caſtrorum (vt hic) appellatio-
ne filiorum veniunt nepotes Bar. d. l. liberorum
nu. 7. Ancha. clem. 1. q. 3. de bapti. Ias. l. de quib9
nu. 13. de leg. Curt. iun. de feudi. par. 3. q. 7. nu.
55. ad fin. Fely. c. plerumq; nu. 19. de reſcrip.
late Gab. qui alios citat de ver. ſig. conclu. 1. nu.
15. in feudis in terminis glo. c. 1. §. 1. vers. reuer-
titur ad dominum vbi Bal. de alie. feud. cum alijs
congeſtis per Gab. d. conclu. 1. nu. 16. & vltra eũ
Alex. Soc. & Ias. in l. Gallus. §. inſtituens col. pẽ.
& vlt. ff. de lib. & poſt. & Rimi. Iuni. conſ. 339.
5 nu. 72. lib. 3. ergo † eodẽ modo conceſsio hic fa-
cta nepotibus, pronepotes etiam comprehendi.

Contrarium his non obſtantibus quoad hanc primam dubitationem reſpondendum eſſe cenſeo ſine dubio.

Imprimis quidem, quia in d. conceſsione ex
mente Pontificis pronepotes non ſunt comprehẽ-
ſi, vt clare colligitur ex tenore ipſius inueſtituræ
quę ad colligendum, quatenus mens conceden-
6 tis protendatur, precęteris attenditur, † & in pri-
uilegijs mentem attendi probat c. porrò, & c. re-
cepimus de priui. glo. c. vt appoſtolicę eo: tit. li.
6. & Clem. 1. ver. excolendus de deci. Bal. c. cum
te. col. 2. de reſcript. conſ. 355. premittendum li.
1. Anch. conſ. 171. caſus talis eſt. Paul. Caſt. conſ.
7 34. ſuper primo lib. 1. † in reſcriptis glo. l. Pedius
§. in ſeruum ff. de arbi. Bal. l. cum magiſtratũ in
princ. C. quando prouo. non eſt neceſ. & c. ſignifi-
8 cante de reſcriptis, † In feudis ꝓbat c. 1. vbi Bal.
inquit tenorem inueſtiturę derogare omni natu-
rę feudorum. de duo. frat. idẽ Bal. l. quoties col. 1.
C. de ſuis. & legit. Mar. laud. c. 1. qui. feud. da.
9 pos. † in terminis in Vicaritu, vt hic, Bar. l. ali-
quãdo q. 5. ff. de offi. procon. Paul. de off. ac pot.
cap. ſed. vocan. 2. par. princ. q. x. ſub nu. 44. vers.
ſupereſt ſub dan. Feli. c. poſtu laſti in princ. de reſ-
crip, tenor autem d. conceſsionis eſt ſolum de fi-
lijs & nepotibus inueſtitorum, non autem prone-
potib9, ergo ad pronepotes non extenditur, qa
ſi Pontifex hoc etiam comprehendere voluiſſet
expreſiſſet l. vni. §. ſin autem ad deficientis C. de
cad. tol. c. ad audientiam de deci. c. inter corpo-
ralia de trans. prelat. Alex. ita arguens in dona-
tione conſ. 12. col. 4. in princ. li. 2. ſimiliter in em-
phiteuſi recepta pro ſe, filijs, & nepotibus, ut nõ
extendatur ad pro nepotes Mari. Soc. conſ. 25.
Dominus Franciſcus nu. 7. lib. 1. Vero. conſ. 7. pũ-
ctus col. 1. quę quidẽ conſideratio in caſu preſẽ-
ti nulla quidem tergiuerſatione euitari poteſt, cũ
ꝓſertim in d. inueſtitura ſępius ac ſępius de filijs,
10 & nepotib9 repetatur, † & repetitio ipſa plurimũ
ad mentem loquentis oſtendendum ſoleat face-

re l.baliſta.ff.ad treb.glo.clem.1.vet.dioceſanũ
de iur.pat.Pari.conſ.7.nu.12.lib.1.Bello.conſ.
6.nu.5.& conſ.13.nu.14.
11 Secundo quia ſicut appellatio filij, † quando
diſpoſitio effectũ ſuum ſortita fuit in pſona filij
non cōphendit nepotē, Bar.d.l.liberorum col.
fi.p d.l.gallus.§.idē credēdum,quē ipſe inducit,
& poſt Alex.Corn.Dec.Paris.Curt.Iunio.& Bat.
tradit Gab.cōmu.conclus.li.5.tit.de ver.ſignifi.
conclus.1.nu.72.ita appellatio nepotis non com
prehendit pronepotē, quando in nepote diſpoſi
tio effectũ habuit, vt hic, cũ Aſtultus,& Alanus
d. Vicariatũ habuerint,& ita in propoſito arguit
Bero.d.cōſ.97.ſub nu.10.ver.3. dicit Bar.lib.1.
Non obſt.quod appellatione nepotum ueniãt
pro nepotes ut ſupra.
Quia primo reſp.hoc non eſſe uſquequaq; ab
12 ſolutu, † nã cōtrariũ tenet glo.1.in fin.d.l.gallus
.§.inſtituens. And.de Pis.Ray. Bal.ibi col.3. in
fin.Mari.Soc. d.conſ.25.nu.2.Fulg.conſ.68.nu.
2.Furt.Gar.d.§. idem credendum nu.8.& ſeqq.
Franc. Aret.d.§. in ſtituens 2. not.Soc.col.2. in
2.not.Claud.Seis.nu.9.Ias.col.3.idē Aret.l.mo
ribus 4.not.de vulg.& alij paſsim.
Secundo Dato q appellatione nepotum veni-
13 ant etiam pronepotes, † iſtud procedit quando
mentio nepotum facta eſt ſimpliciter, ſecus quã-
do facta eſt cum dinumeratione graduum, vt fi-
lij,& nepotes, quia illa dinumeratio oſtendit mē
tem diſponentis uſq; ad quem gradum velit ſuc
ceſsionem durare, ut eſt tex. d. l. liberorum poſt
princ.facit.l.iuriſconſultus.§.tertio gradu. ff. de
grad.facit, quia, quando uox filij ponitur, ut ter
minus priuilegij, appellatione filij non uenit
nepos, & quando materia eſt deſtinata ad ſingu-
lares poſteritatis perſonas, & ad certum gradum
ſemper comprehenduntur perſonę tantum con-
tentę in illo gradu deſtinato,non ulteriores Fort.
Garg.d.§.idem credendum col.6. in fin. hic au-
tem vox nepotum poſita eſt, ut terminus priuile
gij, cum dicatur, q Vicariatu finito,ſcilicet,per
mortem nepotum, reuertatur ad Rom.Eccleſiã
& eſt diſtinata ad certum gradum, ut ſupra, ergo
non poteſt ad pronepotes extendi.
14 Tertio Reſp.† illud q dicitur appellatione ne
potum venire pronepotes,non procedit,quando
diſpoſitio ſortita fuit effectum in perſona nepo-
tum, ut ſupra dixi ſecundo argumento.
15 Quarto Reſp. appellatione, † nepotum veni-
re pronepotes ex lata interpretatione non ppria
Aret.& Soc. d.§. inſtituens, & alij alibi paſsim,
16 † & ideo non procedit in materia exorbitanti,&
quę ſtrictam tantum recipit interptetationē (ut
hic) Paul.Caſt. d.§. Idem credendum per illum
tex.Aret.d.§.inſtituens.Bero. d.conſ. 97.ſub nu.
x.uers. 2. reſpondeo &c. & omnes communiter
Quod autem hic ſumus in materia ſtricte accipi-
enda apparet, quia ſumus in conceſsione magi-
ſtratus, & iuriſdictionis, cum creetur Vicariatus
cum iuriſdictione,quo caſu conceſsio Principis
ſtricte accipitur Felij.c.quod ſedes col.2. in fin.
de offi. deleg. Clau. Seis. l. imperium nu. 19. &
20.de iur.om.iud.quod hic uidetur fortius pro-
cedere cum agatur de extenſione facienda nō de
caſu ad caſum,ſed de gradu ad gradum, quę dif-
ficilius conceditur Aret.& Ias.d.l. gallus.§.& q d
ſi tantũ & alij communiter citati per Tiraq.in re
pet.l. ſi vnquam glos. libertis nu. 23.C.de reuo.
do. Tum uel maxime cum non uideatur eadem
ratio in pronepote, quę in nepote eſt,cum camę
rę Appoſtolicę ualde interſit non comprehendi
pronepotem, ut citius ea caſtra reuerſura ad eam
ſint, ut conſiderat in ſimili Bero. d.conſ.97.ſub.
nu.20.uers.dici etiam poteſt &c.
17 Nec dicatur, † q beneficium Principis late in
terpretandum ſit.l. fin.vbi glo. Bar.Bal. Alb. &
alij.ff. de conſtit.princ. cum ſimil. quia reſp.il-
18 lud non procedere † quando conceditur iuriſdi
ctio creando magiſtratum ſiue officium, tunc.n.
verba conceſsionis ſunt ſtricte intelligenda per
19 ſupradicta, † nec etiam procedit illud in conceſ
ſione officij, vt eſt Vicariatus, de quo agitur, qu-
um illud ſit perſonale, & ad heredes non tranſe-
at l.pen.ff. de tut. l. eius vbi Old. Bar. & Bald.ff.
de cur. furio.Alex.l. quia tale nu. 8.ff. ſol. mat.
20 Bal. c. cum veniſſent nu. 5. de conſti. † nec etiã
procedit quando ſubiecta materia aliter ſuadet,
vt poſt Felij. tenet Claud. Seis. d. l. fin. nu.60.
Ideo q ſi caſtrum committo fidei tuę, ad alium
non tranſit, Bal. l. fin.§. ſed ſi quis col.2.uers. po
21 ne C. com. de leg.† & ſi Princeps concedit ali-
cui Nobili Iuriſdictionem caſtri. ſimpliciter n õ
In feudum, commiſsio eſt perſonalis Bal. l.liber
22 ti ſub nu. 20. C. de oper. lib. † Nec etiam proce
dit illud niſi quatenus latiſsimam interpretatio-
nem uerba ipſa conceſsionis inſtuant glo.not. q̃
ibi ſequuntur doct. preſertim Ant.But.c.fin.glo,
fin. de trans. epi. Seis. d. l. fin. nu.61. ſed verba
hic ſolum aptantur ad ipſos nepotes, non ad pro
nepotes, ut ſupra, merito &c.
Secundo Principaliter quoad hanc primam
exhibitionem, q Guilielmo ſecundo pattocina-
ri non poſsit conceſsio Sixti iiij. etiam q ex ver-
bis conceſsionis comprehenderetur, apparet ma
nifeſtiſsime, quia ea conceſsio quoad commodũ
agnatorum in ea cōprehenſorum expirauit pp
ligam initam per Ioannem primum cum Franc.
Maria Duce Vrbini rebelle S. Apoſtolica & p
23 pter arma ſumpta contra dominum directum, †
nam etiam feudum antiquum, & directum ob de
lictum huiuſmodi in dominum directũ cōmiſsũ
aperitur domino, non autem agnati glo. in uet.
ad proximos .c. 1. §.deniq;. quę, fei. prima cau-
ſa bene.amit. & uet. reuocabuntur.c.1.§. ſi vaſal
lus culpa.ſi de feud. fu. contro. & vtroq; in loco
Bal. & Aluaro. Iſer.c. 1. vet. turpiter Inſerle nu.
12. qui.mo. feu. amit. & c. 1. vet. hęredes nu. 4.
de pa. tenend. Pau. caſt. nu.6 Alex. nu. 5. l. ſed
ſi hac.§.patronum.ff.de In ius vocan.idem Alex.
conſ. 30.nu. 9. lib.6. aſſerens hanc eſſe commu
nem ſententiam, Idem teſtatur Curt. Senior.
conſ.49. memoria col.17.ver.& ſic comunis,vbi
alios multos allegat pcipue Io:And.Bar. Odo.
Sali & alijs locis ibi per eum citatis, Curt. Iun.
in tract. feu. pat. 5. nu. 5.Zas.in epito.feud.par.
x. de feu. amis. nu. 101. aſſerens & ipſe hanc eſſe
communem, prout teſtatur etiã Soc.Iun.conſ.68.
nu. 126.lib. 3. Iaco. in inueſti. feud. ver. dictiq;
Vaſalli

Vaſalli pmiſſerunt &c. nu. 8. idē Iul. Clar. Sent.
recept. lib. 4. §. feudum q. 54. Grat. conſ. 1. nu.
24 81. lib. 1. qui pariter de comuni* teſtantur, † q
Vaſallus priuetur feudo ſolum propter amiciti-
am contractam per eum cum inimicis directi do
mini. & q aperiatur feudum iſto caſu domino nō
agnatis pro comuni* idem Clar. d. §. feudum q.
66. Rub. Alex. conſ. 76. nu. 4. Paris. conſ. 21.
nu. 52. lib. 1. Rol. conſ. 1. nu. 10. conſ. 60. nu.
x. & ſeq. & conſ. 64. nu. 9. & 10. omnibus lib. 3.
& nouiſsime Meno. conſ. 99. nu. 144. vol. 1.
Quę quidem opin. in caſu preſenti nullam ha
bet difficultatem, quia vltra ius comune, quo ſo
25 lo ita tenetur comuniter, † adeſt etiam prouiſio
particularis directi domini, vigore ſupradictę
clauſulę in inueſtitura inſertę, quod ſi aliquis ex
dd. Vicarijs aliquam coniurationem, conſpira
tionē, ligamq; faceret cū rebellibus. S. S. apoſtoli
cę ſiue inobediēs eſſet ipſi Sixto, vel ſucceſſorib⁹
ipſo facto vicariatus pdictus ad Eccleſiam Rom.
26 reuerteretur, † & ſicut clarū eſt pacta maxime ſu-
per amiſsione emphiteoſis in emphiteuſi ſeruan
da eſſe l. 2. vbi omnes comuniter C. de iur. em-
phi. ita etiam in feudo, vicariatu, & ſimilibus,
tum quia pacta ſeruari maxime æquitati con-
27 uenit l. 1. ff. pact. † tum quia ab emphiteuſi ad
feudum ualet arg. c. 1. §. rei autem, & §. fin. de in
ue. de re. alie. faci. vbi Bal. & Alua. Ruy. & doct. l.
ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſ. & l. 1. ver.
28 hic tit. ff. de publi. cū ſim. † tum etiam quia ita
expreſſe in feudo tenetur Bar. l. 1. circa medium
ff. de interdic. & rele. Bal. in preludi. feud. col.
pen. & l. fin. C. de lib. cauſa. Iaſ. l. 1. ſub. nu. xj.
vers. & nota iſtam regulam C. de iur. emphi.
29 Et licet † delicta etiam in feudis ſoleant tene-
re ſuos authores, & eorum perſonas non tranſ-
gredi ſecundum glo. magnam c. 1. §. 1. de ſuc-
ceſ. feud. & c. 1. ſi vas. feud. pri. cum ſimil. cita-
30 tis per Parl. conſ. 21. nu. 51. lib. 1. † verior ta
men & magis comunis* opinio eſt in contrariū
quando delictum eſt contra directum dominum
per ſupradicta, vt poſt multos alios teſtatur, &
reſpondet Paris. d. conſ. 21. nu. 52. & alij innu
meri ſupra citati precipue hic, ubi adeſt proui
ſio expreſſa hominis per ſupradicta.
31 † Et licet etiam in feudis, & ſimilibus locum
habeat ius non decreſcendi l. 1. C. ſi lib. imp. ſoc.
li: x. Card. cōſ. 40. col. xj. & conſ. ſeq. col. 33. idem
Car. & Imo. c. ſuā de offic. vic. in Vicarijs a Prin-
cipe conſtitutis Aret. §. cum autem col. 1. vers. &
ad veritas inſti. qui. mod. ius. par. pot. ſol. Alex.
rub. de offi. eius col. 3. vbi Rim. Clau. Seis. Purp.
& alij. Rom. conſ. 59. col. 1. qui de vicariatu, vt lo
quimur, proprie conſuluit, & tradit pro commu-
ni* Iul. Clar. d. §. feudum q. 77. qui alios allegat,
& propterea non videntur reuerti ad dominum,
ſed per ius non decreſcendi remanere alijs com-
32 prehēſis in inueſtitura, † iſtud tamen non poteſt
procedere in preſenti caſu, in quo ſpeciale eſt p
pter dilictū vuius commiſſum in directum do
minum de iure communi, ac etiam ex pacto ini
to in inſtrumento, vt reuertatur ad directum
dominum.
Ex quibus concluditur conceſſionem Sixti iiij.
nullo modo Guilielmo ſecūdo prodeſſe poſſe, q n
immo ex pacto in ea appoſito, & contrauentio-
ne Ioannis primi ſubſequuta aperte nocere.
Qvoad Secvndvm Dvbivm de viribus laudi,
& confirmationem ipſius videtur Guilielmus ſe-
cundus optimū ius fauere in parte d. Caſtrorū
ſibi in d. laudo aſsignata vigore d. laudi a predi
cto Reuerendiſsimo. & Illuſtriſſ. Cardinali lati
33 27. Decembris 1567. † quod preſumitur iuſte
latum Dyn. conſ. 13. col. 3. vers. ſuper ſecundo
Alex. conſ. 119. col. 4. lib. 2. Cald. cō. 5. in prin.
& col. fin de arbi. Card. conſ. 139. ſecundo dub.
col. 6. Dec. conſ. 375. nu. 1. cum cōgeſtis per Gab.
de ſent. conclus. 5. nu. 14. maxime † quia cum ab
34 eo nūquā petita fuerit reductio ad arbitrium bo
ni viri per annos 13. tranſiuiſſe videtur in iudica-
tum, idx. not. per ſpecul. de arbi. §. ſequitur vers.
ſed infra quantum tempus uolentem ad petendū
reductionem ad arbitrium boni viri concedi tā-
tum x. dies, ſicut in appellatione hodie, aut. ho-
die C. de app. cum d. reductio ſit quedam ſpeci-
es appellationis l. non diſtinguemus. §. cum qui
dam. ff. de arbi.
Secundo quia predictum laudum fuit ex bono
pacis à ſummo Pontifice Pio iiij. confirmatum
ex certa ſcientia, quę confirmatio laudum etiam
alias nullum ualidare uidetur, quia licet confir-
35 matio in forma comuni nihil de nouo det. Specul.
de lega. §. nunc oſtendendum vers. xj. Old. conſ.
164. viſo priuilegio Car. conſ. 44. quia ratifica-
tio. Ab. conſ. 62. illud col. 2. lib. 1. & probatur. c.
fin. de confi. vti. vel in uti. ponit Dec. & alij. c. de
36 confirmationibus nu. 5. & d. c. fin. † ex certa tamē
ſcientia actum etiam alias nullum confirmat, vt
not. c. 1. de trans. & c. veniens vbi glo. ver. confir-
ma eo. tit. de tranſ. Bar. l. priuilegia nu. 1. C. de ſa
cro. eccles. Card. d. conſ. 44. Ab. d. conſ. 62. Pau.
Caſt. conſ. 230. dubitatur primo in fin. Ab. & ibi
Dec. nu. 6. d. c. de confirmationibus, & ratio eſt,
quia in effectu huiſmodi confirmatio, eſt diſpen
ſatio ſecundum Bal. c. cum ſuper in princ. de cau.
pos. & propri. & Dec. rub. de confir. vti. vel in vtil.
col. fin. vers. & talis confirmatio prima lectura.
37 † & generalis eſt effectus clauſulę ex certa ſcien-
tia appoſitę per Principem in diſpoſitione, vt ac
tum nullū confirmet Bar. l. ſi conſtat de app. Alex
conſ. 79. col. 5. lib. 1. & conſ. 1. col. x. lib. 5. Dec.
conſ. 516. nu. 12. & conſ. 534. col. 1. Guid. Pap.
conſ. 205. & ſing. 7. Bru. de for. tit. de proba. & pre
ſcrip. for. col. antepen. vers. & idē dici poteſt. Pa-
ris conſ. 39. lib. 4. Gram. conſ. 100. nu. 9. & conſ.
122. nu. 4. cum ſimil.
Tertio fortius, quia in d. confirmatione adeſt
38 etiam clauſula, de plenitudine poteſtatis, † quę
operaretur, vt nihil opponi poſsit, quod annul-
let gratiam Bal. in proe. decret. & in prelud. feud.
col. 9. ver. ſed pauca. Dec. conſ. 34. col. 1. & conſ.
614. col. pen. vbi quod non poteſt dici Principi
vtenti plenitudine poteſtatis, cur ita facis?
Quarto quia adeſt etiam clauſula motus pro-
39 prij † quę tollit omne vitiū ſurreptionis c. ſi mo
tu proprio de reſcrip. lib. 6. Clem. ſi Romani de
40 preben. Cald. conſ. 13. cum ſimil. † tum vel maxi
me quādo huiuſmodi clauſulę ſimul concurrūt,
vt hic

vt hic, cum funiculus duplex arctius liget, quam
ſimplex c.s. de treug. & pac. & quę non proſunt
ſingula multa vnita iuuant l. ſpadonem .§. qui in
ta multa de excuſa. tuto. in ratione dubitandi c.
causā quę vbi glo. de probat. vtitur in ſimili Dec.
conſ. 42. col. 3. ver. eſt verum. Neuiz. in ſyl. nupt.
fol. 258. col. 3. & 4. ſecūdum paruas in preſsiones
dicens propterea iudicē debere conſiderare om
nes alleg. ſimul. Afflil. decis. 13. ſub nu. 24. ad fin.
Paris. conſ. 57. nu. 18. lib. 1. cōſ. 113. nu. 31. eo. lib.
conſ. 3. nu. 54. lib. 3. & 137. nu. 19. lib. 4.

Quinto videtur indubitata predicta ſententia
quia poſſet dici laudū aceptatu, & (vt appellāt)
a partibus emologatum, cum à d. anno 1561. quo
laudum latum fuit hucuſq; pro diuiſo d. Vicaria
tus poſſeſſus a partibus fuerit iux. tenorem dicti
41 laudi. † quo caſu laudū videtur tranſiuiſſe in pac
tum, & ſaltem in vim pacti obſeruandum ſecun
dum glo. fin. l. 2. C. com. vti. judi. communiter * ap
probatam, vt teſtantur doct. mille in locis.

Ceterum maturius re perpenſa, his non obſtā-
tibus, teneo Guilielmum ſecundum neque lau-
do etiam vti ſupra confirmato in predicto caſu
iuuari poſſe.

Primo quidem, quia predictum compromiſ-
ſum, & laudum inde ſubſequutum multis nomi
42 nibus fuit nullum, primo † quia cum eo tempo-
re prefati Ioannes 3. & Raynerius 3. eſſent pu-
pilli, & impuberes, nec probetur tutoris autho-
ritas interueniſſe, non potuerunt ualide compro
mittere l. ſi pupillus. ff. de arbi. cōpromiſſū enim
eſt contractus l. 3. §. ſed ſi filius vbi Bar. & alij. ff.
43 de pecul. Io: Bapt. Perus. de arbi. lib. 1. c. 8. † & cō
tractus per pupillum factus non valet. in eius pre
iudicium. §. nunc admonendi. inſti. qui. ali. lic.
vol. nō. §. pupillus inſtit. de invtil. ſtip. l. pupillus
44 de aquir. re. dom. † immo etiam ſi laudum ferre-
tur in eius fauorem. non valeret tamquam latum
ſine fundamento, cum tempore compromiſsi eſ-
ſet incertum, an vtile eſſet pupillo. l. quatem in
princ. iuncta. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff.
de arbi Io: Bapt. Perus. de arbi. lib. 2. cap. 13. nu.
2. fortius, quia etiam ſi adfuiſſet tutrix. compro-
45 miſſum non ualuiſſet, † cum. n. iſtud. compromiſ
ſum fit de rebus, quę non poſſunt alienari ſine de
creto, & poſſet contingere alienatio ipſorum, nō
ualuit ſine decreto iudicis, quod hic non interue
nit l. 1. C. ſi aduers. trans. l. 1. C. de predi. mi. c. s.
de trans. Bal. l. preſes. C. de trās. & Io: Bap. Perus.
d. tract. lib. 2. c. 15. nu. 4. uers. ſed in alijs rebus, &
uers. adde quod, vbi aperte dicit tali caſu com-
promiſſum non ualere, quia fundamentum deeſt
46 & ibi nu. 5. † multo magis idem affirmat, quando
compromiſſum fit per actorem tutoris, uel cura-
toris, vt hic, per l. 1. §. hęc autem. ff. ſi quis teſta.
li. eſſe ius. fuet. late quā plures cōſulendo pro co-
muni mod. Calli. de decret. lib. 2. tit. 6. inſpe. 8.

Secundo compromiſſum, & conſequenter lau
dum inde ſubſequutum nullū fuit ex defectu po-
teſtatis compromittentis pro dictis pupillis. Be-
nedictus. n. ille aſſertus procurator dd. pupillorū
non probatur, nec vt mihi preſupponitur proba-
ri poteſt habuiſſe mandatum aliquod, vnde com
47 promittere eorum nomine non potuit † cum ad
compromittendum nec generale mandatum ſine
libera ſufficiat l. procurator tutorum. ff. de procu.
c. qui ad agendum de pro. lib. 6. Io: Bapt. Perus d.
48 c. 15. nu. 2. ver. aut habet mādatum generale, † hu
iuſmodi autem exceptio illegitimi procuratoris
& mandati ad inualidandum proceſſum, & omnia
ſubſequuta poteſt quandocumque opponi .l.
licet C. de procura. c. in noſtra in fin. eo. tit. c.
licet de app. lib. 6. etiā ad mille annos Bal. l. 2. C.
rum tempus reſpicitur,ut ſupra,& hoc vno mo-
do poteſt intelligi illam dictionem tempus fu-
turum deſignare, uel intelligi poteſt habito reſ
pectu ad tempus, quo capitula deſcribebantur,
& tempus celebrati inſtrumenti, conſtat enim
prius deſcripta folia continentia illas tres par-
tes,deinde data folia Notario qui de illis roga-
retur,ut clara ſunt uerba inſtrumenti,dum ergo
in d. 13. capitulo dicitur, *Che meſer Girolamo
doni.* Loquuntur partes dum concipiunt capi
tula & dum referunt ſe ad futurum, *Che doni,*
Intelligunt in ipſo inſtrumento faciendo, dum
ergo poſtea fit contractus ex intentione par
tiū clara Reuerendus D. Hieronimus ſinedubio
ꝓmittens omnia cōtenta in illis capitulis donat

Secundo quatenus illa uerba aliquam pate-
rentur dubitationem, idem oſtenditur ex clara
23 mente contrahentium, † quę uerbis preponde-
rat in omnibus diſpoſitionibus hominum l.ſcire
oportet.§.illud de excus.tut. cum latiſsime con-
geſtis per Tiraq.l. ſi vnquā glos. libertis.nu.47.
& ſeq.C.de reuo.don.quia non poteſt fieri rela-
tio ad aliud tempus futurum deſignatum per
illa uerba, ex nunc prout ex tunc,cum illa dictio
hic denotet tempus mortis Reuerendi D.Hiero-
24 nimi,quo tempore,† cum mors omnia ſoluat.§.
deinceps.aut.de nupt.donare non potuiſſet.

Tertio Quia ipſę partes in fine dicti capituli.
13. appellant illam donationem expreſſe, non
pactum de donando, ibi, *E per uia della ſudetta
Donatione a eſſi ſerà peruenuto.*

25 † Quarto quia cum duo teſtes tantum ſufficiāt
in inſtromento diuiſionis, & pacto de donando
arg.l.ubi numerus de teſti. & notiſsimum ſit, ſi
partes earum intentione ſtetiſſent in finibus inſ-
trumenti diuiſionis, & pacti de donando, tan-
tum in illo Inſtrumento duos teſtes ad hibuiſ-
ſent, uerum quia intellexerunt donationem cele
brari per Reuerendum D. Hieronimum in fra-
tres eamq; requirere ad minus .v. teſtes,ut audio
ex forma ſtatutorum Politianorum,illos adhibu
erunt,ut patet in princ.inſtrumenti, licet ex abū
26 danti duos alios ſuper addiderint, † qui non ui-
tiant ad notata per Dec.& Cag.in l.nihil tam na
turale de reg.iur.

Quinto & ultimo quia ipſemet tabellio, qui
preſumitur informatus de intentione, & mente
partium, in fine inſtrumenti dicit, fuit inſinuata
in conſilio generali d.donatio, *Per me &c.* Et ſic
appellat donationē.de qua rogatus extiterat in il
lo inſtrumento, nō autē pactum de donando &c.

Ex his tenendum cenſeo in.d. inſtrumento do
nationem contineri ſine dubio. Quo ſtāte vidē
dum eſt de tribus. Primo an d. donatio inſi-
nuata ꝓbetur aſſertione d.Tabellionis. Secūdo
An nō inſinuata ſubſtineatur tanq̄; facta ob cau-
ſā. Tertio An inſinuationis defectus ſuppletus ſit
iuramento, quibus enucleatis apparebit clare
huic noſtrę conſultationi non obſtare quattuor
argumenta ſupra in contrarium excitata.

27 Circa primum reſp. † eſt inſinuationem mini-
me probatam eſſe aſſertione d. Notarij quicqd
ſupra in ſecunda ratione dubitandi dictū fuerit.

Etenim aduertendum eſt diligenter,quod iſta
aſſertio Notarij aſcripta poſt inſtrumentu,eſt fac
ta alio tempore, quam quo inſtrumentum con-
fectū fuit, vt ex eius atteſtatione apparet dum in
quit,factam intra menſem a die confecti inſtru-
menti,ac etiam non eſt de his de quibus rogatus
fuerat à partibus, cum rogatus extiterit ſolum-
modo de diuiſione & capitulis ei traditis in illis
tribus folijs,ut ex ipſius inſtrumēto clare liquet,
de inſinuatione autē fuit rogatus Cācellarius, ut
Ipſe tabellio dicit,ibi,manu Cācellarij. Rurſus e
tiā quia d. aſſertio continet quattuor primū q p
28 eū met notar. † fuit inſinuata idest publice apud
acta conſilij ultro denunciata, ſecundum Spieg.
in ſuo lexi. poſt. Bude. ver.profiteri. ſecundum
quod id fecit intra menſem.tertium quod in con
ſilio generali ſecundum ordinamenta d.Ciuita-
tis. quartum quod hęc omnia patent manu Can
cellari d. Cōmunitatis, quibus ſtātibus in bis aſ-
ſertio pred.nullā fidē facit. Primo quia hęc inter
29 uenerūt poſt ſui rogitum,† Notorio autē non cre
ditur,niſi de ijs quę interuenerint aut interue-
nire potuerunt tempore actus geſti Imo.& alij.c.
quoniam cōtra.de probat.Bar.l.1. C.de fi.inſtru.
& iur.haſt.fis.lib.x.Bal.Rubri.C.de fi.inſtru.col.
30 5, & 6. † dicens eum non poſſe conficere inſtru-
mentum, niſi de ijs quę vidit,& audiuit tempore
cōtractus, & inſtrumenti per eum celebrati Fed.
de ſen.cōſ.199.an donna &c. ſequitur Alex.cōſ.
141.ad fi.lib.1.cōſ.129.nu.4.lib.7.& conſ.198.
31 nu.8.lib.7. Aymo.conſ.88.nu.20.21.& 22.† ſi.n.
atteſtatur de geſtis alio tempore quam contrac-
tus geſti,ei nō creditur, quia nō loquitur,ut nota-
rius, ſed ut priuatus & teſtis Bal.l.ex his verbis
nu.3. C.de mil. teſt.Alex.conſ.70.col.3.ver.nec
obſt.etiā dictū lib.1.Ias.cōſ.62.nu.3.lib.1.Bec.
qui iſtos allegat.d.conſ.6.nu.21.& ſeqq.

Secundo quia aſſerit d.denunciationē in con
ſilio factam per ſe notarium ibi per me Nota-
rium infraſcriptum, ſic deponit de facto & geſto
a ſe,quod non poteſt Ias.l.ſanū nu.4.C.de trans.
& conſ.62. nu. 3. lib. primo,ac etiam intra men
ſem a die celebrati inſtrumenti,ut tenebatur ex
forma ſtatuti in cōſilio generali denūciare,atq;
ita ſuper eo à quo dependet validitas ſui inſtru-
menti,cum non denunciatum, & inſinuatum nō
32 teneat ex forma d.ſtatuti.† quo caſu eius teſtimo
niū non probat,quia ex eo reſultat ſibi laus ſi in-

tra

tra menſe m feciſſet, uel uituperiũ,ſi non feciſſet
Spec.de teſt.§.1.uers.ſed pone. Alex. loquens in
Vicario.cõſ.85.col. pen.lib.2.& in alio officiali.
Ab.cõſ.16.col.vlt.lib.1.Curt.Iuni cõſ. 165.col.
33 pen.Cor.conſ.217.nu.6.lib.4.† in notario inter
minis Hyp.Rimi. conſ.260.nu. 32.lib.3.& gene
raliter in omnibus teſtibus tradit Bar.l.deferre.
§.ijdem ff.de iur.fis.Bello conſ.63.plures.nu.13.
conſ. 75. in cauſa uertente nu. 7. Decis. pede.
79.nu.40.

Tertio quia eſt teſtis, in cauſa ꝓpria, ut patet
ex prędictis, in qua nullus admittitur l. nullus
34 l.omnibus.C.de teſti.Corn.conſ.141. nu. 2. lib.
4.& alij generaliter mille in locis, in terminis
autem idem Hyp. Rim. Iun.conſ. 260. nu. 33.
optime facit quod tradit Bal.l.iudices col. vlt.
C.de fide.inſtru. cum multis adductis ad idem
per Feli.d.c.quoniam contra.nu.72.vers.2.quã-
do de probat.† nempe notarium rogari non poſ
35 ſe de cõmiſsione ſibi facta,quia eſſet teſtis in ca
uſa propria,qui non poteſt,ut ſupra Alex.in l.ſci
endum nu.7.in fine de uer. oblig. & uarijs alijs
in conſilijs citatis per Dec. qui idem ſequitur.d.
c.quoniam.nu.59.atteſtans poſt Alex. de magis
communi* prout etiam facit. conſ.159.nu.6. &
& poſt hos & nõ nullos ibi ꝑ eum citatos tradit
etiam Cepha.conſ.113.nu.4.& ſeqq.lib.1.conſ.
374.nu.22.lib.3.& conſ.140.nu.90.& ſeq.lib.4.
ubi ſe ipſum ad id citat in dd. prioribus locis.

Quarto quia pars aduerſa fundat ſe in ea inſi-
nuatione aſſerens eſſe adimpletam, & in tẽpore
† vnde cum ſe fundet in tempore debet illud pre
36 ciſe, & plene probare.l.eum actum. ubi Bar. ff.
de neg.geſt.† etiam ꝙ ſe fundans in eo reus ſit
37 pro ſua exceptione defendẽda glo.pen. in clem.
ult.de reſcrip.uer.poſt datam.Dec.qui alios plu
res adducit in c. in preſentia not. 12.de prob. &
conſ.623.ad fin.late And. Sicu.in repet.rub. C.
qui admitt. nu. 6. ubi multis comprobat. Ce-
pha.conſ.82.nu.51.lib.1.& uarijs alijs in locis.
Dici autem non poteſt preciſe probatum d. tem-
pus,cum non adſit alia atteſtatio,quam d.Tabel
lionis, quę ex ſupra dictis non probat, merito.

Quinto dato ꝙ alias Notario ita atteſtanti fi
des adhibenda eſſet in pręſenti caſu nullo modo
preſtari debet ad probandam d. inſinuationem
quia prędicta ſua atteſtatio non eſt preciſa & cer
ta,ſed relatiua ad regiſtrationẽ d.donationis fac
tã per Cancellarium Communitatis in Cancel-
laria pub.in illis uerbis vt conſtat manu Cancel
larij d.Communitatis &c. Vnde cum clarum ſit
ut mihi preſupponitur, quod in Cancellaria d.
regiſtatio non reperitur intra d.menſem neq; eti
am alio tempore, illa relatiua atteſtatio nihil
38 probat,† ſtante regula quod referens non ꝓbat,
niſi oſtendatur relatum l.aſſe toto. ff. de hęre.
inſt.aut. ſi quis in aliquo,vbi Doctores commu
niter C.de eden.

Sexto Quia hic agimus,an probata ſit forma,
39 ſeu inſinuatio pro forma requiſita, † quo caſu
plene, & preciſe forma probanda eſt, ne ei mo-
40 do aliquo derogetur,& fraus fiat.† ita ut huiuſ-
modi probatio facta non dicatur etiam per con
feſsionem partis dicentis inſinuationem factam
fuiſſe,ut optimis rationibus Io:Fab.probat.inſti.
de dona.§.& cum retro col.1.uers. ſed quod ſi in
litera,quanto minus igitur probata dicetur in ca
ſu noſtro per ſimplicem aſſertionem Notarij, &
quidem ſuſpecti ut ſupra.

Septimo ꝑdicta atteſtatio nihil ꝓbat,quia No
tarius dicit factam inſinuationem ꝑ ſe, nulla mẽ
tione facta de conſenſu, & uoluntate donatoris
41 atq; ita quatenus facta fuiſſet, nulla eſſet † cum
inſinuatio non, niſi ad requiſitionem, & cũ con
ſenſu, & uoluntate donatoris ualide fieri poſsit
ut pluribus rationibus late poſt Hoſt.Azzo.Col-
leg.Piſa.& alios, de quibus ibi per eum egregie
ponit Corn.conſ.71.in hac conſultatione lib. 2.
& cõſ.99.nu.7.uſq; in fin.li.4. & alios etiã ad id
allegãs ultra Cor.Hie.Gab.cõſ.158. nu. 7. inter
42 alias autem rationes illa precipue quia inſinua-
tio introducta eſt in his magni momenti dona-
tionibus, ut donator poſsit deliberare melius an
velit,& ſibi expediat donare Io:And.ad ſpecu.de
inſtrumento. edi.§.porro. vers.donatio circa me
dium addi.mag.& propterea ad ipſum donatorẽ
non ad donatarium ſpectat inſinuatio quia ſi ip
ſe donatarius aut alius inuito donatore poſſet
inſinuare, nõ eſſet locus deliberationi donatoris
43 cũ inuitus nemo deliberet.immo deliberationi
locus ſit in actu volũtatis l.cũ ãtiquioribus C. de
iur.delib.iuncta l.nec emere C.eo tit. ff.eo ꝑ tot.

Non obſt. quod credatur notario in his que
pertinent ad officium l.magis puto .§. ne tamen
ff.de reb.eorum ubi glo. cum allegatis ſupra in
2.arg.pro contraria opinione,quia reſp.negan-
do in caſu noſtro hoc de quo querimus ꝑtinere
ad officium tabellionis, immo contrarium veri-
us eſt,cum id de quo deponit ſit de pertinentibꝰ
ad officium Cancellarię Communitatis,non ſu-
44 um.† pręterea Sal.in.l.ſi quis decurio nu. 4. C.
ad l.Corn.de fals.ubi in terminis dubitat,in quo
credatur tabellioni ſoli, aperte dicit, credi in
his, quę ꝑtinẽt ad ſuum officium, ideſt recogno-
ſcere caracterem, ſiue (ut appellant) manum,&
ſcripturam ſuam, & in hoc ſibi credi, non in ali
is, Stat ergo minime probatam eſſe d. inſinua-
tionem donationis de qua queritur.

Videndum eſt an etiam non inſinuata d. do
natio ſubſtineatur tanquam ob cauſam facta, &
licet donatio etiam excedens ſummam 500. ſo-
lidorum ob cauſam iure communi inſinuatione
non indigeat, ut ſupradictum fuit 3.arg.pro uali
ditate donationis inducto in preſenti caſu ueri-
us eſt, hanc donationem ad ſui validitatem inſi-
nuationem requirere.

Primo quidem,quia negari poteſt donationẽ
per Reuerendum D.Hieronimum factam fratri
bus fuiſſe ob cauſam, nam quod ipſe ad donan-
dum motus fuerit ex eo,quod fratres in eius gra-
tiam relaxauerint ſibi partem bonorum commu
nium deſcriptam in tertio folio,nullibi in d.in-
ſtrumento donationis probatur.

Nec vrget quod ſibi data fuerit illa tertia pars
alijs vero fratribꝰ duę reliq; poſitę deinde ad ſor
tem, quia ſorte magis illis dd. duę placuerunt,
etiam ad ſortem inter ſe ipſos ponendę, & conſe
quenter D.Reuerendiſ.D. Hieronimus ipſis ma

gis rem gratam fecit, non econtra illi ſibi, nec
poteſt niſi diuinando affirmari, magis rem gra-
tam factam per illos Hieronimo quam èconrra
45 † ideo neq; hinc, neq; inde ſolidum fieri poteſt
fundamentum l. in ambiguo de reb. dub.

Minus urgere uidetur illa uerba poſita in 13.
capitulo. Peroche d. meſer Girollamo hora p al
lora doni &c. quę latine expoſita, ut ſupra, ideoq;
cauſam finalem demonſtrant, quia reſp. id ue-
46 rum, † quando in precedentibus expreſſa aliquo
modo fuiſſet cauſa, ad quam illa uerba relatio-
nem habere poſſent, ut loquūtur doct. in contra
rium allegati, hic non pręcedit expreſſe d. cauſa
ad quam relatio haberi potuerit, puta q dd. fra
tres ad complacendum Reuerendo D. Hieroni-
mo conſenſerunt illum habere tertiam eam par
tem, tunc enim poſſet procedere argumentum
ideoq; i. ob hanc cauſam uetia uice ipſe donauit
&c. ſed pręcedunt illa uerba Congl'infraſcritti
patti, & conditioni Poſtea ſubſequuntur illa
duo uerba, Peroche Quę latine exponi non de
bet, ideoq;, cum ſenſum non habeant relata ad
proxima pręcedentia ut debent l. talis ſcriptura
47 §. ultimo ubi notant doct. ff. de leg. 1. cum vulg. †
ſed magis exponi debent, nempe, uidellicet, &
ſimilibus modis quaſi partes intelligant genera
litatem precedentem comprehenſam illis uerbis
Congl'in ſraſcritti patti, & cōditioni, Velint ſub
inde ſigillatim exprimere ut fecerunt ponendo
48 ſingula pacta, & conuentiones, † ut fieri ſolet q
prius generaliter aliquid dicatur, poſtea ad ſpe-
cialia deueniatur Bar. & Bal. l. 1. per illum tex. ff.
ſi cer. pet. glo. not. c. humanu diſtin. 1. glo. in rub.
de reg. iur. lib. 6. Hier. Cag. ad rub. ff. de reg. iur.
nu. 12. & ſeq. Et hic (ni fallor) uerior eſt ſenſus
dd. uerborum accipiendo illas duas dictiones,
Peroche, Pro vna, & faciēdo punctum inter dic-
tionem conuentioni, & illa, Però. Et ceſſat ar
gumentum in contrarium formatum.

Secundo melius uidetur ceſſare argumentum
aliter punctando literam, videlicet, poſt dictio-
nem, Però. Et iungēdo, illam cum preceden
tibus, hoc modo, Congli'infraſcritti patti, & cō
uentioni però Hoc eſt, tamen, poſtea ſequantur
pacta, & conuentiones, & primum pactum ſit, &
exordium capiat à dictione, Che d. meſer Girol
lamo &c. Quod ſuadetur clariſsime, tum quia
ita ſolemus conuenctiones, & pacta plura ſpecifi
canda concipere exordiendo capitula à dictio-
ne, Che Tu q etiā omnia alia ſubſequētia pac
ta ita initium ſortiuntur, prepoſita ſolum dictio
ne Item che, &c. Quo uero ſenſu, & expoſitione
admiſſa ceſſat rurſus penitus argumentu predic-
49 tum, † & apparet quantum interſit pūctum vno
in loco, uel altero apponi ut alias docet Alci. ad
interpretationē l. ab ęs. C. de pręd. mino. diſpuc.
lib. 4. c. 5. ubi declarat fabellam illam, & uerium
ob ſolum punctum caruit Robertus Atello.

Secundo principaliter dato q iſta fuerit dona
tio ob cauſam, & q iure cōmuni huiuſmodi do
natio non exigat inſinuationem, ut ſupra dictū
eſt, iſtud procedit eatenus quatenus donatio reſ
50 pondet cauſę, † quatenus vero excedit donatio,
reputatur pura, & ſimplex, inſinuationemq; etiā

am iure cōmuni exigit in illo exceſſu Rip. in l. fę
minę nu. 43. C. de ſecun. nupt. late Tiraq. ad l. ſi
vnquam in glo. donatione largitus nu. 149. C. de
reuo. donat. Ant. Gab. d. conclus. 1. nu. 63. ubi ali
os id tenentes allegant, ne in re clara inſtem in
numerando auctores. Quo ueriſsimo ſtante ar-
gumentum in contrarium allegatum procederet
ſolum in quantitate correſpondenti cauſę, quę
(ut opinor) modica erat, cum complacentia il
la fratruum, ſi ea adfuit, quod negatur, modici
poſſet eſſe momenti.

Tertio eſto eodem modo, q illa fuerit dona
tio ob cauſam Rep. in contrarium allegata pro
cedere de iure communi, ſecundum quod pred.
donatio inſinuationē non exigit in exceſſu ultra
quingeros ſolidos, & omnes allegati in contrariū
51 loquuntur, † At iſta noſtra exigit, ſiue minoris
quātitatis ſit, ſiue maioris cccc. ſolidorum ſiue
pura, ſiue ob cauſam, ſiue cuiuſcunq; qualitatis
ex forma ſtatuti Politiani p illa uerba. Ogni do-
natione intra viui fatta &c. arg. l. Iulianus de leg.
3. Dec. conſ. 69. col. 2. & cōſ. 113. pariter col. 2. &
ibi, di qual ſivoglia quātità &c. atq; ita ſiue ex
cedat quingentos aureos, ſiue non, & ibi, O qua
lità, Iterumq; ibi, In qual ſi voglia modo At
que ita etiam ob cauſam factam donationem cō
pręhendit, Vnde dubitandum, non eſt ex forma
d. ſtat. etiam donationem ob cauſam inſinuandā
fuiſſe, & non inſinuatam nullam extitiſſe ex de-
creto annullatiuo in fine d. ſtatuti appoſito,

Nuc ſolu ſupereſt, ad donatio pred. nō inſinua
ta ualeat ſaltē uigore iuramēti in ea ad hibiti?

Quoad hoc ultimum cenſeo ueriſsimum eſſe
donationem predictam iuramento non firmari
non obſtante, q multi dicant communem eſſe do
nationem inualidam propter defectum inſinua-
tionis uigore iuramēti in ea adhibiti ōnino ſub-
ſiſtere, quod late congeſsit Ant. Gab. de dona.
conclus. 1. nu. 66. & ego multos alios addidi ſu-
52 pra in ult. arg. pro iſta opinione, † Quia impri-
mis dici poteſt ueriorem & frequētiorem * nega
tiuam aliam opinionem huiuſmodi donationē
non firmari iuramento. quod frequentiori calcu
lo negatiua retenta ſit atteſtatur And. Sicu. cōſ.
16. col. 10. lib. 2. conſ. 52. uſo lib. 4. & inter conſi
lia Curt. Seni. cōſ. 67. in fin. & Gualdē. tit. de teſta
ord. caut. 10. ſub. nu. 3. in fin. ubi propterea dicit
cautius eſſe quod inſinuatio adhibeatur.

Nec temerarium eſſet etiam hodie hoc aſſere
re, cū quāplurimi grauiſsimi auctores eā tenue-
rint, nēpe Bal. Ang. eius frater, Alter Ang. id eſt
Aret. Rom. Imo. Cuma. Ant. Cana. Paul. Caſtrē.
Curt. Seni. Andr. Sicu. Sali. Corn. Alex. Io: Crot.
Bertran. Mor. Soc. Iuni. & B. u. atq; ita xvij. enume
rati p Ant. Gab. locis per eu citatis d. conſ. 1. ſub
nu. 66. uers. eſt ueru, q contrariu &c. & ultra hos
quatuor alij magnę auctoritatis, hoc eſt, Gui.
Cuni. Alb. Old. Vita Gamb. locis allegatis per
Mand. ad Rom. cōſ. 12. uer. iuramēto. Becci. cōſ.
62. nu. 41. Dec. reg. 224. Donatio excedētis in 5.
limit. ubi hāc opinione ſubſtinet Mod. Paris. ad
Alex. cōſ. 4. ſub. nu. 10. uer. iuramēti in fi. q dicūt
ita obſeruari i Regno Frāciæ poſt cōſti. nouā edi
tam 1539. Tom. Ferra. caut. 33. donatio excedēs,

Quod

Quod autem ſit uerior patet ex multis rationi
bus allegatis per Pet. Due.d.lim. 5. & per alios.
ſupra citatis locis.

Secundo eſto veriorem,& crebriorem opinio
nem affirmatiuam,ea procedit, quando iureiurã
do ſimpliciter renunciatum eſt inſinuationi,& le
53 gibus de ea loquentibus,† ſecus ſi non ita ſit re-
nunciatum, ſed tantum ſimpliciter donatio ſit
iureiurando firmata, quia tunc uerior & * ſrequẽ
tior uidetur negatiua Cald.conſ.2.an donans de
iuriur.Corn.conſ.286.nu.18.lib.2.& dicit Mãd.
ad Rom.d.conſ.12.in addit.uer.iuramẽti ad me
diũ uers. & iſtud, quod negatiua opinio clare ꝑ
cedit iſta caſu,quando,ſcilicet,ſimpliciter iura-
tur,& poſt alios Ant.Gab.d.conclus.1.nu.69.in
preſenti caſu non fuit ſimpliciter iureiurando re
nunciatũ inſinuationi,& legibus de ea loquẽtib'
merito donatio predicta nou inſinuata nõ tenet.

Tertio reſponderur quod opinio affirmatiua
procedere poteſt in donatione firmata iuramen-
54 to preſtito cum tactu ſacrę paginę †, ſecus alias
ut tradit Caſſa. conſ.7.nu.28. Nicol.Bello.conſ.
4.col.2. & non nulli alij.hic juramẽtum non fuit
55 preſtitum tacta ſacra pagina meriro &c.† ſed hęc
3.reſp.forte non ſubſiſteret,cum ſecundum plu-
rimos in iuramento non requiritur tactus euã-
geliorum, ut late interminis Rim.Iuni. inſti. de
donat.§.1.nu.279.

56 †Quarto Reſp.opinionem non procedere ubi
cunq; inſinuatio, requiſita eſt pro forma,vel da-
ta eſt certa forma inſinuandi,quia ea adimpleri,
ſpecifice debet, & per iuramentum minime ſup-
pletur, nec alio modo per ęquipollens Bal.l. 1.
ff. de lib. & poſt. & l. ceſſante col. ulri. C. quo.&
quando iudex.Dec.cõſ.531.accurate nu.2. Feli.
c.cum dilecta nu.x.vers. amplia undecimo de re
ſcrip. in terminis Becci.d.conſ.62.nu.42. Quod
autẽ modus inſinuationis introductus à ſtatuto.
Politiano, & lege,decreto,ſiue Cõſtitutione Ma
57 gni Ducis ſit pro forma, eſt clarum, tum † quia
apponit tempus faciendę inſinuationis, nempe
intra menſem à die factę donationis,quod eſt ſi-
gnum euides inductę formę Bal.& Sal.aut. quæ
ſupp.C.de preci.imper.offeren. Fel.d.c. cum di-
lecta nu.6.vers.octauũ ſignum.Aymo.conſ.230.
58 lib.1. cum ſim.† tum quia d. ſtatutum & Conſt.
multa requirit in actu inſinuationis faciẽdę,quę
de iure cõmuni non requiruntur, ſcilicet, quod
fiat intra menſem,quod per Notorium de dona-
tione rogatum preſentetur in publico, & genera
li cõſilio Ciuitatis,quod per Cancellariũ cõmu-
nitatis regiſtretur,& alia fiant,pro ut in illis,quo
caſu forma dicitur introducta Ancha.conſ. 35.
& conſ.241. Aret.d.l.1.ff. de lib. & poſth. Fel. d.
c.cum dilicta uer. nonum ſignum. Dec.cõſ.262.
nu.4.conſ.434.in princ.conſ.445.nu.7.& d. cõſ.
531.nu.1.& conſ.ſeq.nu.3. ac etiam varijs alijs
in conſilijs ſuis,quę omitto breuitatis gratia,† tũ
59 etiam quia in fine d.ſtatuti adeſt decretum annul
latiuum,quod pariter demonſtrat introductam
illam fuiſſe pro forma Bal.d.l.1.ff.de lib.& poſt.
Fel. d. c. cum dilecta ſub d. nũ.6. vers. Quin-
tum ſignum.

60 † Quinto Reſp.opinionem affirmatiuam non
ꝓcedere,quando lex, vel ſtatutum requirit fieri
inſinuationem intra certũ aliquod tempus etiã;
quod alia non requiret interuenire in actu inſi-
nuationis,nam licet donatio propter iuramentũ
fuerit ualida;tamẽ cum donatarius ſit poſtea ne-
gligens intra tempus inſinuare eam iuramentũ
huiuſmodi in caſu non purgat deffectum non ſe-
61 cutę inſinuationis, † quia non videtur tempo-
re contractus de hoc defectu cogitatum,& adeo
ad eum nõ extenditur iuramentum, Fed.de Sen.
d.conſ.281. Curt. Iuni. conſ. 141. Anto.Gab.d.
conclus.1.nu.67. Alci.qui late comprobat conſ.
197.nu. 17. ubi ita inquit intelligendã opinionẽ
affirmatiuã,& limitari, ut pro clara declaratione
ſequitur Becci.d.conſ.62.ſub.nu.44.uers.3.reſp.

Ex quibus (ni fallor) apparet ſublata quat-
tuor agumenta in contrarium ſupra firmata.

Quod enim primo obijcebatur pacta,& con-
uentiones eſſe obſeruandas.d.l.1.in prin.de pac.
62 cum vulgaribus † non procedit,quando quis.le-
ge permittente promiſſa nõ obſeruat arg.l.Grac
cus.de adult.not.communiter doct.in d.l.1.& l.
nemo poteſt.ff.de leg.1.

Quod Secũdo loco dicebatur inſinuationem
eſſe probatã ex ſupra allegatis falſum apparet.

Sicuti & quod tertio loco dicebatur, hanc de
qua dubitatur fuiſſe donationem ob cauſam, &
quatenus talis fuiſſet in caſu iſto uigore ſtat. Po-
litiani, & legis Magni Principis inſinuanda fue-
rat,ut ualeret.

Quod vltimo loco dicebatur defectum inſi-
nuationis ſublatum iureiurãdo in donatione ad
hibito diffuſe ſublatum fuit ſupra oſtendendo
vel verius, & frequentius contrarium eſſe, aut
tenendo partem pręd.affirmatiuam eam multis
modis limitari, eaſq; limitationes pro ueriorẽ
parte in preſenti caſu accomodari.

CONSILIVM VIII.

Argumentum.

In materia præcedentis conſilij, de Inſinuatione.quid ſit.quę requirat. an probetur aſſertione notarij, & an ei renunciari poſsit.ſolennitas extrinſeca quando preſumatur. Iuramentũ ſupletiuũ,quibus& quãdo deferatur.

SVMMARIVM.

Libelli concluſio pra cateris attenditur. nu. 1.
Silentium perpetuum imponi petens intentat remedium l. diffamari nu. 2 & 3.
Agens remedio l diffamari quid facere debeat,n.4.& 5.
Remedium legis diffamar. ad quid datur nu. 5.
Dictio rite denotat ſecundum ſolemnitates nu. 6.
Dictio recte denotat iuste, & ſecundum iuſtitiam. nu 7.
Pactum de donando, an differant à donatione. nu 9.
Donatio excedens 500 ſolidos, reqrit inſinnationẽ n. 10.

Item

Item pactum de donando ultra dictam ſummã nu 11.
L. ſi quis argentum procedit etiam in pacto de donando nu. 12.
Solemnitas extrinſeca præſummitur ex curſu decem annorum nu 14.
Fallit ſex modis nu. 16. uſq; ad 29.
Inſinuatio quid ſit, & quomodo fiat nu. 18. & 19.
Inſinuatio nõ valet, niſi de conſenſu donatoris nu. 20.
Negligens ſemel præſumitur negligens in eodem genere negligentiæ nu. 20.
Solẽnitas ſententię, & decreti in antiquis quando pręſumitur nu. 23. & 24.
Forma probari debet præciſe, nec ſufficit confeſſio, uel præſumptiua probatio nu. 29. 30. 31.
Donatio pręſumitur inſinuata ſpatio decem annorum nu. 35. 32 33.
Inſinuatio non probatur aſſertione notarij nu. 34.
Teſti vario nõ credit, vel ſtatur priori dicto n. 37. 38. 39.
Teſti falſo in vno non creditur in alijs nu. 40.
Teſtificanti de futuro non creditur nu. 41.
Libri domeſtici non probant. nu. 42.
Scriptura abraſa, cancellata, & abolita, non probat nu 44 uſque ad 50.
Promiſſio ſub conditione ſi is, cui ſit, voluerit aliquid facere, illo non declarante non ualet nu. 50.
Inſinuationi renũciari non poteſt ſine iuramento. n. 51. 52.
Iuramentum ſupletiuum ut deferatur plura requiruntur nu. 53. 54. 55.
Iuramentũ ſuppletiuũ quibus non deferatur n. 50. 57. 61.
Iuramentum affectionis, ſiue in litem nõ datur ignorãti rerum valorem nu. 58.
Bonus quilibet præſumitur nu. 59. Fallit ut deferatur iuramentum ſuppletiuum nu. 60.
Iuramẽtum ſuppletiuum habere uolens caueat, ne plures teſtes examinet nu 62.
Agens ſine actione nemo obtinere poteſt nu. 64.
Hęreditatis aditæ fructus ſati, & recollecti per hęredem ipſius ſunt, non hæreditarij nu 65.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

MENSIBVS elapſis, nõ dũ
aliquo inter partes mo
to iudicio, requiſitus
reddidi conſiliũ ad fa
norẽ Reuerẽdi Abbatis
Hieronimi Bellarme-
nij Caſtilionis Areti-
ni pro nullitate dona-
tionis per eum factæ
DD. Horatio, & Aſcanio fratribus germanis, fac
to deinde cõpromiſſo per eos in illuſtriſ. Guido-
nem de Nobilibus, & proceſſu coram eo fabrica
to ad me tranſmiſſo, iterum in eadem cauſa
ſuper quibuſdam que nouiter excitantur, conſu-
lere ad eiuſdem Abbatis fauorem requiſitus li-
benti animo laborem ſuſcepi, cum dubia noui-
ter excitata minime obſtare uideantur.

Illud autem imprimis cõſiderandum Illuſtriſ.
D. Arbitro propono quod D. Horatius eo modo
quo agit obtinere non poteſt, quia in libelli
1 ipſius conclusione † quę attenditur Bar. & cęteri.
in l. certi conditio in princ. ff. ſi cer. pet. Angel. l.
2 naturaliter. §. nihil cõmune. de acqui. poſſ. ad fin. †
per eum petitur imponi perpetuum ſilentium d.
Reueren. Abbati ſuper dictione nullitatis d. do-
nationis, ibi, & perpetuum ſilentium illi impo-
nendum eſſe, prout imponi per uos petit, & requi
3 rit &c. † Ideoq; intentatur remedium. l. diffamari
4 C. de ingenu. manu. † in quo quidem remedio
neceſſe eſt agenti petere ſtatui terminum ad agẽ-
dum diffamanti, ſeu aliter vexanti, eoq; intra ter
minum non agenti, pronunciari nõ eſſe amplius
illum audiendum, eidemq; ſuper eo negocio, &
cauſa perpetuum ſilentium imponi. Contar. in
repet. d. l. diffamari. q. 3. poſita inter ſuas ad eam
l. qq. nu. 26. ad fi. D. Horatius non petijt aſsigna
ri d. terminum, nec aſsignatus fuit, merito &c. †
Secundo in d. remedio obtinere nõ poteſt D. Ho
ratius, quia ex eo ad aliud agi non poteſt, quam
ut diffamator ceſſet à diffamatione, & ſi quis pe-
teret pronunciari ſuper aliquo iure ſuo, & aduer
ſario ſilentium imponi, perperam ageret, & ob-
tinere nõ poſſet, Inno. c. cauſã nu. 6. ubi Io. And.
col. 2. qui. fi. ſint legi. Idem Inno. c. cõquerente in
princ. de off. ord. ubi pariter Io. And. col. 7. uerſ.
item quia. poſt hos, & alios ibi per eum citatos
tradit idem Contar. d. q. 3. nu. 30. & ſeq. Hic D.
Horatius petijt pronunciari ſuper ſuo iure d. do-
nationis, inſtans q declaretur rite, & recte facta,
eamq; ualidam eſſe, ibi, omnino rite, & recte fa-
ctam, & celebratam, & de iure ualidam fuiſſe, &
eſſe &c. merito predicto remedio obtinere non
poteſt.

Cęterum dato quod prędicta petitio Horatij
ſubſiſteret eo modo quo facta eſt, & propterea p
Illuſtriſ. D. Arbitrum veniendum ad diffinitio-
nem cauſę, an d. donatio fuerit rite, & rectę facta,
& an imponendum ſit perpetuum ſilentium d.
Reueren. D. Abbati ſuper dictione nullitatis il-
lius vt fieri & declarari petitum fuit per D. Ora-
tium, adhuc ipſe D. Horatius obtinere non po-
teſt ſuper iuſtitia dictę ſuę petitionis.

Quia D. Horatius in hoc iudicio actor eſt pe-
6 tens d. donationem declarari rite † hoc eſt ſecun
dum ſuas ſolemnitates requiſitas iux. tradita per
Tiraq. poſt alios, ad l. ſi vnquã. in prefat. nu. 33.
7 & 35. † & recte facta, ideſt iuſtam, & cum cauſa
iuſta, vt denotat illud uerbũ recte. Bar. poſt glo.
ibi. l. 2. ff. de inoff. teſt. & l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff.
8 de peti. hęrę. & alios alibi paſsim, † quę ipſe D.
Horat. minime pbanit, merito reus abſoluẽdus
l. qui ac cuſare. C. de eden. quod autẽ actor nõ p
bauerit ſaltẽ rite, & cũ ſuis ſolẽnitatibus factam
donationẽ patet luce clarius ex abunde a nobis
deductis in priori noſtro reſpõſo ad fauorem d.
Reueren. Abbatis, in quo oſtendimus Primo nõ
eſſe probatam inſinuationis ſolemnitatem aſſer
tione Notarij. Secundo illam nõ ſubſtineri ſine
inſinuatione tanquã ob cauſam factam. Tertio
nec etiam ſubſtineri vigore iuramenti in ea ap-
poſiti ideoq; pęnitus nullum.

Suppoſitis igitur omnibus ibi adductis pro in
ualiditate donationis non obſt. quę pro ualidita
te illius nouiter D. Horatius uiſus eſt in proceſſu
coram Illuſtriſs. D. Arbitrio, & nobis trãſmiſſo
deducere, allegare, & probare.

Et primo non obſt. q videamur eſſe in pacto

de donando, in quo ſecundum multos non req-
ritur inſinuario, precipue ſtatutaria requiſita in
9 donatione, † quę differt à pacto de donando, ut
late proſequitur Tiraq. de utroq. retract. par. 2.
in fin. nu. 41. & ſeqq. quia ad hoc patet reſpon-
ſum ex allegatis per nos d. priori reſponſo. uers.
quamuis igitur &c. quibus oſtendimus nos uer-
ſari in ipſa donatione non autem in pacto de do
nando. Preterea ultra ibi tradita dato, ꝙ non
eſſemus omnino in donatione, ſed potius in pac
to, ſeu obligatione, & promiſsione de donando
excedente, ut diximus ſummam ccccc. ſchutô-
10 rum ſine dubio † quę etiam de iure communi in
11 ſinuari debet, † ut uidetur clarum per l. pen. &
ibi Bal. ſentit in ipſo sũmario. C. de donat. Et ui
detur probari in l. ſancimus C. eo. quę loquitur
12 de donatione, uel promiſsione de donando. †
facit quia diſpoſitio. l. ſi quis argentum. C. de
donat. locum habet etiam in promiſsione & pac
to de donando, etiam ſi non interueniat ſtipula-
13 tio uel traditio, † ex quo conſiderato effectu, &
ſubſtantia uerborum nil aliud eſt promiſsio do-
nandi, quam donatio, ut dicit Clar. §. donatio q.
14. in fin. & in terminis noſtris tradit Ant. Cann.
de inſinuat. par. 2. q. 7. nu. 8. & clarius Port. Imo.
conſ. 80. nu. 2. & 12. ubi rationes adducit.

Secundo non obſt. quod inſinuatio ſit ſolem-
14 nitas extrinſeca donationis, † quę ex curſu tem-
poris x. annorum preſumitur interueniſſe licet
non probetur. l. ſi filius. C. de petit. hęre. cum
alijs adductis per Ias. in l. ſciendum col. 5. in fin.
& ſeq. ff. de uer. oblig. in l. ſi aliena eodem modo
col. 5. ff. de acqui. hered. & in l. ſi certis annis col.
3. C. de pact. & per Gab. de preſump. conclus.
15 1. nu. 1. † & in ſolemnitate inſinuationis, ut per
x. ann. preſumatur tradit in terminis Gab. de pꝛ-
ſump. conclus. 1. nu. 56. quod tempus hic à die d.
donationis elapſum eſt.

16 † Quia reſp. primo regulam d. l. ſi filius. cum
simil. non procedere quando agitur de graui prę
iudicio Bar. l. 1. §. deniq; ff. de aqua. plu. arcen.
Fulg. l. 1. & ibi Dec. 3. lect. col. 8. C. qui admi.
Alex. conſ. 11. col. ult. lib. 4. conſ. 1. col. 11. lib. 5.
& conſ. 179. col. pen. lib. 6. Feli. c. Albericus col.
ult. de teſti. & c. illud. de pręſumpt. Gozz. conſ.
73. col. 1. & alij quam plurimi citati per Gab. d.
preſumpt. 1. nu. 53. hic agitur de grauiſsimo pre
iudicio, ne dum graui, nempe de donatione ma
gnę rei & fundi multorum iugerum, & magni ua
loris, ut preſuponitur, merito ſolemnitas extrin
ſeca predicta non preſumitur.

17 † Secundo reſpondetur huiuſmodi regulam
non procedere, ubi actus requirit ſcripturam, ut
ſentit Feli. in c. ſicut. col. 7. de re. iud. Ruy. conſ.
69. col. 6. uers. reſpondetur lib. 1. conſ. 48. col.
18 5. lib. 4. Ant. Gab. d. conclu. 1. nu. 60. † Inſi-
nuatio iſta requirit ſcripturam cum fiat apud ac
ta, & regiſtretur, & ſcribatur donatio ipſa per ex
tenſum in actis, ut ſatis clare preſuponit tex. &
ibi rationes, in l. in donationibus. C. de donat.
19 † Quinimmo, inſinuatio nil aliud eſt, quam re-
giſtratio. & deſcriptio coram iudice, ut not.
Bal. & alij. l. illud C. de Sacro. Eccle. Bar. Rom.
& l. eui. Caſtren. & alij. l. Modeſtinus. ff. de dona.

Alex. conſ. 156. col. 1. lib. 2. Rim. Iun. qui ali-
os congerit. inſtit. qui. ali. lic. uel. non. §. 1. nu.
95. & de donat. §. 1. nu. 152. & conſ. 340. nu. 42.
lib. 3 & ita obſeruatur hic in Ciuitate Peruſię, &
paſsim, & in ſpecie pręſuponitur obſeruari eti-
am in Ciuitate Montis Politiani. Nec aliquid
facit in contrarium ꝙ non fuerit inſinuata in li-
bris Cancellarię donatio facta D. Fabio filio d.
Reuerendi D. Abbatis, ut deponit Aſcanius
Mancinus ult. teſtis partis aduerſæ, quia dato,
quod non reperiatur illa annullata, hoc ideo for
te accidit quia facta non ſit. Secundo quia ſi fac
ta fuit, forte negligentia Cancellarij fuit ommiſ
ſa deſcribi. Tertio quia non ſequitur Notarius
fuit negligens deſcribere vnam, uel alteram inſi
nuationem, ergo omnes deſcribere omiſit, ut ad
ſenſum patet. Quarto quia d. D. Aſcanius non
deponit de omiſsione eiuſdem D. Orphei, ut ar
20 gui poſsit, † qui ſemel negligens preſumetur eti-
am negligens in eodem genere negligentię d. c.
ſemel malus. Vltimo quia dato ꝙ probetur
negligentia d. D. Orphei, non propterea ſequi-
tur ergo inſinuatio facta fuit argumento l. non
21 hoc. C. vnd. legi. & ſatis eſt ꝙ hęc non eſt proba
tio, quę de neceſsitate concludat, ut regulariter
debet. c. in preſentia. ubi omnes de probatio. me
rito huiuſmodi ſolemnitas inſinuationis pręſu-
mi non poteſt.

22 † Tertio Reſp. pred. regulam d. l. ſi filius. cum
ſimil. procedere in ſolemnitate, quę poteſt inter
uenire tempore actus geſti, ut conſenſus conſan
guineorum in alienatione rerũ minoris, uel mu
lieris, ſecus ſi non poteſt interuenire. Soc. conſ.
23 29. col. 8. lib. 1. optime facit, † quia licet prę
ſumatur ſolemnitas ſententię, & decreti interue
niſſe in antiquis, maxime ſi ſit enunciata, ut la
te pſequitur Crau. in tract. de anti. temp. par. 2.
24 in princ. † hoc tamen non procedit quoad eas
ſollemnitates, quę non potuerunt interuenire tẽ
pore ſententię, & decreti, ut poſt Bal. Aret. Alex.
Paul. Caſtren. Soc. Curt. & alios ibi per eum ci
tatos tradit idem Craue. d. loco nu. 29. Et licet
ipſe Craue. ibi nu. 30. & ſeq. oſtendat ſibi non
placere hanc opinionem, attamen ſi recte uerba
ipſius conſiderentur, ipſe loquitur de ſollemni-
tatibus enunciatis partibus preſentibus, & con-
ſentiẽtibus, quo in caſu bene poteſt habere locũ
d. preſumptio propter preſentiam, & conſenſum
partium, ut ipſe ſentit, ſecus in caſu noſtro, quia
pars non fuit preſens quando Notarius ſcrip-
ſit donationem fuiſſe per eum in conſilio inſinua
tam, cum fuerit hoc factum alio tempore quam
fuerit confecta donatio.

25 † Quarto reſpondetur preſumptionem præ-
dictã d. l. ſi filius. procedere, quando concurrit
ſcientia & patientia eorum, qui ex eo actu lædi
poſſunt, ſecus alias Alex. conſ. 11. col. vlt. &
conſ. 16. col. 2. in fin. lib. 4. & conſ. 94. col. 2.
lib. 7. Ruy. con 26. col. 4. lib. 1. Corn. conſ.
98. col. ult. lib. 1. & cum eis Ant. Gab. d. con-
clus. 1. nu. 59. in caſu noſtro non poteſt dici in-
teruenſſe ſcientiam & patientiã d. R. Abb. dona
toris, qui non probatur fuiſſe præſens inſinua-
tioni, nec de ea vnquam habuiſſe ſcientiam po-
ſtea

Rea minoriſq; D. Fabij eius filij legitimati, & ha-
biliiati ad eius ſucceſsionem, qui eo tēpore, uel
natus non erat, uel erat infans, & poſtea non ꝓ
batur ad notitiam eius deducta d. inſinuatio, me
26 rito illa preſumi nullo modo poteſt. † fortius reſ
pectu conſenſus donatoris, quia etiam quod inſi
nuatio facta omnino ꝓbaretur, nullius eſſet mo
menti, niſi etiam oſtenderetur facta de ſcientia,
& conſenſu ipſius donatoris Corn. conſ. 71. li. 2.
& conſ. 99. nu. 7. & latius oſtendi in dd. prioribus
allegationibus uers. 7. prędicta atteſtatio.
27 † Quinto Reſpondetur prędictam pręſump-
tionem procedere in dubio, non autem in claris
in quibus regulariter ceſſant coniecturę, & prę
ſumptiones .l. continuus .§. cum ita, de uerb.
oblig. hic autem ſumus in claris, quia ex oſten-
ſione librorum publicorum d. Ciuitatis Montis
Politiani eius temporis, quo pretenditur facta
d. inſinuatio, apparet eam non fuiſſe factam, ex
quo non reperitur in illis deſcripta, ut in ſimili
arguit Bat. l. 1. ff. ſi tutor. uel cur. app. in l. qui ad
Ciuilia. C. dę appella. Feli. in c. quoniam contra
col. 15. in fin. uers. 2. declara de proba. Crau. qui
alios etiam allegat d. par. 2. nu. 53. merito &c.
28 † Sexto reſp. ꝙ illa procedit in ſolemnitatibus
non ſormalibus, ſecus in ijs quę formales ſunt,
29 † quia forma obſeruari, & probari debet preci-
30 ſe, ne ei aliquo modo derogetur, & fraus fiat, †
ita ut nec etiam confeſsione partium probari
poſsit Io. Fab. inſt. de dona. §. & cum retro, col. 1.
ut dixi in prioribus allegationibus. uers. 6. quia
31 hic agimus &c. † & clarum eſt non ſufficere pro-
bationē pręſumptiuam quando agitur de probā
da forma Io: And. c. ſicut de re. iud. Alex. d. l. ſci-
endum. Gozza. d. conſ. 73. nu. x. & xt.
32 † Septimo ſpecialiter loquendo de ipſa inſinu
atione Reſp. ꝙ Doct. uolentes eam preſumi poſt
x. annos omnes loquuntur, quando donatarius
per d. tempus cōtinue poſſedit, ſciente donatore
ſi recte eorum dicta conſiderentur, quod non ca
dit in caſu noſtro, in quo Reuerendus Abbas
ſemper poſſedit, non autem donatarij, merito
dato ꝙ ſubſtineri poſſe opinio in contrarium al
legata, non procedit in caſu iſto. Pręterea dici
33 poteſt non eſſe uerum ſufficere x. annos ad prę
ſumendum inſinuationem adhibitam fuiſſe, ſed
requiri ad minus, 30. ut poſt alios multos ibi cita
tos ꝑ eū clare ꝓſuponit Rim. iun. cōſ. 164. nu. 69.
& 70. lib. 2. & conſ. 242. nu. 22. lib. 3. qui 30. ãni
in caſu noſtro minime tranſacti ſunt, merito &c.
34 † Nō obſtat ſi dicatur quod licet inſinuatio
nis ſolemnitas non pręſumatur, tamen probata
eſt inſcriptione ipſius Notarij de donatione ro-
gati, qui in calce ipſius inſcripſit eam donationē
in cōſilio Ciuitatis inſinuatā fuiſſe. Quia ad hoc
poteſt reſp. ea his, quę dixi in priore reſp. uers.
circa primū reſp. &c. ubi diffuſe oſtendi aſſertio
ne prędicta Notarij inſinuationem minime pro-
batam fuiſſe.

Nec prędicta Notarij inſcriptio iuuatur ex co
pia d. donationis producta, quę dicitur reperta
apud Aſcanium Mancinum, ut pag. 77. & in ea ſi
militer reperitur in fine eadem inſcriptio, & at-
35 teſtatio inſinuationis, † quia pręterquam quod
eſt ſcriptura priuata, quę non probat .l. inſtru-
menta. l. rationes. C. de proba. cum vulg. laborat
eodem morbo, eaſdemq; patitur obiectiones,
quas obſtare diximus inſtrumento manu d. Ser
Mauritij producto, & quidem multo fortius.

Minus probatur inſinuationis prędictę ſolem
nitas adhibita ex atteſtatione eiuſdem Ser Mau
ritij notarij qui in proceſſu bis inductus à parte
contraria, & examinatus ſuper ea inſinuatione
36 deponit, † quia ſicuti ei ſcribenti ſubtus d. dona
tionem non creditur, nulla fides adhibenda eſt,
ſuper eo, in quo uertitur eius laus, uel uituperiū,
& quia eſt teſtis in cauſa propria ut dixi in prio
re prędicto reſponſo uers. 2. quia &c. & vers. 3.
quia eſt teſtis &c. ac etiam ex alijs ibi traditis,
ita etiam illis eiſdem rationibus non creditur ei
nunc idem propria uoce deponenti.

Secundo depoſitio Ser Mauritij nō ꝓbat ulte
rius Primo quia in anteriori eius examine pro
certo affirmat inſinuationem factam de menſe
Martij, ut in proceſſu. pag. 13. ibi, fu di Marzo
1558. In ſecundo vero examine in proceſſu pag.
30. à tergo uacillat, dicēs, *Non mericordo m ue
rità di certo. ſe fù del meſe di Febraro ò uero di*
37 *Marzo* † Nam teſti uario, ut eſt iſte, non credi-
tur l. qui falſa. ff. de teſti. not. c. licet cauſam de
probat. Secundo quia cum uarius ſit in iudicio
Aut neutri ipſius dicto creditur iuxta opinionē
Bat. in l. eos. uers. item oppono ad idem, & rur-
ſus uers. & ideo pro declaratione de falſ. Inno.
in c. ueniens ſecundo in col. 2. uers. ſed oppone
de teſti. Bal. in l. geſta col. 1. in fin. & ſeq. C. de
re. iud. Alex. l. 2. nu. 13. C. de eden. conſ. 2. col.
2. in fin. lib. 7. cum alijs allegatis per Gab. de cri
38 mi. conſ. 29. nu. 1. † Aut ſtandum eſt primo dic
to ſecundum opinionem glo. d. c. ueniens uers.
para. & uerb. ſed illi, quam ſequitur Rot. Rom.
deci. 203. & Capp. Tholo. deci. 280. Gui. Pap.
deci. 546. & 593. Aymo. conſ. 6. col. x. uers. non
obſt. & Alci. in tract. pręſump. reg. 2. preſump.
29. ubi dicit communem, cum alijs congeſtis
39 per Gab. d. concl. 29. nu. 3. † ubi nu. 4. aſſerit
hoc procedere ſiue ſimus in diuerſis inſtantijs
ſiue in eadem inter eaſdem perſonas poſt. Anc.
But. Bal. Capp. Tholo. Rom. & Tindarum
locis per eum ibi citatis. Si enim neutri dicto
fides adhibetur, hic teſtis nil probat, ſi ſtante pri
ori dicto parum aut nihil facit, tum quia illud
primum remanet per ſecundum debilitatum,
vt volunt omnes in precitatis locis, tum etiam
quia de menſe Martij erat tranſactum tempus
ad inſinuandam eam donationem quę facta fue
rat de menſe Ianuarij, & inſinuatio facienda
erat intra menſem ſecundum formam ſtat. unde
facta poſt tēpus nō releuaret, ut alias dictū fuit.

Tertio quia deponit fuiſſe factam d. inſinua-
tionem in Aula magna Palatij in conſilio Ciuita
tis, quæ depoſitio reperitur falſa, quia nec de
menſe Februarij nec de menſe Martij de quibus
duobus dubitans deponit in ſecundo examine
vnquam fuit Congregatum in ſala magna ſed
omnia in ſala minori vt plane probatur ex libris
deliberationum de anno 1557. & 1558. manu
Ser Orphei Batij tunc Cancellarij d. Cōmunita-

tis per

tis per fidem productam, & recognitam manu
D.Bortolomei moderni Cancellarij d. Comm-
40 unitatis in proceſſu pag. 105. † teſtis autē in vno
falſus, & mendax, in alijs pręſumitur falſus arg.
c.ſemel malus. de reg. iur. in 6.l. ſi ex falſis ubi
Doct.C.de tranſac.

Quarto nulla fides adhibenda eſt, quia uocat
in conteſtes omnes de conſilio de dd.mēſibus Fe
bruarij, & Martij, quorum multi eſaminati per
partem aduerſam dicunt non recordari de hoc
ut Io. Baptiſta Octauiani ſecundus teſtis pag. 35.
à tergo, & rurſus pag. 39. D.Lucas tertius teſtis
pag. 41. Valentinus quartus teſtis pag. 50. & Seba
41 ſtianus Venturę pag. 53. & ſeqq. † quando au-
tem teſtis uocat alios in conteſtes, qui dicunt
ſe neſcire illud ad quod in conteſtes vocantur
nil probat Gra. dicens communem * poſt alios
quos ibi allegat conſ. 26. nu. 20. & ſeq. & conſ. 38
nu. 28. omiſſo quod debilitatur eius dictum, ex
quo alias fuit condemnatus à conſeruatoribus
Archiuij Florentini die 26. Martij 1558.

Minus probatur d.inſinuationis ſolēnitas ad-
hibita ex liberis D.Horatij Bellarmenij, in qui-
bus per eum facta reperitur memoria, & annota
42 tio d.inſinuationis, † quia imprimis ij ſunt libri
domeſtici & priuati, qui non probant proſcribē-
te, vt eſt D. Horatius. l. exēplo. l. rationes. l. inſtru
menta. C.de fidei. inſtru. not. omnes cōmuniter *
in l. admonendi. ff. de iureiur.

43 † Secundo pędicta memoria eſt ualde ſuſpec
ta, immo penitus reiciienda, cum fuerit confecta
die 31. menſis Iannuarij, & in ea dicatur pred. in
ſinuationem fuiſſe factam die 8. uel. 9. menſis Fe
bruarij, & ſic de facto ſubſequuto menſe ſequen
ti poſt memoriam deſcriptam de quo D. Horati
us non potuit diuinare, & repugnat naturę quod
quis teſtificetur de facto futuro, quod ſoli Deo
denotum eſſe poteſt, & propterea non caret ſuſ-
picione falſi.

44 † Tertio ſuſpectiſsima redditur d.memoria,
quia reperitur deſcripta in libro adeo deprauа-
to, cancellato, & multis in ſui partibus abolito,
ut nemo ſani Capitis (vt reor) ſit qui ei uel me
diocrem fidem adhibendam eſſe aſſcrere aude
45 at, ne dum quod plęne probet, † maxime, quan-
do abraſio, Cācellatio, & ſimilia ſunt in loco ſub
46 ſtatiali pericoloſo, & ſuſpecto, vt hic, † quia tūc
in poſſeſſorio reicitur ſcriptura penitus abſque
alia inquiſitione ueritatis l. ult. C. de edi. di Adri.
47 toll. † in petitorio uerò ſcriptura ſine dubio habe
tur ſuſpecta, & propter hoc proceditur ad inqui-
ſitionem ueritatis ſuper eā antequam aliud pro-
bet Bal. l. ſi vnus C. de teſta. Pet. Anca. con. 422.
premiſſa &c. not. Feli. in c. ex literis nu. 15. de
48 fid. inſtru. † Maxime ſi ſcriptura ita cancellata,
& viriata ſit apud eum & per eum producatur, q.
49 ea vult uti, ut hic, † quia iſtud nō necet ei contra
quem producitur Bal. l. 1. anteſi. C. de fide inſtru.
Io: And. in c. accepimus. eo. tit. de fide. inſtr. quē
ōnes ibi ſequuntur, ut teſtatur Feli. d. c. ex literis
ſub d. nu. 15. uers. nota. 4. &c.

Nec pędicta donatio conualidatur ex literis
d.Reuerend. Abb. ad D. Horatium die 9. martij
1571, & in proceſſu per partem aduerſam pro-
ductis pag. 81. à tergo & ſeqq. in qua Reueren.
Abbas videtur preſuponere donationem ualere
& conſequenter inſinuationem ſollemniter fac-
tam, cum ſine ea eſſet iuualida ex forma d. ſtatu-
ti, ut ſupra. Quia reſp. Primo non probari dd.
literas fuiſſe per Reuerendum Abbatem tranſ-
miſſas per aliquem portitorem, potuit enim Re
uerendum Abb. eas ſcripſiſſe, & poſtea peniten
tia ductū non tranſmiſiſſe, & ſorte fortuna deuē
niſſe ad manus d. Horatij, uel eum aliquo modō
in domo d. Reueren. Abb. reperiſſe, & ſubtuliſſē
quo caſu animum Reuerendi Abbatis nullo mō
do eę litere declararent.

50 † Secundo Reſpon. eas literas eſſe deſcriptas
conditionaliter, ſi dominus Horatius voluiſſet
acquieſcere alijs petitionibus d. Reuen. Abb.
dd. literis contentis, atq; ita ob cauſam, & cum
ipſe Horatius non probetur dediſſe reſponſum
uelle adimplere ex parte ſua petita per R. Abb.
illarum uigore nullo modo ipſum R. Abb. obli-
gatum eſſe, cum cauſa, & acceptatione obligatio
nis nō ſequuta ex parte Horatij obligatio ex par
te R. Abb. promittenti, ſequuta non dicatur tot.
tit. ff. de cond. ob cauſam.

51 † Tertio reſpondetur, quod Reueren. Abbas
non ſolum tacite non potuit conualidare dona-
tionem non inſinuatam, ſed nec expreſſe potuiſ-
ſet ſolemnitati inſinuationis renunciare maxi-
me aliquo iuramento non adhibito in dd. literis
Bar. in l. modeſtinus. ff. de dona. & l. ſancimus. C.
de leg. 1. eo. in l. nemo poteſt, ubi etiā alij pcipue
Rip. nu. 57. qui de cōmuni atteſtatur. Oldra. cōſ.
173. quidam habēs. Io: And. ad ſpecul. de inſtru.
edi. §. porrò in vltima additione. Idem tenet
Bal. d. l. ſancimus. & l. data col. 2. eo. tit. & conſ.
451. nobilis. lib. 1. Ant. Cann. de inſinu. par. 2. q.
29. ubi in fine communem * dicit. Corn. cōſ. 221.
lit. G. lib. 1. qui pariter de communi * atteſtatur
& conſ. 69. & 186. lit. H. lib. 2. Aret. conſ. 2. Dec.
conſ. 432. Soc. iun. conſ. 77. nu. 60. lib. 1. Gozza.
conſ. 87. nu. 13. Gomes. §. quędam nu. 18. inſtit.
de actio. Sali. l. 2. nu. 40. C. de donat. Bero. conſ.
56. nu. 9. conſ. 59. nu. 3. lib. 1. Port. Imol. conſ. 6.
nu. 43. & conſ. 36. nu. 47. unde cum communis *
ſine dubio ſit ſententia ſolemnitati huiuſmodi
inſinuationis renunciari non poſſe etiam expreſ
52 ſe ſine iuramento, † immo nec etiam iuramen-
tum non contra ueniendi contentis in inſtrumen
to ſufficit, ut renunciatum ſit d. ſolemnitati ſecun
dum magis comunē, * de qua Port. Imo. conſ.
80. nu. 16. & hic nec renunciatio aliqua expreſſa
facta ſit, nec iuramentum aliquod appoſitum re
periatur, non poteſt dici modo aliquo de renun-
ciationem efficacem inductam.

Nec dicatur quod licet plene probata non ſit
ipſa ſolemnitas inſinuationis, eius tamen proba
tio compleri poteſt per ſuppletiuum iuramen
tum ad late tradita per omnes l. admonendi. ff.
de iur. iur. Quia in caſu iſto non poteſt eſſe locus
53 huic iuramento. primo quidem † quia ad hoc, ut
deferatur hoc iuramentum requiruntur plura, de
quibus Curt. iuni. d. l. admonendi. nu. 2. Bolo. nu.
17. & Rober. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 9. in
54 princ. † inter ea autem requiſita principaliter re
ponitur

ponitur, quod adſit ſemiplena probatio, ut eſt de
mente omnium d.l. admonendi. præſuponentiū
ita demum prædictum iuramentum deferri ſi ſe-
miplene probatum eſt. & propterea ſit regula ne
gatiua, iuramētū hoc nō cōcedi, quādo ſemiple
ne probatum nō eſt. Hypp. ſing. 83. vers. tene eti
am mēti, & ſing. 322. iuramētu, q allegat ad hoc
Doct. in d.l. admonendi, & in l. bonæ fidei C. eo.
quinimmo ſi ꝓbatio alias ſemiplena habeat cō
tra ſe præſumptionē, uel ueriſimilitudinē aliquā
cum ex illa aliqd dematur, & in aliquo eliſa ſit iu
ramētū ſuppletiuū nō defertur Bal. l. 1. nu. 5. C.
q, & aduer. quos. Rom. cōſ. 91. ſub. nu. 10. in illis
uerbis, immo incontrariū laborat pſumptio &c.
& d. nu. 10. reqrit, q probatio ſemiplena talis ſit,
ut uere, & neceſſario cōcludat, nō pſumptiue tan
tū. ſeqtur Hypo. d. loco. Curt. Seni. cōſ. 78. col. 2
Ias. d.l. admonēdi. ſub. nu. 186. uers. 7. dicta regu
la. Grat. reſpon. 110. nu. 19. lib. 2. Dec. l. 1. in ulti
ma lectu. nu. 66. ff. ſi cert. pet. hic nō eſt ullomo-
do ſemiplene probatū præd. inſinuationem factā
fuiſſe ex ſupra allegatis, maxime in priore reſpō-
ſo, merito ad prædictum iuramentum deueniri
non poteſt.

55 † Secundo ut deferatur hoc iuramentum re-
qritur, q qui illud ſibi deferri petit, ſciat ueriia
tē rei. glo. in d.l. bonæ fidei Bat. d.l. admonēdi nu.
57. in fi. Ias. ibidē repeti. nu. 259. uers. 2. caſus. &c
Meno. de qq. arbi. Iud. cas. 190. nu. 5. & alij alibi
56 paſſim † Vnde heredi ſup facto defūcti q igno
rare pſeſumitur l. qui in alterius. ff. de reg. iur. nō
defertur Bal. d.l. in bonæ fidei. nu. 10. Ias. d.l. ad-
monendi. nu. 312. ad fin. Seuc. ibidem nu. 279.
Curt. Iun. nu. 69. Alex. conſ. 264. col. 5. vers. con-
57 firmatur iſta. lib. 2. † prout idem dicendum eſt.
quando quis iuramentum hoc ſuſcipere preten-
dit qui actui non interfuit, ſed aſſerit per famam
uel aliter audiuiſſe, quia ei nō conceditur, Alex.
58 d. conſ. 71. nu. 13. † ſicuti etiam in ſimili affir-
māt Doct iuramentū in litem quod affectionis
appellāt ingnoranti rerum ualorem non deferri
Aymo. conſ. 157. in fi. & conſ. 287. col. pen. in fi.
Grat. cōſ. 10. nu. 36. lib. 2. poſt Bal. c. 1. col. 1. ſi
de inueſti. inter domi. & uaſal. Plot. de in lit. iurā.
§. xiij. nu. 4. & idē latius. ibidē. §. 51. nu. 6. ubi poſt
Bar. Bal. Ruy. Grat. Affli. & alios locis peū citatis
aſſerit in iuramēto ſuppletiuo, in litē, & pmiſſo tā
iure cōmuni, quam municipali nūq; iuramentū
deferendū eſſe, niſi uolenti iurare ueriſimiliter in
formato, nec audiri hunc etiam dicētem ſe ſcire
per famam. & tradit idem in iuramēto ueritatis
59 Meno. d. cas. 190. nu. 7. & ſeqq. † Nec obſtat huic
opi. quod quilibet pſumatur bonus. l. merito. ff.
p Soc. & propterea nō pſumatur uelle deierare
60 qa reſp. † quod ordinaria iſta preſumptio bonita
tis nō ſufficit, ſed aliquid plus reqritur Soc. ſeni.
conſ. 136. col. pen. ad medi. Meno. d. caſ. 190. nu.
13. immo requiruntur, vt ſit de facto, & re ipſa in
formatus, ut ſupra. In caſu noſtro Horatius nō eſt
informatus de. d. facto inſinuationis, quia non
erat tunc temporis de cōſilio d. Ciuitatis, in quo
inſinuatio facta dicitur, merito ei huiuſmodi iu-
ramentum de ferri non poteſt.

61 † Tertio non defertur iſtud iuramentum ei. q
uiſus ſit probare per plures teſtes ſuam intentio-
62 nem, † ideoq; pro cautela datur, quod qui vult
ſibi hoc iuramentum concedi non examinet niſi
unum teſtem Bal. l. de quibus col. antepe. uers. ſed
nūq d ff. de legi. Lāfrā c. quoniā cōtra uer. reſtiū
depoſitiones col. 4. uers ulterius de ꝓba. Verō.
caut. 152. ſi cautus &c. Alex. cōſ. 109. uiſo. col. ult.
li. 4. Dec. c. licet cauſam nu. 6. de ꝓb. col. 3. cōſ.
310. uiſis ad fin & conſ. 463. nu. 11. & alij uariis
alijs in locis. D. Horatius hic niſus eſt probare
d. inſinuationem per plures teſtes & ſcripturas,
ut in proceſſu patet, merito ei tale iuramentum
deferri non debet.

Poſtremo quatenus prædicta omnino non vi-
derentur in iure ſubſiſtere (quod omnino in
animo Illuſtriſ. Arbitri nūquam uenire poſſe ar
bitror) in omnem euentum Horatius obtinere
non poſſet pro totali ſua petitione, hoc eſt pro
omnibus per Reueren. Abbatem donatis tam ſi-
bi quam D. Aſcanio eius fratri, quia ſi aduertatur
donans præfatus poſt donationem factam fra-
tribus, vni, ſcilicet, pro una, alteri pro altera par-
te ſubiecit, *& poſt mortem eorum, filijs legitimis,*
& naturalibus ipſorum. & in euentum in quem
unus ipſorum non haberet filios legitimos, & na
turales, eo caſu medietas aſſertæ donationis eſſe de-
beret illius qui haberet filios legitimos. & naturales
quibus ſtantibus, cum D. Aſcanius deceſſerit
ſuperſtite ſibi Bellarmenio filio legitimo & na
turali qui poſt mortem ſui patris deceſſit ſuper-
ſtitibus ſibi matre Reueren. Abbate, & D. Hora-
tio patruis, qui diuiſerunt eius hereditatē, atque
ita tam bona propria hereditaria ſui patris Aſca
nij quā iura quæcunq;, & ſic d. donationis ſi quæ
ſibi competebāt ad d. portionē tangentem, ſiue
matri d. Bellarmenij, ſiue ipſi Reuerēd. Abb. nul
63 lum ius competit d. D. Horatio † & ideo exclu
di debet tanquam ſine actione agens l. ſi pupilli.
§. uideamus. ubi glo. uer. non habuerit. in tertio
not. ff. de neg. geſt.

Nec obſt. quod Reueren. Abb. donauerit fra-
tribus omnia bona tam in loco d. Paterno, quam
etiam omnia alia ad eum peruentura ex bonis
ſui patris per illa verba in donatione appoſita,
Tanto li ſudetti beni di paterno, quanto tutto quello,
che gli puerra dell'heredita d. ſuo Patre &c. Quia
bona quæ peruenirunt ad eum per mortem Bellar
menij, non dicuntur peruenire ex hereditate pa
terna, quia hereditas patris Reuere. Abb. per
eum, & fratres adita non dicitur amplius heredi
tas patris, multoq; minus quæ ex perſona Aſca
nij peruenit ad Bellarmenium, uel ex donatione
64 ſibi facta per Reuerendum Abb. † quando enim
per heredem adita eſt hereditas, & poſſeſſa, ut
hic, deſinit eſſe hereditas illius primi, & unitur
patrimonio adeūtis. l. 1. §. ueteres. ubi late Ias. nu.
14. ff. de acqui. poſſ. Bar. & alij in rub. ff. de ac-
qui. hered. vbi Ias. pariter nu. 9. Idē Ias. in l. eius.
§. quod ſit ſtipulatus. nu. 8. ff. ſi cer. pet. & l. ſi
quis filium. §. in omni nu. 21. ff. de acqui. hered.
65 Meno. de Arb. iud. qq. caſu 256. nu. 9. † ubi prop-
terea dicit quod heres fructus bonorum heredi-
tatis per ſe aditæ per eum ſatos & perceptos poſt
aditam hereditatem ſuos facit, quia hereditas
adita deſinit eſſe hæreditas, & patrimonium fit il-
lius qui adiuit, ut ſupra. &c.

CON-

CONSILIVM IX.

Argumentum.

De ſtatuto Mantuæ, quo cautum eſt, bona in dicta ciuitate, vel eius territorio exiſtentia, non poſſe alienari in forenſes ſine licentia Principis late quomodo intelligatur.

Et præcipue an comprehendat alienationem factam ex cauſa dotis.

Et an, & quando licentia Principis ad alienationem prædictã requiſita præſumatur habita.

Contra Fiſcum quanto tempore præſcribatur, ſiue agatur de crimine, ſiue de pœna, & rebus ad Fiſcum deuolutis præſcribendis.

Pœna pecuniaria delicti per reum debita, an poſſit ſalua conſcientia retineri, vel præſcribi, pulchre & late omnia hic pertractantur.

SVMMARIVM.

SCIENTIA, & patientia longi temporis nedum longiſſimi, & immemorabilis, inducit declarationem tacitæ voluntatis nu. 1.

Voluntas non ſolum verbis declaratur, verum etiam factis. nu. 2.

Immo facta in hoc præponderant verbis nu. 3.

Principis ſcientia præſumitur ex poſſeſſione palam retenta per aliquos de re ad Principem pertinentem longo tempore nu 4.

Et multo magis ex curſu temporis immemorabilis. numero 5.

Temporis immemorabilis curſus facit præſumi Principem ab initio conſenſiſſe. nu. 6.

Nec ſtante de curſu temporis ſcientia Principis requiritur nu. 7.

Scientia Principis probatur ex fama publica aliquem poſſidere rem in ſuo principatu nu. 8.

Ac etiam ex eo quod res ſit magni momenti, ſpecioſa valde, & non multum diſtans à loco, in quo reſidet Princeps nu. 9.

Item ex precibus ipſi Principi porrectis, in quibus id narratum fuerit.

Item ex ſcientia ſuorum miniſtrorum per quos præſumitur deueniſſe d ſcientia etiam ad eum. nu. 15.

Licentia Principis requiſita ad actum, puta venditionis in forenſes, præſumitur feciſſe ex curſu longiſſi. temporis XXX annorum nu. 12.

Immo ex curſu X annorum. nu. 13.

Conſenſus propinquorum, vel aliquorum aliorum requiſitus iuſſu teſtatoris ad matrimonium contrahendum præſumitur præceſſiſſe. nu 14.

Conſenſus conſanguineorum in alienatione rerum minoris vel mulieris ex forma ſtatuti requiſitus præſumitur interueniſſe ſi alienatio diu facta reperitur. numero 15.

Conſenſus directi dominij reqſitus in alienatione rerum emphyte. præſumitur interueniſſe, ſi longo tempore alienatio facta reperietur. nu. 16.

Conſenſum non adhibitum eſſe probari debet per eum, qui negat, quando longo tempore alienatio facta reperitur. nu. 17.

Probatio qualitatis requiſitæ à lege, vel ſtatuto ab eo fieri debet, qui in lege, uel ſtatuto ſe fundat. numero 18.

Alienatio prohibita per ſtatutum in forenſes locum habet etiam in alienatione ex cauſa dotis ſecundum multos. nu. 19.

Stantibus maxime uerbis vniuerſalibus, & prægnantibus nu. 20.

Contrarium tamen ſecundum receptiorem ſententiam. nu. 21.

Et ſecundum veriorem. nu. 23. & 47.

Lex communis, vel municipalis nouo, iure generaliter, ſiue vniuerſaliter etiam loquens non comprehendit cauſam dotis in præiudicialibus eidem. nu. 24.

Quicquid dicat Dec conſ. 5. & 31.

Et ſine dubio quando in ea materia dos eſt ſpecialiter priuilegiata, nu. 32.

Contraria opinio procedere poteſt in lege generaliter, & uniuerſaliter loquente de cauſa. nu 38.

Dotis cauſa eſt ubique, & ſemper priuilegiata. numero 25.

Lex noua quantumcumque generalis, vel vniuerſalis non trahitur ad caſus habentes ſpecialem fauorem. numero 26.

Priuilegium alicui conceſſum, non intelligitur ab eo reuocatum per legem nouam generalem in cõtrarium. num. 27.

Renuntiatio generaliter facta non trahitur ad legitimam, niſi de ea mentio expreſſa facta ſit. nu. 28.

Argumentum de legitima ad dotem valet. num. 29.

Dos ſuccedit loco legitime. nu. 30.

Statutum regis prohibens alienare immobilia in alienigenas, non comprehendit alienantem ex cauſa dotis. nu. 31.

Dos poteſt conſtitui in rebus alienari prohibitis. numero 33.

Clauſula, Non obſtantibus, &c. non tollit priuilegium conceſſum perſonæ alias generaliter priuilegiatæ. nu. 34.

Sicut nec clauſula etiam ſi de eo ſpecialiter mentio facienda eſſet nu. 35.

Communis opinio conſulendo, & iudicando tenenda eſt. numero 36.

Doti fauens opinio in dubio tenenda. nu. 37.

Omiſſus caſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis. nu. 39.

Statutum prohibens cuique, diſponere de rebus ſuis ad libitum ſtrictiſſime intelligendum eſt. nu. 46.

Verba de perſonis alicuius ciuitatis loquentia, demonſtrant illas originarias eius ciuitatis de qua loquuntur, nu. 41.

Et excludunt etiam ſubditos ratione ſolius domicilij. num. 42.

Statutum loquens de perſona ciuitatis, & territorio aliquo intelligitur, & declaratur loqui de perſonis de quibus ſupra loquutum fuerat in materia nu. 43.
Alienari prohibita non prohibentur alienari, ſi ſemel fuerunt licite alienata nu. 44.
Lex & decretum Principis non trahitur ad præterita. numero 45.
Maxime vbi apparet de mente loquentis. nu. 46.
Licentia requiſita ad alienationem in forenſes, non intelligitur econtra per forenſem in Ciuem nu 48.
Maxime ſi fuerit facta alienatio ante litem motam ſuper priuatione rei. nu. 49.
Et ante declarationem caducitatis. nu. 50.
Reditus ad naturam & primæuum ſtatum ſuum facilis eſt. num. 51.
Ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio. nu. 52.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

CASVS, qui proponitur reſoluendus pro Illuſtr. Comitibus Balneis contra Fiſcum, ſeu Sereniſs. Cameram Sereniſs. Ducis Mantuæ (vt ingenue fatear) modicã in ſe difficultatem habet, quãuis propter acumẽ ingenij, & ſubtilitatem Excellentiſsimor. Aduocatorum d. Sereniſs. Cameræ, ac eruditiſsimor. Iuriſconſultor. noſtræ tẽpeſtatis, qui modo in perilluſtri Senatu d. loci reſident, multæ fuerunt excitatæ difficultates, pro quarum reſolutione.

In primis ſuppoſito ad fauorẽ Fiſci ſtatuto Mãtuæ prohibitiuo alienationis bonor. immobiliũ in ciuitate, territorio, & deſtrictu ciuitatis Mãtuæ per ſubiectos iuriſdictioni d. ciuitatis in forenſes etiam per quemcũque modũ alienationis per dationem in ſolutum, venditionem, aliosve actus inter viuos, aut etiam legatum, inſtitutionẽ heredis, vel quemcunque alium modum vltimæ voluntatis ſub pœna confiſcationis bonorum alienatorum.

Ac etiã ſuppoſito, ꝙ bona, de quibus modo agitur, iam centum annis, & vltra poſita in diſtrictu Mãtuæ peruenerint a perſona dictæ ciuitatis in Illuſtriſs. Balneos forẽſes d. ciuitatis, & inde ſucceſsiuis tẽporibus modo ex ſucceſsione, modo ex cauſa dotis, nõ ſemel, ſed pluries á quibuſdã d. Illuſtriſſ. familiæ in alios fuerint alienata, demũq; Illuſtris. Comitiſs. Blãca Balnea illa ciui Mãtuæ vẽdiderit, nihilominus vĩ prædictũ Fiſcũ nullo iure vigore alicuius ex dd. alienationibus dd. bona cõfiſcare poſſe.

Etenim ſi Fiſcus prętendit hoc ex prima alienatione á ciue Mãtuano in Illuſtriſ. Comites Balneos facta nullatenus obtinere poteſt.

Primo, quia cũ ab immemorabili tempore citra hmõi alienatio acciderit, ſemperq; ab eo tpe hucuſque Illuſtriſſ. Comites Balnei bona pdicta poſſedaſſint ſciẽtibus, & patiẽtibus Sereniſs. Ducibus Mãt. eorũdemq; officialibus, ſine dubio vñr ij Sereniſs.
1 Principes noluiſſe ea bona eſſe cõfiſcata, † cũ ſcientia, & patiẽtia lõgi tpis, nedũ lõgiſsimi, imò immemorabilis, vt hic, inducat declarationẽ tacitæ pcedẽtis volũtatis. l. cũ in aliena §. ſi nõ adierit ff. de acqu. hære. l. ſi filius. C. de per. hære. l. cũ poſt. de iure dot. gl. in l. ſi probatũ. C. com. diui. per quæ ita in ſimili rñdet Rom. cõſil. 271. nu. 4. & eum ſequutos Mant.
2 cõſi. 5. nu. 26. † nec mirũ quia volũtas nõ ſolum verbis, verũ etiam factis declaratur l. Paulus. ff. rẽ rat.
3 habe. † immo ad oſtendẽdam voluntatẽ alicuius facta præponderãt verbis. l. ſi tamẽ fine § ei qui. ff. de ædili. adict. Rom. cõſi. 291. nu. 4. Gram. cõſ. 13. nu. 3 inter crimi. & cõſ. 150. nu. 24. inter ciuil. & not. 10. num. 1. cum congeſtis per Tiraq. de vtroque retrac. par. 2. in fine. num. 75.

De patiẽtis Sereniſs. Ducum in dubiũ (quod ſignificetur) non reuocatur vllo modo.

De ſciẽtia probatur primo præſumptione iuris, ex quo Illuſtriſ. ij Comites d. tpe immemorabili ſẽ
4 per, & cõtinuo poſſederũt, † cũ etiã lõgi tpis poſſeſſio palã retẽta ad præſumẽdam ſcientiã Principis ſufficiat Cuma. cõſ. 162. col. 2. verſ. nec in hoc. Cald. cõſ. 15. col. 1. verſ. ex quo ſequitur de præb. Saly. in l. auctoritatẽ. verſ. quæro. de q. facti. C. vnde vi. quẽ ad id allegat & inducit Dec. cõſ. 185. ſub nu. 9. Loſſ. cõſ. 40 nu. 50. Aymo. de ant qu. rẽp. par. 4. nu. 131.
5 † multoq; magis ex curſu tpis immemorabilis, vt
6 hic, † cũ ex eo præſumatur ab initio cõſenſus Principis interueniſſe, c. cũ apoſtolica. c. ea noſcitur. vbi Io. And. de his quæ fi. á prælati. ſi. cõſ. ca. Cuma. cõſ 84 ad fi. Oldra. cõſ. 296. Alex. cõſ. 6 lib. 1. Dec. cõſ. 152
7 nu. 4. † & abunde, ꝙ in d. curſu tpis ſcientia nõ requiratur ſecũdũ opinionẽ gl. l. hoc iure § ductus aquæ. ff. de aq quo. & æſti. ver. memoriã. quã ſequuti
• ſunt Doct. magis cõiter •, vt late cõgerit Ant. Gab. de præſcr. cõcluſ. 2. nu. 59. Aut ſi eſt neceſſaria ſecũdũ alios ea certe præſumitur, vt ſupra, & tradit idẽ Anto. Gab. d. loco nu 60.

Secũdo probatur ſciẽtia principis, quia huius rei & facti, nẽpe Illuſtr. Comites Balneos habere, & tenere dd. bona in diſtrictu Mãtuę fama publica ſem
8 per fuit, † quo caſu principis ignorãtia ptendi non põt, Bar. l. is nõ põt. col. 3. ff. de acq hær. in l. ſi cui §. iiſdem. de accuſ. in l. Celſus col. 4. de vſuc. & ad eam Balb. nu. 80. Alex. cõſ. 36. col. 2 lib. 1. & cõſ. 187. col. 3. & conſ. 199. col 2. lib. 2. Ang. conſ. 160. ad fi. Ruy. conſil. 51. col. 2. lib. 5.

9 Tertio, quia bona prædicta ſunt valde notabilis pretij cõficiũtque fundũ magni momenti, & valde ſpecioſum, ſuntq; nõ multum diſtãtia ab ipſa ciuitate Mãtuæ, ideoque facile innoteſcere potuit ſemper cuiq; tranſeũti, ne dum Principi ipſi, & officialibus eius, per quem ea bona detinerẽtur, arg. traditor. per Aym. cõſ. 571. col. pen. verſ 4. arguitur. vbi clare oſtendit ex huiuſmodi probari oĩno ſciẽtiam
10 Quarto hmõi ſciẽtia probatur clarius † ex precibus porrectis per Illuſtriſs. Blancã Balneã ſereniſs. Duci 6. Nouem. 1566 in quibus expreſſe narratur prędd. bona eſſe Illuſtriſs Comitis Io. Frãc. Balnei.

Quinto quia ſereniſs. Dux ſuo reſcripto ſupplicẽ illũ libellũ ſignãdo cauſam cõmiſit Rotæ ſuę Auditoribus videndã, & iuſtitia mediãte terminãdã, & coram eis d. cauſa agitata & cognita fuit, & conſequẽter per acta, & proceſſus ad eorũ notitiã pleniſſime deuenit dictos Illuſtriſs. Balneos poſſediſſe,
11 & poſsidere bona prædicta, † per quos ſciẽtia præſumitur deducta ad Sere. Principẽ. Bar. l. ſi publicanus.

nus. § in vectigalibus. verſ.reſpondeo.de publi.&
eſt communis * opinio, licet nónulli diſcrepent, vt
poſt Balb.& alios per eum ibi relatos tradit Anto.
Gab.d.concl. 1.nu.61.

Secundo principaliter Fiſcus nullam vim facere
re poteſt in d.prima alienatione contra Illuſtriſ. D.
Blancam Balneam nó ſolum reſpectu poſſeſsionis
dicto.bonorum, de quibus agitur retentæ ab imme
morabili tempore citra computato tempore ſuo, &
ſuorum auctorum, vt ſupra, verùm etiam reſpectu
tranſlationis in ipſum factæ attento tempore, quo
ipſa poſſedit per xxx.annos, & vltra, vt mihi præ-
ſupponitur, quia tam reſpectu primæ conceſsionis,
quàm illius in eam factæ, huiuſmodi bona poſſeſſa
12 fuerũt per forenſes vltra xxx.annos. † quo caſu cla
rum eſt præſumi omnia ſolemniter acta in tranſla-
tione d.poſſeſsionis, & conſequenter Sereniſs. Prin
cipis licentiam, quæ requirebatur, præceſsiſſe iuxt.
not.per omnes communiter * in l.ſciendũ.de verb.
obl.& cõſiderat in ſimili egregie Barb.conſ.26.nu
14.& ſeq.lib.2.vbi multa ad id congerit, prout etiã
in alio ſimili ad interpretationẽ conſtitutionis Me
diolani tradit Plot.conſ.19.nu.86.& ſeqq.lib.1.re-
petito inter criminalia diuerſorũ per Zilettũ ſecun
dum paruã impreſsionem lib.1.cõſil.108. aſſerentẽ
venditionem factam per ciuẽ Mediol.forenſi cõtra
formã conſtitutionis in dubio debere declarari va-
lidam ſtante longiſsima, pacifica poſſeſsione d.fo-
renſis, quia præſumitur habita licentia alienationis
13 requiſita per ſtatutum, † & paulo infra ſub nu. 92.
in fi.expreſſe aſſerit ex curſu tantũ ann.x.d. licẽtiã
præſumi ex not.per Doct.d.l.ſciendum.& per alios
14 vt ſup.alleg.locis. † Sic ſtante prohibitione teſtato-
ris matrimoniũ fieri non poſſe per aliquẽ ſine con-
ſenſu aliquorũ propinquorũ ſub certa pœna, ſi con
tractũ diu reperiatur, præſumitur conſenſus illorũ
præceſsiſſe, niſi fiſcus prætendens pœnã, probet li-
centiã & conſenſum non habitũ, vt poſt Corn.plu-
ribus in locis, Grat.& Aym.vbi per eum cõprobat
15 eũdem Plot.d.loco nu.88. † Sic generaliter cõſenſus
cõſanguineorũ in alienatione rerũ minoris, aut mu
lieris ex forma ſtatuti requiſitur præſumitur inter-
ueniſſe, ſi diu alienatio facta reperitur. Alex. in l.2.
§.voluntatẽ.col.1.ff.ſol.mat.Anto.Gab.qui multos
16 ad id congerit de præſum.concl.1.nu.5.† Sic in alie
natione rerũ emphyteuticarũ conſenſus directi do-
mini requiſitus interueniſſe præſumitur, ſi iã longo
tpe reperitur alienatio.l.not.ſi filius.C.de per.hær.
& l.qui aliena.ver.ſed ſi non adierit.ff.de acq.hære.
Dec.conſil.185.nu.55.& alibi paſsim.

17 Tertio principaliter † quia quatenus huiuſmodi
licẽtiæ præhabitæ præſumptio omnino non proba
ret eũ cõſenſum adfuiſſe, negari nõ poteſt, quin ſal-
tem reijciat onus probandi contrariũ in aduerſariũ,
vt poſt Corn.vbi per eum tradit Aymo.conſ. 2. nu.
18 7.lib.1.† quia, qui ſe fundat in lege, conſtitutione,
vel ſtatuto, debet probare qualitatem per ſtatutum
requiſitã.l.1.§ ait prætor.vbi id not.Bar.ff. ne quid
in loc.pub.Alex.conſ.22.nu.14.lib.3.Dec.conſ. 13.
nu.9 & conſ.520.nu.11.vbi in hanc rem alios citat,
Fiſcus in præſenti caſu nec probruit, nec niſus eſt
probare (vt refertur) contrarium, merito, obtine-
re non poteſt.

Quarto princip.aliter, quia ſuppoſito, ꝙ illa prior
tranſitio poſſeſsionis dictor.bonor.facta in Illuſtr.
19 Comites Balneos fuerit ex cauſa dotis, licet multi
velint huiuſmodi ſtatutũ locum habere etiã in alie-
natione facta ex d.cauſa late cõgeſti per Tiraq. de
20 retract.conſan §.1.glo.14. nu. 96. & ſeqq. † ſtanti-
bus maxime verbis vniuerſalibus, & prægnãtibus,
21 de quibus in ſtatuto Mãtuæ, † verior tamen & rece
ptior * eſt opinio noſtratium ſub huiuſmodi ſtatu
taria prohibitione nõ comprehendi alienationem
ex cauſa dotis ex celebri dicto Salic.l. vlt.in 4.not.
C.de iure dot.vbi per illum tex.aſſerit ſtatutum iu-
bens inſtrumenta notarij non probare, niſi fuerint
regiſtrata, non procedere in inſtrumento dotium
idem tenuit Iaſ.iã legendo, quàm conſulendo, quo-
ties de hoc ei mẽtionem facere cõtingit, vt patet in
l.1.3.not.ſub nu.9 ff.ſol.mat.in auth.res quæ.nu.25
C.com.de leg.in l.ſi conſtante.nu.207.ſol.mat.in l.
quod dicitur.no.4.de verb.obli.l.1.col.vlt.ff.ſi quis
in ius voc.nõ iuit.in l.filiusfam. §. diui. prima lect.
col.9.ſuper 2.q.Bar.ibi.& in cõſ.171.viſo inſtrumẽ
to dotis.col vlt.lib.4.vbi ex hoc decidit etiam diſpo
ſitionem l.ſi vnquam.C.de reuo.don.quamquã ge-
neralem, nõ procedere in donatione dotis. Idem ſe
quitur Bal.nouel.d.l.1.nu. 339. ſol.mat. & in tract.
dot.par.6.ſpeci.47.& ſeq.Paul.Cittadi.in tract. de
iure dot.par.3.in 2.cauſa acquirẽdi.nu. 26. priuile-
gio 24.& 26.And.Barb.in addit.ad Bal.c.1 §.dona
ri quali.olim feud.poſſ.alio.vbi in ſpecie aſſerit ſta-
tutum prohibẽs alienationẽ in forẽſem nõ compre
hẽdere factam ex cauſa dotis.Hyppo.Mar ſi.ſingu.
442.vulgata ad ſi Bapt de S Blaſio.de priui dot.cẽ-
ſu.4.priui.352.nu.52.Franc.Pep.inter cõſil.Bar.Soc
ci.cõſi.86.nu.8.lib.4.Io.Crot.in terminis dicẽs com
munem * d.l.filiusfa §. diui.nu.7.Lup. in repet.ru-
bri.de don.inter vir.& vxo.§.16.nu.10. verſi. vnde
per generalem.ſentit Bru.in ſtat.excluſ.fœmi.ar.9.
nu. 62. & ſeq.Neuiz. inhærẽs huic ſentẽtiæ ſaltem
propter dubitationẽ articuli fauore dotis. arg. l. in
ambiguis.ff.de reg.iur.Neguſ.de pigno. & hyppo.
primo memb.8.par.princ.ſub nu.23. 24. & 25. ibi
ibi hanc opinionem late tuetur, & reſpõdet omni-
bus argumẽtis Dec.in cõtrarium cõſi.5.& cõſi.301.
& quinquies eam atteſtatur communem *, licet pau
cos à nobis ſupra citatos allegat, ſubdẽs ab ea non
eſſe recedẽdum vllo modo in conſulẽdo, & iudicã
do, eãdem ſentẽtiam ſequutus eſt Plot.d.cõſi.19.&
108.nu.21.vbi multos alios adducit, & in dominio
Mediolani ita ſeruari atteſtatur. Pro iſta opinione
enumerari poſſunt omnes, qui tenẽt prohibitionẽ
alienationis factam per teſtatorem nõ trahi ad cau
ſam dotis, inter quos Bart.d.l.filiusfam.§.diui.q. 2.
vbi Ferdi.nu.345.Crot.col.25.verſ. limita.Opizzo
nu.49.Iaſon 2.lectu.nu.77.& 96.Rim.iun. cõſ.147.
lib.2.nu.18.vbi de communi.* Rip.d.§.diui.nu.71.
22 quia † quod dicitur de prohibitione teſtatoris ex-
tenditur ad ſtatutariam, vt ea pariter quantum vis
generalis, non comprehendat cauſam dotis. Bart.
d.§.diui.quæſt.3.cũ quo communis * ſecũdum Iaſ.
ibi ſecunda lectu.num.96.Crot.nu. 68. Rip. nu.71.
& 79.Opiz.num.54.& 59. & alij paſsim. Ita vt du-
bitandum non ſit hanc eſſe magis communẽ * opi
nionem.

23 Quod autem iſta opinio ſit etiã verior, apparet
ex argumẽtis Neguſ.d.loc. pariterq; ex iuſsionibus

per eundem allatis ad argum. Dec. in contrarium d.
24 conſ. 5. & 301. quæ omitto breuitatis gratia. † Et
præcipue ex alia receptiſsima opinione, quæ eſt le
gem nouam, ſiue communem, ſiue municipalem ge
neraliter, vel vniuerſaliter loquentem, non compre
hendere cauſam dotis in his, quæ doti afferre poſ-
25 ſunt præiudiciũ, † cum dos ſit ſemper, & vbiq; pri
26 uilegiata, † & iura noua quãtũcunque generaliter
& vniuerſaliter loquẽtia non intelligãtur loqui in
caſibus habentibus ſpecialẽ fauorẽ, ſecundum glo.
* cõiter* receptã. l. ſciendũ. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. &
in auth. de hære. quę ab inteſtato deſer. in prin. ver.
vacantibus. cum concor. vtroque in loco citatis. &
27 per Alex. conſil. 80. col. 3. lib. 6. † deſeruit optime
quia priuilegium alicui datum ab eo auocatum nõ
cenſetur per legem nouam generalem in contra-
rium gloſ. l. 3. ver. decurionibus. C. de ſilentia. lib.
28 ta Bar. l. ſed & poſteriores. de legi. † Sicut etiam
renunciatio facta de omnibus bonis paternis non
trahitur ad legitimam, niſi de ea mentio expreſ-
ſa facta ſit. §. cæterum aut. vt cum app. cogn. l. ſi
quando. § & generaliter. vbi Bar. Bal. Paul. Caſt. &
* alij * communiter. C. de inof. teſtam. Alb. Bal. & An
ge. in l. de his. de tranſ. Bald. de præſcri. 4. par. 4. par.
29 princ. q. 23. nu. 3. & 4. † de legitima autem ad dotem
30 valet argumentum † cũ dos ſuccedat loco legitimę
Abb. conſi. 125. col. 1. lib. 2. vt arguit Iaſ. & clarius
31 Paul. Citta. locis ſupra citatis. † Eodem modo ſtatu
tum Regis etiam iureiurando firmatum prohibẽs
immobilia regni ſui alienari, non comprehendit a-
lienata pro dote. Alb. in 1. par. ſtat. q. 143. quem ſe-
quuti ſunt ferè omnes in d. l. filiusfa. §. diui. in ſpe-
cie Ferd. nu. 345. & ſeq. Crot. col. 25. verſ. 5. limita
iſtam concluſionem, & Opiz. nu. 49.

Præterea non videtur id poſſe negari, quia ij ip-
ſi, qui contrarium tenent prout Dec. d. conſil. 5. &
301. ſub num. 11. verſ. & iſto primo caſu. fatetur ve-
riſsimam eſſe opinionem, quam nos tenemus cum
32 Salice. & ſequacibus, † quando ſumus in tali mate
ria, in qua dos reperitur ſpecialiter priuilegiata, ſi-
cuti eſt in caſu præſenti, vt in terminis Ioan. Lup.
33 d. §. 16. ſub num. 10. verſ. maxime quia. † probans
ex auth. res quæ. & in corpo. vnde ſumitur. C. com
mu. de leg. vbi dos habet hoc ſpeciale priuilegium
vt conſtitui poſsit in rebus aliás alienari prohibi-
34 tis, comprobans fortius ſecundum eum, † quia hoc
priuilegium reperitur conceſſum perſonæ aliás ge
neraliter priuilegiatæ. iuxta l. 1. ff. ſolu. matrim. quo
caſu per generalem derogatoriam priuilegiorum,
35 etiam cum clauſula, Non obſtante, &c. † & illa a-
lia, etiam ſi de eis mentio fieri deberet, derogatum
non cenſetur, niſi de illo ſpecialiter, & nomina-
tim mentio facta fuiſſet. Cin. l. vni. C. quando im-
petat inter pupil. & vidu. Vital. de clauſul. in clau
ſu. 51.

Et quatenus ad hoc ex rationibus Dec. & ſequa.
dictis locis, videretur hęc opinio non vſquequaq;
tuta, in dubio inhærendum eſt ei, tum quia com-
36 munis, vt ſupra †, à qua cõſulendo & iudicando nõ
eſt recedendum ſecundum Neguſ. vbi ſupra, & tra
37 dunt Abb. & alij c. 1. ad fi. de conſt. † tum quia in du
bijs pro dote iudicandum. l. in dubijs. ff. de reg. iur.
vbi Dec. & Cagn. & in terminis tradit Neuiz. con
38 ſil. 77. ſub nu. 16. fere in fi. † Accedẽte maxime de-

mum, quia opinio Dec. & ſequac. ſi ea teneatur,
procedere poteſt, quando ſtatutum vniuerſaliter lo
queretur de cauſa alienationis, puta prohibendo
fieri ex omni, & quacunque cauſa. iuxta l. in frau-
dem. §. vltimo. allegatam per Decium. cum ſimil. ſta
tutum Mantuę licet generale ſit reſpectu perſona-
rum, & alienationum, non tamen ita eſt reſpectu
cauſæ.

Si Fiſcus prædicta bona ad ſe pertinere conten-
dit ex alijs alienationibus inter dictos Illuſtriſs. Bal
neos factis, exceptis dicta priore, & penultima in
Illuſtriſs. Blancam, ac etiam vltima per ipſam in ci
uem Mãtuę, de quibus loquemur poſtea ſigillatim,
& idem concludendum eſt.

Primo quia eæ alienationes factæ fuerunt per a-
lienigenas in alienigenas, cum omnes iſti ſuppo-
nantur alienigenæ, & forẽſes Mantuę. & d. ſtatutũ
prohibet alienari per forẽſem in nõ forẽſem, vt pa
tet ibi, quod nulla perſona de ciuitate Mãtuę, iũcto ibi
alicui perſonę, quæ non ſit ſuppoſita iuriſdictioni
noſtræ, vnde ſtatutum non comprehẽdit alienatio-
nes. quæ fiunt per non forenſem, in non forenſem,
39 qualis eſt iſta, † cum ſit caſus omiſſus à ſtatuto, qui
remanet in diſpoſitione iuris communis, l. commo-
diſsime. vbi Bar. Alex. Iaſ. & alij ff. de lib. & poſth.
l. ſi extraneus. vbi Bar. Pau. Caſtr. Alexan. Iaſ. & cæ
teri. ff. de condit. ob cauſam. in terminis Pint. d. con
ſil. 19. & 108. nu. 17. late Cepha. conſil. 13. nu. 8. &
conſil. 161. pariter nu. 8. lib. 2. Quod videtur æquiſ
ſimum, cum huiuſmodi ſtatutum ſit contra ius com
mune probens cuique ſubdito liberam facultatem
diſpenſandi de rebus ſuis immobilibus contra l. in
re mandata. C. mãd. & l. dudum. C. de contrahen.
40 empt. † ideoq; ſtrictiſsime intelligendum Bal. l. vlt.
§. vltimo. C. commun. de lega. Fulg. conſil. 210. co-
lum. 2. verſ. cum cum namque. Socc. iun. conſi. 2. nu.
10. & 21. lib. 2. conſil. 3. nu. 64. lib. 4. Aymo. conſil.
122. nu. 30. & Cephal. conſil. 580. nu. 5. lib. 4. ac etiã
ſit pœnale argumẽto. l. ſi præſes. & l. interpretatio-
ne. de pœn. Corn. conſil. 147. col. 3. lib. 1. Burſ. con-
41 ſil. 22. nũ. 8. lib. 1. & alibi paſsim. † Fortius quia
verba ſtatuti videntur comprehendere ſolum ori-
ginarios d. Ciuitatis Mantuæ, cum originem de-
notent, ibi nulla perſona de ciuitate Mantuę, vel
eius diſtrictu. Bar. l. 1. col. vlt. ſub nu. 29. ad munic. &
l. principales, de verb. ſig. Alex. conſi. 150. nu. 1. &
2. lib. 2. & conſil. 41. nu. 12. lib. 5. Rip. atteſtans de cõ
42 muni. * ad rub. ſol. matri. nu. 11. † immo dicta ver-
ba excludunt etiã ſubditos ratione domicilij Rip.
d. loco, & Aymo. conſ. 271. ſub nu. 2. verſ. quarto di
co, & rurſus nu. 3.

Nec obſt. ſtatutum prædictum dum prohibet a-
43 lienationẽ ſtabilium in territorio Mantuæ, † quia
intelligitur ſecundum præcedentia reſpectu perſo-
narum prohibitarum per ipſum ſtatutum Rip. d. re
ſp. 81. ſub nu. 8. verſ. tertio poſſum.

Secundo, obtinere non poteſt Fiſcus ex præ-
dictis alienationibus, quia præſumuntur omnia
ſollemniter acta, & in ſpecie licentiam alienan-
di præceſsiſſe eiſdem rationibus, quibus idem di-
ximus ſupra præſumi in priore alienatione.

Tertio, excluditur Fiſcus à d. ſua petitione reſpe
ctu dictar. alienationum ſubſequutarum, poſt illam
primam ſtante valida prima, vt ſupra concluſum

fuit

33 fuit,† quia bona ſemel alienata durãt perpetuo alie
nabilia.l.pater filiũ.§ quindecim.ff.de leg. 3.Doct.
omnes in d.l.filiusfamil.§.diui.vbi Bar.q 1.conſ.88
col.pen.& vlt.Plot.d.conſ.19.& 108.nu.19.

Nec aliquid contra hoc arg.facit decretum Sere
niſs. Principis prohibentis alienationẽ in forenſes,
& caſſitatas declarantis, quia cum fuerit publicatũ
11.Martij 1539.& ſic diu poſt d.primã alienationẽ
45 illam non conſtringit, † ex quo nõ trahitur ad præ-
terita,ſed ad futura tantũ,c.vlt.de cõſt. vbi Abb.Fe
lin.& cæteri, præcipue cũ in dubio Princeps nunq̃
regulariter intelligatur velle præiudicare iuri quę-
ſito alteri.l.2.§.merito.ff.ne quid in loc.pub.Dec.d.
46 q.vlt.nu.48.& l.1.nu.3. de impu.† Quod hic nullã
haber dubitationem,cũ appareat clare de intentio-
ne prædicta Sereniſ.Principis ex verbis ſui decreti,
quibus oſtendit ſolũmodo futuros caſus cõprehen
dere velle,ibi, Ne de cætero, &c. quo caſu ſine du-
bio p̃terita cẽſenĩ excluſa.Fel.d c.vl.n.5.Dec.n.49.

Quarto reijciendus eſt Fiſcus á ſua prædicta pe-
titione reſpectu alienationũ. de quibus ſupra, quia
non probauit illas factas ſine licentia,vt requireba
tur ad obtinẽdum, quemadmodum late probatum
fuit ſupra in verſ. tertio principaliter.reſpectu pri-
mę alienationis.

47 Quinto, idem dicendum eſt † ſi huiuſmodi alie-
nationes fuerunt factæ ex cauſa dotis,vt illa Illuſtr.
Comitum Ioã.Fran.& Fab. in D. Siluiam ſororem,
ſtantibus ijs quæ allegata fuerunt ſupra verſ. quar-
to principaliter.

Si Fiſcus tertio loco putat ad ſe pertinere dd.bo-
na ex alienatione facta in Illuſtr.D.Blancam vigo-
re ſucceſsionis ex teſtamento Illuſtriſs.D.Siluiæ pa
riter obtinere non poteſt.ex eiſdem argumentis,q-
bus eum excludendum eſſe oſtendimus ſupra alijs
duobus capitibus. Primo, ex eo quod diximus ſup.
verſ.1.quia cum ab alienabili.Secundo, ex allega-
tis verſ.ſecundo principaliter.Tertio,ex ratione cõ
ſiderata ſupra verſ.tertio principaliter. Quarto, ex
traditis ſup.verſ.primo quia ex alienationes.Quin
to ex conſideratis ſupra verſ. tertio excluditur Fi-
ſcus. quæ omnia allegata in dd.locis faciunt, vt iſta
alienatio valide potuerit fieri in d.Illuſtr. D. Blan-
cam Balneam.

Si vero tandem Fiſcus aſſerit Sereniſs. Cameræ
Ducalis dd.bona deberi vigore alienationis per Il-
luſtr.D.Blancam vlt.loco factam in Ciuem Mantua
num,videtur ſine dubio excludẽdus,non ſolum ex
prædictis omnibus argumẽtis,quibus eum exclu-
di in alijs alienationibus ſupra probatũ fuit,verum
etiã ſpecialiter, quia huiuſmodi alienatio facta fuit
per forenſem in Ciuem Mantuæ, & ſic prædicta
48 bona fecerunt reditum ad ſtatum ſuum primum, †
quo in caſu requiſita licentia per ſtatutum non eſt.
Felin. in c.cum omnes.nu.7.& ſeq.& in c.cum ac-
49 ceſsiſſent. ſub num.5.poſt med.de conſtit.† Maxi-
me cum alienatio facta fuerit ante litem motã per
Fiſcum, vt mihi præſupponitur. iux.not.per Dec.
50 conſ.160.in fine.† & ante declarationem caduci-
tatis ad tradita per Aym.conſil.212. col.1.Nec mi-
51 rum hoc cuiquam videri debet,† quia facilis eſt re-
ditus ad naturam & primeuũ ſuum ſtatum, & faci-
lius tolleratur.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.vbi Bal.
Angel.Alexan.& Iaſ.ff.de pact. glo.in c. ab exor-
dio.3.diſtinct.Ruy.conſil.11.nu.4.lib.5.Goz.conſ.
1.nu.35.& conſ.9.nu.31. & alij alibi paſsim.Quod
in præſenti caſu nullam habet difficultatem, cũ lo-
quamur de alienatione facta per forenſem in Ciuẽ
forenſem, & ſubditum, quæ permiſſa eſt iure com
muni. d.l.in re mandata . d.l. dudum cum vulg. &
per ſtatutum Mantuæ, aut decretum Sereniſs. Prin
cipis nullibi prohibetur ſine licentia,ſed tantum ve
tita reperitur illa quæ fit per ſubditũ iuriſdictioni
52 Mãtuæ in non ſubditũ, † ac etiam quia ceſſat peni-
tus ratio prohibitionis alienationis,quæ fuit, ne bo
na ſita in territorio & diſtrictu Mantuæ tranſirent
in non ſubditum, qui arctari non poſſet ad ſolutio-
nem onerum realium , & prædicta onera grauiora
eſſent ſubditis Mantuæ , vt expreſſum eſt in d.ſta-
tuto,& decreto, vbi autem ceſſat,ratio ceſſat diſpo-
tio.l.adigere.§.quamuis.de iure patro.c.cum ceſſan
te, de appellat.

Hæc quamquã ſatis,ſuperque ſunt ad excluden-
dum Fiſcum à ſua petitione, & ad obtinendum á
Perilluſtri Senatu Mantuæ abſolutoriam in fauo-
rem dictæ Illuſtriſs. D.Blancæ, & vltimi emptoris
dictor.bonorum quacunq; via ſe Fiſcus iuuare prę-
tendat, attamen ad excludandum Fiſcum á tribus
præcedentibus modis, quibus prætendit ad Sere-
niſsimam Cameram dd. bona pertinere , & ad cer-
tiorem victoriam,abſolutoriamque reis parandam
poſſunt ſine dubio rei ſe tueri exceptione præſcri-
ptionis.

54 Nam † licet ſatis controuerſum ſit apud Docto.
quanto tempore præſcribatur contra Fiſcum, & o-
54 piniones fuerint variæ, † illa tamen receptior, ve-
riorque habita eſt, in his quæ ad Fiſcum delata fue-
runt, non autem incorporata,qualia ſunt bona,de
q̃bus heſitatur hic, vt diſtinguatur, Aut delata ſunt
propter vectigal non ſolutum,& hic currit præſcri
ptio quinquennio tantum. l.2.C. de vectig. quem
ſing. dicit Roma.conſ. 358. & alij varijs alijs in lo-
cis,Aut delata fuerunt ex alijs cauſis , & ſubdiſtin-
guitur,Aut præceſsit denunciatio vacãtium,& prę-
ſcribitur quadriennio.l. intra quattuor.ff.de diuer.
& temp.præſcript.l.1. C. de quadrien.præſcri. Aut
non præceſsit denunciatio, & tunc poſſeſſor bonę
fid.cum titulo præſcribit ſpacio decem annorum.l.
quamuis. de vſucap. ſine titulo vero ſpacio xx. an-
nor.l.in omnibus ff.de diuer.& tempo. præſcript.
ita diſtinguit Bar.in d.l.in omnibus.& Abb.c.cum
* nobis.de præſcr.vbi alij eam communiter * appro-
bant, vt teſtatur Balb. de præſcrip. in 2. par.5.par.
princ.q.1 ſub nu.4 in fi.Iul.Clar.ſent.recept.lib.5.
§.fi. q.51.in princ.vbi multos recenſet pro iſta opi-
* nione, & communem * teſtatur Soc.iun.conſi.3.nu.
27.& ſeq.lib.3. Illuſtriſs. Comites Balnei poſſede-
rũt nõ ſolũ x.ann.qui ſufficiunt cũ tit.vt ipſi habuẽ-
runt, vt ſupra,ſed xx.& xxx.& vltra,merito, &c.

55 Non obſt.ꝙ hic ſimus in delicto † ex quo p̃ten-
ditur per iſtos Illuſt.Baln. contrauentũ ſtatuto pœ-
nali applicandi pœnã Fiſco,iuxt.celebrem,& com-
56 muniter * recep.gl.in l.3.ff.de ſepul.vio. † & tradit
56 Bertaz.conſ.399.nu. 2.& 3.& cõſ.400.nu.4.& 5.†
& quidẽ ſucceſsiue, quę nõ p̃ſcribitur ſcd̃m Anch.
c.1.de p̃ſc.in 6.vt in dubijs excitat perilluſt.Senat.

Quia in primis aduertendũ eſt nõ eſſe opus in-
gredi hãc difficultatẽ de p̃ſcript.criminis,& delicti

de qua mentio eſt in l. querela. de fal. ſed tantũ de
pręſcriptione rei, de qua loquitur d.l. in omnibus.
adeo materia d. l. querela. vti extranea omittenda
eſſet, vt tamen omnibus ſatisfiat, quo breuius po-
terit, tangetur, vt difficultates motæ reiciantur.
57 Eſto † igitur, quòd tractãdum ſit de præſcriptio-
ne criminis. adhuc concludendum eſt præſcriptio-
nem hanc completam eſſe, quia xx. ann. perſicitur.
58 d.l. querela. † & illud quod dicitur de delicto ſucceſ
ſiuo. Primo procedere poteſt, quando vere eſt ſuc-
ceſsiuam, hic non eſt tale delictum, licet enim alie-
natio facta in forenſes durauerit ſucceſsiuis annis,
non tamen ob id delictum fuit ſucceſsiuum, cum a-
lienatio, & dominij translatio temporis momento
facta fuerit.
Secundo, quatenus cõſiderari poſſet aliquo mo-
do factum hoc, de quo agitur, eſſe ſucceſsiuum, re-
59 ſpondetur, † ꝙ ex eo non reſultat delictum, quia iſti
Illuſtriſs. Balnei putarũt ſe iuſte poſſe alienare dd.
bona, cum iure communi id eis permitteretur d.l.
in re mandata. d. l. dudum. & ſtatutum Mantuæ ve-
60 rans alienationẽ ignorarẽt, † vt eſt regulare etiam
in Principe, qui habet omnia iura in ſcrinio pecto-
ris. c. 1. vbi not. de conſtitu. in 6. merito à delicto, &
61 eius pœna excuſantur, † cũ quælibet cauſa etiam
iniuſta excuſet á dolo & pœna. l. igitur. ff. de liber.
cau. late congerit Tiraq. de pœn. molli. cauſ. 43. Pe
62 dem. deciſ. 71. nu. 16. † Id quod procedit etiã ſi cre-
dulitas eius, qui putat aliquid ſibi licere, ſit nimis fa
tua, & craſſa. Socci. l. 1. nu. 13. de eo per quem fact.
erit. Dec. conſ. 178. col. 3. & conſil. 192. ad fin. & alij
multis in locis.
Nec dici poteſt, ꝙ declarationi pœnæ impoſitæ
63 non præſcribatur xx. annis. iuxta d. l. querela. †
ſed poſsit fieri poſtea ſecundum Alex. in addit. ad
Bar. in d.l. querela. & ſecundum Anch. d. c. 2.
64 Quia † reſpondetur primo hoc intelligẽdum de
pœna impoſita per hominis ſententiam, quia ita im
poſita poteſt poſtea declarari, ſecus ſi expreſſa ſit
ſecundũ legẽ, aliás haberet locũ ſemper dict. Ale-
xan. d. loco, & nũquam fere verificaretur regula d.
l. querela. & ita illa deciſio quaſi penitus deſtruere-
tur cum pœna in legibus, vt plurimum exprimatur.
Nec poteſt reſtringẽdo illud dictum ad pœnam
65 impoſitam ipſo iure per legem ſaluari, † quaſi de-
claratoria quæ requiritur. iux. c. cum ſecundum. de
66 hæret. in 6. † poſsit poſtea quandocunque fieri e-
67 tiam poſt mortem delinquẽtis, † ex quo quælibet
caducitas poteſt declarari poſt mortem cadẽtis con
tra hæredẽ ipſius, vt poſt Rip. & alios vbi per eum
68 tradit Burſ. conſ. 37. nu. 18. lib. 1. † quia in contrariũ
69 eſt veritas, † cum vbicunque agitur de pœna pecu
niaria applicanda fiſco, vt de publicatione, & con-
fiſcatione bonorum requiratur declaratoria ante
mortem delinquentis etiam ſi per legem inflicta ſit
pœna ipſo iure. Iaſ. & Dec. qui alios allegant in l. 3.
§. quod autem. ff. quod quiſque iur. Curt. ſen. conſil.
59. Dux Philippus col. 7. verſ. confirmamus. Boſſ.
atteſtans hanc eſſe ipſam veritatem, & obſeruari in
tit. de excuſ. nu. 34. in fi. prout de obſeruãtia in duca
tu Mediolani teſtatur clar. d. §. vlt. num 15. verſ. ſcias
etiam. Et dato quod fieri poſsit poſt mortem delin
quentis non poterit fieri poſt xx. annos à die mor-
70 tis illius, vt hic ſumus ſine dubio, † quia ſi iuris exe-
cutiuo præſcribitur xx. annis, vti etiam actioni cri-
minis. d. l. querela. ſecundum Anchar. & Franc. d. c.
2. Bal. in l. data opera. nu. 88. verſ. ſed qd de bannito
C. qui accuſ poſſ. Balb 2. par. 4. par. princ. q. 2. in fin.
71 nu 10. † ergo etiam declarationi faciendę, quæ ac-
ceſſoria eſt. l. cum principalis. de reg. iur. Bolo. in l.
petens. ſub nu. 4 verſ. & ideo. C. de pact. Executio
autem fieri non poteſt, niſi ſequuta declaratoria vt
ſupra, merito fatendum eſt faciendam eſſe ante de-
clarationem.
72 Non obſtat, ꝙ † quando ſumus in notorijs nõ re-
quiritur declaratoria. Parp. l. manifeſte. nu. 48. de iu
re iur. Bero. conſ. 176. nu. 96. lib. 1. Dida. c. alma ma-
73 ter. nu. 9. de ſenten. excom. † vt hic videmur eſſe ex
actis quæ faciunt rem notoriam ſecundum Parp. d.
74 loco. Pari. conſ. 50. nu. 54. lib. 1. † Quia reſp. contra-
rium verius eſſe ſaltem de conſuetudine. Clar. d. §.
vlt. q. 9. verſ præterea quæro. in fi. Gab. de crim. con
cluſ. 12 nu. 2. verſ. contrarium.
75 Secundo dato, ꝙ in notorio non requiratur decla
ratoria, † reſpondetur, hoc procedere poſſe in actis,
quæ faciunt delictum, hic non faciunt, vt ſupra
oſtenſum fuit, merito, &c.
Non obſt. decretum Sereniſs. Ducis Federici, in
76 quo dicitur nõ requiri declarationẽ aliquã, † quia
illud allegari non poteſt ad deciſionem cauſarum,
cum fuerit abrogatũ die vij. Nouemb. 1540. iux. not.
per Bar. in l. vlt. ff. de falſ. multis alijs modis ſub-
uerti poſſent ea, quæ allegantur in contrariũ in ma
teria d. declaratoriæ faciendæ ex his, quæ late tra-
dit Fel. in c. Rodulphus. de reſcrip. & latius Tiraq.
ad l. ſi vnquam glo. reuertatur. num. 401. & ſeqq. C.
de reuo. donat. Ant. Gab. de crim. cõclu. 12. p tot. &
alij alijs in locis. ſed omitto breuitatis gratia, & quia
neceſſaria non ſunt ſtantibus ſupra adductis.
Minus videntur obſtare, quæ opponuntur reſpe
ctu præſcriptionis rei alienatæ de qua proprie quę-
rendum eſt hic ex ſupra dictis.
77 In primis namque, † quod dicitur prohibita a-
lienatione per ſtatutũ, vt hic, in forenſem, eſſe etiam
prohibitam præſcriptionem rerum alienatarũ con
tra prohibitionem ſtatuti ſecundum Bart. in l. vbi
lex. ff. de vſucap. quem recenſet & ſequitur Iul. Cla.
d. § vlt q. 82. ſtatutum 5. verſ. item quæro. aſſerens
78 cõmuniter * cum Bar. id teneri † nõ procedit, quan
do ſtatutum id prohibet fieri ſine certa ſolemnita-
te, vt hic ſine licentia Seren. Principis, quia ita ſtan
te prohibitione, procedit præſcriptio rerum aliena
tarum ſine licẽtia, vel alia ſolemnitate. Abb. c. cum
non liceat. nu. 7. de pręſcrip. Alex. d. l. filiusfam. § di
ui. nu. 25. vbi ẽt nu. 13 Soc. iun. nu. 214. verſ. nõ obſt.
alia colorata. Crot. nu. 136 in fi. Ferd. nu. 191. verſ.
in præſcriptione vero. Balb. in d. tract. præſcr. 5. par.
. par. princ. q. 4. ſub nu. pariter 4. verſ. ſed ſi prohi-
79 bitio legis. † vbi licet dicat non ſufficere tali caſu
præſcriptionem longi temporis, quia titulus eſt im
probatus á lege municipali. præſcriptio tamen lon
gi temporis, ſine dubio locũ habet, data ſaltem bo-
na fide præſcribentis, & ignorantia ſtatuti, quæ ta-
men bona fides præſumitur ex curſu temporis lon-
giſsimi, licet de titulo non appareat. In præſenti ca
ſu apparet de titulo concurrit bona fides, & datur
ignorantia ſtatuti, vt ſupra deductum fuit, concur-
rit tempus xxx. annorũ & vltra, immo immemora-

bile

bile reſpectu primæ alienationis in iſtos Illuſtriſſi-
mos forenſes factæ, vt ſupra merito doctrina Bart
in d. l. vbi lex huic præſcriptioni non aduerſatur.
80 Fortius † qd cũ ſimus in præſcriptione rei contra
Fiſcum ſufficiunt anni xx. ad plus d. l. in omnibus.
81 ſecundum communem, de qua ſupra, † quod tem-
pus longiſſimum ſtatutum a lege in præſcriptione
rerum delatarum in Fiſcum, non incorporatarum
ſubrogatum eſt in locum temporis longiſſimi in a-
82 lijs rerũ pſcriptionibus † ergo ſapit naturã illius.
83 l. ſi reum. §. q. iniuriarũ. ff. ſi quis caut. † Rurſus dum
aſſeritur non eſſe probatam poſſeſſionem ſine qua
præſcriptio non procedit. c. ſine poſſeſſione. de reg.
iur. in 6. l. ſine poſſeſſione. de vſucap. Balb. de præ-
ſcript. 3. par. 3. par. princ. in princ nu. 1. & alibi paſ-
ſim, præterquam quod multis alijs modis hoc euita
ri poteſt, in quibus laborare non expedit, negatur
in præſenti caſu poſſeſſionem non eſſe probatam,
immo, vt mihi ſupponitur, licet probatum non vi-
derim, poſſeſſio ſine dubio eſt plene probata.
Vlterius dum obijcitur non eſſe probatã bonam
84 fidẽ, † rñd. illam præſumptiue ſine dubio probatam
eſſe. l. pen. vbi glo. vlt. C. de euict. præſertim in habẽ
do titulum vt hic Bar. l. vlt. nu. 16. C. vnde vi. Cano.
* c. vlt. de præſcrip. & eſt communis * Balb. in repet.
Celſus. ff. de vſucap in 3. par. prin. nu. 2. & 9. Becci.
conſ. 95. nu. 9.
Secundo dato, q præſumptiua iſtã probatio aut
85 non adeſſet, aut non ſufficeret, quod negatur † re-
ſpond. eam non requiri in præſcribendo iuri, vel a-
ctioni per alterum quærendæ, quia tunc mala fides
86 nõ eſt impedimẽto præſcriptioni, † quin immo ta
87 li caſu mala fides conſiderari non poteſt † quia do
nec is, contra quem præſcribitur & qui tractat de
iure quærendo, anceps eſt, & non declarat ſe velle
acquirere, poſſeſſor rei non eſt in mala fide. Soc. cõ
ſil. 2. in fi. lib. 3. Dec. cõſ. 514. nu. 2. Balb. 2. par. 3. par.
princ. q. 13. nu. 9. & 4. par. 5. par. princ. q. 3. ſub nu. 2.
verſ. confirmatur iſta opinio. Pariſ. conſ. 87. nu. 56.
88 lib. 2. † Fortius quia cum Fiſcus intra tempus ſibi
præfixũ á lege iudiciũ nõ mouerit, tacite videtur võ
luiſſe dd. bona remanere eius, cuius antea fuerãt, &
q detinebat Rip. ad rub. ff. ſol. mat. nu. 29. atq; ita nõ
agitur hic de dominij alterius præſcriptione, ſed de
89 ſui dominij confirmatione præſcribenda, † in qua
re non requiritur bona fides Bal. conſ. 303. num. 4.
lib. 1. Balb. d. tract. in 4 par. 5. par. princ. q. 3. nu. 4. Fi
ſcus iſte nõ declarauit vnquam completam præſcri
ptionem velle dd. bona acquirere, & bona prædi-
ctorum cõfiſcare, merito Illuſtriſſ ij Balnei præſcri
ptionem comprobauerunt non obſtante allegato
prætenſæ bonæ fidei defectu.
90 Poſtremo † quod aſſeritur bona ipſo iure cõfiſca
ta, vt hic vigore d. ſtatuti, non poſſe ſalua conſcien-
tia retineri ad congeſta per Tiraq. ad l. ſi vnquã glo.
reuertatur. nu. 291. C. de reuo. donat. non eſt omni-
91 no tutum †. quinimmo receptius apud doct. & ve-
rius videtur contrarium. Quod n. quiſque pœnam
ſibi ipſo iure à lege impoſitam retinere poſsit ſal-
ua conſcientia, Fiſco non exigente, vel non inſtan-
te, tenet Dec. in c. 1. nu. 10. verſ. præd. concluſio. de
cõſt Fel. in c. audiuimus. ſub nu. 1. verſ. ſed aduerte.
vbi rationes adducit. Dida. Couar. de ſponſ. c. 6. §. 8.
nu. 10. Siman. de hæreſ. c. 9. nu. 27. & alijs ſeqq. præ-
* cipue num. 82. qui dicit hanc eſſe communem, * &
ab ea non eſſe recedendum. Iul. Clar. d. §. vlt. q. 80.
verſ. ſed hic incidenter. in fi. vbi dicit communem
92 eſſe † etiam quod notorium ſit delictum. Anto. Go
mez. tom. 3. delict. de confiſc. bono. ſub nu. 3. vbi ra-
tionem adducit ex Theol. D. Tho. 2. 2. q. 62. ar 3. &
ibi. Caie. ſum. Ang. ver. pœna. §. 3. ſum Sil. pariter in
ver. pœna. nu. 25. Nauar. in prin. 5. diſt. de pœn. in 5.
parte gloſ. nu. 23. aſſerens ſe idem tenuiſſe in d. c. 1.
Fernan. Vaſq. qq. illuſtrium. lib. 1. cap. 28. numero
24. prout etiam ipſe legendo tenui in d. c. 1. de con
93 ſtitu. † Quod etiam verior ſit iſta opinio deducitur
ex rationibus communis opinionis, & regulæ, quæ
94 eſt, † quod pœna pecuniaria impoſita delicto a lege,
95 poteſt per delinquentẽ ſalua conſcientia retineri †
ex quo non eſt debita in foro poli. gl. c. fraternitas.
* 12 q. 2. approbata communiter * teſte Dec. d. c. 1. pri
ma lect. col. 7. in princ. verſ. quicquid tamen. Bero.
ibidem nu. 232. Idem Dec. l. quod á quoquam. vbi
etiam Cag. ff. de regul. iur. & alij d. c. 1. Clar. d. §. vlt.
q. 80. d. verſ. ſed hic incidenter. in prin.
Quæ communis regula probatur ex multis rela-
tis per Doct. d. c. 1. cæteris autem nunc omiſsis, quę
96 ad rem non pertinent, † quia lex ciuilis non obli-
gat in conſcientia ex defectu poteſtatis, quia cum
principatus ſit introductus ad merã ſubditorũ vtili-
tatem, datusq; ſit ab ipſiſmet, vt probat Vaſq. d. lib.
2. c. 29. ex multis non poteſt videri data poteſtas fa-
* ciendi leges ad damnationem æternam eorummet.
arg. l. quod fauore. de legi. Item quia omnis poteſtas
eſt ppter vſum. Sot. de iuſt. & iu. lib. 4. q. 4. ar. 2. prin
ceps ſecularis vti non poteſt pœna, aut eam exequi
97 æternę damnationis, † quia hoc eſt reſeruatũ prin-
cipi Eccleſiaſtico, ergo vti princeps ſecularis tran-
greſſoribus ſuæ legis pœnam æternam infligere nõ
98 poteſt, ita nec per legem obligare poteſt, † immo
ex defectu voluntatis idem dicendum eſt, quia le-
gis lator omni cura, & diligentia proſpicit, ne ani-
99 mæ ſubditorum illaqueantur, † & in dubio talis ani
mus legis latoris eſſe præſumitur. l. quæ ſub condi-
100 tione. ff. de condi. inſt. † Non obſtat illud Prouer
biorum cap. 8. Per me reges regnant, &c. quia per
illud denotatur, q regnandi poteſtas à Deo eſt, iux.
illud Apoſt. Pauli, Omnis poteſtas à domino Deo
eſt, non ſecus, ac ſi diceretur, ſol illuminat, lu-
na humectat, naſcũtur fontes Dei ordinatione, non
tamen propterea infertur, q princeps poſsit exce-
dere fines ſuæ poteſtatis, id eſt, punire æternæ dam-
nationis pœna, quæ ſeculari non permittitur, ſed re
101 ſeruatur, Eccleſiaſtico principi. † Immo nec lex
Eccleſiaſtica obligat in dubio in conſcientia ad pœ
nam, vt poſt Gerſo. concludit Vaſq. d. c. 29. num.
102 10. † Præterea vt dixi in d. c. 1. quia nullibi repe-
ritur, q in pœnalibus legibus quis ſit obligatus ad
103 faciendum, ſed ad patiendum tantum, † vnde ne
mo tenetur ſeipſum deferre, vel accuſare. dom. Sot.
104 de iuſt. & iur. lib 1. q 8. art. 1. † ſicut etiam ex con
tractu, vel quaſi obligatus non tenetur quod debet
vltro offerre, ſed expectare poteſt, vt aduerſarius pe
tat. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empr. ita arguit Va
ſqu. d. c. 28. nu. 13. argumenta autem d. communis
regulæ præcipue ſupra ſcripta, militant etiam quan
do pœna á lege impoſita eſt ipſo iure, merito ab ea
non eſt tali caſu recedendum, ſed indiſtincte tenen
dum,

dum, & hoc in caſu poſsit in foro conſcientiæ huiuſmodi pœnam retineri per delinquentem.

105 Non obſtat, quod obligatio ad pœnam delicti dicatur eſſe iuris naturalis. Bar. l. ex hoc iure. col.
106 vlt. de iuſt. & iure. † & ius conſcientiæ iudicetur
107 ſecundum ius naturale, quia reſpond. † id uerum quo ad patiendum illam pœnam, ſi petita ab eo ſit, & exactio fieri pretendatur, quia debet pati in fo
108 ro poli, non quo ad hoc, vt vltro ſe offera reus. † Et non ſolum procedit hæc opinio quando lex impoſuit pœnam ipſo iure, veruũ etiam vlterius, ſi iudex ſeotentia ſua reum ad illam condemnauir. Didac. & Vaſq. ſupra citatis locis. qui dicunt D. Tho. in contrarium citatum per Fel. in d. cap. 1. loco per eum allegato intelligendum, ſi reus condemnatus ſit, & iudex ſeotentiam exequatur, quia tunc bene in foro animæ executionem pati tenetur.

Cæterum quicquid ſit de foro conſcientię, hic parum aut nihil curandum eſt, cum de eo non agatur, ſed in conteotioſo iudicio quęratur de prædicta pœna ſtatutaria.

Ex quibus, &c.

CONSILIVM X.

Argumentum.

De hærede inſtituto in vita in proprietate, vel vſufructu, an & quando dato vel non dato cohærede vniuerſali, vel certæ rei, ipſe remaneat hæres perpetuo, & ad hæredes ſuos hæreditatem transmittat, vel non, ſubtiliter, & plene diſcutitur.

Præcipue in vxore inſtituta etiam donec caſtè vixerit, vel ſimiliter.

SVMMARIVM.

HÆREDITAS ex tempore, & ad tempus dari non poteſt nu 1.

Et detracto vitio temporis adiecti inſtitutio ſubſtinetur, & hæres remanet pure inſtitutus, & perpetuo. num. 2.

Hęreditatemq; aditam ad hæredes tranſmittit. nu. 3.

Ratio, quia paganus non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. nu. 4.

Altera ratio, ꝙ perpetuo ſit hæres, quia ſemel hæres, non deſinit eſſe hæres. nu. 5.

Etiam contra mentem teſtatoris, & iudicis. nu. 6.

Non procedunt hæc, ſi tempus ſit incertum, quando. num 40.

Vel melius non procedunt tenendo, ꝙ tempus ſit adiectum fauore cohæredis. nu. 41.

Declaratur Dec. conſ. 597. nu. 4. & Pariſ. 69, in i dub. lib. 2. nu. 42.

Hæres inſtitutus in vita, alio facto hærede poſt eius mortem, tenetur reſtituere ſecundo inſtituto vt. fideicommiſſario hæreditatem, & ſic verba directa obliquantur. num. 7.

Item ſi poſt inſtitutum hæredem derectum in vita pauperes Chriſti, vel agnatus aliquis hæredes inſtituantur. nu. 8.

Inſtitutus hæres ad diem incertam non prouiſo ei de alio hærede poſt eius mortem, remanet hæres perpetuus. & hæreditatem tranſmittit ſecundum Bal. nu. 9.

Fallit, ſi datus ſit cohæres. num. 43.

Vel Baldus id non dixit nu. 44.

Vel illa opinio falſa, & communis contra. nu. 45.

Inſtituta donec vixerit, & vitam honeſtam, & vidualem duxerit, non uidetur inſtituta ad tempus vitæ, ſed ſub conditione, ſi non nupſerit, & vitam inhoneſtam duxerit. nu. 10.

Contra nu. 46. 47. 48. 49. 50. 51. & 52.

Verba illa, donec uixerit, & uitam honeſtam, & vidualem duxerit, magis euentum quendam, ſeu factum, quàm temporalitatem denotant. nu. 11.

Contra. nu. 53. & 54.

Vxore inſtituta ad vitam uel ad aliud tempus, nullo ei dato cohærede, aut ſubſtituto, quid faciendum ſit de hæreditate poſt illud tempus diſtinguitur. nu. 12.

Nam.

Simpliciter inſtituta ipſa remanet perpetuo hæres. numero 13.

Idem, ſi taxatiuè ſit inſtituta, licet aliqui contra. numero 14.

Si inſtituta ſit ad tempus, & ulterius poſt tempus prohibita ſit habere, inſtitutio uitiatur. nu. 16.

Si poſt tempus inſtitutæ eſt adiectus ſubſtitutus per uerba obliqua, ipſa perpetuo remanet hæres, ille uero vero fideicommiſſarius. nu. 17.

Si poſt tempus alius datus eſt hæres directo, ipſa erit perpetuo hæres. nu. 18.

Si inſtituta ſit vſufructuaria in vita, & poſt mortem eius alius eſt hæres inſtitututus, magna dubitatio eſt, uerior tamen ſententia, quòd relictum tenet. numero 19.

Diuerſis, & multis rationibus. nu. 20. 21. 22. 23. 24. & 25

Iſta concluſio indubitata eſt, quando eſſet facta domina & vſufructuaria nu 26.

Item, quando alius inſtitutus eſt filius, uel alius deſcendens teſtatoris. nu. 27.

Item, quando uxor inſtituta eſt hæres in uſufructu numero 28.

Item, quando alius inſtitutus eſt in re certa. nu. 29.

Si uxori inſtitutæ in uita alius cohæres datus eſt, ſubdiſtinguitur. nu. 30.

Nam.

Si ex coniecturis apparet, teſtatorem uoluiſſe relinquere eam tantum uſufructuariam remanet tantum uſufructuaria. nu. 31.

Exempla. nu. 31. 32. & 33.

Si non conſtat, teſtatorem uoluiſſe facere eam uſufructuariam, perpetuo remanet hæres pro ſua rata. numero 34.

Permiſſum ad tempus, cẽſetur poſt tempus prohibitum. num. 15.

Relictum alicui ad tempus, poſt tempus illud, reuertitur ad ius hæreditarium. nu. 35.

Intellectus ad l. titia. §. fi. ff. de leg. 2. nu. 36. & 37.

Legatum reſtrictum tempore, poſt illud tempus debetur

hęredi

hæredi, ita etiam hæreditas. d. nu. 37.
Inſtitutio de uxore in uita ſimpliciter, uel etiam taxatiue, ualet, & detracto uitio temporis eſt perpetua n. 38.
Indubitatum hoc, quando ultra expreßionem temporis, adſunt alia coniecturæ. nu. 39.
Dictiones, donec, quamdiu, & ſimiles, faciunt conditionem, principaliter tamen tempus denotant. nu. 53. & 54.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

MATTHAEVS Aloyſij, moriens ſuperſtitibus ſibi Ioan. Nicolao filio, & Aumante filia legitimis & naturalibus, necnon Blaſina vxore in ſuo vltimo teſtamento d. Ioã. Nicolaum filium, & D. Blaſinam vxorem hæredes vniuerſales inſtituit, videlicet, D. Blaſinam donec caſte, & honeſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit. Adijciens quoad eius vxorem, hæc verba, Et ſi aliam viam eligere voluerit, tantummodo eius dotes fl. 300. habere debeat, & pænitus hæreditate priuetur, quę in d. Io. Nicolaum filium meũ deuenire debeat. Addens etiam vlterius. Et ſi d. Io. Nicolaus deceſſerit quandocunque ſine filijs legitimis & naturalibus, ei Aumantem filiam ſubſtituo, ſubiecta demum codicillari clauſula in forma.

Mortua Blaſina vxore, fuit non mediocriter hęſitatum, & adhuc, vt refertur, ſub iudice lis eſt.

An portio dictæ hæreditatis Blaſinæ delata ad Ioan. Nicolaum cohæredem, vel potius ad d. Blaſinæ hęredes pertineat.

In qua quidẽ dubitatione nõ defuerũt huius tẽpeſtatis nõ mediocriter eruditi iuriſconſulti, qui cõſtanter pro hæredibus Blaſinæ ad excluſionem cohęredis reſponderint.

In primis quidem, quia cum d. D Blaſina per illa verba, Donec caſte & honeſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, fuerit hęres inſtituta ad tẽpus
1 vitæ, viduitatis, & honeſtatis. † Et hæreditas ex tẽpore, vel ad tempus minime dari queat. l. hęreditas
2 ex die ff. de hæred. inſtitut. §. hæres inſtit. eo. † detracto vitio illo tẽporis adiecto valet inſtitutio. ideo-
3 que remanet hæres pure, & perpetuo, † & ad hęredes eius hæreditatem aditam tranſmittit. d. l. hæreditas. d. §. hæres. l. extraneum. vbi not. per omnes. C. eo. Huius ſententiæ duplex affertur ratio, Vna qua
4 fit, q pro pura inſtitutio accipiatur, † quia non poteſt pro temporis parte, quis paganus decedere teſtatus. l. ius noſtrum non patitur. vbi Dec. & Moder. Vercel. de reg. iur. Altera, qua perpetuo fit hæ-
5 res, quia † qui ſemel hæres eſt, amplius deſinere eſſe hæres non poteſt. l. hæres. § reſtituta ff. de fideicom. hære. l. miles ita, á ſpeciali. ff. de milit. teſta. vbi
6 Bal. allegat illum tex pro caſu; † ſiue contrarium diſpoſuerit teſtator, vt dictis locis. ſiue etiam iudex. l. ſed ſi line. §. Papinianus. ff de minor.

Hinc multa egregie decidũtur in iure, inter quę
7 ad rem, illud, † quod ſi quiſpiam fecerit hæredem in vita, & poſt illius mortem alium, cum primus ille inſtitutus hæres eſſe deſinere non poſsit, vt ſupra, verba directa prioris inſtitutionis obliquãtur, & ille poſteriore loco inſtitutus hæreditatẽ capiet iure fideicommiſsi á primo, qui perpetuo remanet hæres. l. ei qui ſoluendo. in ſi ff. de hære. inſtit. d. l. miles ita. in princ. à ſpeciali. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill. Ange. d. l. miles ita. nolens propte-
8 rea, † idem etiam ſi quis inſtituerit aliquem hæredem ſibi directo in vita. & deinde pauperes Chriſti, vel agnatum aliquem directo verba illa inflecti, & pauperes Chriſti, & agnatos prædicta ratione venire ad fideicommiſſum, adducẽs etiam per hoc l. Sceuola. ad Tertul. ſubdẽs ita determinatum fuiſſe, in ſua diſputatione per Marti. Syl. & cõſultum per collegium Bono. idem vult Bal. d. l. hæreditas. col. 2. verſ. quæro nunquid. in fi Saly. d. l. extraneũ. col. 2. ver. quæro tertio. & ibi Corn. col. 3. idem Corne. l. certi iuris. vbi dicit communem. C. de teſta. mili. & in vxore inſtituta in vita ſua firmat Ange. l. filius á patre. ff. de hære. inſti. Iaſ. d. l. extraneum. col. 4. ver. tertio principaliter. Alex. conſ. 162. lib. 2. Decius conſil. 419 col. pen. verſ. tertio dubio. Socci. iu. conſil. 84. nu. 43 lib. 2. Bero conſ. 35. nu. 20. lib. 2. & alij alijs in locis communiter.

Secundo, pro hæredibus Blaſinæ adducunt prędicti Iureconſulti tradita per Bald d. l. hæreditas á
9 die. col. 1. ver. ſed quæro an. † vbi Bal. ſecundum eos voluit, quòd quando quis conſtituit hæredem ad diem incertam, quando puta quoad vixerit, non prouiſo eo de alio hærede poſt mortem, vt hic inſtitutio valet, & remoto vitio temporis perpetua eſt, & tranſmiſsibilis.

10 Tertio, eadem ſententia ijſdem Iureconſultis probabilior videtur, alia etiam via † quia cum d. D. Blaſina fuerit hæres inſtituta donec vixerit, & vitã honeſtam & vidualem duxerit, non videtur inſtituta proprie ad tempus vitæ, ſed ſub conditione illa tantum, ſ. ſi non nupſerit, & vitam honeſtam duxerit, cum illa verba, Donec, &c. æquipollere videantur illis, donec non nupſerit, & inhoneſte non vixerit. Bal. & alij l. fi. C de indi. vi. toll. vnde cũ non in tẽpus inſtituta fuerit, ſed in quandam conditio-
11 nem, † cum illa verba magis quendam euentum, ſeu factum, quam temporalitatem denotare videantur, ad not. per Bar. l. is cui. § 1. ff. dę leg. 1. & l. 1. nu. 15. & ſeq. ff. de cond. & demonſtra. & prohibitum non ſit, inſtitutionem ſub conditione fieri tot. tit. de cond. inſtit. ſine dubio tenuit prędicta inſtitutio, & cum non fuerit purificata conditio, defuncta Blaſina abſque eo quòd vitam inhoneſtam duxerit, aut matrimonio copulata de iure fuerit, non videtur Ioan. Nicolaus cohæres, & ſubſtitutus in d. tantum caſum & euentum ad eius portionem admitti.

Cæterum verbis ac mẽte prædicti teſtatoris peruigili & diligenti cura trutinatis, ac omnibus diligentius perpenſis, ſuperius adductis ad fauorem hęredum Blaſinæ minime obſtantibus pro Io. Nicolao cenſeo ſine dubio reſpondendum.

Quod vt clarius aperiamus in primis conſiderandum eſt, in propoſito plures caſus reperiri, qui licet in ſe differant á caſu noſtro, eorum tamen deciſiones, & eorũ rationes fere omnes plurimum deciſioni huius noſtræ conſultationis deſeruiunt.
12 Primus eſt, quando vxor inſtituta eſt ad vitam,

vel

vel aliud tempus. nullo ei dato cohærēde, aut ſubſti
tuto, & dubitatur, quid de hæreditate faciendum
ſit poſt illud tempus; diſtinguendum eſt, Aut inſti
tuta eſt ad tempus ſimpliciter, Aut ad illud tempus
tantum, cum dictione. ſ. taxatiua, Aut vlterius di-
ctum erat, ꝙ vltra tempus appoſitum nolebat illū
quoquomodo hæredem eſſe.

13 Primo † caſu vxor eſt hæres perpetuo, ne teſta-
tor decedat pro parte temporis teſtatus, & pro par
te inteſtatus. d.l. hæreditas. d. §. heres. vt tamen ve-
riſimili menti teſtatoris ſatisfiat, poſt mortem reſti
tuet per fideicommiſſum venientibus ab inteſtato,
quorum gratia videtur teſtator, tempus illud inſti-
ſtitutioni appoſuiſſe. vt á fortiori colligitur ex his,
quæ in ſequenti caſu dicentur.

14 Secundo caſu, † quando adeſt laxatiua tempo-
ris, licet Bar. d.l. hæreditas. in fi. videatur uoluiſſe in
totum Inſtitutionem vitiari ob perplexitatem, quę
eſt inter voluntatem teſtatoris, qui facit eam hære
dem tantum ad illud tempus, & iuris diſpoſitionē,
quæ id non patitur d.l. hæreditas. d.l. ius noſtrū. Ve
rius tamen eſt eam ſubſtineri perinde, ac ſi illa taxa
tiua appoſita non fuiſſet, ſed ſimpliciter ad vitam eſ
ſet inſtituta; quia illa dictio, tantum ſi non fuiſſet
15 appoſita, tamen ſubintelligeretur, † cū permiſſum
ad tempus cenſeatur poſt tempus prohibitum. l. ſta
tu liberum. §. ſticum. de leg. 2. l. 1. § ſi mulier. de lib.
agno. cum ſimil. & tamen inſtitutio non fuiſſet vi-
tioſa, immo tempus ex ea reijceretur. d.l. hæredi-
tas. ergo etiam ea adiecta, cum expreſsio eius quod
tacite inerat nihil ſoleat operari. l. 3. ff. de leg. 1. l. nō
recte. C. de fideicom. & late defendit Paul. Caſt. cō
ſil. 241. ſuper hoc puncto, per totum fere, poſt illud
autem tempus cenſetur vxor rogata reſtituere ve-
nientibus ab inteſtato, quorum gratia temporali-
tas illa appoſita videtur. argum. d.l. titia. §. fi. l. fin. C.
de legat. & l. peto. poſt prin. ver. idem dicemus. de
legat. 1. & late concludit idem Paul. d. conſil. 241.
num. 5.

16 Tertio caſu, † quando vxor inſtituta ad tempus
prohibita eſt quoquomodo vltra illud tempus ha-
bere, inſtitutio vitiatur, quia cum propter genera-
litatem verborum teſtator prohibeat vxorem poſt
illud tempus omni modo habere, atq; ita directo,
& vtiliter, & propterea non poſsit videri inductum
fideicommiſſum, & non poſsit efficere. quòd poſt
tempus illud deſinat eſſe hæres. l. ei qui ſoluēdo. in
fi. ff. de hæred. inſtit. inſtitutio redditur totaliter vi-
tioſa, ita proprie loquitur Bar d.l. hæreditas, vt de-
clarat Paul. Caſtr. d. conſ. 241. col. 2. verſ. eodem mo
do. Sed an deciſio Bar. ibi vera ſit in ſe non medio-
criter dubitatur, & contrarium tenuit Bal. Pau. Ca
ſtr. Sali. quos refert Corn. d.l. extraneum. nu. 2. quia
per teſtatorem hoc caſu non poteſt ius accreſcendi
prohiberi ſecundum veriorem ſententiam. l. quo-
ties. §. ſi duo. ff. de hære. inſti. & l. 1. §. ex fundo. ff. eo.
& conſequenter volunt vxorem etiam iſto caſu hæ
redem perpetuo eſſe poſt tempus, tamen per fidei-
commiſſum pariter reſtituere venientibus ab inte-
ſtato. An autem opinio Bar. vel Bal. verior ſit non
explico latius cum ad rem noſtram admodum non
faciat, ſed ſolum conſidero; ꝙ etiam iſto caſu dato,
quod inſtitutio teneat, vxor poſt mortem per fidei-
commiſſum reſtituit hæreditatem venientibus ab
inteſtato, quorum fauore tempus appoſitum cen-
ſetur.

17 Secundus † principalis caſus eſt, quando vxor
fuit ad tēpus inſtituta, & poſt illud ei alius eſt ſub-
ſtitutus per fideicommiſſum, tunc caſus eſt clarus
quòd per fideicōmiſſum reſtituet ſubſtituto, & iu-
ra directa perpetuo apud eam remanent, vtilia trā-
ſeunt in fideicommiſſarium. l. reſtituta ad Treb.
cum vulg.

18 Tertius caſus eſt, † quando inſtituta eſt ad tem-
pus, & poſt illud alius verbis directis pariter inſti-
tutus eſt; Et tunc licet dubitatio non mediocris ſit,
concluditur tamen, quòd vxor hæres erit directo
perpetua. argum. d.l. ei qui ſoluendo. in fi. cum one-
re tamē reſtituendi hæreditatem per fideicommiſ-
ſum ſecundo loco inſtituto, verba aliàs directa infle
ctendo. Bal. l. miles ita. in prin. ff. de teſta. mili. & l. id
quod pauperibus. q. 14. C de epiſ. & cler. Alex. con-
ſil. 162. circa prin. lib. 2. Dec d. conſ. 597. col. 1. ver.
ſecundus caſus. licet aliter videatur ſentire Corn. d.
l. extraneum. col. 3. verſ. ſecundo principaliter.

19 Quartus caſus eſt, † quando vxor eſt relicta vſu-
fructuaria, & poſt mortem eius inſtitutus eſt ali-
quis hæres, & tunc licet Io. And. ad Specul. de pi. §.
fi. verſi. porro vſufructuarius. Ange. l. qui filio. in
prin. ff. de hæred. inſt. Alex. l. filius á patre. in princ.
ff. de lib. & poſth. & nonnulli alij teneant, huiuſmo
di relictum eſſe nullum, præcipue ex eo, quia tale
legatum vſusfructus non cedit, niſi adita hæredita-
te per hæredē. l. vni. §. in nouiſsimo. C. de cad. toll.
l. 1. §. 1. ff. quādo di. leg. ced. & cum hæres non poſsit
adire niſi poſt mortem vxoris, & ſic legatum inci-
piat deberi tempore, quo vſusfructus finitur §. fini
tur. inſt. de vſufru. videtur nullum. l. titio cum morie
tur. ff. de vſufr. Attamen verior ſententia eſt, quòd
valeat, vt patet ex congeſtis per Iaſ. d.l. extraneum.
ſub nu. 5. prima, ſecunda, & tertia opinione d. quę-
ſtionis, & caſus in quibus omnibus concluditur hu
iuſmodi relictum valere, licet diuerſis rationibus;
20 & vijs, Vt quòd † quanpocunque hæres adeat, ap-
pareat cum retro fuiſſe hæredem. l. hæres quando-
21 que. ff. de acqu. hære. † Vel quòd accipiat officio iu
dicis, vel propria auctoritate, & cum nemo ſit hæ-
res, qui det ſecundum Bal. Saly. Corn. & Ang. locis
22 allegatis. per Iaſ. d. loco. prima opinio. † Vel quòd
p neceſſariū antecedens hæres videatur poſſe adi-
re etiam inuita vxoris. ſecundum Bal. Pau. & Ang.
23 allegatos per Iaſ. d. loco in ſecūda opi. † Vel quòd
licet hæres eſſe non poſsit ante mortem vxoris, poſ
ſit tamē bonorum poſſeſsionem accipere iure prę-
torio, ſecundum Ang. l. miles ita. de mil. teſta. rela-
tum per Iaſ. d. loco. tertia opin. per Meno. late cōſil.
24 505. nu. 50. & ſeq. † Vel quod ita de conſuetudi-
ne ſeruetur ſecundum Bal. l. id quod pauperias. C.
de epiſc. & cle. cui tamquam illuſtri doctori creden
25 dum eſt ſecundum Iaſ. d.l. extraneum nu 6. † Vel
quòd iſta opinio multum habeat æquitatis, & con-
ſona ſit voluntati teſtatoris, & ea opinio in dubio
tenenda ſit, quæ fauet volūtati teſtatorum. l. ſi pars
26 in prin. ff. de inoff. teſt. † Quę quidem ſententia pro-
cedit ſine dubio in quatuor caſibus.

Primo, quando vxor facta eſſet domina & vſu-
fructuaria, quia videtur inſtituta hæres. arg. §. pen.
inſti. de hæred. qual. & differ. l. his verbis. in princ.

de hæ

de hær.inſti. Bene Plumb. l. qui duos. ff. de milit. te-
ſta. Alex. d. l. extraneum, & ſequuntur nonnulli alij,
niſi contrarium dicas cum Iaſ. d. l. extraneum. col. fi
na. verſ. ſecundo limita.
27 Secundo, † quando is, qui inſtitutus eſt hæres,
poſt mortem vxoris eſt filius vel alius deſcendens,
cui legitima debetur, quia tũc habiturus ſit ſaltem
legitimã deducto onere etiam dilationis temporis.
l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſ. filius poterit
ſaltem quoad legitimam ſtatim adire, & per illam
aditionẽ legatũ cõfirmatur, Io. And. ad Spec. de pi-
gno. §. fi. verſ. porro. Iaſ. d. l. extraneum. col. pen. in
fi. & ſeq. Paul. Pic. l. titia. § titia. ſub nu. 97. verſ. ali-
quando enim eſt primo. ff. de leg. 2. vbi latius.
28 Tertio, † quando vxor inſtituta eſſet hæres in
vſufructu, quia tunc hæres erit etiam in proprieta
te, & poſt mortem reſtituet ſecũdo inſtituto perin-
de, ac ſi teſtator eam inſtituiſſet, & grauaſſet poſt
mortem reſtituere illi per fideicommiſſ. Saly. d. l.
extraneum. q. fi. Ang. d. l. filius á patre. Alex. d. cõſi.
162. circa primum. lib. 5.
29 Quarto, † quando vxori relictus eſſet vſusfru-
ctus, alio inſtituto in re certa, & poſt mortem vxo
ris alius eſſet hęres inſtitutus vniuerſaliter, quia tũc
hæres ille in re certa inſtitutus primo loco ſit hæ-
res vniuerſalis. d. l. 1. § ſi ex fundo. de hæred. inſtit.
& poſt mortem vxoris reſtituit per fideicom. hęre
redi vniuerſaliter inſtituto poſt d. tempus, & ſic ab
initio confirmatur illud legatum vſusfructus. Alex.
conſi. 58. habita. lib. 3. Iaſ. d. l. fi. col fi. in fi.
30 Quintus caſus eſt, † quando vxor inſtituta eſt in
vita, vel ad aliud tempus, & ei datus eſt cohæres.
31 Et tunc, † Aut ex aliquibus coniecturis apparet te
ſtatorem voluiſſe eam conſtituere tantũ vſufructua
riam, puta, ſi faciat eam dominam, madonnam, &
vſufructuariam cum filijs inſtitutis. iux. late tradita
32 per Doct. l. titia. §. titia. ff. de leg. 2. † Vel ſeparatim
primo filium fecerit hæredem vniuerſalem, poſtea
vxorem hęredem in vita, vt deducit Dec. d. conſi.
33 597 col. 1. verſi. quarto loco. † & tunc pariter nõ
cadit dubitatio, quia vſufructuaria tantum erit, &
vſufructus finitur morte. §. finitur. inſt. de vſuf. l. 3.
§ fi. ff. qu. mo. vſuſf. amit. vt per Doct. d. loco.
34 Aut † non apparet, quòd vxorem voluerit vſu-
fructuariam tãtum relinquere prout propriè caſus
noſter eſt, in quo teſtator filium & vxorem vniuer
ſales inſtituit, vxorem tamen ad tempus tantum,
& tunc licet maior ſit apud Doctores noſtrates du-
bitatio; Attamen concludendum eſt vxorem hæ-
redẽ pro ſua rata perpetuo directo eſſe; poſt mor-
tem autem per fideicommiſſum grauatam reſtitue
re cohæredi ex mente teſtatoris, quæ in huiuſmodi
tamquam regina præcipua attendenda eſt l. in con
ditionibus primum locum. ff. de cond. & demonſt.
l. cum virum. C. de fidei. l. cum quæſtio. C. de leg.
Mens autem teſtatoris (ni fallor) clariſsime de-
35 ducitur. † Quia relictum alicui ad tempus á teſta-
tore, poſt illud tempus ad ius hæreditarium reuer-
titur, & conſequenter cohæredi, cuius gratia tem-
pus adiectum cenſetur, ſi datus reperitur, vt hic, de-
betur. l. titia. huius initij prima. §. fi. ff. de leg. 2. vbi
Bar. id in ſum. expendit. & non minus Paul. Caſtr.
ibi. col. 1. ver. in tex. ibi quamdiu viueret. non parũ
ad rem noſtrá ſubdens fuiſſe dubium in eo § quid
de eo relicto futurum eſſet poſt mortem legatarij,
ex eo quod legatum ad vitam fuerat relictum, nec
explicatum fuerat, cui poſt mortem legatarij ap-
plicandum veniret, determinari tamen ibi ad hære
dem teſtatoris pertinere ex præſumpta mente teſta
toris. Qui præſumitur voluiſſe ad hæredem ſuum
redire ex natura temporalis relicti, quæ eſt, quòd
poſt tempus appoſitum fiat hæreditarium, vt etiam
ſenſit Bal ibi in fi. dicens, id eſſet ex natura tempo-
ralitatis inſertæ legato, & ob id etiam ad hæredem
hæredis trãſire iure temporalitatis finitæ, ſiue iuris
legati finiti, & reſoluti, vt adnotant etiam, modi. ad-
dentes ad Alex. conſ. 92. ſuper eo. in ver. alios. lib. 3.
Idem voluit Imol. l. filius à patre. col. 3. verſ. tertius
caſus. ff. de lib. & poſth. Alex. d. conſ. 92. col. 1. & cõ-
ſil. 173. nu. 2. & rurſus col. fi. ver. nec ob. lib. 5. vbi dũ
reſpondit ad d. § finalem, quem in contrarium alle
gauerat ibi, dicit illum procedere quando per teſta
torẽ dictum nõ fuit ad quem poſt mortẽ legatarij,
legatum ei ad vitam factum pertinere vellet, hoc
idem pro ſingulari ponit Trigo. ſing. 2. & pro claro
firmat Caual. de vſufr. muli. relict. nu 81.
36 Et † licet tex. d. l. titia. §. fi. loquatur in legato, &
ita etiam videantur intelligendi doctores ſupra ci-
tati ex eo tex. id aſſumentes, in eoque id tollerandũ
videatur; cum legatum ad tempus fieri nõ reperia
tur prohibitum, ſicuti hæredis inſtitutio prohibita
37 eſt. d. l. hæreditas ex die. d. §. hæres. † Vere tamen
idem decidi intelligendum eſt etiam in ipſa hæ-
redis inſtitutione, de qua hic loquimur identitate
rationis, ſicut enim legatum reſtrictum tempore
videtur fauore hæredis, ideoque poſt illud hæredi
debetur. d. §. fi. & l. fi. C. de legat. ita etiam hæredis
inſtitutio ad tempus fauore cohæredis reſtricta vi-
deri debet; & finito tempore, ei deberi dicendum
eſt, non obſtante diuerſitatis ratione ſupra aſsigna-
ta, quæ infra tolletur, & non eſſe in propoſito inter
legatum, & inſtitutionem hæredis differẽtiam ſen-
tiunt omnes Doctores, præcipue autem clare, & in
terminis de vxore ad vitam hærede relicta. Dec. cõ
ſil. 597. ſuperiori anno. n. 4. & ſeq. & latius poſt alios
quos ibi late accumulat Pariſi. conſil. 69. in primo
dubio. lib. 2 per totum, concludens in caſu ſuo in-
ſtitutionem de vxore ita factam in eius vita tãtum
datis ſibi quatuor cohęredibus valere, eamque eius
roboris, & efficaciæ, vt ea perpetua pro ſua rata hæ
res ſit, poſt mortem vero eã per fideicommiſſarium
cohæredibus reſtituat, citans in eandem ſententiam
* Bal. Imo. Alex. Corn. & alios communiter * dicta
38 l. extraneum. & alijs locis. † atteſtans etiam ita ab
* omnibus magis * communiter teneri. Quinimmo
ex eadem præſumpta mẽte teſtatoris fortius etiam
taxatiue, puta in vita tantum, valet, detracta men-
tione & vitio illo temporis, & vxor perpetuo hæ-
res eſt, directo poſt mortem tamen ex prædictis ra
tionibus reſtituere per fideicommiſſum venienti-
bus ab inteſtato quicquid voluerit Bart. in contra-
rium, vt late conuincit Paul. Caſt. conſil. 241. ſuper
hoc puncto. per totum. lib. 2. Corn. d. l. extraneum.
* col. 2. verſ. extra glo. & ſequuntur alij * communi-
ter ſecundum Pariſ. d. cõſil. 69. nu. 67. & ſeq. Natt.
conſil. 459. Iacobus. num. 12. & pluribus ſequen.
libro 2.
39 Huiuſmodi † concluſio in caſu noſtro redditur
indu-

indubitata, quia vltra quod inſtitutio vxoris fuit ad tempus; quod ſolum ſufficit ad præſumendum, ꝙ teſtator voluerit tēpus illud adijcere fauore cohæredis, vt ſupra, cōcurrunt etiam aliæ permulę coniecturæ, quæ clare oſtēdunt, teſtatorem filium perpetuo vniuerſalem hæredem, vxorem vero ad tempus vitæ, viduitatis, & honeſtatis tantum reliquiſſe, vt infra ad finem clare oſtendetur, & conſequenter, cum eam deſinere eſſe hæredē efficere non poſſet, ſaltem grauaſſe per fideicommiſſum portionē ſuam cohæredi reſtituere, vt ſupra dictum eſt.

Non obſt. modo ea, ex quibus prędicti Iuriſcon. in contrariam ſententiam iuiderunt, quia facile (niſi fallor) ſummouentur, & quia in eorum diſſolutione huiuſmodi noſtra conſultatio, & opinio dilucidior apparebit, libentius elaborabo.

Non obſt. igitur primo d.D. Blaſiuam fuiſſe ad tempus inſtitutam, ideoque mentione illa detracta, purè inſtitutam videri, perpetuoque hæredem pro illa rata habendam. d.l. hæreditas ex die. d. §. hæres. cum alijs ſuſius ſupra allegatis in priore argum. partis aduerſæ,

40 Quia primu reſponderi poteſt,† illud procedere in inſtitutione ad tempus certum, quando, ſecus ad incertum qn̄ licet certum ſit, an, vt iſtud vitæ hic, ita declarauit eos textus Feder. Se. ſeu potius ad illius conſultationem Franc. inter conſilia d. Federici conſi. 56. nu. 5. ea ratione ſecundum eum, quia dies incerta æquipollet conditioni, ſub qua bene poteſt fieri inſtitutio. l. 1. & per tot. ff de condit. iuſti. ideoque efficit, vt nec tempus incertum de medio tollatur.

Secundo quatenus hoc non admittatur, cum videatur contra mentem glo. Cor. & nonnullorum d.

41 l. extraneum. rñd. clare † d.l. hæreditas. d. §. hæres. cum ſimil. non obſtare opinioni * communi, quam defendimus; cum enim teneamus cum communi illam temporis adiectionem in inſtitutione adiectā videri gratia cohæredis, ita vt poſt mortem vxoris eius portio per fideicommiſſum cohæredi reſtituatur, plene ſatisfit dd. iuribus, nec teſtator pro parte temporis remanet teſtatus, & pro parte inteſtatus, cum tamē in vita vxoris per eam ei directo, quàm poſt eius mortem per filium ex fideicommiſſo, quo ad eam ratam ei ex eodem teſtamento ſuccedatur, nec vxor, quæ ſemel fuit hęres deſinat poſt mortē eſſe hæres cum directo remaneat hæres perpetuo, licet iura vtilia transeant in cohæredem, & hoc modo mens teſtatoris, quæ fuit, vt vxor fruatur ea portione tantum in vita, ſaluatur vtiliter, lex vero, quę abhorret teſtatorem poſſe efficere, quem deſinere eſſe hęredem poſtquam ſemel extitit, ſaluatur directo, & hoc eſt quod ſentiunt communiter * Doct. d.l. extraneum. & alij ſupra citatis locis, & ſaluantur rationes ſupra in contrarium allegatæ, & omnia conciliantur, vt aperte ſenſerunt Dec. d. conſi. 597. nu. 4. Pariſ. d. cōſi. 69. in primo dubio. Corn. Saly. & alij d.l. extraneum.

Nec dicatur, prout ea aduerſo contēditur, Dec. d. conſi. 597. loqui, quando vxor pro vſufructuaria tantum habetur, nos autem eſſe in vxore hærede inſtituta.

42 Quia rñd. † ꝙ licet Dec. cōſ. 165. col. 1. verſ. quarto loco. conetur vere deducere vxorem illam in caſu ſuo vſufructuariam fuiſſe, paulo tamen inf. col. 2. ver. & vlterius. aperte tenet eandem ſententiam, dato etiam, quòd ea vxor non eſſet tātum vſufructuaria, ſed etiam domina, & hæres.

Et licet Dec. ibidem col. 1. verſ. tertius caſus. videatur primo innuere, ꝙ ſi vxor ſit hæres inſtituta, & habeat cohęredem ſimpliciter remaneat hæres detracta mentione temporis. d.l. hæreditas. vere tamen Dec. ibi id non firmat, vt patet per verbum videtur, quo vtitur, nec ibi curat aliter diſſerere, an illud verum ſit in ſe: quia ille intellectus caſui ſuo nō conueniebat, vt ipſe ibi dicit, verſ. ſed iſte intellectus. Sed dum poſtea 2. col. d. verſ. & vlterius. diſcutit de veritate illius tertij caſus, aperte oſtendit, ſe eſſe contrariæ ſententiæ, vt ſupra dixi, ex quibus apparet prædictos in contrarium conſulentes, aut parum fideliter Decij ſententiam retuliſſe, aut de ea, non toto eius conſilio perlecto, iudicaſſe, præterquam, quod parum refert, quid ſenſerit ipſe Dec. cum habeamus communem ſententiam claram ex ſupra dictis.

Quod autem allegabatur, hæredem inſtitutum in vita tantum teneri per fideicommiſſum reſtituere inſtituto poſt eius mortem ad not. d.l. ei qui ſoluendo. cum ſimil. tantum abeſt, vt huic noſtræ conſultationi obeſſe poſsit, vt magis eam confirmet, cum & nos quoque idem in effectu concludamus.

Non obſt. ꝙ hęreditas alicui relicta ad diem incertam quando, vt in vita non prouiſo de alio hærede poſt mortē ſit tranſmiſsibilis, vt allegatur Bal. d.l. hæreditas ex die. verſ. ſed quæro, an quis.

43 Quia primo reſp. † Baldum in eo loco non loqui, quādo eſt datus cohæres, vt hic, quo caſu diuerſum ſtatuitur, vt ſupra.

44 Secundo reſp. † ꝙ verè Bal. ibi nō firmauit illam opinionem, refert enim tantummodo eam ex ſententia Guil. Cunij, vt patet ibi, ſecundum Guil. &c. quare Iaia tranſit ad aliorum opinionem, ibi, alij dicunt, &c. quæ vult hæredem primum in vita tantum inſtitutum hæredem per fideicommiſſum ſecūdo inſtituto poſt mortem reſtituere, & eam ipſe tenet, cum vltimo loco referat iux. not. l. ſi idem cū eodem. de iuriſ. omn. iud. tum vel maxime cum idē tenuerit d.l. miles ita. & alibi, vt congerit Corn. d.l. extraneum.

45 Tertius quicquid ſenſerit Bal. reſp † parum aut nihil curandum eſſe, cum verior, & magis communis * ſententia ſit etiam non dato cohærede, nec ſubſtituto, neque etiam alio poſt mortem primi ad vitam teneri hęreditatem venientibus ſaltem ab inteſtato reſtituere, vt late proſequitur Paul. Caſt. d. conſ. 241. & ſupra dixi.

Non obſt. vlt. ꝙ d.D. Blaſiua inſtituta fuerit donec non nupſerit, ſiue vidua permanſerit, & vitam caſtam, & honeſtam ſeruauerit, non autem ad tempus vitę, vt præſupponitur, & ob id corruere vidrātur omnia ſupra allegata.

46 Quia reſp. † ꝙ inſtitutio vxoris eſt dupliciter ad tempus reſtricta, vno modo videlicet ad tempus ſecundarum nuptiarum, vel inhoneſtæ vitæ, quod in vita vxoris potuiſſet euenire, ſi ſecundas nuptias contraxiſſet, vel inhoneſtam vitam duxiſſet, & in hunc caſum expreſſe eidem vxori teſtator filiū ſubſtituit, qui tamen caſus non probatur accidiſſe,

ideo

47 ideo circa eum non inſtamus, † Alio vero ad tem-
pus vitę ipſius, & licet hoc omnino explicite non vi
deatur dici per teſtatorē, collegitur tamē multifariā.
Primo Dum teſtator reſtringendo eius inſtitu-
tionē, inquit, donec, caſte, & honeſte vixerit, & vi
tā vidualē ſeruauerit. i. donec viuens fuerit, & hone
ſtam & vidualem vitam egerit, & conſequenter in
cludit etiam caſum mortis.

Secundo quia negari non poteſt, teſtatorem hu-
nc noſtrum plurimū filium vxori predilexiſſe, ex
48 eo quidem † quia primo eum in ſtituendo nomina
uit iux. l quoties in princ. ff. de vſufr. l. hæredes mei
§. puto. ff. ad treb. d. l. qui ſoluendo vbi Ang. Imo.
& recentiores nor. ex prenominatione collegi ordi
nem maioris caritatis, & dilectionis l. ſi ita legatum
in princ. de leg. 1 vbi prior nominatus ex legatarijs
prius eligit ſecundum Paulū Caſt. ibi & l. in ſi ita
ſcriptum vbi Dyn. Ray. Nic. Neap. Abb. Bal. &
Imo. ff. eo. Dyn Bar. Ang. Rapha. Com. Alex. Iaſ.
& alij l. qui duos ff. eo c. pen. cum concor. alle-
gatis. ibi per glo. de elect. lib. 6. & alij alijs in locis.
49 ſubinde apparet, † quia licet eadem oratione vtrun-
que, hoc eſt filium, & vxorem inſtituerit, inſtitu-
tionem vxoris ad tempus, reſtrinxit, filij autem in
50 ſua ppetuitate reliquit. Vlterius idem colligitur, †
ex ſubſtitutionibus factis, dum. n. ad eas teſtatoe.
digreſſus eſt cohęredes. i. filium & vxorem non in
uicem ſubſtituit, ſed vxori filium, non filio vxorē
Imo Auunantem filiam tantum, cui in inſtituendo
tantum modicum quid reliquerat teſtator, igitur cū
filium plurimum predilexerit vxori, dum teſtatoe
illa reſtrinctionem inſtitutionis de vxore factę vti-
tur, credendum eſt ſine dubio eam ad tempus vitę
reſtrinxiſſe.

Tertio manifeſtius huiuſmodi mens teſtatoris
oſtēditur, quia negari nō poteſt qn duplex onus fi-
51 dei commiſſi vxori in iunctum fuerit † vnum ex-
preſſe, alterū tacite de, expreſſo patet, in caſum ſe
cundarum nuptiarum, & in honeſtæ vitæ ipſius,
ibi, & ſi aliam viam eligere voluerit &c. vbi in d.
caſum ei filium ſubſtituit, De tacito apparet per-
ditionem cohæredis, & inſtitutionem temporalē
propter naturam temporalis diſpoſitionis, & ſu-
prad.

Nec Negari poteſt quin illa temporalitas ca-
52 ſum quoque mortis vxoris reſpiciat, quia niſi
tacite in d. caſum ſe iam prouidiſſe teſtator intel-
lexiſſet, proculdubio expreſſe ſubſtitutum ei poſt
mortem dediſſet, quemadmodum filio, immo for
tius, cum clarum ſit ex ſupradictis filium vxori
predilexiſſe, ideoque extra omnē veriſimilitudinē
ſit, quod filio predilecto ſubſtituerit, uxori vero
minus dilectæ, minime, atque ita in caſum mor-
tis predilectum filium ſua portione hæreditatis
priuaſſe, minus vero dilectam vxorem liberam,
& perpetuam hæredem directo & vtiliter reliquiſ-
ſe, ne igitur tam abſurdum hoc admittatur, creden-
dum eſt teſtatorem ſub illis verbis, donec &c. vxo
ri tacitum fideicommiſſum predictum iniunxiſſe.

Poſtremo ſupredictis, de temporali inſtitutione
vxoris, non aduerſantur, dum, dicitur, per illa ver-
ba, donec caſte &c. magis conditionem, quam
53 temporalitatem inferri † quia licet huiuſmodi di-
ctiones donec, quamdiu, quouſq., & ſimilies di-
cantur facere conditionem l. qui concubinam §.
vxori ff. de leg. 3. & l. pater ſeuerinam in fin. de
54 condit. & demonſt. † principaliter tamen tempus
denotant, ut eſt de mente Bar. l. pen de excuſ. tut.
Card. Clem. 2. § 1. de eta. & quali. Nat. conſ. 439.
Iacobus nu. 15. & ſeq. lib. 2. Meno. conſ. 105.
nu. 1.

Viſis ac diligenter conſideratis quæ ſupra per Excel-
lentiſsimum D. Conſulentem docte ac ſubtili-
ter deducta, & adducta fuerunt ſententiam ſu-
prefirmatam iuri, veritati, & æquitati conſonā
eſſe arbitror Ego Io: paulus Lancellotus I. c. Pe
ruſinus, pro qua videntur etiam ad modam. fa-
cere quę firmat in fortioribus terminis And. ſi-
cul. in conſ. 55. lib. 2. & properea concluſionē
ſuprefirmatam, preſenti ſimplici ſubſcriptione
de qua ſolum requiror, confirmo.

Io. Paulus Lancellottus. I. c.

Placet mihi quoque opinio Excellentiſsimi D. con-
ſulentis in caſu premiſſo iuribus & authoritati-
bus ſupre pro eum allatis, & quia de ſimplici
ſubſcriptione ſum requiſitus abs alijs additio-
nibus me eſſe eiuſdem opinionis atteſtor, & ad
fidem ſubſcripſi.

Bernardinus Alphanus I. c. Peruſinus
Trirepos Bartoli.

Quæ ſupre per Excellentiſsimum D. Conſul. contra
hæredes D. Blaſinæ & ad fauorem Io. Nicolai
firmata fuerunt iuri, & ipſius teſtatoris menti
cui iura primas partes tribuunt ex late per eum
aductis conſentanea eſſe arbitrio ego. Petrus
Vbaldus I. V. D. Peruſinus & ideo de ſimplici
ſubſcriptione requiſitus conſulentis, ſententiæ
libentiſsime ſubſcripſi.

Ego aliis requiſitus, vt vellem ſubſcribere ad fauorē
hæredum D. Blaſinę recuſaui, quippe, quia iam
tunc illius eram opinionis, vt teſtatoris filius, &
cohæres D. Blaſinæ ius ſoneret, quam opinio-
nem eo libentius nunc teneo & ſequor, quia
animaduerto eā opinionē rationibus & autho
ritatibus fuiſſe per Excellentiſsimum D. Conſu
lentem comprobatā, & plurium ſubſcribentium
authoritatibus munitam, igitur de ſimplici ſub
ſcriptione requiſitus animo libenti eādem opi-
nionem ſequendo ſubſcripſi, & ſubſignaui.

Caliſtus Baciallus I. V. D. Peruſinus ſaluo &c.

Concluſionem ſuperius firmatam perclariſsimum D.
Conſulentem ad fauorem Io. Nicolai veriſsimā
eſſe puto, & non ſolum iuri & æquitati ſed etiā
menti teſtatoris & veritati plurimum conueni-
re, qua de re de ſimplici ſubſcriptione requiſi-
tus libentiſsime ſubſcripſi.

Valerius Arigutius V. I. D. &c.

CONSILIVM XI.

Argumentum.

An duæ quartæ detrahendæ ſint, quando legitima eſt ſemis, late, & ſubtiliter concluditur pro affirmatiua, quicquid Baldus, & ſequaces contrarium voluerint, & Aymo dubitandum reliquerit.

SVMMARIVM.

DVAE Quarte, ideſt, legitima, & Trebellianica non deducuntur, ſed vna tantum nu. 1.
Contrarium nu. 2.
Quod procedit, quando ſub conditione hæres grauatus eſt reſtituere nu. 3. & 15.
Quando legitima eſt ſemis totius hæreditatis, attento etiã iure canonico non deducitur pro legitima, & trebellianica, niſi ſemis nu. 4.
Contra ſecundum communem, & veriorem nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
Prima ratio pro prima opinione, ne plus conſequatur grauatus, quem honoratus nu 5.
Quæ reprobatur nu. 16. 17. 18. & 19.
Secunda ratio pro eadem opinione, quia nec x, nec aliqua gloſſa contrarium dicit nu. 6.
Sed reprobatur nu. 20.
Tertia ratio pro eadem, quia omnes permittentes deductionem duarum Quartarum, videntur figere pedes in dimidia nu. 7.
Quæ reprobatur nu 21.
Quarta ratio pro eadem, quia deductio duarum Quartarum introducta fuit iure canonico, ſic contra ius ciuile. nu. 8.
Quæ reprobatur. nu. 22.
In correctorijs ex identitate rationis expreſſe permiſſa eſt extenſio. nu. 23.
Quia tunc proprie non eſt extenſio, ſed comprahenſio. nu. 24. & 25.

Dei Opt. Max. implorato ſuffragio.

PERAQVINVS Delphinus de ſpoleto ſuum vltimũ cõdidit teſtamentũ, in quo quinq; ſuos filios hæredes vniuerſales inſtituit, eoſq; ſi ſine filijs deceſſerint inuicem ſubſtituit, & caſu quo omnes deceſſerint ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus quandocũq, tũc, & eo caſu ſubſtituit Thomam eius fratrem, & d. Thomę filios, & nepotes.

Itactu temporis filij omnes Peraquini ſine filijs deceſſerunt, atque ita purificato fidei commiſſo predetio per mortẽ Iuliani vnius ex ad filijs vltimo loco decedentis ad fauorem nepotum d. Thomæ prędefuncti ſuperexiſtentium in reſtitutione d. fidei commiſſi facienda dictis nepotibus.

Exorta eſt non mediocris dubitatio inter dd. Nepotes fideicommiſſarios, & DD. Hieronimum & Sigiſmundum de Vannis hæredes prędicti predũ Iuliani Delphini.

An videlicet dd. hæredes Iuliani ex perſona eorum authoris de d. hæreditate detrahere poſsint duas quartas, hoc eſt legitimam, & trebellianicã, an vero legitimam tantum.

In qua quidem difficultate, videtur prima fronte reſpondendum, legitimam tantum eſſe detra-
1 hendam † cum in reſtitutione fideicommiſsi per filium, vel alios deſcendentes, quibus legitima debetur, non poſsit niſi vna quarta deduci, ſecundũ Pet. Cyn. Raph. Fulg. & non nullos alios l. quan quam C. ad l. falci. primo per l. filium quem hr tem C. fami. herci. vbi filius reſtituit quod habet vltra quartã ſecundo per l. Iubemus C. ad treb. vbi filius cogitur reſtituere dodrantem. 3. per l. 1. §. pen. ff. ſi cui pluſq; per. l. fal. arguendo de legitima debita patrono, ad debita filio, & per non nulla alia iura, quæ ipſi allegant ad hoc. quarto. efficaci ratione, quia quicquit percipitur iudicio teſtatoris in legitimã imputatur l. omnimodo C. de inoff. teſt. l. illud C. de collat. cum ſimil. hæres cepit trebellianicam iudicio teſtatoris, merito &c.

Secundo Quatenus quoad prędicta aliqua fieret difficultas per tex. & ibi notata in c. Raynuntius & c. Raynaldus de teſta. & c ſi pater, eo. tit. lib. 6.
2 † in quibus permittitur duarum quartarum deductio ſecundum Gui. Pap. decis. 52. Beren. Fernan. l. in quartam nu. 335. ff. ad leg. fal. & non nullos
3 alios indiſtincte, † ſecundum magis comunem & verò, & conſuetudinem omnium curiarum quando hæres grauatus fuit ſub conditione, vt hic, vna tantum quarta detrahitur, vt de comuni, & obſeruatione in praxi teſtatur idem Beren. Fern. d. l. in quartam nu. 325. Paul. Pic. ibi nu. 284. Ruy. nu. 21. Crot. l. qui Romæ §. duo fratres nu 79. de ver. oblig. Alex conſ. 42. nu. 8. & conſ. 142. vbi latius nu. 12. lib. 2. Iaſ. conſ. 146. nu. 3. lib. 4. Dec. cõſ. 81. conſ. 102 conſ. 238. conſ. 320. & conſ. 480. Curt. conſ. 75. col. 4. Soc iun. conſ. 115. ad fin. lib. 3. Pari. conſ. 17. lib. 2. conſ. 1. lib. 3. Carel. coſt. memo. ver filius grauatus, & alij paſsim. quatenus in quã ex his in dubium refricaretur primũ argumentum conſiderandum eſt, illud videri incõ
4 cuſſum remanere, † quia ſupra praxime allegata videntur procedere, quando legitima eſt tertia pars hæreditatis, ſecus quando eſt ſemis, vt quia numerus filiorũ eſt vltra quatuor, vt in pſenti caſu iux. auth. detri. & ſemi. per tot. quia tunc etiam hodie, & attento etiam iure canonico, non videtur deduci poſſe, niſi ſemis pro legitima, ita in terminis firmat Bal. conſ. 94. punctus queſtionis ſub nu. 3. ver. dicamus igitur lib. 2. eandem opinionem videtur ſentire Alex. cõſ. 68. lib. 4. alias cõſ. 3. col 1. lib. 7. & Dec. conſ. 228. ad fin. ſicuti in hanc rem adducit

Aym.

Aym conſ. 50. ad finem, apertius Baldum ſequun
tur mod: Parſ. addentes ad Alex. d. conſ. 3. in
addi. magna in fine. videturque vrgenter probari
huiuſmodi Baldi opinio.

5 Primo ſecundum eum vbi ſupra ratione † nem-
pe, ne plus conſequatur grauatus, quam hono-
ratus, ſi .n. filius grauatus vltra dimidiam retine-
ret, plus haberet quam honoratus, cui reſiduum,
quod ad dimidiā non aſcenderet, reſtituitur, quod
tamquam abſurdum. vt Bal. preſuponit, non eſt
admittendum l. nam abſurdum de bo. lib.

6 Secundo mouetur Bal. pro ſua opinione † quia
nulla glo. iuris ciuilis, nec aliquis mundi tex. per-
mittit, vt vltra dimidiam per grauatum detrahatur,
ergo nec nos dicere debemus l. illam C. de collat.

7 Tertio Vrgentius mouetur, † quia iura permit-
tentia duarum quartarum detractionem, videntur
ſecundum eum figere pedem in dimidia, quaſi dd.
duæ quartæ non tranſcendant dimidiam totius ſe-
cundum Iac. Belui. auth. ſed cum teſtator C. ad l.
fal. & aut. de reſti. & ea, quæ par. &c. §. quamobrē.
vnde quatenus duarum quartarum deductio admit
teretur, effectu ipſo non poterit deduci niſi ſemis
ad quem legitima aſcendit, quando vltra quatuor
ſunt filij vt ſupra.

8 Quarto Mouentur dd. mod. addentes ad Alex.
d. conſ. 3. † quia deductio duarum quartarum in-
troducta fuit iure Cano. dd. cc. Raynutius, & Ray
naldus contra ius Ciuile, quo vna tātum quarta de
duci poterat, vt ſupra, atque ita. cum correctoria
iuris Ciuilis ſint, videntur intelligenda in caſu, in
quo loquuntur. ſ. quando legitima eſt triens, non
autem ſunt extendenda ad caſum, in quo legitima
detrahenda eſt ſemis l. precipimus in fin. C. de app.
l. ſi vero § de viro ff. ſol. mat. vbi. not. maxime cū
in correctorijs non ſit licita extenſio etiam ex ma-
ioritate rationis Iaſ. aut. quas actiones nu. 21. C. de
ſacro eccles. Aym. de antiq. temp. par. 4. ſol. 132.
nu. 22. vbi teſtatur de comuni Nic. bello. conſ. 53.
nu. 1. cum uulga. tum vel maxime vltra eos, cum
non videatur adeſſe eadem ratio in vtroque caſu;
illo .n. priore, quando tantum triens pro legitima
debetur, ſi detrahatur etiam trebellianica, ambæ
quartę non tranſcendunt ſemiſſem, quia pro legi-
tima tertia pars aſsis deducitur, quæ conſtat 4. vn-
cijs, duæ aliæ deducuntur pro trebellianica, quæ
conſtituunt quartam partem reſidui, & ſic in to
tum erunt ſex vnciæ, quæ ſemiſſem conſtituunt,
non autem vltra, atque ita ceſſat abſurdum illud
Baldi, ne plus habeat grauatus, quam honoratus.

Illo verò poſteriore caſu, quando ſemis pro le-
gitima debetur, ſi etiam trebellianicæ deductio
permittatur, grauatus pro legitima ſex vncias, pro
trebellianica aliam vnciam cum dimidia pro quar-
ta reſidui, & ſic ſeptem vncias cum dimidia haber-
bit, honoratus verò quatuor cum dimidia, ſic mi-
nus conſeq̄tur, quod eſt abſurdum ſecundum Bal.
vbi. ſupra.

Cæterum quo potui diligentiore cura, ac ſtudio
omnibus conſideratis intrepide tenendum cenſeo,
etiam quando legitima eſt ſemis, p filium grauatū
ſub cōditione detrahi poſſe duas quartas, cum ita
magis comunis, & verior ſentētia ſit ſine dubio.

9 De magis comoni, patet clariſsime quia impri-
mis eam tenuit magnæ authoritates Oldra. conſ
271. in fin. Bal. ſibi met contrarius l. iubemus in
princ. col. 2. C. ad treb. & conſ. 156. ſtatuto lib. 2.
in antiquis, clare Ang. eius frater conſ. 287. col. 2.
verſiculo, & vt rem deducam, Alex. d. conſ. 3. nu.
3. lib. 7. Coro. conſ. 181. col. 4. verſiculo conclu-
do lib. 2. Cur. ſeni conſ. 52. col. x. in in fin. ver, vt
tranſmittatur, & conſ. 76. col. 4. ver. ſed quid pluſ.
Stepha. Bert. conſ. 201. ponitur in facto col. 2. ver.
& ſi ſupponitur lib. 1. Dec. conſ. 236. nu. 15. Paul.
Pic. l. in quartam ſub. nu. 284. & ibi etiam nouiſ-
ſimi noſtri Peruſini nu. 217. ff. ad leg. falc. firmat
etiam clariſsime Hier. Cag. l. Papi. § meminiſſe.
ſub. nu. 19. ff. de inoff. teſtam. & quod magni fa-
ciendum eſt, ſequutus eſt Senatus Mediolanenſis
tempore Aymarij Riuallij Iuriſconſultiſsimi, &
ſenatoris Regij in vna clarimontis primi Baronis
Delphinatus, vt apertè teſtatur Aym. conſ 50.
prope finem, dum aſſerit eam cauſam ad concor-
diam redactam per ſenatum nulla habita ratione
opinionis contrariæ Bal. d. conſ. 94. Idem ſequi-
tur Marz. ad fideic. ſubſti. par. 2. q. si. in. fin. &
videtur inclinare Zanc. l. heredes mei §. cum ita
nu. 815. ff. ad treb. & firmat Iac. Mand. Alb. conſ.
41. quoad primum nu. 2. & ego ſuperioribus an-
nis conſultum vidi per D. Vincentium Peterllinū,
& Io. baptiſtam Coſſum ſabrianenſes, & audiui
fuiſſe iudicatum Maceratæ, deinde Romæ con-
firmatum pro Illuſtri Domina Iulia Maurutia de
Auguſtinis de Fabriano contra Reuerendum D.
Franciſcum & Io. baptiſtam ſuos patruos anno
domini 1564. & 1565. ex quibus apparet ma
niſeſte hanc eſſe receptiorem ſententiam tam
antiquorum, quam neotericorum, prout teſtantur
etiam dd. noſtri mod. Peruſ. d. l. in quartam. ſub.
nu. 217. ver. quamobrem, ibi receptius, & ſen-
tiunt etiam alij non nulli ex ſupra allegatis.

Quod autem probabilior etiam ſit hec, quam
illa Baldi ſententia d. conſ. 94. probatur clariſsime,
quia quicquid iure ciuili diſpoſitum fuiſſe diſcep
tent doctores. certum eſt iura Canonica d. c. Ray-
nutius, d. c. Raynaldus d. c. ſi pater, & ibi poſt
10 glo. pleniſsimam d. c. Raynutius † omnes conue-
niunt, filios in reſtitutione fideicommiſsi conditio-
nalis duas quartas legitimam, & trebellianicam de
trahere poſſe, & cum dd. iura non diſtinguant in-
ter caſum, quando legitima eſt tertia & caſū quan-
do eſt ſemis, ſed ſimpliciter, & indefinite loquātur
concurſum legitimæ, & trebellianicæ admitten-
11 tia, † generaliter intelligenda videntur ſecundum
quod caſus attulerit, ſiue triens, ſiue ſemis legitimā
conſtituat, quia indefinita loquutio æquipollet
vniuerſali l. ſi pluribus vbi omnes ff. de leg. 2.
Dec. & Cag. l. 1. ff. de reg. iur. ille nu. 16. iſte
12 nu. 5. & ſeq. tum vel maxime, ac ſine dubio, † quan
do omnium ſub vniuerſali comprehenſorum eadē
eſt æquæ ratio, qualitas, & conditio, vt hic eſſe
paulo j. oſtendetur, cum tunc materia ſubiecta,
& mens loquentis, dictent vniuerſaliter oratio-
nem eſſe accipiendam Bar. & alij d. l. ſi pluribus
& ante eum id annotauit Din. in rub. de regu.
iur. lib. 6. nu. 8. quem ſequuti ſunt ibi etiam a-
lij doctores, prout etiam in. c., vt circa de ele-
ctio. lib. 6. eamdem opinionem apertè probarunt.

Bar. l. omnes populi nu. 88. ff. de iuſt. & iur. Bar.
Bal. Ang. Paul. & alij l. ſi ſeruitus ff. de ſer. vrba.
prædi. & pro * comunt Didacus. varia. reſol. lib.
1. c. 23. nu. 9. & certe negari non poteſt, quin
magna diminatio & reſtrictio, aut potius deſtru-
ctio ſit illorum iurium, reſtringere ad caſum tãtum
quando legitima eſt trieuſ.

Non obſt. quod caſibus, qui ibi deciduntur, fi-
lij non eſſent vltra quatuor, & ſic legitima ibi eſ-
ſet tertia, & propterea videantur in caſibus ſuis in-
telligenda, quia reſp. clariſsime j.

13 Secundo Probatur eadem ſententia, † quia ratio
qua firmatur iure Canonico d. ſententia de duarum
quartarum deductione, eſt generalis; nempe, quia
hęres eas deducit diuerſis reſpectibus, legitimam
.n. detrahit ſtatim, quia vti filius iure naturæ in ea
grauari non potuit l. quoniam inprioribus l. omni-
modo C. de inoff. teſtam. trebellianicam verò, quia
vt extraneus, quilibet propter onus reſtituendi ex
ſenatuſconſult. trebel. deducere poteſt, tot. tit. ad
treb. que ratio cum generalis ſit, & tam quãdo le-
gitima eſt tertia, quam quando eſt ſemis hære-
ditatis, conueniat, facit dictum generale l. regula
§. ſi qſ. ff. de iur. & fact. ignorant. ideoque per
dd. iura deciditur, licitam eſſe huiuſmodi dedu-
ctionẽ, etiam quando pro legitima ſemis venit de-
trahendus.

14 Tertio Comprobari videtur opinio prędicta, †
quia diſpoſitio dd. iurium Iuris Canonici de duarũ
quartarum deductione facienda, cum ſit fauora-
bilis ipſis filijs, & omnibus ijs, quibus iure naturę
legitima debetur, vt omnes admittunt dd. cc. Ray
nutius, & Raynaldus, propterea recepta fuit vbi-
que conſuetudine etiam in terris Imperij, vt per
doc. ibidem, ac etiam vbi per ſtatutum legitima
de triẽte ad ſemiſſem aucta eſſet, ſecundũ Alex. d.
conſ. 3. reſtringi minime debet ad eum tantum ca-
ſum, in quo pro legitima tertia ſolum deberetur
arg. l. quod fauore de legi. cum vulga. & ita verius
eſſe cenſeo non obſtantibus argumentis Baldi, &
aliorum de quibus ſupra in quorum diſſolutione
huius opinionis veritas dilucidior apparebit.

Non obſt. igitur, quod primo loco dicebatur,
non niſi vnam quartam per quemq; in reſtitutio-
ne fidecõmiſsi detrahi poſſe ſecundũ Pet. Ci. Ra-
pha. & ſequaces p l. quãquam C. ad l. fal. cũ ſupra
15 allegatis, quia reſp. † illud procedere iure ciuili in
ſpecto, ſecus iure Canonico, & conſuetudine mun-
di generali, qa iſtis inſpectis hodie duę quartę de-
trahi poſſunt quãdo quis grauatus eſt ſub cõditio-
ne ſecundum comunem, vt ſupra dixi. Non obſt.
dum dicitur hoc non procedere quando legitima
eſt ſemis ſecundum Bal. d. conſ. 94. ex quo plus
hẽ grauatus, quã honoratus & ſic abſurdum nõ me
diocre ſequeretur. quia reſp. primo ex mẽte mod.
Peruſin d. l. in quartam ſub. d. nu. 217. in argu-
16 mentatione Baldi d. loco † errorem deprehen-
di in conſequentia, quam facit, quod plus conſe-
quatur grauatus quam honoratus, intelligendo,
ſcilicet, vt clarius explicem quam ipſi, ex eodem
fonte, nam cum legitima filiorum non dicatur
haberi beneficio paterno, nec vti quid conſiſtens
in hæreditate paterna, ſed vti æs alienum parentis
l. papi §. ſiquis impubes ff. de inoff. teſtam. Natt.
conſ. 528. nu. 29. Cepha. conſ. 189. nu. 14. de
ea ratio habenda non eſt in d. deductione, facto
igitur computo de reſiduo d. deductionis ſemper
reperies plus conſequi honoratum ex hereditate
patris, quam grauatum, apud quem ſolum rema-
nent quarta pars pro trebellianica d. tit. ad treb.
per totum, apud honoratum verò totum reſiduum.
Sed modeſtius cum Baldo viro conſumatiſsimo a-
gendum erat, non autem tam facile de errore
reprehendendus præcipue autem eo nomine, quo
dd. mod. noſtri eum damnarunt, quod .n. ipſi de le-
17 gitima dicunt, nempe vti es alienum detrahi, † idẽ
dici poteſt etiam de trebellianica, vt tradit ipſe
met Natta eodem conſ. 528. nu. 34. Melius vt pu-
18 to, dicere potuiſſent † filiũ habere legitimam ſibi
debitam iure naturæ, trebellianicam vero ex cau-
ſa lucratiua Bal. l. quamq; C. ad leg. fal. in princ.
ſed quicquid de his deuerſitatibus iſtarum quar-
tarũ ſit, huiuſmodi reſp. moder. non videtur proba
bilis, quia non eſt in conſideratione, an vna, vel
altera detrahatur, vt æs alienum, vel non, an ex
cauſa lucratiua, vel ne debeatur, ſed generaliter,
vt plus grauatus conſequatur, quam honoratus
quocumque modo, aut cauſa apud eos quid ex
bonis, quæ in hæreditate teſtatoris erant, remaneat
Conſiderat enim Bal. ſi diligẽter ipſius mẽtem per
pendamus, abſurdum eſſe, plus grauatũ quám ho-
noratũ conſequi quacunq; via, cauſa, vel modo con
ſequatur.

19 Secundo Igitur reſpon. arg. Baldi † negando
abſurdum, quod ipſe preſupponit, & aliter non
probat, Dum inquit, videlicet, abſurdum eſſe
quod plus conſequatur grauatus, quam honoratus
licet .n. hoc admitti poſsit in extraneo grauato,
ac in ſuo, iure quidem ciuili inſpecto quo tantũ
vna quarta detrahi poterat, vt ſupr. adeo que ma
ior pars hæreditatis ad honoratum tranſibat, non
tamen hodie iure Canonico admiſſo per dd. cc.
Raynutius, & Raynaldus, quia cum eo iure per-
miſſa ſit detractio duarum quartarum indiſtinctè,
vt ſupra, & caſus accidat in legitima quæ eſt ſe-
mis, ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt ceſſat
iſtud abſurdum, per ſuperuenientiã Iuris Canoni
ci permitentis duarum quartarum detractionem
diuerſis temporibus, exiſtente legitima ſemiſſe,
atq; ita quod abſurdum fuit quando duę quartę de
trahi non poterant, ſcilicet iure ciuilij deſinit eſſe
abſurdum Iure Canonico conceſſa duarum quarta
rum deductione.

20 Nec diſcedendum eſt à predicta opinione co-
muni ſub eo pretextu quo mouebatur Bal. d.
conſ. 94. † quod nulla gloſa iuris Ciuilis aut textu
mundi ea probetur, vt ipſe aſſerit, quia, vt de-
mus hanc opinionẽ auctoritate gloſſarum non fir-
mari, minuſque lege aliqua ciuili ſanciri, vt ipſe
aſſerit; ſatis eſt, quod gloſ. nec etiam contrarium
ſtatuit, & quando etiam contra voluiſſet, ſupra-
dicta opinio quæ magis comunis eſt, attendi de-
beret; quo vero ad textus ipſos quicquid de iure
ciuili ſit, clarum eſt, id ita determinatum eſſe iu-
re canonico dd. cc. Raynutius, et Raynaldus, &
propterea hoc tenere non eſt loqui ſine lege aut
cotra legem, vt etiam aduertit reſpondens Cag.
d. §. meminiſſe ſub nu. 19. ver. nec eſt loqui

Non

Non obſt. quod doct. permittētes duarum quar terum deductionem, preſuponant eas non tranſcen
21 dere ſemiſsē hęreditatis, † quia in primis id omnino negari poteſt, ptereа quat. id verū ſit, reſp. ſecundū Hier. cag. d. loco. quod Doct. ita preſuponentes referunt ſe ad comuniter accidentia, & quæ vt plurimum eueniunt, cum frequentius accidat legitimā eſſe tertiam, quàm dimidiam partem argu. l. nam ad ea ff. de legibus. vnde non propterea excludunt caſum detractionis vltra ſemiſſem, quando ſola legitima eſt ſemiſ.

Poſtremo non obſt. hanc conſtitutionem deductionis. dd. duarum quartarum eſſe correctoriam iuris ciuilis, & propterea intelligendā quando legitima eſt tertia, in terminis dd. iurium, non autem vltra extendendā d. l. precipimus in fin. de app.

22 Quia reſpon. primo negando predictum ius Canonicum correctorium eſſe iuris ciuilis, non. n. dd. cc. Raynutius, & Raynaldus quibus id diſponitur, veniunt derogan. iuri ciuili, aut illud corrigendo, vt aſſerunt dd. mod. ſed potius procedunt illud interpretando in eámque ſententiam ſummi illi Pontifices reſponderunt, ac ſi eo modo de iure fuiſſet reſponden. quaſi ita deciſum eſſet iure etiam ciuili in quo de ſimilibus ad ſimilia procedebatur l. non poſſunt de. legi: & ab identitate rationis l. á titio ff. de furt. ita in terminis intelligit dd. tex. Corn. d. l. quamquam col. fin. ad fin. C. ad. l. fal. damnans propterea Rapha: volentem illa. cc. eſſe correctoria iuris ciuilis.

Secundo Dato d. ius Canonicum correctorium eſſet iuris ciuilis reſpon. eius iuris correctorij nullam per comunē opinionem fieri extenſionem, etenim illa capitula non tantum permittunt filiis detractionem duarum quartarum quando legitima eſt tertia pars, ſed etiam quando eſt ſemis, licet .n. numerus filiorum, quibus legitima debebatur, non eſſet vltra quatuor, idroque in ea ſpecie tantum tertia deberetur iūx. d. aut de tri. et ſemiſ. illud tamen eſt, quia ita ibi caſus acciderat, nonquia ſummi Pontifices ibi ad eum tantum caſum ſe reſtringerent; quia immo generaliter ita decidere intelligunt, tum quia ea deciſio generalis eſt de legitimę & trebellianicæ deductione, propter indefinitam loquutionem; tum etiam propter omnimodam eandem rationē in vtroque caſu, vt ſupra dixi.

Tertio Quatenus ea lex loqueretur, quando legitima eſt tertia pars; adhuc extenſio fieri poſſet ad caſum, quo legitima detrahenda, eſſet ſe-
23 mis, identitate rationis expreſſæ † quia in correctorijs quādo eſt expreſſa ratio licita eſt extenſio, ex identitate rationis etiam ad caſum, qui ſublata ſignificatione vocabuli non comprehenderetur Iaſ. qui dicit * comunem l. ita ſtipulatus §. griſogonus col. 12. ver. circa iſtud. not ff. de ver. oblig. & l. Marcellus in princ. col. xi. ad fin. nu. 46. verſiculo quid tenendum ff. ad treb. & l. s. col. 2. in fin. ver. 6. facit. ff. de in ius vocan. & aut. quas actiones col. 7. verſ. ſed non recedas C. de ſacro. ecles. Dec. c. translato. col. 1. de conſti. Rip. l. 1. §. hoc aut. ad treb. Alex. l. cum mulier col. 3. de acqui hæred. & conſ. 34. col. pen. in fin. lib. 5. Curt. ſeni. conſ. 9. col. 7. ver. & ſi quispiam & alij comuniter * alijs in. locis vt latiſsime explicat Aymo. de antiqui. tempo. par. 4. nu. 86. cum pluri. ſeqq. vbi comunē & veriſsimam dicit, ex auctoritatibus & rationibus quas adducit, eaſq; omitto: & vlterius poteſt probari ex tex. nempe ex §. ex his autem. Auth. de hęre. ab inteſt. & ex l. cum mulier. ff. ſol. mat. Id quod veriſsimum appa-
25 ret, ea precipua ratione, † quia tunc vere non dicitur fieri extenſio, ſed decidi id vigore comprehenſionis, & interpretationis intellectiuæ ſecundum Bal. l. quamuis circa princ. C. de fideic. Old. conſ. 185. Thema tale eſt Titius in fin. Cald. vt lit. pēd.
25 conſ. 2. vbi dicit, † quod quando eadem adeſt ratio, non dicitur quiſ extendendo caſum addere, ſed quod in primi caſus ratione continebatur, ſecundum æquitatem detegere, & declarare; lex. n. dicitur omne quod in ratione conſiſtit. c. conſuetudo. 1. diſt. ideoque ratio dicitur lex comunis ad omnes caſus, & ob id non inſpicitur an ſemper idem ſit caſus legis, ſed tantum ratio conſideratur, vt ait idem Cald. conſ. 1. de regul. & quod non dicatur fieri. extenſio quando ratio eſt expreſſa in lege tradit Dec. c. quam contra col. 18. uerſ. ſimiliter ex dicto Cini. de probat. & c. ſecundo requiris. de app. in princ. Alexan. conſ. 89. col. 2. ad med. lt. 6. & conſ. 203. col. 3. lib. 7. latius & hos, & multos alios ad id allegans Aym. de antiq. tempo part. quart. num. 90. 91. & ſeq. vbi etiam num. 93. poſt multos alios idem probat quando vnica tantum ratio reddi poteſt, licet non expreſſa ſit. ſed in dd. cc. Rainutius & Rainaldus ratio permiſsionis dd. duarum quartarum eſt expreſſa, vt ſupra deduxi, quia legitima venit detrahenda, vt debita iure naturę, trebellianica pro onere fideic. vt ab extraneo, ergo dato quod loquerentur quando ppr numerum filiorum detrahenda eſſet pro legitima pars tertia, intelligitur etiam idem diſponere, quando venit detrahenda legitima, quæ ſit ſemis, cum in ea, eadem ſit ratio vt ſupra dictum fuit.

Ex quibus prædictas duas quartas ſine dubio detrahendas eſſe cenſeo, quicquid Aym. d. conſ. 50. caſum hūc dixerit habere magna difficultatem & in propoſito hinc inde allegauerit authoritates & in fine ſubdubius quid potius firmet, ſatis eſſe inquit áſe alijs tributam occaſionem latius meditandi &c.

CONSILIVM XII.

Argumentum.

De Renunciatione mulieris facta de hæreditate paterna, materna, auita, proauita, in manibus patris, matris,

vel fratris cum iuramento pro dote.

An, & quibus caſibus, quibus renūciationibus, & clauſulis, aut cautelis valeat, late, & egregie diſcutiur.

Et de intellectu c. quamuis. de pact. lib. 6. quod exornatur multis limitationibus, & declarationibus.

Et an, & quando promittens de rato, faciendo poſsibilia, excuſetur, vel potius de ſuo adimplere teneatur, eo non ratificante; pro quo de rato promiſit.

SVMMARIVM.

RENVNCIANS hæreditati paternæ, & maternæ in ampliſſima forma iureiurando non poteſt venire contra, etiam data enormi, uel enormiſſima læſione. num. 1.

Quod procedit in renunciatione facta patri dotanti. num. 54.

Non fratri. nu. 56.

Nec in renuntiatione facta metu. nu. 57.

Nec ſtante enormiſſima læſione, ſecundum ueriorem, & magis communem nu. 62. & 100.

Maxime, ſi renunciatio ſit facta per donationem inter uiuos. nu. 2.

Donatio inter uiuos, ex mera liberalitate procedit. numero 2.

Læſio conſiderari non poteſt in donatione inter uiuos. numero 3.

Verum in ſimplici, & uera donatione. nu. 80.

Secus alias nu 81.

Immo etiam in donatione ſimplici læſio conſiderari poteſt multis modis. nu 83.

Maxime deducendo læſionem per modum coniecturæ. nu. 84.

Quod non eſt reſcindi non poteſt nu 4.

Renunciatio facta dolo, propter enormem læſionem reſcinditur. nu 5.

Quod procedit in dolo ex propoſito. non in dolo, qui re ipſa tantum incidit nu. 6.

Maxime ſi renunciatum ſit exceptioni enormis, & enormiſſimæ læſionis. nu. 7.

Immo etiam dolus re ipſa ſufficit, ut renunciatio poſſit reſcindi. nu 88.

Renunciatio doli, omniumque legum auxilij nocet renuncianti. nu. 8.

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi, non tollit remedium. c. quamuis. de pact. lib. 6. contra renunciationem. nu. 9.

Contra communiter nu. 89.

Quod procedit etiam ſiue renunciatio ſit in acquiſitis, ſiue in acquirendis nu 90.

Renunciatio facta eadem die, qua datus eſt curator renunciāti, præſumitur facta ſine cauſæ cognitione nu. 10.

Decretum iudicis nullum eſt, appoſitum in renunciatione eadem die facta, qua datus eſt curator. nu. 11.

Tutor datus eadem die, qua petitus eſt, nulliter datus cenſetur. num. 12.

Sententia iudicis ideo breui temporis ſpacio data, quo acta conſiderari veriſimiliter non potuit, eſt nulla. num. 13.

Idem in laudo nu 14.

Cauſæ cognitio in extraiudicialibus præſumitur. nu. 15.

Niſi alia adſit præſumptio contra, ut breuitas temporis. eod. nu. 15.

Statuto Peruſino cauetur, refutationes, donationes, & contractus minorum & mulierum, non ualere ſine præſentia duorum conſanguineorum, curatoris, iudicis, decreto, & iuramentum præſumi extortum. nu. 16.

Quod ſtatutum valet, etiam quòd diſponat ſuper diſpoſitis iure diuino, ex quo fit per modum euitandi doli & fraudis nu. 17.

Maxime ſi tale ſtatutū factū ſit ex eo, quòd in loco ſtatuti conſueuerat a talibus perſonis contractus per dolum extorqueri, uel aliqua rationabili coniectura ſtatutum dolum fingere nu 18.

Ius commune ſpecificat quandoque coniecturas ad præſumendum dolum. nu. 19.

Ita etiam ſtatutum. nu. 20.

Paria ſunt quid adhibitum non eſſe, uel nulliter interueniſſe nu. 21.

Non adimplenti ex parte ſua contractum correſpectiuum non oritur obligatio, vt ei adimpleatur. nu. 22.

Renuncians pro unica dote ex bonis paternis, maternis, auitis, & proauitis, dicitur enormiſſime læſa. nu. 23. & 30.

Et dicta renunciatio quoad paterna, & auita, non ualet. nu. 24.

Et ſufficit, quòd bona paterna eſſent tempore mortis patris, licet frater poſtea diſſipauerit. nu 25.

Maſculus, & fœmina patri ſimul ſuccedunt de iure communi, nu. 26.

Statutum Peruſinum ligat omnes Peruſinos. nu 27.

Statuto Peruſino filia fœmina non excluditur ab hæreditate patris, niſi dotata. nu. 28.

Excluſio fœminarum propter maſculos ex ſtatuto Peruſino temporalis eſt, non perpetua. nu 29.

Conditio, ſi ſine fine filijs, an extendatur ad fœminas, ardua quæſtio nu 31.

Appellatione filiorum in ultimis uoluntatibus, ueniunt etiam fœminæ nu 32.

Contra, niſi conſtet de uoluntate, & coniecturata mente teſtatoris. nu. 33.

Filiorum, uerbum, proprie ſonat in maſculos. nu. 34.

Super quo late diſputant Doct. & plures diſtinguunt caſus nu. 35.

Stante ſtatuto excluſiuo fœminarum, omnes admittunt fœminas, appellatione filiorum non uenire. nu. 36.

Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti. nu. 37.

Mentio maſculinitatis in una parte teſtamenti, facit uideri uerbum, filios, in alia parte poſitum, intelligi de maſculis. nu. 38.

Neptis ex filio non excludit filiam inſtitutam in re certa & ſubſtitutam nu. 39.

Contra ſecundum aliquos, quando extraneus eſt ſubſtitutus filio. nu. 40.

Niſi filia fuerit particulariter inſtituta, & poſtea etiā expreſſe filia ſubſtituta. nu. 41.

Hæreditas magis debetur filiæ, quàm nepti nu. 42.

Iuſti-

Inſtitutus non eſt minus dilectus, quàm ſubſtitutus. numero 43.

Immo plus. nu. 44.

Neptis in conditione poſita, non eſt melioris conditionis, quàm filia in re, certa inſtituta, & expreſſe ſubſtituta num 45. & 52.

Subſtitutio expreſſa facit ceſſare ius accreſcendi, ueniens ex diſpoſitione legis, & coniecturata mente teſtatoris. nu. 46.

Pupillaris expreſſa plus operatur, quàm tacita ad excluſionem matris. nu 47.

Teſtator ſicut prædilexit filium filiæ, ita uidetur prædilexiſſe neptem ex eodem filio. nu 48.

Quod procedit, quando qualitas, propter quam teſtator aliquem prædilexit, in illius poſteritate reperitur. nu 49.

Secus aliàs nu. 50.

Maxime, ſi neptis non ſit nata tempore uitæ teſtatoris. nu. 51.

Affectio ad ignota haberi non poteſt eod. nu. 51.

Ceſſante una ratione ex duabus, uel pluribus, quæ adſunt non ceſſat diſpoſitio nu. 53.

Lex, plurimum de patre, & multo magis quam de alio confidit nu. 55.

Renuntiatio facta metu reuerentiali, dicitur ex eo ſolum, quòd renuncians enormiſſime læſa ſit. nu. 58.

Mulier renuncians ad præſentiam patris, matris, & fratris maioris natu, cum quibus habitat, ſi immodice læſa ſit, præſumitur renuntiaſſe metu reuerentiali nu. 59.

Cautela eſt, ut ualeat renunciatio mulieris, ut fiat in abſentia eius, in cuius fauorem renunciatur, deinde ille acceptet nu. 59.

Mulier facilius terretur, quam uir. nu. 60.

Renuntiatio exceptionis metus non ualet facta à muliere enormiſſime læſa metu reuerentiali. nu 61.

Renuntiationi iurata, petita abſolutione iuramenti, ad effectum agendi poteſt ueniri contra, dicto de enormiſſima læſione. nu. 62.

Nemo præſumitur enormiſſimæ læſioni conſentire. nu. 63.

Iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis. numero 64.

Immo debet habere tres comites, ueritatem, iudicium, & iuſtitiam. nu. 65.

Enormiſsima læſio arguit dolum, ſaltem re ipſa. nu. 66.

Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur. nu. 67. & 88.

Cap. quamuis. de pact. lib. 6. excipiens pactionem iuratã, ex dolo aduerſarij, intelligitur de dolo, uel arte decipiendi, uel re ipſa contingente enormis, & enormiſſimæ læſionis. nu. 68.

Etiam quòd renunciatum ſit expreſſe dictæ læſioni. num. 69.

Nec datur aliqua uerborum cautela, qua dicta reſtitutio tollatur. nu 70 & 86.

Enormiſſima læſione data in laudo nulla reperitur cautela, qua impediatur reductio ad arbitrium boni uiri. num. 71.

Et tali caſu non eſt neceſſaria abſolutio à iuramento. nu 86.

Remedium l. 2. C. de reſcin uendi. tollitur, quando maior iurauit non uenire contra. nu. 72.

Fallit ſtante enormiſſima læſione nu. 73.

Et tam ſi iurans ſit maior. nu. 74.

Multo magis in fœmina & minore. nu 75.

Fœmina præſumitur ignorare ius ſibi competens ſpeciali prærogatiua nu. 76.

Iuramentum non extenditur ad incogitata. nu. 77.

Dolus ex propoſito arguitur ex enormiſſima læſione in minoribus, & mulieribus. nu. 78.

Iuramentum non operatur ſuum effectum, ubi lex præſumit dolum ſimulatione, uel fraude. nu. 79.

Contractus non diiudicatur à uerbis, ſed inſpecto effectu, & principali intentione illum celebrantis. num. 81. & 82.

Renunciatio exceptionis doli, enormis, uel enormiſſimæ læſionis, facta per mulierem, non ualet, niſi fuerit certiorata. nu 85.

Iuramentum non eſt obligatorium, ubi conſenſus deeſt. nu. 87.

Hæreditas filiæ quæſita dici poteſt patre mortuo. nu. 91.

Promiſſio de rato cum clauſula, eum effectu obligat promittentem de ſuo nu. 92.

Verba ſemper debent aliquid operari. nu. 93.

Verbum, cum effectu, realem executionem importat. nu. 94.

Promiſſio facti alieni adimpleri non poteſt, reſpectu facti principalis nu. 95.

Promittens factum al às de ſuo proprio, non excuſatur ob difficultatem aliquam. nu 96.

Fallit, quando promiſſio facta fuit, reſpectu eius, quod ſibi futurum eſt implendum, & non impletur. numero 106.

Fallit, quando apparet ex intentione partium, quòd promittens de rato, non teneatur, faciendo poſſibilia nu. 107.

Fallit, quando principalis reſtituitur in integrum propter læſionem enormem, uel enormiſſimam. nu. 108.

Fallit in promittente de rato pro perſona, quam uerſimiliter ſperabat poſſe facile inducere ad ratificationem, & non potuit. nu. 109.

Promittens aliquid reſpectu eius, quod ſibi implendum eſt, ſi ſibi non impletur, nec ipſe ex promiſſione obligatur. nu 97.

Promittens, ſororem ſuam accepturam in uirum, alium, cum promiſſione de rato, etiam iurata, faciendo poſſibilia, excuſatur, ſi ſoror in uirum illum non accipit nu. 98.

Contractus claudicare non debet. nu 99.

Promittens non uenire contra, intelligitur, niſi in caſibus à iure conceſſis. nu. 101.

Conditio ſubintellecta in obligatione principali, intelligitur repetita in obligatione de rato, facta à tertio. nu. 102.

Promiſſio rati, intelligitur, rebus ita ſtantibus. nu. 103.

Promittens de rato, etiam iureiurando, non tenetur, quando is, pro quo promiſit, in integrum reſtituitur ratione enormiſſimæ læſionis. nu. 104.

Promittens de rato, aliàs de ſuo proprio, non obligatur, ſi illa perſona non ratificat, quando perſona eſt talis quam promittens ſperabat, contemplatione ſui ratificaturam. nu. 105.

Dei

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

VT ı doo, tranſmiſſa fuerunt Inſtrumenta; voum
Renũciationis, factæ per
Illuſtriſsimam D. Ioanã Balleonam; alterum
Dotis eiuſdem quinque
millium ſcutorũ, & promiſsionis factę de rato ꝑ
eadem per Illoſtriſs. ac
Excellentiſsimum Aſcanium Corneum eius Virũ
Marchionem Caſtillionis Cluſini: Ita ſuper duobus Iuris difficultatibus inſtandum eſt. prima eſt
An aliquo modo D. Ioanna poſsit venire contra
d. renunciationem. Altera ea non ratificaoie Inſtrum. ꝑdictæ Dotis, An Illuſtriſsimus D Aſcanius de ſuo proprio, vti in eo inſtrumento promiſit,
quatenus eorem intereſt, heredibus Illuſtris commitis Raynutij teneatur.

Quad primam hæſitatiooem, cum D. Ioanna
iure iurando renuociaueris in ampliſsima forma
ſucceſsioni tam paternę, quam maternæ, nec do-
1 lus Comitis Raynutij fratris ꝓbetur, videtur † quod
nullo modo renunciationi cõtrauenire poſsit, etiã
data enormi, vel enormiſsima læſione c. quam
uis, vbi omnes comuniter de Pact. li. 6. Paris. con
ſilio 69. col. 3. & conſ. 94. col. 2. li. 3. Tum vel
maxime, quia huiuſmodi renunciatio facta fuit per viam Donationis irreuocabiliter inter vi-
2 uos † quæ cum ex mera liberalitate procedat l. j. ff.
de Donat. c. 1. eo tit. ideoque læſio, in ea conſide-
3 rari non poſsit †, eius pretextu, quod noo eſt reſcin
4 di non poteſt Anch. conſ. 435. infi. Alex. conſ. 125.
nu. 21. li. 1. conſ. 83. nu. 21. li. 3. Corn. conſ. 36.
col. 2. & fi. li. 5. Are. in l. que ſupſtitis. col. pen.
de acquir. hęred. ſoc. Iuni. conſ. 67. col. 4. lib. 2.

Minus dicta Renunciatio reſcindi poſſe videtur
ſub prætextu doli re ipſa interuenientis propter
5 enormem lęſionem † Tum qoia licet id permittat
6 Tex. in d. c. quamuis in dolo ex propoſito † non
tamen procedit, quando dolus incidit ſolom re ipſa
Alex. conſ. 42. ſuper præmiſſo col. 1. li. 1. d. conſ.
• 83. col. 7. & ſeq. vbi dicit hanc eſſe comunem * opi
7 nionem & nõ nulli alij eum ſecuti ſunt † maxime
cũ renunciatũ ſit exceptioni enormis, & enormiſsimæ læſionis, eaq́; renunciatio valeat Bal. d. l. 2.
8 q. 4. † Tum quia exceptioni doli, omniq́; ll. auxilio reouuciatum eſt, quæ occet Alex. d. conſ. 42.
col. 7. ver. nono, quia fuit.

Nec conſoltũ videri poteſt Illuſtriſsimę D. Ioannę, ſi petat abſolutionem a iuramento ad effectũ
9 ſaltem agendi † cum deciſio d. c. quamuis procedat etiã petita d. abſolotione Ang. l. ſi quis proeo
ver. item adde ff. de fideiuſſ. Archid. Io. Andreæ.
Domini. & alij d. c. q́;uis. Alex. cons. 221. viſa facti. col. 2. in fine. libro. 2. & conſ. 59. viſo. libro 1.
& conſ. 39. libro. 4.

Cęterum his noo obſtãtibus cẽſeo Illuſtriſsimã
D. Ioannã d. renunciationi poſſe cõtrauenire trib.
modis.

Primo quidem excipiendo aduerſus ipſa renun-
10 ciationem de nullitate, † ex quo, vt in inſtrumẽto
apparet, eadem die, & in continenti datus fuit curator eidẽ, & facta renũciatio, vnde pręſumitur quod
11 cauſę cõgnitio non interuenerit, † ideoq́; decretum
Iudicis eſt nullum, & renunciatio dicitur nulla, vt
in terminis voluit Pet. Anch. conſ. 36. viſa quadam
col. 1. conſ. 83. viſis diligenter, conſ. 188. col. 1. quẽ
ſequitur Alex. conſ. 218. viſis verbis num. 10. li. 2.
Iaſ. l. nequicquam §. vbi decretum no. 69. in l. mandata ſub nu. 6. ver. alibi tamen de offi. eius in l. iudices nu. 3. C. de Iodi. in l. 2. nu. 16. C. de eden.
Idem tenet Rapha. com. conſ. 580 videtur col. 2.
ver. nec huic obſtat. Curt. ſeni. conſ. 46. ſub controuerſia, nu. 13. late Tho. ferra. cavt. vlt. nu. 8. &
ſeq. Pariſ. conſ. 85. vidi copioſas. nu. 46. li. 3. Alci.
reg. 3. ꝑſup. 9. nu. 23. Oct. ſimõ. de decre. lib. 1. tit. 1.
12 nu. 31. & ſeq. qui alios cõgerit, & coẽm aſſerit. † ſic
ſtante ſtatuto, quod pupillo habẽti tutorẽ poſsit cõtutor dari, ſi fuerit petitus a conſaoguineis ex parte
patris, allegata cauſa legitima, quæ ita viſa ſit iudici, ſi contingat per Iudicem dari contutorem
eadem die, qua petitus fuit, datio nullius eſt momenti Anch. d. conſ. 36. Tho. ferr. d. caut. vlt. nu.
13 10. † ſic quando Iudex tam breui tempore tulit ſẽtentiam, quo veriſimiliter acta conſiderare non
potuit, ſentẽtia dicitur nulla Bar. l. prolatam C. de
ſenten. Ant. butr. Abb. & alij c. 2. de Iudic. Alex d.
conſ. 218. nu. 9. cum concord. in add. ad eum ibi citatis, & latius congeſtis per Vant. in tract. uullit. in
tit. de Nulli. ex defect. proceſ. & ſen. nu. 31. & ſeq
14 † Sic idem in laudo determinat Paul. Caſtr. conſ.
68. 10 queſt quæ vertitur. nu. 2. lib. 1.

Nec dicator. quod caoſę cognitio pręſumitur in
extraiudicialibus, vt hic, Inno. c. innotuit. de eo.
15 qui fue. ordi. † nã illud nõ procedit ſtante alia pręſumptione, vt hic, ex breuitate temporis. arg. l. diuus deiu. in teg. reſtit. c. literas de pręſumpt. Alciat.
poſt alios d. præſumpt. q. no. 13.

Minus dicatur, qocd prędicta procedũt in contractu ſimplici, ſecus in iureiurando firmato, vt
hic, quia vltra quod de iurecomuni iuſiuran. in caſu
noſtro effectum non operatur, vt dicam infra, ad-
16 uertendũ eſt, quod extat ſtatutum Peruſinũ † quo
cauetur omnes refutationes, donationes, & cõtractus Minorum, & Molierum nullius eſſe roboris,
vel momẽti, ſine præſentia duorũ cõſanguineorũ
Curatoris legitimi, & Iudicis decreto, & iuramentũ præſumi extortũ alias, maxime ſi Minor, vel
17 Mulier læderetur intra tertiam partem, † quod ſtatutum valet, etiam quod diſponat ſuper his, quę
iure diuino ſtatuta ſunt, ex quo fit per modum euitandi doli, fraudis, & peccati, Bar. in l. omnes po-
• puli. 3. q. 3. q. princip. quem alij * comuniter ſequuntur ff. de Iuſt. & iur. vt tradit Alex. conſ. 196. n.
4. lib. 6. conſ. isi li. 7. Tho. ferra. cau 16. n. 3 Hier.
Butr. in l. is cui bonis. de ver. oblig. Curt. Ioni.
conſ. 118. ſoc. Iun. conſ. 3. nu. 37. li. 2. Iaſ. aut. ſacra.
puberũ. col. fin. C. ſi aduer. vẽdit. Nico. Bello. conſ.
• 48. nu. 4. Qui omoes fere de * comuoi teſtantur,
18 quicquid aliqui in contrarium velint † Quod quidẽ ſine difficultate aliqua ꝓcedit, quãdo ſtatutũ factũ eſt ex eo, qood in loco ſtatuti cõſueuerat a Minoribus, & Mulieribus huiuſmodi cõtractus per dolum, & fraudes extorqueri, vel aliqoa alia rationabili

nabili coniectura ſtatutum dolum fingeret, vt hic
colligitur, ſi ad rationem, qua ſtatuentes moti ſunt
ad ita ſtatuendum, aduertamus. Abb. in c. Eccle-
ſia, S. Mariæ nu. 18. vbi Dec. nu. 41. de conſtit.
Scuer. in d. l. omnes populi nu. 39. & ibi Crot. nu.
47. Ioan. Igne. in d. auth. Sacramēta puberum col.
19 fin. Corn. conſ. 167. nu. 7. lib. 2. † quia ſicut pri-
us cōuniter ſpecificantur cōiecturę ad pręſumen.
20 dolum l. dolum C. de dolo, † ita poſſunt perſta-
tutum induci, Flori. d. aut. Sacramenta puberum
Bolog. d. l. omnes populi nu. 97. ver. & ſubdit.
vbi tandē in propoſito concludunt, quod vbicun-
que apparet legitima cauſa præſumendi dolum,
valet huiuſmodi ſtatutum, vt eſt de mente Abb.
in c. cum contingat, nu. 10. & 12. de iur. iuran.
in conſ. 71. quinque dubia. li. j. latius in ſua diſpu-
tatione, ſtat ſtatutum comuniter per Italiam, at in
caſu noſtro adeſt legitima cauſa præſumendi dolū,
vt ſupra, & non fuit adhibitus curator ſaltem le-
21 gitimus, nec legitimè decretum interpoſitum † &
paria ſunt, quid adhibitum non eſſe, vel nulliter
interueniſſe l. 4. §. condennatum, vbi comuni-
• ter * omnes de re. iudi. merito.

Secundo modo poteſt Illuſtriſsima D. Ioanna con
trauenire quatenus ab initio valuiſſet contractus,
quia Comes Raynutius ex parte ſua non imple-
uit, immo defuit in pluribus. primo quia in cō
tractu renunciationis promiſit ſeptē milia pro do-
te, in cōtractu dotis reſtrinxit ad quinq; milia cu-
rauitque ſibi de rato promitti per D. Aſcanium.
ſecūdo in inſtrumento renunciationis promiſit ſol
uere, ſtatimque nuptui tradita eſſet, in In-
ſtrumento Dotis diſtulit ad 6. menſes poſtea. tertio
in inſtrumento renunciationis promiſit ſoluere in
tot ſcuta auri in auro, in alio vero voluit teneri in
pecunia, vel in bonis ſtabilibus: quarto, vt audio,
nec ipſe comes, nec eius hæredes adhuc ſoluerunt
integram dotem, contractus autem renunciationis
fuit correſpectiuus, fecit .n. renunciationem D.
Ioanna, vt darentur ſeptē milia; ſtatim poſt nuptias
22 in auro † quo caſu non oritur obligatio in fauorē
eius, qui non adimplet pro parte ſua ſecundū co-
• muniter * Doct. in rub. & l. ſiue apud acta, C. de
Tranſa. l. pen ff. eo. l. cum proponas C. de pact.
Rom conſ. 204. pro diſcutienda nu. 9. vbi voluit,
quod ex quo vnus contrahentiū non dedit. 80. quę
promiſerat, alter non tenetur quicquam ex parte
ſua adimplere, ſubdens ibi, nu. 10. quod qui pro-
mittit quid reſpectu eius, quod ſibi futurum eſt
implendum, ſi ſibi non impletur, ipſe ex ſua pro-
miſsione correſpectiua nō obligatur l. titius ff. quę
reſ. pi. obli. poſſ. l. qui pecuniam ff. si. cer. pet.

Tertio modo principali poteſt D. Ioanna d. re-
nunciationi contrauenire per reſtitutionem in inte
grum ex capite enormiſsimæ læſionis, ex quo fuit
23 enormiſsimę lęſa pluribus modis. primo, quidē quia
pro vnica dote, & quidem conſtituta ex ſolis bo-
nis maternis in Teſtamento materno renūciauit
hæreditati non ſolum maternę; verum etiam pa-
ternę, auitę, proauitęq;, ac inſuper ceſsit omnia
iura ſibi competentia in, & ſuper d. vniuerſis bo-
nis, & rebus hęreditarijs tam paternis, quam
maternis, nullo etiam ſibi iure reſeruato, quo
caſu ſine dubio dicitur enormiſsimè læſa, cum

reſpectu dotis promiſſæ ex bonis maternis non
debuiſſet remittere paterna, auita, & proauita
ideo ex hoc ſolo enormiter læſa poteſt venire cō
trā d. renunciationem etiam iuratam Anch. in ter-
minis in conſ. 38. pro clariori col. 2. vbi dicit mu-
lierem enormiter læſam, quæ pro vna dote renun-
ciauit hæreditati matris, & fratris, & ſororis, ſe-
quitur eum Dec. in conſ. 180. col. 3. ver. ſed cum
etiam, & ver. accedit, Vbi loquitur in renuncia-
24 tione facta in manibus fratris, vt hic, † & in re
nunciatione facta in manibus patris dotantis de
bonis maternis, vt non valeat quoad bona pater-
na, in quibus non dotatur, tradit idem Dec. poſt
Anch. Bal. Paul. Caſtrens, & alios per eum cita-
tos, in l. pactum dotale nu. 8. C. de Collat. Corn.
cōſ. 147. lib. 4. Georg. nact. in d. c. quamuis 9. limitat.
pro indubitato Dida Couar. in relect. d. c. quam-
uis parte tertia §. 4. ſub nu. 7. concluſ. 10. Io. Cē-
pha. conſ. 142. lib. 1.

25 † Et quamuis hodie parum aut nihil adſit de bonis
paternis, cum comes Raynutius pene omnia di
lapidauerit, in hoc non poteſt ex aduerſo fieri
fundamentum, quia leſio colligitur attento tem-
pore mortis patris, & quatenus eſſet in illius hæ-
reditate tunc, non autem hodie poſt dilapidatio
nem prædictam quæ per fratrem fieri non potuit
in preiudicium ſororis ſine illius conſenſu l. quod
noſtrum ff. de reg. iur.

Nec dicatur, quòd Domina Ioanna nullum ius
26 habebat in hęreditate paterna, † quia notum eſt,
quòd iure comuni æqualiter ſuccedebat cum fra-
27 tre l. maximum vitium C. de lib. præte. † Iure ve
ro municipali peruſino lib 2. rub. 45. quod in pa-
ternis attenditur, tum quia pater peruſinus, tum
28 quia in eo territorio bona ſunt, nō erat excluſa, † cū
de eis non fuerit aliqua ex parte dotata, vt ſtatu-
tum requirit, & quatenus fuiſſet dotata & excluſa
29 † ob defectum maſculorum per mortem dicti Co-
mitis, locum habet reintegratio ex forma dicti ſta-
tuti cum eius excluſio ſit temporalis, donec maſcu
li ſuperuixerint, ad late notata per Bru. in tract. ex
cluſi foemi. prop. maſc. articulo. x quæſt. 5.

30 Secunda læſio inſurgit ex renunciatione fideicō-
miſsi paterni, auiti, & proauiti, ſi quod fideicom-
miſſum in horum teſtamentis extaret, ſed quia nō
vidi huiuſmodi teſtamenta, in hoc fundamēto non
facio magnam vim.

Tertia læſio enormiſsima colligitur ex eo, quod
renunciatum eſt fideicommiſſo, etiam materno-
rum bonorum, quæ traſcendunt, vt audio, ſum-
mam triginta milium ducatorū, per mortem enim
Comitis Raynutij ſine filijs maſculis, fuit purifica-
tum fideicommiſſum iniunctum, ſi ipſe deceſſerit
31 ſine filijs maſculis † Nam licet ſit ardua hæſitatio
inter Doctores, an dicta conditio, ſi ſine filijs adim-
pleatur, relicta filia, vt varijs in locis tractant No-
ſtrates, & multi dicant, communem eſſe, in vlti-
mis voluntatibus appellatione filiorum venire etiā
32 fæminas, † ita, vt maſculinum concipiat fœmini-
num, per l. ſiquis ita. de teſta. tute. & l. iulia. vbi
33 Bar. de ver. ſig. Dec. in l. 2. nu. 101. de reg. iur. † Ve-
rius tamen eſt, quòd fæminæ non veniunt, niſi
conſtet de voluntate, & coniecturata ſaltem mente
34 Teſtatoris, † Quia propriè verbum, filijs, ſonat

in ma-

in maſculos Bar. l. 1. de ver. ſig. l. 1. col. fin. de pe
cu. vbi quod ſolum per extenſionem compræhen-
ditur fœmina ſoc. inter conſ. Curt. ſenio. conſ. 40.
cum impreſentiarum col. 3. & conſ. 73. col. 1. lib.
4. Fulg. conſ. 18. Solonuria. conſ. 38. in propoſita
col. 1. & 2. Alciar. lib. 1. car. 3. de ver. ſig. & vi
detur textus in c. prouunciatio. in prin. de ver.
ſig. ideò niſi doceatur contrarium, ex mente Te-
ſtatoris, á proprietate iſta non diſcedetur, vt latè
defendit Soc. Iuni. conſ. 168. fere per totum
lib. 2.

Secundo quia quatènus aliter non docto de vo-
luntate, & mente Teſtatoris teneamus, venire fæ
minas, appellatione filiorum, illud non proce-
dit indiſtinctè, ſed variatur reſolutio ex varietate
caſuum ſecundum variam coniecturatam mentem
35 Teſtatoris, † Vnde Soc. in l. cum auuſ. de cond. &
demon. nu. 80. ſuper hoc late diſputans, tandem
nu. 81. plures caſus diſtinguit, & alij alios adne-
36 ctunt, diuerſimode concludentes, † & quando ex-
tat ſtatutum excluſiuum fœminarum propter ma-
ſculos. omnes admictuut, fœminas, appellatione
37 filiorum, non venire, † quod Teſtator videatur ſe
conformare cum diſpoſitione ſtatuti, Paul. Caſtrẽ.
Conſ. 79. col. 2. Dec. conſ. 15. col. 3. conſ. 270.
col. 2. conſ. 299. col. 4. conſ. 316. col. 3. conſ. 145.
col. 2. Alex. l. gallus §. quidam rectè. in fi. de lib.
& poſth. cum ſimil. ex quo infero, quod ſi in ca-
ſu noſtro extaret huiuſmodi ſtatutum in loco bo-
norum maternorum, quod non vidi, res eſſet in
claro.

Tertio eodem modo ceſſaret difficultas, ſi in ali
qua parte teſtamenti materni, quod pariter nõ vi-
38 di, † eſſet mentio filiorum, cum qualitate maſcu
linitatis, quia colligeretur, quod Teſtatrix idem
intellexiſſet verbũ, filios, in qualibet alia parte
teſtamenti, argumento l. qui filiabus. in princ. de
leg. 2. ſicut in terminis arguit Abb. conſ. 36. lib.
1. Curt. ſeni. conſ. 51. col. 5. & 6. Dec. d. conſ.
15. col. 2. conſ. 561. & conſ. 270. col. 3. & conſ.
278. pariter col. 3.

Quarto in hoc caſu ceſſat difficultas, & opinio
ſupra allegata, conſiderando, quod, vt ſupra te-
tigi, in propoſito conſiderantur plures caſus, &
inter alios, Vnus, ſcilicèt, quando fuit filia inſti-
tuta in re certa, & deindè filio inſtituto, ſi deceſſe
rit ſine filijs, ſubſtituta, vt hic, in quo caſu, cer-
39 tum eſt quod neptis ex filio nõ excludet filiã, † quia
filia inſtituta in re certa, & ſubſtituta, vt ſupra,
non debet eſſe deterioris conditionis, quam neptis,
quod reputat abſurdum tex. in. l. ſi uiua matre, C.
40 de bon. mater. † & licet non nulli reijciant hanc ra-
41 tionẽ, quando extraneus eſt ſubſtitutus filio, † quã
do tamen filia fuit particulariter inſtituta, & po-
ſtea etiam expreſſe filio ſubſtituta, vt hic, Docto-
res non ita dicunt, & in hoc caſu huiuſmodi fun-
damentum non poteſt euitari, vt ait Cur. Iuni. in
loco infra allegando, præcipue, cum ipſa filia ha-
42 beat voluntatem expræſſam, neptis vero tacitã, † te
ſtatricisque hæreditas ſit magis debita filiæ, quam
43 Nepti. l. 1. & 2. C. de bon. mat. † & ſicut inſtitu-
44 tus nõ dicitur minus dilectus, quã ſubſtitutus, † im
45 mo plus l. publiuſ. §. fin. de cond. & demo. † ita
neptis in conditione poſita, non debet eſſe melio-
ris conditionis, quam filia in re certa inſtituta, &
expreſſe ſubſtituta, argumento l. 2. § ſi duo. de
bono. poſſ. ſecun. tab. per quem tex. dicunt Doct.
46 in l. unic. C. quando non pet. par. accre. † quod ſub
ſtitutio expræſſa facit ceſſare ius accreſcendi, quod
venit ex diſpoſitione legis, & coniecturata mente
47 teſtatoris, † ſicut alias dicitur, quod expræſſa pu-
pillaris plus operatur, quam tacita, ad excluſio-
nem, vt notant Doct. l. precibus C. de impub.
in l. 2. ff. de vulg. & pup. ita iſtis, & multis alijs
rationibus in his terminis cõſuluit Curt. Iuni. cõſ.
35. Dominus Benedictus nu. 1. & ſeq oſtendens in
hoc puncto, veriſsimam eſſe opinionẽ Vinc. Her-
cu. & aliorum ita tenentium, & hunc eſſe caſum
diuerſum ab enumeratis á Soci. in d. l. cum auuſ.
& alijs alibi, prout veriſsimum eſt, & vltra eum,
ego addo, quod Soc. d. loco, in primo caſu, in quo
concludit, filiam inſtitutam in re certa excludi á
Nepte ex filio, mouetur ſpeciali ratione, quia cõ-
ſtabat in eo caſu, de cauſa odij, quo pater eam fi-
liam proſequebatur, quæ cauſa hic non conſtat,
merito.

Nec iſto caſu huic opinioni refragatur, quod ſi-
48 cut Teſtator predilexerit filium † iſta etiam videa-
tur prędilexiſſe filiæ neptem ex eodem filio, cum
eamdem charitatem, & amorem præſumatur habe
re erga filiam ex filio, quem habuit erga filium, ſe
cundum Bal. in l. cum acutiſsime col. 1. verſiculo
quæro, ſi pater C. de fidetc.

49 Quia reſpondetur primo iſtud verum, quando †
qualitas, propter quam Teſtator aliquem predile-
50 xit, repetitur in eius poſteritate, ſecus † alias, vt
hic, quia cum Illuſtriſsima Domina Teſtatrix prę
dilexerit Illuſtrem D. Comitem Raynutium ex eo,
quod erat maſculus, alias etiam Ioannam feciſſet
hæredem vniuerſalem, quæ qualitas maſculinita-
tis non reperitur in nepte merito, ita in termi-
nis reſpondet ſoc. Iun. d. conſ. 90. lib. 2. quæ re-
ſponſio ſine dubio videtur procedere in caſu no-
51 ſtro † in quo neptis non erat nata tempore vitæ Te
ſtatricis, ad quam, tanquam ignotam, non potuit
Teſtatrix hæbere aliquam affectionem, vt arguit
Iaſ. conſ. 140. col. 5. verſ. item pater lib. 2. ſicut
conſtat, eam affectionem maximam habuiſſe ad
filiam, tam ex inſtitutione, in notabili quantitate
ſeptem milium aureorum, quam etiam ex ſubſtitu-
tione.

Secundo reſpondetur, dato, quod ceſſaret ra-
tio conſeruãdæ agnationis in filia, vt dicebat Dec.
ditis ſuis conſ. militat tãmen alia potens ratio d.
52 l. ſi uiua matre, † quæ eſt, quod non debet eſſe de-
terioris conditionis filia in re certa inſtituta, &
expræſſe ſubſtituta, quam Neptis, vt ſupra, ita
53 reſpondet Curt. Iuni. d. conſ. 35. & vltra eum † no-
tum eſt, duabus exiſtentibus rationibus, vnaque
deinde ceſſante, altera vero remanente, non ceſſa-
re diſpoſitionem l. ſi nõ lex elia ſentia ff. de hęred.
inſtit. late more ſuo Tiræquell. in tract. ceſſac. ca-
uſ. 2. par. limiti a 2.

Ex quibus apparet, veriorem ſententiam in ca-
ſu noſtro, Comite Raynutio defuncto, relicta tan
tum filia fœmina, veniſſe caſum opulentiſsimi fi-
deicommiſſi materni, in fauorẽ Dominæ Ioannæ,
vt etiam alias, oſtenſo d. teſtamento, & dato ocio

ad ſcri-

ad ſcribendum ſuper hoc puncto ſpeciali, latius
oſtenderetur, & propterea ex d. renunciatione, eam
enormiſsime læſam, cum etiam quibuſcunq; fidei-
commiſsis renunciauerit, & vt ſupra dictum fuit,
læſa dici non poſsit.

Non obſtant, quæ in contrarium ſupra allega-
bantur, in quorum diſſolutione, præſentis conſul-
tationis veritas dilucidius apparebit.

54 Primo non obſtat, † quod renunciatio, vallata
iuramento non poſsit reſcindi d. c. quamuis. Quia
ad hoc in quo conſiſtit tota difficultas pluribus mo
55 dis reſpondetur, Primo quidem, † quod ille tex.
mandans omnino obſeruari renunciationem mu-
lieris iuratam, loquitur de renunciatione facta pa-
tri dotanti, de quo lex plurimum confidit, & mul-
to magis, quam de alijs, ita reſtringens illum textũ
dicit Bal. in l. pactum, quod dotale q. 21. C. de col-
56 la. Dec. cons. 26. nu. 2, † & quia inducit ll. ciui-
lium correctionem non debet extendi ad renuncia-
tionem factam fratri, de quo nos quærimus, vt in
terminis multis alijs rationibus, tradit Io. Cepha.
conſ. 242. Magnifica D. Hieronima nu. 22.

57 Secundo reſponderi poteſt, conſiderando †
quod diſpoſitio d. c. quamuis non procedit, quan-
do renunciatio dicitur facta metu, vel reuerentia
eius, cui fit, argumento l. 1. §. quæ onerandę ff.
58 quare act. non det. † ad hoc autem, vt dicatur re-
nunciatio facta reuerentia, aut metu eius, cui fit,
ſufficit hoc ſolum, quod renũcians ſit enormiſsime
læſa Dec. d. l. pactum, quod dotale ne. 7. c. cauſa
matrimonij nu. 6. de offi. deleg. vbi alios allegat.
Rom. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ſol.
mat. & in l. quæ dotis. eo. titulo Paul. Caſt. conſ.
177. in antiqs in nouis vero conſ. 174. li. 1. Corne.
conſ. 140. in hoc prope fi. lib. 3. ſoc. conſ. 263. ca
pio primum nu. 3. & 4. lib. 2. vbi optime loquitur
Curt. Iuni. conſ. 542. nu. 12. Iac. Mand. Alb. cõſ.
77. ſecundum. nu. 21. & conſ. 100. ſi vera ſunt nu. 4.
• vbi alios allegat, & dicit comunem, • Cepha. cõſ.
34. nu. 31. conſ. 62. nu. 30. & conſ. 542. nu. 4. &
ſeq. lib. 1. vbi poſt multos alios, precipue Neniz.
59 in ſil. nupti lib. 2. nu. 81. aſſerit, † quod ſi renũcia
tio ſit facta per mulierem ad preſentiam patris, ma
tris, vel fratris maioris natu, cum quibus renun-
cians habitat, præſumitur facta metu reuerentiali,
ſi immodice lęſa reperitur, ideoque dat cautelam
quod is, in cuius fauorem fit renunciatio, ſe abſen-
tet, tempore renunciationis, deinde alio inſtrumẽ
60 to renunciationẽ acceptet, † Vnde cum in caſu no
nostro D. Ioanna eſſet minor mulier † quæ facilius
terretur, ſecundum glo. ſing. & ibi Ant. But. in
c. cum locum de ſponſ. ſoc. d. conſ. 263 nu. 5. &
habitaret cum fratre, ſatis (vt audio) ſenero, fue-
ritque enormiſsime læſa, vt ſupra, præſumitur ſine
dubio renunciatio facta metu, & reuerentia fratis,
ideoque non habet locum tex. in d. c. quamuis.

Nec obſtat, quod fuerit renunciatũ exceptioni
61 metus, † quia d. renunciatio eodem modo extor-
ta præſumitur, & non præiudicat, vt reſpon. Soc.
d. conſ. 263. ſub. nu. 9. verſiculo nec obſtat. & Io.
Ceph. d. conſ. 34. ſub. nu. 34. in fi. & d. conſ. 142.
nu. 42 pariter in fine.

62. Ter reſpondetur, † quod ſtante enormiſsima le-
ſione, aut etiam enormi, vt ſupra, non procedit
tex. d. c. quamuis, ſaltem petita abſolutione á iura-
mento, ad effectum agendi Ant. But. c. cum cõ
tingat. quarto caſu & ibi Abb. nu. 23. de iureiurã-
do Ancha. c. 1. col. 1. verſ. & ego conſului. de cõ-
ſtit. in c. acceſſorium col. 6. de reg. iur. Cald. conſ.
8. de iureiuran. Feli. c. in præſentia & ibi Dec.
nu. 36. de probatio. Idem Dec. in conſ. 45. conſ.
280. 581. & 380. Rip. reſponſo. lib. 3. c. 15. Soc.
Iuni. conſ. 53. & conſ. 544. nu. 10. & nu. 25. lib.
1. Paul. Pariſ. conſ. 52. nu. 8. lib. 1, Cepol. Caut.
ciui. conſ. 17. Cepha. conſ. 34. nu. 20. conſ. 137.
nu. 60. & conſ. 142. nu. 25. lib. 1. & Alij prope in
finiti, qui citantur in dictis locis, & præcipue per
Iac. Phili. Por. concluſ. lib. 4. conclus. 32. qui om
nes teſtantur, hanc eſſe magis communem opinio-
63 nem, multis rationibus, precipue, † quia verſimi
• le non eſt, paciſcentem tantæ læſioni conſentire
64 voluiſſe, † cum iuramentum non debeat eſſe vin-
culum iniquitatis c. inter cætera 22. q. 4. c. quanto
65 de iureiuran. † immo debeat habetur tres comites.
Veritatem, Iudicium, & Iuſtitiam c. animaduer-
sendum 22. q. 2. ſed ex enormi, & enormiſsima
læſione apparet iniquitas, maxime in muliere ob
fragilitatem ſexus Dec. d. conſ. 580. col. 4. ver.
66 ſed tamen & cõſ ſeq. col. 1. † & talis lęſio arguit do
lum ſaltem re ipſa l. omnes l. lucius ff. quæ in fra-
ud. cred. Bar. l. vltima ff. de pretor. ſtipul. l. ſi ſu-
• perſtite in fi. ff. de dolo, & eſt • comunis, ſecun-
67 dum Soc. Iuni. conſ. 144. nu. 10. li. j. † & dolus re
ipſa æquiparatur dolo ex propoſito l. ſiquis cum
• alias, vbi omnes • comuniter de ver. oblig. Dec.
d. conſ. 180. Corn. conſ. 189. col 3. li. j. Caſſad.
decis. 1. de Empt. & vendit. Socc. Iuni. de. conſ.
544. nu. xj. ideo dum textus in d. c. quamuis, ab
eius regula excipit pactionem iuratam dolo aduer
68 ſarij, † intelligitur de dolo, vel arte decipiendi, vel
re ipſa contingente ratione enormis, & enormiſ-
• sime læſionis ſecundum magis • comunem, vt
69 ſupra, † quinimmo rationem d. læſionis poteſt cõ
trauenire contractui, etiam quod renunciatum ſit ex
70 preſſe d. læſioni, † & nulla cautela verborum dari
poteſt, qua d. reſtitutio tollatur Dec. conſ. 26. &
diligenter Gram. decil. 101. nu 23. vbi multos ali
71 os allegat, & de • communi teſtatur, † ſic data enor
miſsima læſione in laudo, nulla reperitur cautela,
qua impediatur reductio ad arbitrium boni Viri
Dec. c. ad hæc, il ſecundo de Appell. conſ. 6. viſo
Themate, conſ 39. nu. 8. conſ. 11. nu. 6. conſ.
587. ad fi. Guid. Pap. decíſ. 519. claudius nu. 21.
& ſeq. Crot. in l. qui rom. § 5. duo fratres nu. 34 de
72 ver. oblig † ſic licet tollatur remedium l. 2. de re-
ſcin. vend. quando maior iurauit non venire con-
73 tra ſecundum glo. Bar. Salic. & omnes ibi, † id ta-
men non procedit ſtante enormiſsima læſione ſe-
• cundum omnes • comuniter ibi, & tradit Hier.
Cagn. ibi, nu. 93. qui alios allegat. Caſſad. d. de-
ciſ. 3. vbi dicit ita ſæpius Iudicatum fuiſſe in audi-
torio Rotæ Romanæ Didac. Couarr. qui ita firmat
in terminis noſtris in relect. d. c. quamuis par 3. § 4.
nu. 5. ver. tertia cõcluſio, quę ſimilia in preſenti ca
74 ſu nullã habent difficultatem, † quia ſi procedũt in
maſculis, & maioribus, quanto magis in fęmi-
75 na minore, vt hic, † quę preſumitur ignorare ius
ſibi competens ſpirituali prerogatiua, ideoq; vide-

77 ri non poteſt iuramento ei renunciaſſe† cum ad
incogitata non trahatur c. quintauallis de Iuram-
iur. vt in muliere, reſtico, & ſimilibus tradit Alex.
conſ. j. ponderatis lib. 6. Deci conſ. 203, vt vera
reſolutio. col. ſin. Bar. conſ. 176. Aym. conſ. 42.
nu. 28. vbi alios allegat. Addens,† quod in huiuſmo
78 di perſonis ex enormiſsima læſione arguitur dolus
ex propoſito, cum facilius decipiantur, ſequitur
79 Alci. in tract. preſumpt. reg. j. preſump. 42. † vbi
autem lex preſumit dolum, ſimulationem, vel fra
udem, vt hic expredictis, iuramentum ſuum effe-
ctum non operatur, vt multos allegans pro * co-
muni refert, & ſequitur Nic. Bello. conſ. 47. in
cauſa nu. 7. & conſ. ſeq. nu. 4.

Non obſt. quod hec renũciatio fuerit facta per
modum donationis, in qua cum læſio non conſide-
retur, non videtur, quod eius pretextu poſsit ve-
80 niri contra. Quia reſp. primo,† quod predictia pro
81 cedunt in ſimplici, & vera donatione, † ſecus alias
vt hic, vbi inſpecto effectu, & principali inten-
tione contractus celebratus, eſt renunciatio, & fa-
cio, vt des, vt ſupra dixi, quo caſu, licet in eo mẽ-
tio ſit de donatione, ea non attenditur, ſed effe-
82 ctus, † quia ad Iudicandũ contractum, non atten-
duntur verba prout ſonant, ſed effectus rei Bal. in
l. 2. C. commoda. & in Rub. C. de iur. Emphi. Af-
flic. Deciſ. 71. in fi. late Aym. conſ. 20. per totum
precipue nu. 5. & latius conſ. 214. per totum conſ.
301. nu. 3. ita in propoſito reſpondendum tradit
Dec. d. conſ. 180. col. pen. verſiculo primo non ob-
ſt. &c. Corn. conſ. 161. viſis. nu. 8. & ſeq. lib. 3.
conſ. 179. col. fi. li. 4. Iaco. Mand. dic. conſ. 81. nu.
83 55. vbi vlterius conſiderat, † quod etiam in dona-
tione ſimplici læſio conſiderari poteſt multis mo-
dis.

Secundo dato, quod contractus iſte donationis
eſſet, Reſp. quod licet in donatione non conſidere-
tur læſio, ex quo certum eſt, quod omnis donatio
continet diſpendium donantis, attamen læſio con
84 ſiderabilis eſt, † quotieſcunque ea deducitur per
modum coniecturæ ad interpretandum, vtrum in-
teruenerit dolus, metus, aut ſeductio Paul. Caſtr.
d. conſ. 177. col. j. Corn. conſ. 24. li. 3. conſ. 163.
col. 2. & 3. Rip. d. c. 15. nu. 13. & ſeq. Cur. Iuni.
d. conſ. 141. nu. 17. & ita in terminis reſpondet
Iac. Mand. Alba. conſ. 77. nu. 22. & conſ. 160
no. 5.

Non Obſtat renunciatio exceptioni doli enor-
85 mis, & enormiſsimæ læſionis. Quia reſp. † quod in
muliere non valet, niſi conſtet, quod fuerit cer-
tiorata Bal. l. 2. q. 14. C. de reſcind. vend. vti re-
ſpon. Dec. d. d. conſ. 180. nu. 8. vel. 2. reſp. ge
86 neraliter, † quod ſtante d. enormiſsima lęſione
non valet d. renunciatio, cum reſciſsio ex huiu-
ſmodi læſione non poſsit tolli alia cautęla verbo-
rum, vt ſupra communiter teneri dictum eſt, immo
tali caſu non eſt neceſſaria abſolutio a Iuramento,
87 cum deſit conſenſus, † & ob id iuramentum non
ſit obligatorium Caſſad. d. decis j. & poſt Dec. Iaſ.
Feli. Cur. & alios tradit Hier. Cagn. in l. 2. nu. 88
C. de reſcind. vend.

Non obſt. quod dicebatur dolum re ipſa non
preſtare reſciſsionem, ſed tantum dolum ex pro-
88 poſito. Quia reſp. † contrarium uerius eſſe ſcilicet
dolum re ipſa, & ex propoſito æquiperari quoad
* hoc, ſecundum magis comunem * opinionem per
ſupra dicta, quicquid alias dixerit Alex. qui dan-
natur a Didac. Couar. in ſelect. d. c. quamuis par.
3. § 4. nu. 3. & 5. a Io: Ceph. d. conſ. 34. nu 4. cõſ.
537. col. antepen. & pen. & d. cõſ. 142. nu 47.

Non Obſt. quod abſolutio a iuramento ad effe-
ctum agendi obtineri non poſsit in terminis d. c.
89 quamuis ſecundum Alex. & alios ſupra allegatis †
* Quia iſtorum opinio communiter * eſt dãnata Dec.
d. conſ. 180. Dida. d. loco Feli. in c. in pręſentia
nu. 21. ver. & quamuis de Probat. Io: Cepha. in
dd conſilijs.

Non Obſt. quod allegata per nos locum habe-
re poſſent in hæreditate iam acquiſita, ſecus in
acquirenda, vt eſſe videmur, vt concordando opi
* niones videntur diſtinguere Alexandrinus conſ.
90 12. & Pariſ. conſ. 26. nu. 77. li. 3. † Quia hæc di
ſtinctio eſt penitus falſa, & contra tex. in d. c. quã
uis, qui expreſſe loquitur in acquirendis, & tamẽ
dãnat doloſam renunciationem, & hanc diſtinctio
nem iſtorum nominatim confutat Dida. d. §. 4. nu
3. ad fin. clarius, & latius Cepha d. conſ. 34. nu.
4. verſiculo quibus apparet, & rurſus conſ. 142.
Magnifica Donna ſub. nu. 47. ver. quibus apparet
91 vltra quod dici poteſt, † quod hic ius erat quęſitũ
Donnę Ioannę quo ad hęreditatem, & ſucceſsiuem
paternam, cum patr. iam mortuus eſſet.

Secunda Principalis eſt difficultas, dato, quod
D. Ioanna contraueniat d. renunciationi in pe
tendo hęreditatem paternam, vel fideicommiſſum
maternum, vel duo milia aureorum vltra quinque
milia promiſſa in dotem Aſcanio Corneo pro cõ-
plomento, & reſiduo ſeptem millium ſibi a matre
relictorum, & in renunciatione per Raynutium
fratrem promiſſorum, an d. Aſcanius de ſuo pro-
prio hęredibus Comitis teneatur, & prima quidẽ
facie videtur dicendum, quod teneatur, quia in
inſtrumento dotis ſibi promiſſę, promiſit pro Io-
annam de rato, tam reſpectu d. renunciationis,
quam etiam d. reſidui duorum millium ducatorum
cum clauſula ſe factum, & curaturum cum effectu,
92 † quo caſu tenetur, & eum etiam diligentia non ex
cuſat. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus §. poſſunt de ver.
oblig. Dec. in l. fin. §. labeo nu. x. ff. ſi cer. pet. Mo
der. l. 4. §. cato. vbi Alci. nu. 133. & Crot. nu. 13.
in 2. lect. de ver. oblig. Ripa. in l. quod te. nu. 45.
93 ſi cert. pet. † quia iſtud verbum, cum effectu alias
94 nihil operaretur, contra l. ſi quando de leg. j. † &
quia iſtud verbum ſui natura realem executionem
ſignificat l. ſi non mortis §. fi. ff. de inoff. teſta. l. j.
95 §. hæc verba ff. quod quiſq; iuris, † & quia cum
impoſsibile ſit, quod promittens factum alienum
adimpleat reſpectu facti principalis, ſumitur in-
terpretatio, vt cum effectu faciat ſcilicet ſoluendo
intereſſe argumento l. quidam cum filium de ver.
96 oblig. precipue † cum in d. inſtrumento dotis Aſ-
canius alias promiſerit de ſuo proprio, quo caſu in
omnem euentum obligatur, nec ob aliquam diffi-
cultatem excuſatur Aret. d. §. poſſunt Dec. d §. la-
beo. nu. 21. conſ. 2, col. pen. ver. 3. premittit cõſ.
313. col. fi. cõſ. 25. col. 2. in fi. Soc. 288. circa primũ
col. 2. li. 2. Paris. conſ. 110, nu. 10. li. j. Aym. conſ.
272. nu. 12. & alibi paſsim communiter.

His

His tamen non obſtantibus cenſeo Aſcanium
non teneri, primo quidem, quia vt ſupra in alia
97 difficultate dictum fuit, † quando quis aliquid pro
mittit reſpectu eius, quod ſibi futurum eſt implen
dum, ſi ſibi non impletur, nec ipſe ex promiſsio
ne obligatur d. l. Lucius d. l. qui pecuniam. Rom.
d. conſ. 204. nu. 10. ſed Aſcanio integre non fuit
adhuc ſoluta dos promiſſa, cuius contemplatione
ipſe de rato promiſit, vt in inſtrumento patet,
merito &c.

Secũdo Quia Comes Raynutius promiſit, quod
Ioanna accipiet in virum Aſcanium, & pro ea de
98 rato promiſit; alias &c. † quę promiſsio rat. etiam
iurata ex parte dicti Comitis intelligitur, quod Co
mes faciendo poſsibilia excuſetur, vt in terminis
conſuluit Bar. conſ. 226. ſed. de Senis conſ. 217.
referunt, & ſequuntur Ant. Butr. & Ab. in c. gem
ma de ſponſa, & eſt * comunis, & ſeruatur in pra
ctica ſecundum Are. d. §. poſſunt. Iaſ. in l. titia
nu. 13. de ver. oblig. quicquid ipſe, & Aret. vt
ſubtiles videantur, in contrarium inuehantur, ſi
igitur promiſsio rati ex parte Comitis intelligitur
quod faciendo poſsibilia excuſetur, ergo eodem
99 modo ex parte Aſcanij, † ne contractus claudica-
re dicatur, contra l. j. l. ſi id, quod §. fi. ff. de re-
ſcind. vendit,

Tertio reſpectu renunciationis factę per Ioan
100 nam vrgentiſsimo (ni fallor) fundamento, † Quia
cum contra eam poſsit ipſa principalis venire con
tra per reſtitutionem in integrum ratione enor-
mis, vel enormiſsimę lęſionis, vt ſupra in primo
dubio dictum fuit promiſsio rati Aſcanij nullo mo
101 do obligat promittentem, vel, † quia promiſsio
quod quis non veniet contra, intelligitur, niſi in
caſibus a iure conceſsis, ſecundum Bar. in l. quidã
102 cum filium ff. de ver. oblig. vel † quia conditio
ſubintellecta in principali obligatione, intelligatur
repetita etiam in obligatione de rato, facta a tertio
argumento l. eſſe toto de hęre inſtit. l. ſi ita ſcripſe-
103 ro de cond. & demonſt. vel † quia promiſsio rati in
telligi debeat rebus ita ſtantibus l. quid ſeruus ff.
de cond. ob cau. l. quęro §. inter locatorem ff. locat.
vt in ſimili promiſsione de rato ſubtiliter conſide-
rat Rip. in l. ſi vnquam 4. q. princi. C. de reuoc. do
nat. & ibi And. Tiraq. in fi. nu. 4. & ſeq. & in ter-
104 mis, † quod promittens de rato etiam iureiuran-
do nõ teneatur, quãdo is, pro cuius rati habitatione
promiſit, reſtituitur in integrũ ratione enormiſsimę
lęſionis, tradit Gram. decis 101. Donna Franciſca
nu. 55. & ante eum egregie Pet. Anch. conſ. 303.
viſa facti narratione col. 5. ver. deſcendo, vbi vult
Tertium promittentem, minorem ratum habitu-
rum, cum maior erit, ſi is factus maior contra ve-
niat ob contractus iniquitatem, ille non tenetur,
quia poteſt niti eadem defenſione, qua principalis
arg. l. j. inſt. iuncta l. prima C. de fideius. min. &
poſt alios, quos ibi citat ſequitur Cepha. in conſ.
115. quęritur quo remedio nu. 3. lib. 5.

Quarto reſpectu vtriuſque dubitationis preſup
poſito, quod Aſcanius fecerit, & faciat omnem
conatum, & diligentiam vt Donna Ioanna eius
vxor ratificet vtrunque inſtrumentum, & non ob-
ſtante huiuſmodi diligentia ipſa nolit ratificare,
clarum eſt ipſum nullo modo ex ſua promiſsione
obligari, quia licet obligatus de rato cum promiſ-
ſione de ſuo proprio, faciendum poſsibilia non
105 excuſetur vt in contrarijs, † hoc tamen non pro-
cedit, quando quis promittit pro perſona quam
promitens veriſimiliter ſperabat debere ratificare,
contemplatione ipſius promitentis, quia tali ca-
ſum promittens ſpe dicitur fruſtratus, & propter
difficultatem ab initio minime veriſimilem ſibi ſu-
peruenientem pręter ſpem de ſuo non tenetur, ſi
ille, pro quo promiſsit, contrauenit. Dec. de conſ.
313. promiſit Ioannes col. 3. ver. non obſtant ra-
tiones, ſequitur Pariſ. conſ. 110. nu. 30. lib. j.
Rip. in d. l. quod te nu. 46. & rurſus in d. l. ſi vn-
quam q. 4. in fi. Corn. conſ. 11. col. 9. lib. 3. Pau.
Caſtrens. conſ. 278. ad primum reſp. nu. 3. li. 2.
Boer. decis. 8. nu. 16. vbi dicitur ita iudicatum fu-
iſſe, & latum Arreſtum Grationopoli, Gram. qui
multos alios allegat deciſ. 102. nu. 510. & ſeq. &
Cepha. d. conſ. 115. nu. 4. qui omnes punctaliter
loquuntur in marito promittente de rato pro vxo-
re, vt hic, & ſimilibus quibuſdam alijs perſonis.

Ex quibus apparet hanc eſſe comunem * opi-
nionem, a qua in iudicando non eſſet diſcedendum
locis vulg. ita tenendo non obſtant, quæ ſupra in
contrarium allegantur, quæ ex predictis ſublata ap
106 parent, nam non procedunt, † quando promiſ-
ſio fuit facta reſpectu eius, quod ſibi futurum eſt
implendum, & non impletur d. l. titius, d. l. qui
107 pecuniam Roma d. conſ. 204. † item non proce-
dunt, quando apparet ex intentione partium fuiſſe
quod promittens de rato non teneatur faciendo
poſsibilia, vt ſupra in ſecundo fundamento. tertio
108 † non procedunt quando principalis reſtituitur
in integrum propter lęſionem enormem, vel enor-
miſsimam, vt hic ex dictis ſupra in tertio fundamẽ-
109 to. † quarto non procedunt in promittente de ra
to pro perſona, quam veriſimiliter ſperabat poſſe
inducere facile ad ratificationem, & ſpe fruſtra-
tus inducere non potuit ex dictis ſupra in quar-
to fundamento.

Hœc mihi viſa ſunt Illuſtriſsime & Excellentime
mi Domine Aſcani inſtruere cauſam tuam ſuper
qua votum meum petiiſti, quæ ſi probata fuerint
ab alijs I. C. grauiſsimis, quorum conſilio Romæ
vteris, futuro iudicio initium dare alacri animo
poteris.

CONSILIVM XIII.

Argumentum.

Generalis quietatio, & tranſactio reſtringitur ad cauſam, & rem certam ſpecificatam ſpecialiter ad intellectum l. ſi de certa c. de tranſact. & quando hoc procedat, & intelligatur late diſcutitur.

SVMMARIVM.

Mater, frater æqualiter ſuccedunt ab inteſtato, filio, & fratre reſpectiue, ſine vllis deſcendentibus defuncto nu. 1.

Verba generalia generaliter intelligenda ſunt nu. 2.
Maſſime in liberatione nu. 3.
Fallit vbi cauſa, perſona, vel quid ſpeciale pręcedit, quia reſtringitur ad illud nu. 34.

Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio tres precedentes obligationes tollunt, & generalem quietationem continent nu. 4.

Latior fit interpretatio, vbi agitur de liberatione nu. 5.
Maſſime quando liberatio eſt reciproca. nu. 6.
Quia multa tranſeunt quæ alias non admitterentur, ratione, & ob mutuum comodum diſpoſitionis nu. 7.

Lim. quando pracedit ſpecialis cauſa, quia reſtringitur ad eam ex mente contraentium nu. 35.

Verba generalia reſtringuntur ad rem, & caſum ſpecificatum nu. 8. & 21. ubi latius.
In compromiſsis nu. 22.
In computis nu 23.
In pactis nu. 24.
In renunciationibus nu. 25.
In reſutatione nu. 26.
In tranſactione nu. 27.
Item reſtringuntur ad perſonam ad quam rediguntur nu. 28.
Item ſecundum naturam contractus nu 29.
Ratio generalis, quia generi per ſpeciem derogatur nu. 30.
Ratio particularis in tranſactione, quia fit de re dubia, & lite incerta nu. 31.
Fallit, quando non poteſt id fieri ratione recti ſermonis nu. 93. contra nu. 32. auctor tamen non diffinuit quid verius? & nu. 36. ubi quod non tuta limitatio iſta.

Creditor liberans ſimpliciter debitorem, dum recipit tantum partem precij, non intelligitur liberare, niſi ab illa parte recepta nu. 10.
Fallit, ſi liberat cum promiſsione generali non petendi aliud occaſione cuiuſcunque debiti nu. 11. & 16. 17. 18. 19

Promiſſio nihil amplius petendi facta petitione ſuper re certa non extenditur ad alia credita nu. 12.
Fallit ſi dictum fuerit, vel alia quacunque de cauſa. nu. 13.

Renunciatio generalis qualitercunque actionibus competentibus contra Titium, trahitur etiam vltra cauſam de qua actum eſt ſpecialiter nu. 14.

Donatio etiam in dubio pręſumitur inter perſonas arctiſſima coniunctionis nu. 20. contra nu. 38.

Tranſactio facta ſuper eo, de quo non eſt lis, non valet nu. 33.

Promiſſio de reſutando, aliud, quam ipſa reſutatio eſt, ſicut aliud eſt venditio, aliud promiſſio de vendendo nu. 31.

Renunciatio ſtricti iuris, ideo in ea non venit niſi expreſſum nu. 39.
Et ubi capi poteſt alia coniectura, nunquam dicitur facta renunciatio nu. 40.
Maſſime ſi ſit generalis, quia magis ſuſpecta nu 41.
Quia Tabelliones ſępiſſime ponunt eam ex conſuetudine magis, quam ex intentione partium nu. 42.
Et pleniorem quam cogitatum ſit nu. 43.
Et parui momenti eam eſſe nu. 44.
Et non obeſſe nu 45

In Vrbini Ducatu decretum mulieres non poſſe contrahere ſine certa ſolenitate nu 46.

Renunciatio nihil aliud eſt, quam donatio nu. 47.

Dei Opt. Max. ſuffragio. implorato

1 PRAESVPOSITO, quod per obitũ Franciſcę Marci Boldrini de Eugubio ab inteſtato nullis liberis ſuperſtitibus, ſed tantum Margarita Matre, & Mario fratre, iure comuni iunx. auth. defuncto C. ad tertul. ac etiam ex forma iuris municipalis, vt refertur, tam Mater quam frater ei ab inteſtato ęqualiter ſuccedant

Ac etiam pręſupoſito inſtrumento tranſactionis, & quietationis facto inter d. Marium ex vna, & d. D. Margaritam ſuam matrem, & Franciſcum hęredes Angeli Appollonij ſuper adminiſtratione Tutelę bonorum d. Marij. & Franciſci ſui fratris geſtę per d. Angelum eorum Auum maternum, cum illa generali clauſula, Vlterius d. Marius ex parte vna, & d. D. Margarita, & Franciſcus ex altera parte fecerunt ſibi inuicem, & viciſsim ſolennibus ſtipulationibus interuenientibus generalem finem, quietationem, liberationem, tranſactionem, ac pactũ perpectuum de vlterius aliquid non petendo, de omni eo, ac toto, quod vna pars ab altera, petere, exigere, & conſequi poſſet vſque in preſentem diem, ex alia quacunque cauſa, cum ſcriptura, vel ſine, publica, vel priuata &c.

Dubita-

Dubitatur, an d. D. Margarita Mater modo agnẽs
contra Marium poſſeſſorem omnium bonorum d.
Franciſci ſui filij ab inteſtato defuncti obtinere poſ
ſit pro dimidia d. hæreditatis.
In qua hæſitatione, vt pro Mario contra matrem
prætenditur, videtur d. Mater excludenda vigore
d. renunciationis, ſiue tranſactionis, eam pluribus
modis conſiderando.
2 Primo † quia cum verba d. quietationis, & re-
nunciationis generalia ſint, tbi generalem finem,
& quietationem &c. generaliter intelligenda ſunt
l. t. §. & generaliter ff. de leg. præſt. l. de prætio ff.
3 de publi. † & in liberatione videtur clarum, quod
generaliter liberatus ab omnibus liberatus cenſe-
tur l. pluribus ff. de accepti. Ruy. conſ. 25. nu. 9.
lib. 1. Cepha. conſ. 39. nu. 24. lib. r.
Secundo quia vltra d. generalitatem verborum
interuenit Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio, ibi
4 per aquilianam ſtipulationem præcedentem &c. †
quæ generalem quietationem continet, & inducit,
& tres præcedentes obligationes comprehendit, &
tollit l. Aquiliana ff. de tranſ. §. itẽ per acceptilatio
nem inſt. qui mo. tal. obl. Specul. de obli. & ſolut. §.
1. nu. 25. Bero. conſ. 201. nu. 1. lib. 1. Natt. conſ.
213. nu. 6. lib. 1. Soc. Iuni. conſ. 40. nu. 7. lib. 3.
5 † Tertio cũ in d. inſtrumẽto agatur de inducẽdo li
berationem ab omnibus actionibus, & obligatio
nibus, latior eius fieri debet interpretatio, non
autem reſtrictio l. Aerianus de act. & oblig. Dec.
conſ. 178. col. 3 verſiculo, & ad prædicta Soc.
Iun. d. conſ. 40. nu. 3. Cepha. conſ. 39. nu. 26. lib.
6 1. † Maxime cum liberatio, de qua hic, ſit corre-
ſpectiua, & reciproca, quæ ob mutuum commo-
dum, & correſpectiuitatem fauorabilior eſt, & la
tius accipienda Corn. conſ. 29. ad fi. verſiculo &
7 ſatis lib. 5. † pro vt alias multa ratione reciproci cõ
modi, vel incommodi tranſeunt, quæ regulariter
non tranſirent l. s & ibi doc. C. de pact. Pau. Caſt.
& Iaſ. l. ſi pater pupillæ inſi. C. de in off. teſt. Hippo.
Sing. 333. Deci. Pede. 100. nu. r. & ſeqq.
Quarto pro iſta opinione plurimum facere vi-
8 detur, quia licet verba † generalia reſtringantur ad
rem, & cauſam ſpecificatam l. ſi de certa. vbi Bar.
9 Bal. Iaſ. & cæteri C. de trans. † quando tamen id fieri
non poteſt ſalua ratione recti ſermonis, non re-
ſtringuntur l. ſi ex pluribus ff. de accepe. & tradit
Bar. d. l. ſi de certa vbi alij Doct. præcipue Iaſon
verſiculo limita tamen col. 2. Vnde dicebat Cin.
10 in l. ſi ex timore C. de except. † creditorem recipiẽ
tem partem precij liberantem ſimpliciter debito-
rem, non intelligi liberare, niſi pro parte, quam
11 recipit, † liberantem autem cum promiſsione ge-
nerali non petendi aliud occaſione cuiuſcunque
debiti etiam à reſiduo liberare, ex quo verba illa
generalia cuiuſcunque debiti non poſſunt reſtrin-
gi, ſalua ratione recti ſermonis. Sequitur Alex. l.
ſi de certa nu. 2. in fi. vbi Iaſ. nu. 7. de trans. Affli.
deci. 185. nu. 8. Curt. Iun. conſ. 191. nu. 16. lib. 3.
12 † Sic ſi tranſactio facta eſt ſuper re petita cum pro
miſsione nihil amplius petendi, intelligitur occa-
13 ſione d. rei petitæ † ſed ſi dictum fuerit, vel alia
quacunque de cauſa, non fierit d. reſtrictio ad rem
petitam, ſed generaliter intelligeretur ſecundum
Imo. c. 1. ſub nu. 5. verſiculo quando autem de
trans. Crot. conſ. 145. 592. nu. 10. lib. 2. Iaſ. d. l.
ſi de certa nu. 5.
14 † Sic ſi renunciatum ſit actionibus competentibus
contra se qualitercumque, quia reſtrinctio fieri nõ
poteſt ſalua ratione recti ſermonis, renunciatio ge-
neraliter intelligenda eſt, vt voluit Abb. d. c. 1.
nu. 6. verſiculo aut non poteſt.
15 † Sic liberatio facta ab omnibus, quę vſque in prę
ſentem diem peti poſſent, ex alia quacunque cauſa,
ad ſpecificata reſtringi non debet, ſecundũ Alex.
conſ. 11. nu. 10 lib. 2. Natt. conſ. 513. nu. 3. lib. 1.
16 Sic ſi liberatio facta eſt particularis, ſubiecta po-
ſtea clauſula generali, ab omnibus, & quibuſcun-
que alijs quomodocũque & quacũque de cauſa de
bitis, ad expreſſa tantum reſtringi non poteſt Soc.
Iun. d. conſ. 40 nu. 3. lib. 3.
17 † Sic quietatio pro certa ſumma facta occaſione
adminiſtrationis vitius præceptoriæ addita clauſu-
la, & pro omni eo, & toto, in quo vſque in preſen
tem diem teneretur, & de alijs quacunque de ca-
uſa, cum ſcriptura, vel ſine, comprehendit libera
tionem ab adminiſtratione, etiam alterius pelora-
tus, Purpu. conſ. 189. lib. r.
18 † Sic facta computatione cum adminiſtratore ſup
certo capitulo, Si ſequatur liberatio de omnibus,
& quibuſcunque, in quibus adminiſtrator teneatur
vſque ad illam diem, non reſtringitur ad illud ca-
pitulum tantum, ſed intelligitur in omnibus alijs
Bal. l. ſub prætextu, la ſecunda. col vlt. C. de tranſ.
Curt. Iun. conſ. 191. nu. 58. lib. 3. Rym. Iun. cõſ.
339 nu 45. lib 3.
19 † Sic demum, ſi lis ſit inter nummularium ex vna,
& alios ex altera, de pertinentibus ad menſam nũ
mularij, & illi ſoluerint aliquid, nummularius ve
ro liberauerit eos ab omnibus, in quibus tenebãtur
tur ex quacunque cauſa, licet reſtringatur libera-
tio ad cauſas pertinentes ad dictam menſam, ſi
tamen dictum eſſet ex quacunque alia ratione, vel
cauſa, liberatio operatur etiam reſpectu aliarum
cauſarum Bar. in l. emptor §. lucius nu. 3. ff. de pact.
vbi eum ſequitur, Rapha. comm. Aret. §. item
per acceptilationem inſt. q. mo. tol. obl. Nar. conſ.
410. nu. 6. & 7 lib. 2. & conſ. 546. nu. 21. lib. 3.
Quinto eadem ſententia confirmatur ex d. in-
ſtrumento, quia generalis quietatio, quę fit in ver
ſiculo. Vlterius d. Marius &c. non poteſt referri ſo
lummodo ad ſpecialem occaſione d. adminiſtra-
tionis & fructuum, ſed aliam quietationem gene-
ralem ſignificat, primo quia de ſpeciali conuen-
ctum fuerat ſupra quòd ea videlicet fieret recep-
tis flo. r. 540. vnde ſicut non erat neceſſe iterum
eam apponere, ita credendum non eſt ſuper
fluo appoſitam fuiſſe Secundo quia verbum illud
vlterius videtur ponere aliam quietationem vltra
ſpecificatam; Tertio quia illa ſpecialis erat ſolum
modo facienda ex parte Marij receptis pecunijs, vt
ſupra promiſſum fuerat, illa vero generalis, quę ſu-
bijcitur fit inuicem ab vtraque parte, quare quia
illa ſpecialis facienda per Marium, erat facienda re
ceptis flo. 1540. vt in inſtrumẽto clare dicitur & cũ
nõ ſoluerentur niſi 770. vt ibi apparet, non venerat
dies faciendę d. refutationis, vnde quę fit videtur

H 2 diuerſa

diuerſa. Quinto in ſpecie quod comprehendatur
quietatio bonorum & hęreditatis Franciſci, de qua
quęritur, videtur apparere, quia in d. inſtrumento
dicitur, quod erat lis inter partes ſuper hęreditate
Franciſci, fratris predeſuncti d. Marij, vnde cum
poſtea inter partes fiat refutatio generalis ex cau
ſis predictis, videtur comprehenſa etiam cauſa pre
dictę ſucceſsionis, etiam quod non extendatur ad
extranea, ſed ſolum ad ea, de quibus ſupra men-
tio facta erat. Seſto contra matrem conſiderari poſ-
ſe videtur, quòd licet iſta refutatio, ſiuè renuncia
tio, ex parte matris dici poſsit quędam donatio,
quę regulariter non pręſumitur argumento l. cum,
20 in debito. de probat. † ratione tamen ſanguinis, &
precipuè tam arcte coniunctionis inter filium,
& matrem, vt hic, etiam in dubio preſumitur. glo.
in l. quam dotis ff. ſol. mat. Ab. c. non ne. de pre-
ſump. Dec. conſ. 267. nu. 2. in fi. Ruy. conſ. 171.
nu. 13. & conſ. 136. nu. 21. lib. 1. & conſ. 162.
nu. 14. lib. 5. cum alijs citatis per Alcia. reg. 3.
preſump. 32. nu. 1. & ſeqq.

Cęterum prædicto quidem Inſtrumento ſupra-
dictę tranſactionis, & refutationis, mente con-
trahetis, ac iuris diſpoſitionibus in propoſita ma-
teria loquentibus diligentius perpenſis, cenſeo prę
fatam Margaritam ad dimidiam hęreditatis Fran-
ciſci filij predefuncti admittendam eſſe, non ob-
ſtante d. tranſactione, ſiue renunciatione generali;
Ex eo quidem precipuè, quiá. vt in principio d.
tranſactionis narratur, lis, & contrauerſia erat in
ter partes ſpecialiter in, de, & ſup adminiſtratione
& fructibus .400. flo. & dum deueniunt ad tranſa-
ctionem, diſcedunt ab hac lite, & pro omni eo to-
to, quod Marius dd. duabus de cauſis pretendere
poſſet ab altera parte, ei promittuntur flo. 1540.
Vnde licet generalis poſtea ſequatur refutatio, re-
ſtringitur ad res, & cauſas antea ſpecificatas ex
21 generali regula † quę eſt, quod generalitas ſem-
per reſtringitur ad rem, & cauſam prius ſpecifica-
tam l. legatorum §. 1. vbi Bar. ff. de leg 2. l. ſi quis
ità § fi ff. de ver. ob. l. quęſitum § 1. vbi latius Bar.
ff. de fund. inſtrut. Bal. l. pactum q. 14. C. de colla.
in l. quoties a. not. C. fa. herci. dicens, quod ver-
ba generalia recipiunt intellectum à ſpecialibus. in
l. fi. C. de hęre. vel act. vend. ex hoc inquiens, ver
22 ba generalia reſtringi, & limitari per ſpeciem, †
In compromiſsis eſt tex. in l. ſi cum dies §. plenum
23 ff. de arb. † In computis l. pretor § lucius ſecun-
24 dum vnum intellectum ff. de pact. l. 1 † pactis, &
conuentionibus l. ſi ex pluribus ff. de accept. l. vlt.
§. quęſitum, vbi not Bar. ff. de cond. in deb. & ita
• in pactis * communiter tenetur, vt teſtatur Ias. l. ſi
de certa nu. 5 vbi etiam Curt. Seni. nu. 6. qui alios
25 citant C. de trans. † In renunciationibus tex. eſt
26 not in l. iubemus C. ad uelle. vbi id not Bal. † In
refutatione l. ſi ex maiore, vbi pariter in ſum. ad
27 vertit Bal. C. de except. † In tranſactione de qua
propriè q. noſtra eſt, d. l. ſi de certa, vbi Bar. Bal.
28 Ias. Curt. Seni. Rim. & omnes alij * communiter, †
Comprobatur, quia ſic etiam verba generalia re-
ſtringuntur reſpectu perſonę ad quam diriguntur
l. plenum § Equitij. ff. de vſu, & habit. Bar. l. & ha
bet §. ſi pupillus ff. de tut. comprobatur rurſus
29 † quia verba generalia reſtringuntur ſecundum na-
turam contractus, & rei ſuper quibus apponuntur
l. inſulam de preſcript. ver. l. ſi ſtipulatus §. de vſu
ris de ver. obli. Bar. l. qui nouit § duo fratres q. 2.
ff. eo. Ratio autem predictorum in ipſa tranſactio
ne, de qua hic agitur, duplex eſt ſecundum Rim.
d. l. ſi de certa. in princ. verſiculo, & in tranſactio-
ne. Prima generalis, quę in alia quacunque mate-
30 ria militat, † nempe, quia generalitas regulatur, &
reſtringitur per ſpecialitatem c. generi. per ſpe-
ciem de reg. iur. lib. 6. cum ſimili, & per expreſ-
ſionē certę rei dicitur apparere de mente contra-
hentium, quod de ea tantū conuenire volunt, quan-
tumcumque verbis ampliſsimis vtantur, vt eſt de
• mente * omnium doct. d. l. ſi de certa, vt teſtatur
Bello conſ. 6. nu. 14. vbi id procedere in dubitan
ter tradit in tranſactione, renunciatione, genera-
liſsima, in liberatione, & acceptilatione. Secunda
31 ſpecialis ratio quia † tranſactio fit de re dubia, &
lite in certa l. prima ff. de trans. imo ſi aliter fiat,
non valet. Decia. conſ. 56. nu. 5. & 18. lib. 1. ideo
reſtringitur ad ea, de quibus verſabatur lis, & con-
32 trouerſia inter partes † Quin imo Iac. ab Aren. in
conſ. incipiente habebam debitorem, & poſt eum
Ang. in l. obligatione generali de pigno. & Curt.
Sen. d. l. ſi de certa nu. 10. idem ampliando volue
runt etiam quòd verba generalia ſalua ratione recti
ſermonis d. reſtrinctionem non patiantur, ne alias
donationem pręſumamus, quę in dubio non pre-
ſumitur l. cum de indebito de. probat. ideoque di-
citur quod vbiqunque alia coniectura ſumi poteſt
quam donationis, illa ſemper aſſumenda eſt l. ele-
ganter § qui reprobus ff. de pigno. act. l. ſi cum
aurum ff. de ſolut. & potius fatuitas, quam donatio
pręſumitur Bal. in l. generaliter C. de nō numerat.
pecu. ſicut etiam error Dec. conſ. 350. nu. 4 & 371.
nu. 4. Tiraq. qui adhoc multa congerit more ſuo ad
l. ſi vnquā ver. donatione largitus nu. 209. C. de re-
uo. dona. & Meno. de qq. arb. iudic. caſ. 88 nu. 1. &
ſeqq. Vnde dicebant, ſi quis ſit creditor alicuius in
decē ex cauſa mutui. & xx. ex cauſa depoſiti, & fe-
cit debitori quietationē de nō petendo decē ex cau
ſa mutui, & vlterius generaliter de omni eo, & toto
quòd ab illo petere poſſet ex quacunque alia cauſa
vſque in illam preſentem diem, iſtam generalem
quietationem nō extendi ad xx. ex cauſa depoſiti.
& licet non me lateat hanc extenſionem habere
magnam difficultatem propter opinionem Bar. &
aliorum in ſuprecitatis locis maximè in d. l. ſi de
certa, qui totum contrarium voluerunt, quiá ta-
men forte verior eſt, & quicquid de ea ſit in caſu
noſtro parum curandum ſit, cum ſufficiat regula
ipſa, nec indigeamur extenſione, vt. .j. patebit,
non inſiſtam in ea confutanda, aut ſub ſtinenda.

Secundo hęc noſtra ſententia non ſolum ex prę
dictis iuris regulis colligitur, verum etiam ex men-
te ipſarū partium in ipſomet inſtrumēto trāſactio
nis ad oculum oſtenditur, Primo quidem, quia
in illius initio dicitur inter partes fuiſſe litem,
& controuerſiam ſuper d. adminiſtratione tute-
lę, ac fructibus 400. flo. non autem ſuper hę-
33 reditate d. Franciſci, † ergo tranſactio ſuper ea
fieri non potuit, & ſi facta fuiſſet, non valeret
l. 1. & ibi not. ff. de trans. Deci. d. conſ. 56. nu.
5. & 18. Secundo quia generalitas refutationis,
quę

quę ſubicitur in d.inſtrumento,eſt reſpectu dictorũ
duorum capitũ,nempe adminiſtrationis tutelę, &
fructuum 400.flor.non autem quarũcumque alia-
rum cauſarum inter partes exiſtentium,quod clare
(ni fallor) oſtenditur quia vt in initio contractus
dicitur, tranſanctio fit ſuper illis tantummodo
Vnde inprimis partes renunciant ei liti, Deindi cõ-
ueniunt, quod Margarita & Franciſcus ſoluant
flo. 1540 d.Mario pro omni eo, & toto quod ipſe
prętenderet dd. duabus de cauſis, Et ipſe verſa vi-
ce promittit facere generalem quietationẽ de omni
eo quod poſſet petere ratione d. adminiſtrationis,
& fructum 400. flo.ecce quod generalitas ſtat reſpe
ctu dd. duorum capitũ,non aliorum. Tertio in verſ.
quiquidem &c. Marius predictus receptis flo.770.
á Franciſco, facit quietationem ſpecialem de pecu
nia tantum recepta,nõ autem generalem de omni
eo &c. Demum verſiculo, & dicta donna &c. fa-
cta promiſsione per Margaritam d. Mario de ſol-
uendis alijs 770. flo. pro reſiduo 1540. pro parte
ſua ſubditur reciproca generalis reſutatio de omni
eo, & toto, quod vna pars ab altera parte exigere
& conſequi poſſet vſque in eam diem ex alia qua-
que cauſa cum ſcriptura, vel ſine, publica, vel pri
uata, hęc tamen generalitas reſtricta intelligitur
ad cauſam pręcedentem ex ſupra allegatis. Nec ra-
tio recti ſermonis aliud ſuadet, quia Margarita,&
Franciſcus ſpeciali cauſa dd. duorum capitum de-
beatur 1540. flo. vigore, & ex cauſa promiſsionis
factæ. Item poterant ea, & etiam plura alia ex cau
ſis prędictis debere ex ſcriptura publica, vel priua
ta, ac etiam ſinè, ideo rectè ſubicitur reſutatio non
ſolum de pecunia erepta vigore promiſsionis,uerũ
ex alia quacuque cauſa cum ſcriptura, iam publica
quã priuata, vel ſine, Ductus quoque Franciſcus&
Margarita poterant pretendere in dictis, admini-
ſtratione,& cauſa fructuum multa ſibi deberi ex
publica,vel priuata ſcriptura, vel ſinè prout Oſtẽ-
ſum fuiſſet, ſi non eſſet deuentum ad tranſactio-
nem, meritò ſubiecta fuit d. reciproca generalis
quietatio, vti neceſſaria, & non extenditur ultra
d. duo capitula.

Non obſtant in contrarium ſupra allegata. Et
primo quod verba generalia ſunt, & ſic generaliter
intelligẽda l.1.§.& generaliter de leg.preſta. l.de p-
34 cio ff. de pub. † quià hęc regula non procedit vbi
ſpecialis cauſa, res, perſona, vel quid ſimile pręce
dit, maxime in tranſactione, & reſutatione, vt hic
d. l. ſi decreta. & ibi omnes communiter cum alijs ſu
grius allegatis Et eodem modo reſp. ad. id quod 2.
loco dicebatur de Aquiliana ſtipulatione.

Non obſt.quod hic ſimus in liberatione, &
propterea fiat latior interpretatio argumento l.
Arrianus ff de act. & obl. cum alijs ſuper in con-
trarium ad id allegatis, tum vel maximè cum iſta
liberatio ſit reciproca inter partes, quę ob mutu-
35 um commodum ad huc fauorabilior cenſetur †
Quiá reſpondetur, hęc & huiuſmodi alia nihil
obeſſe opinioni noſtrę ſupra firmatę. ea .n. fun-
data eſt in regula, quam late probauimus, nem-
pe verba generalia reſtringi ab ſpeciali cauſa,
vel re expreſſa, que colligitur ex mente loquen-
tium collecta & ex preſsione prędicta ſecundum
Bar. & omnes in d. l. ſi decerta, & alijs locis
fuſius ſupra citatis, & tradit clare Bello d. conſ. 6.
nu. 14. verſiculo nam iſtud limitatur & ideo cum
mens in omnibus diſpoſitionibus pręceteris ſem-
per attendatur l. ſiuè oportet §. illud de excu. tut.
latè Tiraq. ad l. ſi vnquam glo. libertis nu. 47. &
ſeqq. & in contractibus, vt hic Hier. Cag. l. viuũ
nu. 6. ff. ſi cert. pet. cum alijs citatis per Tiraq. d.
loco nu. 58. d. regula pcedit ſiue ſimus in liberato
rijs, ſiue nõ ſiue liberatio correſpectiue,& reciprocè
concepta, ſiue inter extraneos ſit, ſiuè inter con-
iunctos, ſemper .n. idem ſtatutudum eſt, cum ità
partes voluerint, & de mente loquentium appare-
re ex expreſsione certę rei vel cauſę dicatur,& quę
in contrarium allegantur procedunt in dubio non
apparẽte de mente; & quod regula pro fundamẽto
pręcipuo noſtrę opinionis aſſumpto procedat etiã
in liberatorijs, & huiuſmodi,patet ex exemplis in
ea ſupra allegatis.

Non obſt. quod regula prędicta non procedat,
quando generalitas reſtringi non poteſt ad cauſã
ſiuè rem ſpecialem precedente ſalua ratione recti
ſermonis, vt hic ex quo nimis effuſo ſermone vſi
ſunt tranſigentes, ibi ex alia quacunque de cauſa vt
ſupra quarto loco in contrariũ late deductũ fuit.
Quia reſpon. primo huiuſmodi limitationẽ ad d.
36 regulam non eſſe tutam neque veram, vt oſten-
ſum fuit ſupra verſiculo quin imò &c. tam auto-
ritate Iac. ab. Are. Ang. & Cur. Sen. quam etiam
rationibus.

Secundo dato, quod a d. limitatione, tamque
frequentiori calculo comprobata, non recedamus,
reſpon. quod in præſenti caſu generalitas prædi-
cta reſtringi poteſt ad cauſas, & res expreſſas, ſal-
ua etiam ratione recti ſermonis, vt ſupra late de-
ductũ fuit, verſiculo ſecũdo hęc noſtra ſentẽtia &c.
Caſus autem in quibus alias concludebant Cin.
Abb. Alex. Soc. Purp. & reliqui latius ſupra quarto
loco in contrarium citati, diſsimiles ſunt caſui no-
ſtro, cum in illis generalitas non patiatur reſtrin-
ctionẽ ad expreſsionẽ certæ, cauſę & rei, in iſto ve-
ro patiatur, vt ſupra ideoque non mirum ſi diuer-
ſum quoque ſtatuitur.

Non obſt. quod generalis quietatio, quæ fit in
d. inſtrumẽto verſiculo vlterius d. Marius &c. non
poſsit referri ad aliam, quæ facienda fuerat occa-
ſione d. adonationis, & fructuum ſalua ratione re-
cti ſermonis, ſed neceſſe ſit in ea comprehendi e-
tiam quamqunque aliam cauſam, ex qua aliquid
deberetur inuicem inter partes, deducendo quin-
que modis vt ſupra in quinto argumẽto in contra-
riũ allegato. Quia contrariũ verius eſt ex ſupra ad
ductis, & ponderationes quinque allegatæ ad in-
fringendum noſtram opinionem non ſubſiſtunt.

Etenim prima dum dicebatur, quod tam con-
uenerant de facienda reſutatione de omni eo. &
toto, quod deberetur accuſatione d. miniſtrationis
& fructuũ, receptis flo. 1540. & de ea vlterius pro
uidere neceſſe non erat; nullo modo ſtringere vide
tur, quia ſupra conuentum fuerat de facienda re-
ſutatione, in fra vero ad obſeruantiam promiſsio-
37 nis fit, † & aliud eſt promiſsio de faciendo reſuta-
tionem, aliud ipſa reſutatio, ſicut aliud eſt pro-
miſsio de vendendo, aliud ipſa venditio, vt ſatis
ſunt vulgata.

Secunda quæ deducitur ex verbo, vlterius, quod ſignificare videtur nouam aliam refutationem, & cauſam, nullum negocium facit, quia ſupra fuerat facta per Marium quietatio de flo. 770. Franciſco tantũ, qui pſoluerat & In verſiculo Vlteriu fit etiam de alijs 770. matri, quæ promiſerat ſoluere flo. 770. quę ſoluenda ſuperant; ſecũdo quia ratio ſupra facta erat tantum de pecunia recepta, in verſiculo Vlterius, fit de omni & quaeunque pretenſione tertio quietatio ſupra fuerat facta ſolũ p Marium Franciſco, in verſiculo Vlterius, fit inuicem inter partes; Appoſite igitur ſine dubio multis rationibus non perperam ſubditur vlterius &c.

Tertia ratio in qua dicitur nõ poſſe referri hãc refutationẽ generalem, ad illam ſpecialem, prius promiſſam, quia illa erat facienda ſolum ex parte Marij; Iſta vero fit inuicem, tollitur conſiderando, quod lis fuerat inter partes ſup dd. adminiſtratione, & fructibus, & veriſimiliter illorum occaſione, hinc inde multa ꝑtendebantur & deducebãtur. ex parte Marij maior quantitas dd. flo. 1540. & ea multis modis deducebatur; ex parte vero Margaritæ, & Franciſci permulta alia eorum credita in exceptionibus prætendebantur conpenſanda, aut ſurte vlterius reficienda, vt fit multoties in redditione adminiſtrationis, in qua Tutor, & is qui adminiſtrauit creditor remanet. Vnde quia renunciabatur liti, & bis oĩbus hinc inde ꝑtenſionibus, ex varijs cauſis rectiſsime ſubditur, vlterius nam ſic quietatio generalis, non ſolum ex parte Marij d. pecunia recepta ex cauſa receptionis, vt facta erat ſupra d. Franciſco, ſed etiam ex quacunque alia cauſa hinc inde aliquid deberi poſſet ab vna parte alteri occaſione d. adminiſtrationis & fructuũ; & hoc modo ſaluatur, quod vlterius fiat quietatio, non ſolũ ex cauſa receptionis, ſed quacunque alia, & reſtringitur ad ipsã adminiſtrationẽ, & fructus.

Quarta ratio dum aſſeritur, quod illa quietatio ex parte Marij promiſſa, erat facienda facta ſibi ſolutione de flo. 1540. & intelligi de illa non poteſt, cum non dum eſſet ſoluta d. pecunia in totum, ſed ſolum flo. 770. nullius momenti apparet, ex quo alij flo. 770. qui remanebant ſoluendi per D. Margaritam fuerunt habiti pro ſolutis ſtante promiſsione illius de ſoluendo ad libitum, & petitionem Marci, & fide ipſius Marci habita matri de ſoluendo. Præterea non dicimus eandem eſſe refutationem Videlicet promiſſam per Marium ex parte eius tantum ſolutis flo. 1540. cũ illa, quę fit in verſiculo, Vlterius. hoc.n. non eſſet verum, cum vna latior altera ſit, ſed quod generalis refutatio facta in verſiculo, Vlterius &c. continet illam, quam Marius facere promiſerat, & quod reſtringitur tantum ad cauſas expreſſas Videlicet adminiſtrationis, & fructuum.

Quinta & vltima ratio qua dicitur, quod quietatio ex parte Margaritæ fit etiam de hæreditate Franciſci ſui filij, ex quo de ea mentio fit in d. trãſactione fragilior eſt cæteris, quia in d. inſtrumento nullo pacto dicitur fuiſſe lis, aut queſtio de hæreditate Franciſci inter partes, ſed quod reddenda erat ratio adminiſtrationis tutelę Marij, & Franciſci fratruum geſtę per d Angelum, ipſi Mario tam nomine ſuo proprio, quam Franciſci fratris predefuncti.

Non obſt, quod ratione conſanguinitatis inter
matrem, & filium preſumatur donatio, vt ſupra
38 ſexto loco dicebatur, † quia ſola ratio ſanguinis,
vt hic donationis prꝑſumptionem non inducit,
itá cõtra glo. in d. l. que dotis dicit eſſe * communẽ
opinionem Ias. in d. l. que dotis nu. 18. & late cõ
probat Meno. de qq. arbi. Iudi. caſ. 88. nu. 10. &
ſeqq. & licet quibusdam in caſibus, qui ſummatim
enummerantur per Meno. d. loco, donatio prꝑſumatur,
illorum tamen aliquis hic accommodari nõ
poteſt, & quatenus aptari poſſet, ad huc donatio
non valeret, ſtante decreto Sereniſsimi Ducis Vrbini
de quo ſupra. Preterea quatenus ex his non redderetur
clara hęc noſtra cõſultatio conſiderandum
eſt quod tractamus hic de inducẽda renunciatione
39 hęreditatis luctuoſę filij facta per matrem, † renunciationes
autem omnes ſunt ſtricti iuris, nec in eis
veniunt niſi ea, quę expreſſa ſunt Cald· conſ. v.
ad fin. ſub. tit. de preben. & poſt eum Dec. conſ.
379. nu. 2. conſ. 419. nu. 101. conſ. 452· nu. 21. &
ſeq. conſ. 460. nu. 6. Soc. conſ. 96. in fi. lib. 1. Becci.
conſ. 106. nu. 45. & conſ. 3. nu. 31. Grat. conſ.
40 17. nu. 46. & conſ. 22. nu. 16. lib. 1. † & ideo dicitur,
quod vbi poteſt capi alia preſumptio, vel coniectura,
nunquam preſumitur renunciatio, Hoſt.
Io. And & Ant. Butr. c. accedentibus. de priui. Bal.
in l. labeo §. ſed etiam col. 1. ff. de pac. Alca conſ.
33. ponderatis Ias. col. 3. verſiculo quin imo ſi dicas
lib. 5. Deci l. cuius per errorem. verſiculo tertio
ff. de reg. iur. & conſ. 308. col. vltima in prio. &
conſ. 374. col. 2. verſiculo & hoc idem, & conſ.
402. col. 3. verſiculo & ad hoc bene. & alibi paſ
41 ſim † Tum vel maxime, quãdo ſunt huiuſmodi generales
quietationes, & renunciationes, quę ple-
42 runque apponuntur cum parua cognitione, † quin
imo tabelliones ſepiſsime ea quadam conſuetudine,
magis quam quod ità inter partes conueniatur
43 apponunt eas, & quidem pleniores, † quam cogitatum
fuerit inter partes ſecundum Ang conſ. 253.
col. pen· verſiculo primo quiá d. mulier &c. Card.
44 Flor. conſ. 120. in fi. vbi expreſſe ex hoc dicit, †
huiuſmodi renũciationes ſtricte intelligẽdas, Ideoque
parui momenti eas cenſendas eſſe ſecundũ glo.
aut. vt mat. & auię. ver. velleiani C. quando
mu. tute. off. fung. & Spec. de renunc. & concl. §.
5. verſiculo, item generaliter, cum alijs per multis cõ
geſtis per Tiraq. in l. ſi vnq; in prꝑfat. nu. 156. Becc.
d. conſ. 3. nu. 32. ex quibus dicit Bal. conſ 4. quę
45 ritur vtrum fideiuſſores in fin. lib. 1. † æquius eſſe,
vt generales eę renunciationes non obſint: Prout
in caſu noſtro tenendum eſt ſine dubio precipuè
cum tempore tranſactionis nulla eſſet cõtrouerſia
inter partes de d. ſucceſsione Franciſci, ideoque de
ea cogitatum non fuerit, & veriſimile non ſit, quod
mulier iſta voluerit renunciare ſuceſsioni ſui filij &
vlterius ſoluere tam magnam quantitatem pecuniarum.

Vltimo hęc eadem noſtra ſententia conprobatur,
quia vt mihi multoties relatum fuit, licet nunc
49 non viderim † In Vrbini ducatu adeſt decretum
generale Sereniſsimi Ducis, mulierum donationes
non ualere ſine certa ſolemnitate, quę hic non
47 interuenit etiã ſi expreſſe donatio facta eſſet † Va-

dicum

de cum hęc renunciatio nil aliud ſit, quam donatio l. hoc iure § 1. ff. de donat l. ſi quis delegauerit ff. de nouat. etiam quod mulier illa renunciare voluerit, renunciatio valere non poteſt.

CONSILIVM XIIII.

Argumentum.

Decretum prohibens alienare bona ſtabilia in forenſes an cenſeatur comprehendere alienationem ex cauſa dotis, late diſcutitur.

SVMMARIVM.

VERBA generaliter prolata comprehendunt etiam perſonas alias priuilegiatas nu. 1.
Multo magis prolata uniuerſaliter nu. 2.
Vniuerſalis loquutio maioris efficacia quam generalis nu. 3.
Prohibitus alienare ſine licentia in forenſes prohibetur alienare etiam ex cauſa dotis nu. 4
*Contra ſecũdum neriorem & receptiorem * ſententiã in his, quæ afferre poſſunt præiudicium doti. nu. 5. & nu. 13.*
Sine dubio quando ſumus in caſu, in quo dos eſt ſpecialiter priuilegiata nu. 17. & 18.
Prima opinio procedere poſſet quando prohibitio loqueretur vniuerſaliter reſpectu cauſa alienationis nu. 19.
Et retenta prima opinióne, ea non procedit in alienatione iurata, niſi de iurata expreſſa mentio facta ſit in prohibitione. nu. 20.
Lex noua generaliter ſiue uniuerſaliter loquens non itelligitur loqui in caſibus habentibus ſpecialem fauorem nu 6.
Priuilegium alieni conceſſum non intelligitur reuocatum per legem nouam generalem. nu. 7.
Renunciatio de omnibus bonis paternis non trahitur ad legitimam, niſi expreſſe mentio de ea facta ſit nu. 8.
Arguere à legitima ad dotem valet. nu. 9.
Statutum Regis etiam iure iurando firmatum iubens immobilia non alienari, non trahitur ad alienata ex cauſa dotis nu. 10.
Statutũ volens inſtrumenta tabellionum non probare niſi regiſtrata ſint in Archiuio, non procedit in inſtrumentis dotium nu. 11.
Lex noua generalis, vel vniuerſalis requirens ſollemnitatem aliquam alias actus ſit nullus, non procedit in inſtrumento dotis. nu. 12.
L. ſi vnquam C. de reuo. donat. non procedit in datione dotis. nu. 14.
Prohibitus alienare per teſtatorem non cenſetur prohibitus alienare ex cauſa dotis. nu. 15.
Argumentum à prohibitione teſtatoris, ad prohibitionem ſtatuti valet nu. 16.
Decretum prohibens alienationem non trahitur ad iuratã, niſi expreſſe in decreto de iurata mẽtio facta ſit nu. 20.
Princeps ſecularis non diſpenſat ſuper iuramento etiam ſi expreſſe dicat. nu. 21.
Decretum annullans contractum, non tollit utrãque obligationem, hoc eſt ciuilem, & naturalẽ ſed ciuilem tantum, niſi de naturali expreſſe dicat nu. 22.
Clauſula, non poſſit contrahere, negat potentiam, & actui non reſiſtit. nu. 23.
Et impedit etiam naturalem obligationem nu. 24.
Iuramento an firmetur contractus factus contra formã decreti ardua difficultas nu. 25.
Et affirmatiua verior ſecundũ communem, quod decretum non negat potentiam contrahendi nu. 26.
Et quando etiam naturalis obligatio per decretum ſublata eſt nu. 27.
Cauſa, & intentio Principis cognoſcitur ex proemio nu. 28.
Ac etiam enixa uoluntas diſponentis & cauſa finalis nu. 29.
Et in ſtatuto nu. 30.
Partis appellatione venit dimidia nu. 31.
contra nu 32.
Prima verior ſecundum natura propriam vocabuli nu. 33.
A qua ſignificatione receditur quandoque quia conſtat de mente loquentis aliquibus alijs nu. 34.
Vel quia id ſuadeat ſubiecta materia nu. 35.
Vel quia diſponens vlterius proceſſit demonſtrans loqui etiam de parte minima nu. 36.
Aliqua pars ſignificat partem minimam nu. 37.
Proprietati inhærendum eſt in dubio nu. 38.
Maxime in decreto contra ius commune nu. 39.
Dominus quiſque ſuæ rei arbiter eſt nu. 40.
Donatio permiſſa eſt iure communi nu. 41.
Continet exercitium liberalitatis nu. 42.
Liberalitas laudatur in omnibus nu. 43.
Maxime in dotandis puellis, & alijs cauſis pijs nu. 44.

Dei Opt. Max. implorato ſuffragio.

DECRETVM Sereniſsimi Ducis Vrbini quo cauetur neminem titulo donationis irreuocabilis inter viuos de ſuis bonis in totum, vel in partem diſponere poſſe in aliquã pſonam ſine expreſſa licentia S. Sanctitatis cũ decreto annullatiuo in fine, quod huiuſmodi donationes, & contractus aliter facti ſint nulli, inualidi, & nullius momenti perinde ac ſi nunquam celebrati fuiſſent.

Videtur infringere promiſsionẽ mille ſcutorũ, quã ſub mentione donationis inter viuos Illuſtris Comes de Benis Eugubinus fecit in Ciuitate Peruſię pro dote Magnificę Dominę Lucretię de Monte Sperellis ſuę ex ſorore nepti ſoluendorum eidẽ, ſiue eius futuro viro, nẽpe cc. quando nuptui traderetur, & aliorũ cc. inde ad annum, & ita aliorũ vſque ad integrã ſatisfactionẽ. Quia verba decreti ſunt generaliter, immo vniuerſaliter cõcepta, ibi, che niſuna perſona, & ibi, di qual ſi voglia grado ò conditione ſia, item ibi, fare donatione di verna forte

na ſorte per tit. di donatione de ſuoi beni in fra vi-
ui in tutto ò iu parte ad alcuna perſona ſenza ex-
preſſa licenza di S.S. Illuſtriſsima & Eccellentiſſ.
1 &c. † Ideo comprehendit omnes perſonas etiam
alias priuelegiatas, dato quòd generaliter tantum
loqueretur l. in fraudem §. vltimo in fi. & ibi Bal.
2 not. ff. de mil. teſt. † multo magis ex quo loquitur
3 vniuerſaliter † cum maioris efficacię ſit vniuerſalis,
quam generalis locutio Bar. l. generali § uxori
ff. de vſu legat. Vnde etiam quòd dos ſit priuile-
4 giata l. 1. ff. ſol. mat. † In huiuſmodi decreto vide-
tur comprehendi, ita quòd pro ea danda Illuſtiſs.
Comes Vbaldus non potuerit ſe obligare ſi-
ne d. licentia, vt per hanc. & ſimiles quaſdam
alias rationes volunt in ſimili ſtatuto Dec. conſ. 5.
& latius conſ. 301. in ſtatuto Ferrarienſi, quò ca-
uetur nullam mulierem contrahere poſſe aliquo
modo ſine certa forma concludens nō poſſe etiam
dotem ſibi conſtituere ſine forma ibi tradita, vbi
late oſtendit, quod licet Sali. & multi alij contra-
rium voluiſſe videntur locis infra citandis, tamen
hanc opinionem veriorē & tenendam eſſe ſaltem
quia in hoc caſu ſimpliciter dos priuilegiata non
reperitur, idem Dec. l. 1. in fi. primę colum. & l. 2.
in fi. C. vn. liber l. 1. col. 2. ff. de reg. iur. & c. ſe-
des col. 5. de reſcrip. Eandem opinionem tenuit
Crot. l. 1. nu. 33. ff. ſol. mat. & non nulli alij va-
rijs alijs in locis.

His tamen non obſtantibus tenendum cenſeo
non obſtante d. decreto pred. promiſsionem ſine
dubio valere exequendamque eſſe.

5 Primo quidem, quia receptius, veriuſque eſt
legem ſiue comunem, ſiue muncipalem, ſiue con-
ſtitutionem, vel decretum generaliter aut etiam vni
uerſaliter loquentem, vel loquens non comprehen
dere cauſam dotis, in his, quę doti aliquod afferre
poſſent preiudicium, cum ipſa dos ſit ſemper, &
6 vbique priuilegiata †, & iura noua quantum cun
que generaliter, & vniuerſaliter loquentia non in-
telligantur loqui in caſibus, habentibus ſpecia-
lem fauorem glo. eſt ord. comuniter recepta in l.
ſciendum in princ. ff. qui ſatis cog. & in aut dę hę-
ret. quę ab inteſt. in princ. ver. vacantibus cum
concor. vtrobique citatis ab Alex. conſ. 80. col. 3
libro 2.

7 Optime ſeruit † quia priuilegium alicui datum
nō cenſetur per l. nouam generalem in contrarium
glo. l. 3. ver. decurionibus C. de ſilent. li. 12. Bar.
l. ſed & poſteriores ff. de legi.

8 Eodem pacto plurimum confert † quia renun-
ciatio facta de omnibus bonis paternis nō trahitur
ad legitimā, niſi expreſſe de ea mentio facta fuerit §.
cęterum aut. vt cum de app. cogno. l. ſi quando §.
* & generaliter vbi Bar. Bal. Paul. Caſt. & alij * comu
niter C. de in off. teſt. Abb Bal. & Ang. in l. de his de
trans. Balb. de preſcrip. 4. par. 4. par. princ. q. 23. nu. 3
9 & 4 † de legitima autem ad dotem valet argumen-
tum cū dos ſuccedat loco legitimę Abb. conſ. 125.
col. prima lib. 2. vt arguit Ias. & clarius Pau. Citrá
di. locis infra citandis, ergo nec generalis renuncia
tio comprehendit dotem, prout verum eſt, ut in
terminis tradit Sali. in loco pariter. s. allegando.
10 † Eiſdem rationibus motus Alb. in prima par. ſta-
tu q. 143. de firmauit ſtatutum regis etiam iure
iuran-

re iurando firmatum iubens immobilia Regni non
alienari, non trahi ad res alienatas pro dote,
quem ſequuti ſunt pene omnes in l. filius fa §. di-
ui de leg. 1. vbi Ferd. nu. 345. & ſeq. Crot. col. 25.
verſiculo 5. limita iſtam cōcluſionem. Opiz nu. 49
11 † Idem mirum immodum confirmat celebre di-
ctum Sali. in l. vlt. 4. not. C. de iur. dot. vbi per il-
lum tex, aſſerit, quod ſtatutum iubens inſtrumēta
omnia notariorum non probare in eis contenta, ni
ſi fuerint regiſtrata in Archiuio, non habet locum
12 inſtrumētis dotium, † ſentiens aperte, quod vbi lex
noua aliquid requirit pro ſolemnitate actus etiā
generaliter, vel vniuerſaliter pro vt in caſu illo,
ac etiam in decreto de quo agitur, non procedit in
inſtrumento dotis, quia non trahitur ad caſum ha
bentem ſpecialem fauorem, vt eſt ipſa dos ex ſupra
14 dictis † Hanc traditionem Sali. & generalem con-
cluſionem firmat aperte Ias. tam legendo, quam
conſulendo quoties ei mentionem de ea facere con
tingit, vt patet in l. 1. 3. not. ff. ſol. mat. ſub. nu. 9.
& in aut. res quę col. 7 nu. 25 C. comunem de leg.
in l. ſi conſtāte nu. 207. ſol. mat. in l. quod dicitur
2. not. nu. 4. de ver. oblig. in l. 1. col. vlt. ff. ſi quis
in ius voc. non ierit & d. l. filius fa. §. diui prima
lect. col. 9. ſuper ſecunda q. Bart. & in conſ. 171.
14 viſo inſtrumento dotis col. vlt. lib. 4. vbi ex hoc e-
tiam decidit diſpoſitionem l. ſi unquā C. de reuo. do
na. quamque generalem, non procedere in datione
dotis, vt ibi per eum, Idem ſequitur Bal. Nouel. in
d. l. 1. nu. 339. & ſeqq. ff. ſol. mat. & in tract. dot.
par. 6. ſpeci 47. & ſeq. Paul. Citradi. in tract. de
iur. dot. par. 3. in ſecunda cauſa acquirendi nu. 26.
priuilegio 24. & 25. And. Barb. in addi ad Bal c. 1.
§. donari quelli. olim feu pot. alie vbi in ſpecie ex
hoc dicit ſtatutum prohibens alienationem in fo-
renſes, non comprehendere alienationem ex cau-
ſa dotis, Hypp. Marſi. ſing. 442 vulgata ad finem
Bapt. de 5. Blaſio de priui dot. centu. 4 priui 352. nu
52. tom. x. tract. Franc. Pep. inter conſ. Bart. Socc.
conſ. 76. nu. 8. lib. 4. Io. lup. in repeti rub. de do-
nat inter vir. & vxo §. 16. ſub. nu. 10. verſ. vnde
per generalem &c. ſentit aperte Bru. in ſtatuto ex
cluſi. fœmi. arti. 9. nu. 62. & ſeq. Neuiz. aſſerens
tandem hoc tenendum fauore dotis propter dubi-
tationem articuli, cum hinc inde adſint opiniones
in eo, argumento l. in ambiguis ff. de reg. iur. Ne-
gus. de pig. & Hypp. primo membro 8. part. princ.
ſub. nu. 23. 24. & 25. vbi late opinio hæc tene-
tur, reſpondēs omnibus argumentis Dec. d. conſ.
* 5. & 301. & eam quin quies atteſtatur comunē * li-
cet paucos ex enumeratis á nobis allegauerit dicēs
ab ea non eſſe recedendum vllo modo in conſu-
lendo, & iudicando. Pro iſta opinione enumerari
poſſunt omnes, qui tenent generalem regulam,
quod lex noua generalis non trahatur ad caſus, &
perſonas priuilegiatas, cum glo. d. l. ſciendum qui
15 ſunt omnes comuniter vt ſupra † liē enumerarij
poſſunt Bar. d. l. filiusfa §. diui q. 2. & ibi Ferd. nu.
345. Crot. col. 25. verſ. limita. Opiz. nu. 49. Ias.
2. lect. nu. 77. & 96. Rim. d. con. 147. nu. 18. vbi
de comuni. Rip. d. §. diui nu. 71. qui dicunt ꝓhibi
16 tionem teſtatoris non trahi ad cauſam dotis, † &
quod dicitur de prohibitione teſtatoris extēditur
ad prohibitionem ſtatutariam, vt ea pariter quan-
tum vis

tũ vis generalis non cõprehẽ(?) cauſam dotis Bar.
d. §. diui q. 3. cum quo communis ſecundum Ias il. §
ſecunda lect. nu. 96. Crot. nu. 61. Rip. nu. 71 &
79. Opiz. 59. & 54. & alij paſsim, ita vt dubitan-
dum non ſit hanc eſſe magis * communem.

Quod autem verius ſit dictum Salt. in d. l. vlt.
& Ias. in d. l. ſ. & alijs in locis ſuper citatis, & ſe-
quacium, patet ex argumentis ſupra adductis, &
reſponſionibus Negus. ad rationes Dec. ſu locis
ſuper allegatis, quę breuitatis gratiam non repe-
to, Ac etiam precipue, quia ipſe Deci. in dd. locis
precipue d. conſ. 301. ſub nu. 11. verſ. & iſto pri-
17 mo caſu † fatetur veriſsimã eſſe opinionem Sali. &
Ias. quando ſumus in tali materia in qua dos repe
ritur ſpecialiter priuilegiata, quamuis ab illa diſce
dat, vbi non reperitur ſpecialiter priuilegiata, at
in caſu noſtro cauſam dotis ſpecialiter priuilegia-
ta eſt, vt in terminis conſiderat Io. Lup. d. §. 16.
ſub. nu. 10. verſ. max. quia &c. tux. terminos d. aur.
res quę, & in corpore vnde ſumitur, vbi dos hoc
habet ſpeciale priuilegium, vt conſtitui poſsit in
rebus alias alienari prohibitis, comprobans idem
efficacius ſecundum eum, quia hoc priuilegium re
peritur conceſſum perſonæ alias generaliter priui-
legiatę iuxta l. 1. ſol. mat. quo caſu per genera-
lem derogatoriam priuilegiorũ etiam cũ clauſula
non obſtante &c. & illa etiam, ſi de eis mentio fie-
ri deberet, derogatum non cenſetur, niſi de illo
mentio fieret ſpecialiter, & ſigla tm Cin. in l. vni.
C. quando imper. inter pupil. & vid. Vit. d. clau-
ſul. in cla. 51.

Pręterea dato quod ex rationibus Dec. in dd.
locis, & aliorum qui, ſequuti ſunt eum, videri poſsit
hæc ſententia dubitabilis, in dubio in hęrendum
18 eſt eidem opinioni, † tum quia communis,* vt ſuper
apparet, á qua conſulendo, & iudicando non eſt
diſcendendum ſecundum Negus. vbi ſuper & la-
te tradunt Ab. & alij c. 1. de conſti. in fi. tum
quia in dubijs pro dote l. in dubijs ff. de reg. iur.
vbi Dec. & Cag. & in terminis Neuiz. d. conſ. 77.
ſub. nu. 16. fere ad finem.

Pręterea data opinione Dec. & ſequacium pro
veriore, aut etiam magis communi, ea procedere ſor
19 re poſſet, † quando vniuerſaliter decretum loque-
retur de cauſa donationis, & ſic prohiberet do-
natione ex quacunq; cauſa d. l. in fraudem §. vlti
mo cum ſimil. in caſu noſtro non extat huiuſmodi
decretum quia licet illud ſit generale, & vniuerſa-
le reſpectu perſonarum, ac forte etiam donatio-
num, tamen non ita eſt reſpectu cauſę, cum cir-
ca cauſam verbum nullum in eo. Nec illa verba (de
veruna ſorte) reſpiciunt cauſam donationis, ſed
ſpeciem vnam, vel alteram, vno, vel altero modo
factam vt per ſe patet.

Secundo quicquid ſit de ſup. ſcripta controuerſi
iuris opinione, pdictum decretũ non infirmgere hu
iuſmodi promiſsionem Ill. Comitis Vbaldi oſten-
ditur quia illud annullat ſimpliciter donationes, nul
la facta mentione de eis, quę iniurando firmatæ
20 eſſent, † quo caſu clarum eſt decretum quibuscun-
que verbis generalibus conſectum prohibens alie-
nationem, vel promiſsionem titolo donationis in-
ter viuos, non trahi ad iuratam, niſi de iuramento
facta ſit mentio ſpecialis etiam quod non tractetur

de priuilegio dotis glo. c. cum non deceat ver. ef-
fectus. de elec. lib. 6. tex. in c. conſtitutus, vbi late
Feli. col. 2. de reſcript. Alex conſ. 125. viſis & con
ſideratis col. vltima verſ. confirmo lib. 1. & conſ.
205. viſis hic in fi. lib. 2. & alibi ſepius, Neuiz d.
conſ. 77. nu. 17. vbi alios allegat preſertim Balb.
de preſcrp. pag. 22. ad fi. hoc eſt in ſecunda par.
3. par. princ. q. 14. nu. 12. Hier. Gab. conſ. 127.
21 nu. 57. † quin immo princeps ſecularis, qualis eſt
iſte, de quo agitur, & ſi dicat expreſſe, non di-
ſpenſat ſuper iuramento Parpa. l. quoties C. de
preci. imp. off. ad dentes ad Alex. l. coheredes ff.
de aequi poſſ. & ſi poſſet mentio iuramenti debe-
ret fieri Epiſcopo, non principi ſeculari, qui non
poteſt diſpenſare ſupe eo A ff. deci. §. Dominus
Rex, promiſsio Ill. Comitis Vbaldi de qua diſce-
ptatur eſt iurata, Decretum Principis, de quo di-
ſceptatur, non facit mentionem iuramenti, & ſi
faceret non Epiſcopo merito &c.

Et hoc ſine dubio procedere videtur in pre-
ſenti decreto, quia licet anullet contractum, non
tamen anullat vtramque obligationem ex eo; hoc
22 eſt ciuilem, & naturalem, † quo caſu intelli-
gitur tollere naturalem, ſi expreſſe non dicat vt vol
uit Ang. conſ. 353. premitto pro dicis. part. princ.
& Bal. l. ad exactionem anteſi. C. de dot. promiſſ.
23 quod ſine dubio procedit † quia licet, vbi ſtatutum
vel decretum vtitur verbis illis, non poſsit contra-
here, quę teſiſtunt potentie faciendi actum, & po
24 tentiã negant, † etiã naturalis obligatio impeditur
ſecundum glo. c. 1. ver. non poteſt de reg. iur. in
25 6. † & propterea ſit difficultas ardua, an huiuſmodi
cõtractus factus cõtra formã decreti firmetur iura
mento, & multi teneantur firmari, quos receſet
26 Tiraq. de ll. connub. glo. 2. nu. 17. † quando ta-
men non vtitur dd. verbis, omnes ad mitunt illum
firmari, vt ſuppõit id Tiraquel. d. loco nu. 13.
27 † Quin immo etiam quando naturalis obligatio ſu
blata eſt perdecretum, adhuc contractus contra
eius formam factus iuramento firmatur ſecundum
magis comunem* opinionem, de qua teſtatur Imo.
c. cum contingat de iure iur. vbi Io. Lign. Ant. Bur.
Abb. & alij, quos late congerit Tiraq. d. glo. 2. nu.
27.

Tertio Vlterius etiã quod nõ eſſemus in cauſa fa
uorabili, & priuilegiata dotis, videtur dicendum
28 caſum hunc non comprehendi d. decreto, † quia
ex proemio dignoſcitur cauſa & intentio princi-
pis facientis decretum l. qui filiabus vbi Doct.
ff. de leg. 1. l. regula. §. licet de iur. & fac. igno. l. 1.
ff. ad maced. l. vlt. ff. de hęrc. inſtit. Soc. conſ. 40.
29 col. 4. ad fi. lib. 1. † Immo enixa voluntas diſponen
tis, & cauſa finalis diſpoſitionis, vt traditur per d. l.
1. & d. l. vlt. per Bal. l. inſtrumẽta col. 1. C. de teſtam.
cum congeſtis per Coru. conſ. 68. col. vlt. lib. 2.
& per Paris. conſ. 24. nu. 34. conſ. 83. nu. 27. lib.
30 2. conſ. 46. nu. 24. † & in ſtatuto per eundem Pari.
conſ. 69. nu. 5. lib. 4. & per eundem, & alios va-
rij alijs in locis communiter, Intentio autem, volun-
tas, & mens Principis decretantis, & cauſa finalis,
qua mouetur hic Princeps clare colligitur ex pro-
emio decreti, quę fuit, ne donans reperiatur dece-
ptus ſuaſionibus, & promiſsionibus donatarij, vt
patet ibi (Et da altri ſono indotti á farle piu per le
perſua-

perſuationi, & promeſſe che vengano loro fatte da donatori, che per mera & ſpotanea loro voluntá, & coſi facilmente ſi trouano ingannati)

Vnde cum Principis intentio non fuerit velle infringere donationem factam per non deceptum nec per metum inductum, & eum qui ſua ſponte, non autem ſuaſionibus, & promiſsionibus donatarij donauit, & ita fatendum ſit accidiſſe in caſu noſtro, cum Comes Vbaldus pro dote promiſerit ſuę nepti pauperi ex cuius parte non potuit veriſimiliter excogitari aliqua promiſsio, aut perſuaſio quia nil habebat, quod promitteret, nec quidem probatur preſens, aut alloquuta vnquam fuiſſe eum ſuper d. donatione extorquenda, non poteſt pretextu d. nõ obtentę licẽtię ſecundũ formã d. decreti, preſens dotatio nulla reputari, cum decretum de huiuſmodi donatione non loquatur.

Quarto huiuſmodi promiſsio etiam titulo donationis facta non comprehenditur ſub d. decreto quia loquitur vere quando per aliquem fieret donatio omnium ſuorum bonorum vel ſaltem dimidię partis, vt in illis verbis (Non ſia perſona alcuna ch'ardiſca ne preſuma fare donatione di veruna ſorte per titulo di donatione in fra viui de ſuoi beni in tutto ò in parte ad alcuna perſona)

31 † appellatione. n. partis venit dimidia l. nomen filiarum §. portiones l. recte § vlt. de verb. ſig. l. de quarte §. ſi interrogatus ff de interro. actio. cum ampliſſime congeſtis per Tiraq. ad l. ſi vnquam in glo. omnia vel partem aliquam nu. 8. C. de reuo. donat. Mille autẽ ſcuta promiſſa in d. inſtrumento per Comitem Vbaldum pro dote d. ſue neptis titulo donationis non ſolum non aſcendunt ad dimidiam partem, verum nec xx. aut potius xxx. partem ſui patrimonij, vt mihi probari, & notorium eſſe preſuponitur, ideo ſine dubio huiuſmodi promiſsio non poteſt dici vllo pacto conprehenſa ſub diſpoſitione d. decreti.

32 † Non obſt quod immo appellatione partis veniat etiam minor dimidia, atque etiam minima portio, vt eſt tex in c. auaritię cum glo. ver. pro parte & ibi Domi. de electio lib. 6. & c. 1. verſ. denique de cenſi. & ibi idem Domi. ſecundo not. eo lib. 6. & l. ſi qui cum glo. ver. immenſa C. de poſtu. & c. cum autem de contro. inueſtitu. in vſi. feud. Quia reſp.
33 quicquid ſit in dd. locis, aut etiam alijs, † clarũ eſt ſuapte natura partis appellationẽ ad dimidi-
34 am referri per ſup. allegata, † licet a proprietate vocabuli, quandoque recedamus, vel quia conſtet ex aliquibus alijs de mente loquentis, vt in d. c. auaritię & d. c. 1. aperte dicit Domi. in d. c. 1. ſecundo not. aſſerens illud ibi eſſe, quia ita de mente loquentis conſtabat ibi, prout etiam idem repetit c.
35 2. §. 1. inſi. de deci. lib 6. † vel quia ita ſuadeat ſubiecta materia argumento l. ſi vno ff. loca. vt in d. c. 2. in princ. de deci. lib. 6. & tradit Iaſ. in l. plane §. ſi Titio col. 2. verſ. ſeptimo nota. ff. de leg. 2.
36 † Vel quia diſpoſitio proceſſerit vlterius adiũgendo verbum aliquod denotans etiam portionem minimam, vt in d. l. ſi vnquam ibi partem aliquam, vt ibi quo ad intellectum d. l. ſi vnquam probat ipſe Tiraq. in eadem glo. nu. 5. & ſeq. ex quam
37 pluribus † oſtendens dictionem, aliquam, & ſimiles referri etiã ad minimas partes & res. At in caſu noſtro nec mens ſtatuentis oſtẽditur referri ad partem minorem dimidia, aut minimam, nec ſubiecta materia id ſuadet, nec adeſt in verbis decreti dictio aliqua, aut ſimilis propter quę diſcedi oporteat à
38 ꝓprietate ſignificationis verbi, † ergo ei ſtandũ l.
39 1. ò alter. de leg. 3. † maxime cũ diſpoſitio illius decreti ſit contra ius comune l. nec emere C. de iur.
40 delib. † auferens liberam poteſtatem diſponendi de ſuis rebus l. in re mandata de procur. vbi pro regula traditur quemlibet ſuę rei eſſe moderatorem & ar-
41 bitrum, Impeditiua largitionis, & donationis † quę eſt non ſolum permiſſa iure comuni tot. tit. ff. &
42 C. de donatio † verum continet exercitium liberalitatis, cum donatio ſit mera liberalitas l. 1. ff. de
43 donat † quod in omnibus laudabile eſt † preſertim
44 in dotandis puellis, & alijs cauſis pijs, vt notum eſt, atque ita d. prohibitio ſtrictiſsime intelligenda & nullo modo extendenda ad dotationem factam per Ill. Comitem Vbaldum Diuitem ac munificentiſsimumque mille tantum ſcutorum, quo honeſtius pauperima neptis ipſius nuptui traderetur promittentẽ prout ſub ſpe conſequendi dd. mille ſcuta eam in matrimonium accepit Illuſtris Capitaneus Scipio Monte Spetellus Nobilis peruſinus, qui eam nunquã accepiſſet ſi dd. ſcuta mille ſe cõſequi non poſſe cogitaſſet.

Ex his & multis alijs quę breuitatis cauſa ommitto concludo prędictum decretum in caſu noſtro allegari non poſſe.

CONSILIVM XV.

Argumentum.

Quando locum habeat quod profeſsio patris erga aliquem nominantis illũ filium faciat illum dici legitimum, ſiue legitimatum, & matrimonium preſumptiue contractum inter nominantem, & matrem nominati, pulcre late, & egregie hic declaratur.

SVMMARIVM.

Matrimonium ſaltem prēſumptiuum probatum videtur inter fœminam, & maſculum, ex eo quod maſculus nominat ſimpliciter ſuam filiam, illã quæ nata eſt ex illa fœmina nu. 1.

Legitimus quis dicitur ex eo, quod pater nominat eum filium abſque nota naturalitatis nu. 1.

Et eſt ppeſumptio iuris & de iure nu. 28.

Contra nu. 30.

Quod non ſolum ſibi nominato verum etiam alijs ex eadem matre, & ex eo natis nu. 2.

Fallit hæc principalis concluſio iure Canonico nu. 15.

Latius nu. 20. & 24.

Fallit quando nominans filium alijs preſumptionibus, & coniecturis apparet quod pro legitimo filio illum habere voluit nu. 26. & quæ ſint iſtæ coniecturæ & pre-

preſumptiones enumerantur ibi & nu. ſeqq.

Fallit ſi ſimpliciter nominauit filium non adiciendo ſuum nu 32.

Fallit ſi natus illis ſit ex vili fęmina, cum qua nominans filium non potuiſſet honeſte contrahere matrimonium nu. 33.

Fallit ſi tempore prelationis d. nominationis matrimonium non potuit contrahi inter nominantem filium, & matrem illius nu. 36.

Quicquid contra Fau. Caſt. & alij, ut per auctorem nu. 34. & ſeqq. uſque ad fin.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica fœmina capax eſt quando eſt accepta pro ſe, & haredibus nu. 3.

Naturali filio poteſt relinqui ex teſtamẽto per patrem uniuerſa hareditas alijs legitimis non exiſtentibus, illis uero exiſtentibus vncia nu. 4.

Naturalis, ut quis dicatur multa requiruntur, remiſſiue nu. 5.

principaliter autem vt natus ſit ex concubina retẽta domi ad eandem menſam in eodemque lecto indubitato affectu loco uxoris nu. 6.

Aliqui requirunt etiam proteſtationem uiri ibidem nu. 7.

Naturales proprie, aut nulli, aut pauci nu. 8.

Spuria non ſuccedit in empitiuſi Eccleſiaſtica nu 9.

Sine dubia, ſi nata ſit poſt conceſſionem in emphiteuſim nu x.

Spurij ſine peccato mortali non concipiuntur nu. 11.

Eccleſia peccatum deteſtatur nu. 12.

Spurius non ſuccedit patri etiam ex teſtamento nu. 13

Niſi legitimatus ſit maxime per ſubſequens teſtamentum nu. 13.

Matrimonij in materia ius Canonicum attenditur nu. 16.

Concubinatus omnis prohibitus eſt iure Canonico nu. 17.

Fornicatio etiam cum meretrice pro grauiſſimo crimine habetur nu. 18.

Concubinatus quo diuturnior, eo grauior eſt fornicatione nu. 19.

Coniunctio quelibet maris & fœminę ſine ſolemnibus ab Eccleſia inſtitutis preſumitur fornicatio & ſtuprum nu. 21.

Delictum regulariter non preſumitur nu 22.

Verum ſi interuenit cauſa, qua poteſt facere actum licitum non alias nu. 23.

Preſumptio preſumptionem tollit nu. 25.

Ratificans facere uidetur actum nu. 27.

Preſumptio iuris, & de iure excludit omnem probationẽ in contrarium nu. 28.

Multo magis preſumptiuam, ſiue ex preſumptione nu 29.

Preſumptio iuris, & de iure, ut dicatur inducta requiritur, ut lex firmet illud pro certo nu. 31.

Matrimonium contrahere cum uili, & indigna reputatur inter opera charitatis nu. 34.

Quod procedit quando clare conſtat matrimonium contractum cum indigna, non ad preſumendum contractum eſſe nu. 35.

Legitimare uolens filium recurrere debet ad Principem ſi matris copiam habere non poteſt, ut eam diſpenſet nu. 37.

Ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio nu. 39.

Mulier eodem tempore matrimoniũ duobus copulata eſſe non poteſt nu 40.

Preſumptio non aptatur ad impoſſibile de facto, aut de iure nu. 41.

Fictio non adaptatur ad impoſſibile nu. 42.

Preſumptio eſt probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens nu. 43.

Preſumptio quelibet eſt ratiocinatio de ueriſimili nu 44.

Priuilegium perdi non debet ob bonum opus nu. 45.

quod declaratur ibi nu. 46.

Intellectus §. Item ad hoc, aut. ut lic. mat. & aui. & aut. Item ſi quis C. de nat. libe. latiſſime ponitur & multifariam declaratur nu. 55. & pluribus ſeqq. uſque in finem Conſilij.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

INSTRVMENTO conceſsionis bonorum Eccleſiaſticorum in emphitheaſim pro ſe, & heredibus ad tertium genus Io: Andrę Cialembrino Nobili Tudertino præſuppoſito.

Nec non Blaſinum eius filium diu Romę, vbi morabatur tunc, Simonem quandem famulam domi retinuiſſe, ex eaque Angelam filiam ſuccepiſſe, eã que nubilis ætatis effectam cuidem Antonio Ricciardetto Caſtri Montis Caſtelli Tudertinæ diœceſis matrimonio copulatam cum dotis promiſsione ducentorum ſcutorum.

Præſupoſito etiam eundem Blaſinum ſuum vltimum condidiſſe teſtamentum, in eoque dictam Angelam, eam ſimpliciter filiam nominatam heredem vniuerſalem inſtituiſſe.

Mortuo demum ditto Blaſino, dubitatur modo apud arbitros compromiſſarios inter d. Angelam, & Iacobum Cialambrinum fratrem dicti Blaſini, quis eorum admitti debeat, non ſolum ad dicta bona emphitheutica Eccleſiaſtica, verum etiam ad cætera hæreditaria dicti Blaſini

Prima quidem facie pro dicta Angela filia re-
1 ſpondendum eſſe ſuadere multum videtur † Quia cum dictus Blaſinus eam filiam in dicto eius teſtamento ſimpliciter nominando abſque vlla nota naturalitatis hæredem inſtituerit, videtur matrimonium inter eum, & dictam Simonã ſaltem præſũptiuum (vt appellant) probatum, ideoque dicta Angela vel tamquam ex eo nata, vel ſaltem per ſubſequens dictum matrimonium legitimata, recte inſtituta, vt videtur clarus tex. aut. vt lice. mat. & auiæ. §. item ad hoc, ibi, ex hoc enim moſtratur cum eorum matre legitimum habuiſſe matrimonium &c. vbi gloſ. ver. vacante, notat huiuſmodi profeſsionẽ patris in ſcriptis, vt ibi, valere omnino ad legitimationem, prout etiam in quibuſdem alijs ſimilibus, ibi pro gloſ. adductis, idem tranſũptiue probat tex. clarus aut. itẽ ſi quis C. de nat.
2 lib. † quinimo vtroque in loco dicitur prędictam nominationem non ſolum ei, quem pater ſimpliciter filium nominauerit, eo modo ad legitimationem prodeſſe, verum etiam omnibus alijs ex eo, & eadem matre natis, ideoque glo. ibi notat vnum caſum, in quo res inter alios acta, alijs prodeſt, ad limitationem tit. res inter alios acta &c.

Nec

Nec quidem mirum id videri debet, nam illa pa
tris profeſsio non illius ſolius nominati legitima-
tionem arguit, ſed matrimonium ipſum inter il-
lum, & mulierem, ex qua nominatus natus eſt.
Vnde cum ex eodem matrimonio alij etiam nati
ſint, omnes pariſormiter legitimatos eſſe, idem in
prędicto caſu tenet gl. § ſi vero is qui. ver. Princi-
pis aut. quimo. nat. effi. ſui. idem pariter appro-
bat glo. c. perſuas ver. filium, qui fi. ſint legi. &
sibi videtur etiam tranſire Io. And. Ant. but. Imo.
Abbas. & alij Iac. á ſeſto Geor. l. imperatores nu.
80. de probat. Luc. Pin. l. ſi choartalis col. fin. ver.
ſi pater C. de choart. lib. 12. Bal. conſ. 195. in hac
cauſa nu. 2. lib. 3. latius Paul. caſt. conſ. 419.
preſupoſito per totum lib. 2. Io. Brunel. de
ſpon. & mat. concluſ. 2. decla. 4. nu. 13. Crem.
ſing. 161 ſi patèr naturalis Aym. conſ. 146. nu. 12.
Ant. Ros. de legit. tit. de mat. preſump. in princ.
& ferè per totum lib. 1. Nic. Vbal. de ſucceſs. ab
inteſta. par. 1. nu. 72. & alij varijs in locis communi-
ter.

Quibus ſtantibus inſertur d. Angelam uti legi-
timam non ſolum capacem videri bonorum allo-
dialium in dicta hęreditate repertorum, verum etiā
admittendam ad d. emphitenſim Eccleſiaſticam,
licet enim non levis dubitatio ſit apud Doctores,
3 An femina capax ſit Eccleſiaſtice emphiteuſis †
magis tamen communis concluſio eſt, eam eſſe trā
ſitoriam etiam ad fœminas, quando per aliquem
acquiſita fuit pro eo, & hæredibus, vt hic Bero. c.
in preſentia nu. 40. & ſeq. de probat. & q. 38. in
princ. Iul. clar. recept. ſent. lib. 4. §. emphitenſis
q. 32.

Cæterum maturius, perpenſa, reſpondendum
cenſeo, d. Angelam eſſe in capacem tam d. em
phitenſis Eccleſiaſticæ, quam etiam aliorum bo-
norum allodialium.

Pro cuius noſtræ oppinionis ſolidiſsimo fun-
damento præſupono, quod licet ipſa Angela nata
ſit ex ſoluto & ſoluta domi retenta, attamen natu-
4 ralis tantum proprie non eſt, † cui relinqui poteſt
ex teſtamento vniuerſa hęreditas, nullis alijs libe-
ris legitimis existentibus, illis vero extantibus,
tantum vucia, aut, qui mo. nat. effi. ſui. §. nos igi
5 tur. ſed eſt ſpuria quod plene deducitur ex his, † quę
requiri ad hoc, ut quis naturalis proprie ſit, dicit
poſt alios Ripa. l. ex facto §. ſi quis rogatus 1. nu.
4. ff. ad trebell. & Gab. Paleo. de not. & ſpur. c.
6 12. nu. 2. & ſeq. † inter quæ illud principale eſt,
vt quis natus ſit ex concubina indubitato affectu,
vt vxoris loco ſit, domi retēta ad eandem menſam
in eodem lecto, & in vera concubinatus figura §.
palam aut. qui. mo. nat. effi. legi. Specul. de ſucceſs.
ab inteſt. col. 4. ver. & not. tria. Bar. l. fin. ff. de con
cub. Bal. l. ſi generi C. de his, qui vt indi. & c. per
venerabilem qui fi. ſint legi. Old. con. 169. Ang.
§. fin. aut qui. mo. nat. effi. ſu. Afflict. deci 203.
Gozzad. d. conſ. 21. ſub nu. 23 & alibi alij commu-
7 ter, † quinimo non deſunt, qui dicant omnia hęc
non ſufficere, ſed vlterius ad dictum effectum re-
quiri etiam proteſtationem viri quod illam retine-
at domi, vt concubinam, aliás, qui procreantur,
ſpurij ſunt Bal. l. eam quam col. 13. C. de fideic.
8 cum ſimil, † ex quibus etiam inferunt paſsim Doct.
quod, cum hæc tanto concurrant, aut nulli, aut
pauci ad modum naturales tantum hodie reperiun
tur, Old. d. conſ. 196. Bal. con. 206. lib. 3. & conſ.
456. lib. 5. Alex conſ. 174. lib 5. & alij paſsim,
ſed ipſa Angela ex huiuſmodi concubinatu pro-
creata non fuit, cum non probetur, nec probari
quidem poſsit, vt mihi ſuponitur, prædictam Si-
monam eius matrem, in ſchemate concubinatus
ſupradictis omnibus requiſitis concurrentibus in
domo per d. Blaſinum retentam vnquam fuiſſe,
merito &c.

Cum igitur ipſa non fuerit proprie naturalis,
ſed ſpuria, ſequitur eam incapacem, quoque fuiſ-
ſe, & eſſe tam dictæ emphitenſis Eccleſiaſticæ,
quam etiam hęreditatis paternæ ab inteſtato, & ex
teſtamento.

9 † De emphitenſi tradit pro conſtantè Bar. d. l. ex
facto §. ſi quis rogatus primo ad treb. & ibi Rip. nu.
62. atteſtans de communi* Bal. l. generaliter § cum
autem nu. 2. C. de inſti. & ſubſti. Aug. Imo. Caſt.
Alex. dicens comunem d. §. ſi quis rogatus idem
Bal. aut. ſi quas ruinas col. 2. C. de ſacro. Eccleſ.
Abb. & ceteri Canoniſtæ præſertim Paris c. in prę
ſentia nu. 86. & Bero. nu. 330. de probat. Iul. clar.
recept. ſent. lib. 4. §. emphitenſis d. q. 30. & Pa-
le. de not. & ſpur c. 31. nu. 1. qui vltra atteſtatio-
10 nem de comuni * ſententia, eam ſequitur ſine du-
bio, ſaltem in natis poſt ipſa conceſsionem ab Ec
cleſia factam, & ratio eſt, vt ex prædictis colligi-
11 tur, † quia cum prædicti filij concipi non poſsint
ſine peccato mortali c. nemo c. meretrices 32. q. 4.
& Eccleſia peccatum de teſtetur C. fin. de præſcrip.
12 c. 1. §. ſed diuerſum de alien. feud. Io: And. c. ſine
culpa de reg. iur. in mercuriis, & conſequetur ex
eo natos grauiter in ſectetur, non eſt modo aliquo
veriſimile eam de huiuſmodi ſobole cogitaſſe.

De Hęreditate paterna eodem modo clarum eſt
13 † quia ſpurius ad eam nec etiam ex teſtamento ad-
mettitur aut. licet C. de nat. lib. aut. ex complexu
C. de inceſt. nupt. Bar. l. 3. de teſtam. Corn. conſ.
236. lib. 2. Gozzad. d. conſ. 21. nu. 25.

14 † Nec moueat aliquis, quod hæc locum non habe
ant in legitimato, maxime per ſub ſequens matri
monium per notata*. c. tata, qui fi. ſint legi. & per
doctores ſupredictis locis, & Angela hæc videa-
tur taliter legitimata per ſupredicta, quia verius eſt
eam non eſſe legitimatem, vt oſtendam. j. in ſum-
motione contrariorum in quibus reſellendis cardo
huius difficultatis conſiſtit, & huiuſmodi noſtra
conſulatio luce clarior apparebit.

Non obſt. igitur d. aut. item ſi quis, & in cor-
pore, vnde ſumitur, cum alijs ſuper allegatis, ex
quibus colligitur, quod pater naturalis nominās fi
lium in teſtamento ſimpliciter eum inſtituendo vi-
deatur legitimare ex preſumptiuo, vt diximus, ma
trimonio, in quo conſiſtit præcipuum fundamen-
tum partis aduerſæ, & tota difficultas preſentis
conſultationis quia reſpondetur multis modis.

15 † Primo Quidem, quia ille tex. in caſu ſuo & deci
ſio ex eo à doctoribus collecta procedit de iure Ci-
uili tantum, pro vt loquitur ipſe textus, non autem
16 de iure Canonico, † quod in matrimonij materia
attendendum eſt c. fin. de ſecund. nup. franc. c. 2.
de arbi. lib. 6. cum ſimil.

Huiuſ-

Huiuſmodi autem noſtra aſſumptio colligitur, Pri
17 mo, † quia cōcubinatus omnis iure canonico inter-
dictus eſt cuique glo. l. liberę de rit.nup. Bar.l.3 ff.
18 de concubi c.nemo c.dixit c.meretrices.32.q.4.† &
quæqunque fornicatio etiam cū meretricibus pro
grauiſsimo crimine habetur ſecundum glo. Clem.
ad noſtram uer. nō eſt de hęret. Abb.c.inter opesa
in fin.de ſpons.Paul.ad chorint.prima c.6 Thob.4.
19 † quin imo cōcubinatus eo damnabilior eſt forni-
cationr, qua diuturnius in eo peccatū eſt, vt cōſide-
rat Abb. d. c. tania circa fin.qui fi. ſint legit.
20 † Secundo Deducitur clare, quia matrimoniū hoc
in his terminis preſumptiuū ius Canonicū non ad-
miſit, ſrd tantūmodo quod cum ſuis ſolemnibus,
21 quę multa ſunt, eo iure, contractū fuerit, † ideoque
ſecundū ius canonicum omnis maris, & fœminæ co
niunctio, niſi matrimoniū cū ſuis ſolemnibus pro-
betur, preſumitur fornicatio, vel ſtuprū c. aliter 30.
q. 5.vbi glo. plene declarat Hoſti. & alij c. ſolet 32.
q 2 c.ſi quis nō habet 34.diſt.Hoſti.in sū de p̄ſump.
§.quot eius ſpecies ver.alia Alb.d l.liberę in princ.
22 Alci reg 3.pres.s.nu.12.† vbi cōſiderat eſſe casū ex
ceptū á regula l. merito ff. pro ſoc. nā licet ibi nun
quā capiatur pręsūptio delicti, tamē in hoc caſu de
23 lictū p̄ſumitur, & adducit rationem, † quia tunc nō
p̄ſumitur delictum, quando interuenit cauſa, quæ
potuit facere actū licitum, ſecus quando talis cauſa
non interuenit, vt declarat Feli. col. 7. de reſcrip. &
24 poſt eū ibi Alci. † & quod preſumptiuū matrimo
niū non recipiatur iure canonico, & non hebeat lo-
cum tex. d. § item ad hoc, apte videtur ſentire Alb.
d. l. liberę, in princ. vbi poſtq; notauit ex ea d. pre-
ſumptionē matrimonij ſubdit contrarium eſt de iu
re Canonico, quia p̄ſumitur fornicatio, vel ſtuprū
niſi p̄betur matrimoniū, & niſi ita diſtingueretur
inter ius ciuile, & canonicum eſſet inuenta via qua
quiſq; detinens concubinā poſſet tandē partū ex ſe
& illa ſimpliciter filiū nominare in teſtamēto, aut
alia ſcriptura, de qua ī d. §.itē ad hoc cōſtituerr ma-
trimoniū ſine alijs ſolemnibus ad ſui libitū contra
d.c.aliter 32.q.5.& c.is qui e.veniēs c.conſultationi
de ſpons.c.vxoratus de cōuer.coniug, c.conſtitutus
eo tit. & in Concil. Trident c.2.ſeſsio 24.quibus in
locis cōſtituitur, matrimonia, quibuſda ſolemnibus
pręcedentibus contrahenda pręcipue denunciatio
nis in Eccleſijs parrocchialibus faciēdę, alias irrita
eſſe & certe hodie ſtante d. Concilio tridētino iſta
concluſio nullā habet dificultatē Quinimmo etiā
ante d. concilū Trident. quod d. §. itē ad hoc non
procedat de iure Canonico tēuit in terminis ita de-
clarans Hoſti.in ſum, qui fi. ſint legi.§. fin. in fin. &
ſequitur Bar.cōſ.120.in fin.nu.5.& hęc ſola reſpō-
ſio ſufficeret. An autem aliquibus in caſibus matri-
monium iure canonico preſumatur, quia preſentis
indaginis non eſt, non proſequor.

Secundo Dato, quod deciſio d §.itē ad hoc pro-
cedat etiā de iure Canonico, vel quod attendendū
quo ad hoc ſit ius Ciuile, q̄ omnino à vero alienum
eſt, illa concluſio procedet preſūptiue, vt innit tex.
ibi, intelligūt Doctores, omnes, clare explicat Ant.
Roſel.de legit.dit.de mat.pręſump.& Nic.Vbal.
25 d.nu.72.& ſeq.† Cumque vna preſūptio tollat alie
ram ſicut clauus clauū trudit l. diuus de reſtit.in in-
26 tegr.c.cū inter R.ſeniorē de elect.† non poteſt dicta
cōcluſio in preſenti caſu procedere, in quo ex alijs
conjecturis, & pręsūptionibus teſtetor poteſt vide-
ri Angelā pro legitima noluiſſe habere, licet.n.in di
cto teſtamento fuerit filia ſimpliciter nominata, qā
tamen illud conditū fuit, Die.17. ſeptēbris 1562. &
in inſtrumento dotationis d. Donnæ Angelæ
cōfecto per menſem poſtea, aparte per eū dicatur
filia naturalis dicti Blaſini, & rurſus Blaſious eius
pater naturalis, apparet manifeſte appellationē illā
filię ſimpliciter factū in teſtamēto p̄cedēte nō poſſe
cōtinere legitimatā, ſiuè legitimā ex pręſumptiuo
matrimonio natā; niſi etiā eundem patrem ſibi con
trarium fateamur, qui modo legitimam, modo ille-
gitimam filiam ſuam eſſe voluerit.

Et licet inſtrumentū illud dotationis confectum
27 non fuerit á patre, ſed á patruo, † quia tamen credē-
dum eſt factū de cōſenſu ipſius patris, & poſtea ta-
cite illud pater ratū habuit, perinde eſt, ac ſi per eū
factū fuiſſet l. paulus eum materia ff. rem.rat. hab.

Secundo Quod pater pro legitima d. Angelam
nō habuerit argumentū eſt efficaciſsimū. quod vol
uit eā tractari vti naturalem, nō vti legitimam, con-
iungēdo eā matrimonio dicto Antonio Riciardetti
pauperi, vilis conditionis, villico montis Caſtelli
valde in æquali conditioni illorum de Cialambri
nis ex honeſta familia, & in Nobili Ciuitate natis.

Tertio Vrgens cōiectura eſt, quia poſt conditū
teſtamentū nullū ſignum oſtenditur d. eius patris,
quo colligi poſsit eū habuiſſe d. Angelam pro legi
tima, immo potius contra, cum permiſerit eam tra
di nuptui homini, vt dixi, vilis conditionis, cum
parua dote, reſpectu eius conditionis & eam in
omnibus, vt naturalem tantum tractauerit.

Nec dicatur, quod preſūptio illius §. eſt iuris, &
de iure, vt ſēſit Iac Bel. ibi, & refert Nic. Vbal. d. nu.
28 73. † contra quā non admittitur probatio in contra-
29 rium c. is qui fidem de ſpons. cum ſimil, † & multo
minus preſumptio iuris tantū, quę debilior eſt, vt
not. c. afferte de pr ſump. & d. l. admonendi, prout
arguit in terminis Nic. Vbal. nu. 73. ver. niſi diceres
30 &c. † quia reſp. falſum eſſe ex d. §. ad hoc autem,
induci pręſumptionem iuris, & de iure, imo iuris
tantum inducitur, cum illa preſumptio fundetur
tantum in coniectura illa nominationis filij ſine
adiectione naturalis, ibi, vt pote, & ibi monſtra
31 tur ei, † non autem vlterius lex ius firmat pro cer-
to, vt requiritur in inducenda preſumptione iuris,
& de iure iux. late tradita poſt alios per Alci.
de preſumpt. par. 2. nu. 4. & par. 3. in princ.
32 † Tertio Suppoſito nos eſſe in terminis d. § item
ad hoc, reſpondetur deciſionem illius tex. proce-
dere ſolummodo, quando pater naturalis in eius te
ſtamento, vel alia ſcriptura, de qua ibi non ſimpli-
citer nominauit filium, quem ex concubina ſuſce-
pit, ſed filium ſuum, & ita vere, & proprie lo-
quitur tex. in d. aut. vt lic. mat. & au'ę §. item ad
hoc, & d. aut. ſi aliquis, ratio potiut eſſe, quia dum
pater exprimit ſuum, denotat eum eſſe in ſua po-
teſtate, & per conſequens legitimum §. ſui inſti.
de hæred. quali & diff ſecus vbi non exprimit ſu
um, ita ſubtiliter reſtringis, & declarat illum tex.
eiuſque deciſionem Bal. c. innotuit ſub. nu. x. ver.
nota, quod ſi pater, &c. de elect. ſequitur Ias. d. l.
neque profeſsio col. 2. ves. vide tamen latius Bal.
C. de. teſtam.

I Quarto

33 † Quarto Eiſdem etiam terminis eetentis, reſpon-
detur textum iu §. item ad hoc, & eius deciſionem
pioceddee in eo patre naturali, qui eam in concu-
binam retinuit, cum qua boneſte, ſecundum con-
ditionem & qualitatem ſuæ ſamiliæ, & mores Ci-
uitatis matremonium contrabere poſſet, ſecus alias
vt quia mulier eſſet vilis cōditionis, & bomo, qui eā
in concubioam detinet, nobilis ſamiliæ, aut ſal-
tem honeſtæ, vt bic preſuponitur eſſe illam de
Cialambrinis, quia iunc ex illa ſimplici nomina-
tione filij ſui, non infertur, quod is intelligat matri-
monium contraxiſſe, & non procedit deciſio d. §.
item ad hoc, ita egregie declaranit Bar. conſ. 120.
Vanucius Coraducij nu. 2. cui ſe ſubſcripſerunt
Franc. de Pis. Ang. de Amel, & Augu. Pello. vt re
fert Ang. de Vbal. d. §. item ad hoc vee. idem ſi
contrabi poterat, & aui. quib. mon at. effi. legi. § ſed
& aliud col. 1. in quibus duobus locis apertè ſequi-
tur opinionem Bar. d. loco, idem voluit Bal. l. 2.
9. oppo. C. qui. res. iud. non not. d. c. innotuis col.
2. verſ. cane tibi. Nic. de Vbal dr ſucces. ab inteſt.
part. 1. nu. 72. licet ibi Nicola. ſubdubius eſſe vi-
deatur. Ias. d. l. neque profeſsio ſub nu. 4. ver. limit.

Hanc autem reſtrictionem ad dicta iura elicet
pulehre Bar. & deinde alij ex verbis ipſius tex.
d. § item ad hoc, dum enim dicit, com qua nup-
tiæ contrahi poſsint, intelligitur ſcilicet boneſtè
ſecundum mores Ciuitatis, quia non dicimur poſ
ſe, quod commode, & honeſtè non poſſumus l.
nepos proculo de ver. ſig. l. filius de condi. inſti. &
videtur tex. l. 3. §. ſi emancipatus filius ff. de con-
tra. tab. cum alijs per Bar. alleg. d. loco.

Et licet Bal. d. c innotuit de hoc videatur dubi-
tare, ſicut etiam Paul. caſt. conſ. 429. col. 2. lib. 2.
34 & Nic. Vbal. d. loco, † quia reputatur intee opera
charitatis accipeee vxorem indignam c. inter ope-
ra de ſponſa. & quia illa videtur eſſe preſumptio iu-
ris, & de iure, vt arguit Nic. vbi ſupra, tamen da
eorum heſitatione parum curandum eſt, tum quia
comunis * eſt contra eos, vt ex ſupra adductis ap-
paret, & ipſemet Bal. eam ſequitur in ſupradicti
locis, tum quia non reſpondet ad argumentum
Bar. de d. l. nepos proculo cum ſimil. tum etiā quia
eorum argumentum de d. c. inter opera non vrget
35 † etenim accipere vxorem indignam eeputatur
opus charitatis iure canonico, quando clare con-
ſtat contractum mateimonium cum indigna ad ex
cuſandum accipientem poſt factum, quod indi-
gnam acceperit, non autem ad præſumendum iu
dubio, quod patet clariſsime, quia eodem iure Ca
nonico non ſolum inter indignos, verum nec inter
dignos preſumptiuum matrimonium admittitur
per ſupradicta, & falſum eſt, quod in d. §. item ad
hoc inducatur præſumptio iuris & de iure, vt ſu-
pra dictum fuit.

36 † Quinto Reſp. quod deciſio d. §. item ad hoc, lo
cum habet ſolummodo, ſi tempore peolationis di-
ctorum verborum nuptiæ conſiſtere poſſunt inter
proferentem ea, & illam mulierem, ex qua natura-
lis natus dicitur, ſecus alias Bar. d. diſpu. filium
habens. Nic. Vbal. d. nu. 72. & alij poſsim, & hoc
quidem.

37 † Primo Quia cum quando quis vult filium legi-
timare matris copiam habere non valens recurrere
drbeat ad Peincipem, vel ab eo auctocitatem ha-
bentem §. ſi vero ſolummodo, aut. qui mo. nat. effi.
legi. atque ita ſolus iſte modus legitimandi per Prin
cipem et electus ſit, ſi poſſet filium ſuum ſimpli-
citer nominando in teſtamento legitimare, non
eſſet ad Principem recurrendum, vt ibi dicitur ne
ceſſario, & huic argumento neque Paul. caſtr. d.
conſ. 429. vbi tam anxie conatur euertere argumen
ta huiuſce opinionis Bartoli, neque alij reſpendent.

38 Secundo peobatur eadem ſententia, quia id aper
te videtur determinare tex. ipſe met. d. §. item ad
hoc, ibi nuptiæ conſiſtete poſſunt, &c. & tranſum
ptiue d. aut. ſi quis, ibi, vxoe eſſe poteeat &c. quę
verba tam. d. §. item ad hoc, conſiſtere poſſunt,
quam d. aut. ſi quis, eſſe poterat, cum ſint pręſen
tis temporis, de quo loquitur ille tex. ſcilicet pro-
lationis dd. verborum ſine dubio exigunt habilita-
tem, & potentiam illam matrimonij contrahendi,
dum verba illa proferuntur, Nec huic veriſsimæ
conſiderationi obijci poteſt ex Paul. caſt. d. conſ.
429. col. 1. ver. ſed iſtud certe &c. quod ver. illud
poſſunt in d. §. item ad hoc, referatur ad particip-
um habens, exponanturque illa verba, cum qua
nuptiæ conſiſtere poſſunt, ſcilicet tempore quo
habuit filium illum, quia preterquam, quod illa
expoſitio eſt nimis extranea, & eſt contra normam
gramaticæ, preſuponit, poni tempus pro tempo-
ee, violatque tex. quæ in proprietates in dubio
admitti non debent, dato quod ad participium il-
lud, habens, referantur, cum & illud præſentis tem
poris ſit, & illud præſens tempus ad tempus prola-
tionis dd. verborum eeferatur, ſemper includitur
illud idem tempus peolationis dd. verborum.

Nec etiam ita exponendo cum Bar. & cęteris in
ſurgit abſurdum. quod colligit Paul. caſtr. d. conſ.
429. col. 1. ver. quid enim ſi viueret &c. dum inquit
ex dicta conſideratione infeeti, quod ſi concubina
ex qua natus eſt filius, nupta alteri eſſet tempore
prolationum verborum, cum illius peoſerentis vxor
eſſe non poſsit d. §. aſſenitatis de nup. non poſſe
procedere deciſionem illius tex. quod abſurdum eſ
ſet ſecundum eum, ex quo daretur occaſio, perſe-
uerandi in concubinatu, & fugiendi vitam matri-
monialem contra l. conuenire de pact. dot. quia
reſpondeo falſum eſſe, quod Paul. caſtr. affirmat d.
ſcilicet caſu ſuo peocedere diſpoſitionem d. §. item
ad boc, quod clariſsime (ni fallor) oſtēditur, quia ea
diſpoſitio fundatue in preſumptione inſurgante ex
illa nominatione filij, & pręſūptiuo matrimonio, vt
dicunt omnes communiter, ideoque Doctores di-
cunt inſurgere matrimonium præſumptiuum, vt
ſupra dixi, ex quo ſequitur infallibiliter, quod vbi
matrimonium eſſe non poteſt, non procedat illa
39 diſpoſitio, † à ceſſante ratione c. cum ceſſante de
app l. adigere § quamuis de iur. patri. ea autem
nuptui alteri tradita valide viuo illo ita loquēte ma-
trimonium inter prędictum loquentem, & eam ſi-
ne controuerſia conſiderari non poteſt, antea qui-
dem non, quia ſi cum eo fuiſſet, eo viuo alteri nu-
ptui tradi non potuiſſet ſi tēpore prolationis ver-
borum, ſi vxor alterius eſt, huius eſſe non poteſt,
40 † cum duobus eodem tempore nupta eſſe non poſ
ſit § affinitatis inſtit. de nupt. merito nec præſumi
poteſt dictum matrimonium, etiam antea contra-
ctum

41 ctum, † preſumptio enim non ſolum non adapta-
42 tur ad impoſsibile de facto, aut de iure, vt hic, † ſicut nec fictio ſecũdum glo. l. gallus §. ſi eius de lib. & poſthu. vbi omnes * comuniter per l. quod ad certum ff. loc. & glo. l. talis ſcriptura §. fin. ff. de leg. 1. ve
43 rum nec ſuper non verſimile, † enim præſumptio ſit probabilis coniectura ex certo ſigno peruẽiens ſecundum Alci. d. preſump. 3. par. priue. in princ. & omnis legis præſumptio fundata ſit ſuper veriſimile c. quia veriſimile de preſumpt. Bal. per illũ tex l. fin.
44 vltimo not. & 2 o oppo. de hęredi. inſtit, † omniſque preſumptio ratiocinatio ſit de verſimile ſecundum Bal. rub. de prolat. Nec eſt verum ex hoc dari occaſionem perſeuerandi in concubinatu & fugiendi vitam matrimonialem abſolute, vt requiritur ad inducendum d. abſurdũ argumento l. rũ ita legatum de condit. & demõſt. vbi cõditio prohibitiua matrimonij in certas tantũ perſonas tenet, licet nõ in omnes.

Quia poteſt contrahi matrimoniũ inter ipſos cõcubinarios, ideoque hoc ipſum ſcientes potius inuitantur ad ipſum matrimonium, quã ad illud fugiendum, & quatenus etiam adeſſet aliqua abſurditas per Paul. caſtr. conſiderata, ea non oberit conſiderationi Bartoli quia maior eſt abſurditas pręſumere matrimonium, vbi non poteſt, vt d. caſu per ſupradicta, & illa præſumptio eſt efficacior, quę eſt verſimilior l. 2. vbi Bal. C. de ſicar.

Magis autem abſurdũ eſt inducere matrimoniũ preſumptiuum, vbi eſſe non potuit, nec poteſt, vt ſupra, quam auferre facultatem nubendi non abſolute, ſed uni vel alteri, vt ſupra, merito &c.

Minus abſurdũ eſt, quòd pater perdat eam poteſtatem legitimandi, ſi ipſe duxerit aliam vxorem, & ea
45 concubina nupta ſit alteri, † eum propter bonum opus priuilegiũ perdi non debeat ſecundum Paul. Caſtr. d. loco ver. vel quid ſi ipſe mort &c.
46 † Quia reſpondeo non perditur priuilegium legitimandi abſolute, ſed tantum per illum modum, de quo d. §. item ad hoc, nec propter bonum opus perditur, vt arguit Paul. caſtr. ſed quia fit incapax eius modi legitimandi, cum ille modus conueniat tantũ ijs, qui poſſunt matrimonio cum illa copulari, alias non poteſt preſumptiuum matrimoniũ cõſiderari.

Poſtremo quoad hoc eſto aliquo in caſu ſubſtineri poſſe contra Bar. non requiri, ſcilicet, habilitatem contrahẽdi matrimoniũ inter ipſos, id tamẽ certe procedere poterit, quando anteriore tempore ſaltẽ honeſte inter eos matrimoniũ conſiſtere potuit, aut ſaltem dubium eſſe potuit an potuerit contrahi preſupoſito, quod illa profeſsio patris faciat etiam retro preſumi cõtractum matrimoniũ, quod tamen durum eſt, ſecus quando clare conſtat, aut ſaltem præſumptionis adſunt, quod ante honeſte, & cõdigne inter eos matrimoniũ retro nõ inducitur, ſed requiritur, quod tempore prolatorũ dd. verborum inter illos matrimoniũ cõtrahi poſsit, vt declarans opinionẽ Bar. omnio defendit Ant. Ros. d. tr. d. pręſũpt. mat. nu. 5. ſed hic ante dictam prolationem verborum inter ipſos matrimoniũ condigne non potuit contrahi, & multę extant pręſumptiones, nõ fuiſſe contractum, & tempore prolatorum verborũ contrahi nõ potuit, vel quia dicta Simona erat mortua tunc temporis, vt mihi pręſupponitur, vel quia Blaſinus, vt in proceſſu per teſtes probatur vere aliam habebat tunc vxorem, ideoquam hanc habere non poterat d. §. affinitatis, merito pretenſum matrimonium, & legitimatio ex prolatione dictorum verborum aliquo pacto elici non poteſt &c.

CONSILIVM XVI.

Argumentum.

Cõfeſsio mariti de receptione dotis quã do probet, & attendi debat.

Legatũ pro reſtitutione dotis, factũ Vxori p virũ in maiore quãtitate, quã dotẽ habuerit, aut etiã ſi totũ, quod habuerit perijt, vel nihil habuit, anuallidũ ſit, & per hæredes integre ſolui debeat?

An legatum factum dicatur per verbum conſignauit, vel aliud ſimile, licet dictum non fuerit lego.

Verba aſsigno, conſigno, vel aſsignauit & conſignauit, an importent domini translationem, & quando.

Maxime in conſignatione dotis per virum Vxori.

Indonatione an conſiderari poſsit leſio.

Remedium l. 2. C. de reſcin. vendit an locum habeat in donatione præcipue rei certæ.

An dictum remedium procedat in venditione facta ab illo qui iuſſus eſt per teſtatorẽ vendere alicui pro certo precio

Intellectus l. cũ ſcriptum, & l. Vir Vxori ff. de dot prelega.

SVMMARIVM.

Confeſsio dotis recepta per Virum facta, hæredes non obligat nu. 1.

Fallit in confeſsione facta in teſtamẽto cum iureiurando nu. 29.

Fallit Notario ſtipulante pro Vxore nu. 31.

Fallit de æquitate canonica nu. 32.

Fallit ſi vir ultra confeſsionem etiam legat nu. 33.

Aſsigno verbum ſignificat adiudico nu. 48.

Aſſigno, vel conſigno, quando non pręcedit cauſa habilis ad translationem domini, importat Pignus hypotecam ſiue cuſtodiam nu 2.

Idque ſinedubio procedit, quãdo precedit petitio p actionem Hypotecariã, & Iudex in ſentẽtia aſsignat nu. 40.

Et quando procedit rei vendicatio, quia agens non conſequitur dominium, ſed declaratur rei dominus nu. 41.

Et quando iuris ratio, materia ſubiecta id ſuadet nu. 43.

Contra ſi pręcedit actio perſonalis, & Iudex aſsignat quia transfert dominium nu. 42.

Idem ſi pracedit obligatio perſonalis habilis ad translationem domini, & ſumus in dubio. qua actio prepoſita ſit, & petens petijt ſibi conſignari, & Iudex conſignauit nu 43. 47.

Idem ſine dubio ſi precedit cauſa dotis reſtituende, & Maritus, vel eius hares conſignet nu. 45.

Siue etiam dotis danda nu 46. & nu. 50.

Siue alia cauſa habilis ad d. translationem nu. 38. & 47.

Siue Iuris ratio, vel materia patitur nu. 49.

Mens, & voluntas teſtatoris imprimis attendenda eſt nu. 3.

Teſtator preſumitur grauare haredem quo minus poteſt nu. 4.

Etiamſi ſimus in legato ſacto Vxori nu. 5.

Donatio nō preſumitur in dubio, prȩcipue in magnis nu. 6.

Fallit in uiro reſtituente dotem maiorem, quam habuerit Vxori nu. 54.

Teſtator non preſumitur uelle preferre uxorem agnatis nu 6.

Fallit ſi relinquat Vxori pro reſtitutione dotis plus, quam habuit, quia preſumitur donare in preiudicium agnatorum nu. 55.

Praſumitur ſempre quiſque elegiſse uiam, qua utrique caſui conſultum ſit, etiā quod uerba improprientur nu. 28.

Fallit quando aliter poteſt ſatisfieri. quam impropriando uerba nu. 56.

Contrarietas ſēper euitanda in quacunq; materia nu 9.

Teſtator non cenſetur ſe in cōtmenti corrigere nu. 10.

Remediū l 2. C. de reſcinden. uend. locū habet ubi leſio eſt ultra dimidiam iuſti precij nu. 11.

Quod procedit etiam in datione in ſolutum nu. 13.

Non tamen procedit in donatione, quia in ea non cadit leſio nu 18.

Et ſi ſimus in contractu cum clauſula, & ſi plus ualet Maxime ſi donatio ſit rei certa nu. 62.

l. 2. C. de reſci. uendi. ius, fundamentum, & baſis ſtat in leſione nu 63.

Remediū d l. 2. nō procedit in harede leſo in pracio taxato per teſtatorem qui iuſſit uendi nu. 65.

Extimatio facit emptionem, & uenditionem nu. 12.

Legata olim quatuor modis fiebant, & cuilibet modo certa uerba aſsignata erant nu 14.

Legata hodie quibuscunque uerbis fieri poſſunt nu. 15. nu. 24.

Maritus relinquens Vxori pro reſtitutione dotis in certa quātitate pecunia plus quā in dotem habuerit, cenſetur illus plus donare nu. 16. & nu. 27.

Idem ſi procerta quantitate pecunia, quam habuit in dotem relinquit certa bona maioris ualoris nu. 21. 23.

Idem ſi nihil uere in dotem habuit, & reliquit, ualet relictum in uim donationis nu. 17.

Idem ſi mancipia, uel quid aliud habuit quod periit, & nihilominus reliquit nu. 22

Idem ſiue uſus ſit uerbo lego, uel dono, uel conſigno, uel alio ſimili quicquid contra Aymo nu. 24.

Secus ſi mandat reſtitui dotē ſimpliciter, quia ſi nil habuit, nil legat nu. 18.

Ratio differentia nu. 19.

Item ſecus ſi ex coniecturis apparet teſtatorem noluiſſe donare nu 20. 28.

Teſti ſingulari creditur contra inducentē illum nu. 25.

Maxime ſi conformis ſit praſumptioni Iuris nu. 26.

Praſumtio praſumptionem tollit nu. 28.

Iuramentum facit ualere actum eo modo meliori quo poteſt nu. 30.

Donatio inter Virum, & Vxorem morte confirmata ualet nu. 34.

Etiamſi reſultet ex confeſſione nu. 35.

Maxime ſi diſponendo ulterius proceſſit dotem conffeſſatam relinquendo nu. 36.

Obligatio multis modis ſoluitur nu. 37.

Vir tenetur reſtiture dotem ſoluto matrimonio nu. 38.

Bart. uerba, & mens. in l. ſe conſtante nu. 91. 92 93. declarantur nu. 39.

Dotis in materia in dubio accipitur interpretatio fauorabiliter doti nu. 50.

Vxor pro ſua dote poteſt abſque licentia aliqua Iudicis remanere in poſſeſsione domus. & bonorum uiri poſt illius mortem nu. 51.

Vltima uoluntas recipit uberiorem interpretationem. quā actus inter uiuos nu 52.

Lex falcidia tribuit quartam partem legatorum haredi quando per teſtatorem erogatum eſt in legatis ultra d. quartam nu. 53.

Aliud pro alio ſolui poteſt conſentiente creditore nu. 57.

Donatio procedit ex mera liberalitate nu 60.

Leſio preſupponit quid datum contra, uel prater uoluntatem eius, qui dicitur leſus nu. 51.

Aut. ſacramenta puberum C. ſi aduer. trans. in diſtincte procedit in donatione rei certe nu. 63.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

CVm Capitaneus Benignatus Aſisias cōfeſſus fuerit in ſuo vltimo Teſtamento etiam iureiurando, vt dicitur recepiſſe pro dote D. Claudię ſuę vxoris flor. cccc. eoſque per hæredes illi reſtitui mandauerit, dein ſubiecerit, & exnunc prout ex tunc & acontra pro dictis dotibus conſignauit, & pro conſignatis haberi voluit, & mandauit, Vnum petium Terrę poſitum, &c., & vnam domum ipſius Teſtatoris poſitum &c. Ac etiam prę ſoposito, quod d bona inſimul conſiderata ſint valoris flor. 1000. & forte vltra.

Quęritur, An hęredes d. D. Claudię poſtea defunctę ab hęredibus prefati Teſtatoris, & illorum bonorum poſſeſsionibus conſequi debeant d. dotem in pecunia numerata cccc. flor. an vero ad eorum libitum dicta bona conſignata, vt ſupra.

In qua hęſitatione propoſita videri forſitan poſſet hęredes d. D. Claudię nec quidem ad ſumam cccc. flo. agere poſſe, quia de prędicta dote non conſtat aliter. quam ex confeſsione d. Teſtatoris
1 † quę confeſsio hęredes obligare non videtur l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. Bar. l. ſi quis decedens §. codicillis ff de leg. 3. & l. hęc ſcripturam ff. de donat. Vitalis de clauſu. in claus 42. vbi agit de verbis enunciatiuis in vltimis voluntatibus nu. 12. pag.

12. pag. ſecundũ paruas impreſſ. mihi 228. qui ꝑpoſt
Ang. & alios ibi per eum citatos de cõuni teſtatur.
Secundo Dato quod predicta Mariti Cobfeſsio
dotem cccc. flo. receptam probaret, repellendi
videntur hęredes d. D. Claudię, quia videtur quod
dd. cccc. flor. reſtituendi ſint per hęredes viri, non
autem compelli poſsint ad dandam dd. bona pro
illorum reſtitutione, quia Teſtator videtur mandaſ
ſe reſtitui pecuniam habitam, ibi confeſsus fuit ha
buiſſe flo. cccc. pro dote d. D. Claudię vxoris quos
ſibi reſtitui mandauit, non autem bona prędicta,
Et licet ſubiecerit, & ex nunc, prout ex tunc, & con
2 tra pro dictis dotibus conſignauit, &c. vt ſupra, † il-
lud tamen verbum, cum non pręcederet caſua ha-
bilis ad tranſlationem dominij, nõ videtur operari
dominij translationem, ſed pignus, hyppothecam
ſiue cuſtodiam l. prima §. ante pe. ff. de vent. in poſſ.
mitt. l. in legato §. inteſt. ff. de leg. 3. Affli. deci. 9. Bar.
l. ſi conſtãte in 2. q. 4. q. princ. ff. ſolut. mat. quaſi mẽs
3 & voluntas Teſtatoris, † quę attendi debet l. in con
ditionibus ff. de cond. & demonſt. quod reſtitueiẽ-
tur cccc. flor. per eum habiti pro dd. dotibus, & in-
terim Vxori loco pignoris, & hyppothecæ, ſeu aſſe
curationis liceret retinere dd. bona. Vnde hęredes
D. Claudię ea petere minime poſſe videntur.
Quę quidm interpretatio facienda videtur vlte-
rius ex pluribus. Primo Quia ſi conſignatio ꝑdicta
cõpræhenderet dominium dd. bonorũ hęredes Te
ſtatoris eſſent hęredes de vento. cum detractis lega
tis alijs, & illis bonis nihil remãſurũ ſit in hęredita-
te vt ex adverſo ꝑtẽditur, ꝙ nõ eſt in dubio dicẽdũ
4 † cum Teſtator pręſumatur grauare quo minus poſ
ſit hęredes l. vnũ ex familia §. ſi rẽ ff. de leg. 2. etiã
ſi ſimus in legato vxori facto Hier. Gab. conſ. 98.
5 nu. 44 & ſeq. lib. 1. Cepha. conſ. 637. nu. 48. lib. 5.
6 † Secundo Quia in dubio dunatio non preſumi-
tur l. campanus de oper lib. pręcipue in magnis, vt
hic Meno. de arbi. qq. iud. caſ. 88. ſub nu. 50. verſ
rurſus intelligitur.
7 Tertio Quia Teſtator non pręſumitur velle pręferre ſuis agnatis vxorem Affli. deci 44. nu. 21.
Cepha. conſ. 429. nu. 20. lib. 3. multo minus filijs
aut. multo magis C. de ſacro Eccles.
8 † Quarto Quia in dubio ſẽper quis cenſetur elegiſ-
ſe viam, per quã ſatisfiat vtriq; caſui l. ad opriuus §.
r. in fi. ff. de ri. nup. Craue. cõſ. 149. nu. 13. lib 1. ſed ſu
mendo iſtã inter pretationem dd. verborum ſatisfit
verbis, quos reſtitui mandauit, & illis, conſignauit
&c. ergo. iſta accipienda eſt.
Quinto Quia intelligendo verbum conſignauit
pro conſtitutione pignoris remouetur cõtrarietas,
quę alias adeſſet in verbis ipſius Teſtatoris, quia
Teſtator mandauit reſtitui cccc. flor. ſi verbũ con
ſignauit, importaret reſtitutionem bonorũ ad eſſet
manifeſta contrarietas, cũ modo reſtitui pecunias,
9 modo bona reſtitui mãderet, † in quecũque autem
materia cõtrarietas eſt euitanda l. vbi repugnantia
& ibi Dec. & Cago. de reg. iur. Bar. l. vlt. §. que ſine
ff. de cõd. indebit. l. ſcriptura C. de fi. inſtru. cũ vulg.
10 Seſto Quia ſi aliter diceretur, fatendum eſſet Te
ſtatorem ſe ipſum in continenti cotrexiſſe, cum pri
mo mandaſſet reſtitui cccc. & ſtatim reſtitui volue-
rit pro illis cccc. dd. bona, quod non eſt dicendum,
iux. l. non adea ff. de cond. & demon.

Tertio principaliter quatenus teneremus Teſta
torem voluiſſe pro dd. cccc. dari dd. bona in ſolutũ
11 non videtur poſſe negari, † quin ſaltem locum ha-
beat reſciſsio iux. terminos l. 2. C. de reſcin. vendit;
ex quo apparet de læſione vltra dimidiam iuſti pre
cij, poſito, vt narratur pro reſtitutione dotis predi-
ctę fuiſſe debita cccc. & fruſtulũ illud Terrę vna
12 cum domo eſſe valoris mille flor. & vltra † clarum
eſt .n. ęſtimationem facere emptionẽ, & venditio-
nem rerum l. litis ff. pro empto l. vltima C. ex qui
cau. in poſſ. ea. Bar, l. ſi popillorum §. ſi prætor ff.
de reb. eo. Idem Bar. l. libera C. de ſent. & inter.
omni iud. Affli. deci. 368. nu. 2. & dici. ſeq. nu. 1.
& alij narijs alijs in locis, in qua cum Teſtator de-
ceptus reperiatur, & conſenquenter eius hæredes vi
13 dentur habere remedium d. l. 2. † quæ ſiue dubio
procedit etiam in datione in ſolutum Aret. l. ſi quis
cum aliter col. 5. de verb. oblig. & tradit poſt alios
Cagn. d. l. a. ſub. nu. 78. vers. ſeptimus &c.
Hęc & huiuſmodi alia, quę conſiderari poſſent,
licet pro heredibus d. Teſtatoris videantur non pa
rem vigere, diligentiore tamen cura omnibus con
ſideratis reſpondendũ cẽſeo pro hæredibus D. Cla
udię ipſis deberi ꝑ dd. cccc. dd. bona nec eos cõpel
li poſſe pecunias in d. quãtitate cccc. flo. accipere.
14 Primo Quidẽ, † quia licet olim quatuor modis
legata fierent, per vendicationẽ, danuationẽ, ſinẽdi
modũ, & ꝑceptionẽ, & quibuslibet modis certa
verba aſsignata eſſent, quibus fierent Inſtit. de leg,
15 §. 2. † hodie tamẽ per Iuſt. in l. 1. C. com. de legat,
repectum eſt inſtit. eo §. noſtra autem conſtitutio,
quibuſcunque verbis legatum fieri poſſe, & in te-
ſtamẽto relictũ ſiue illis, ſiue iſtis verbis Hyppoteca
ria, perſonali, & in rem actione legatariũ conſequi
poſſe tradit Ias. & alij l. 1. in princ. ff. de leg. 1. &
omnes inſtit. eo d. §. noſtra autem conſtitutio, & l.
1. C. comu. de legat. licet ergo Teſtator noſter
in d. ſuo Teſtato non fuerit vſus verbo legn, non
propterea relictum vxori factũ deſinit legatũ eſſe,
quinimmo legatũ eſt, licet relictũ fuerit ꝑ verbũ cõ
ſignauit & ꝑ conſignatis haberi voluit, & mãdauit.
Quo ſtante, ſi legata ſunt pro reſtitutione dotiũ
in caſu noſtro prout fuerunt dd. bona, quam vis
maioris voloris, quam cccc. flor. qui in dotem dati
fuerũt, Mulier, & ſubide eius heredes illa conſequi
16 debẽt, † quia quod plus valẽt, cẽſetur maritus do-
naſſe, tex. videtur clarus in l. cũ ſcriptũ ff. de dot. prę
leg. vbi ſi vir. ꝑ reſtitutione dotis vxori legat quin
quagita, licet in rei veritate quadraginta tantum,
aut nihil habuerit, tamen quinquaginta, vt in
legato expreſſum eſt, debentur vxori, primum
.n. quando 40. tantũ habuit in dotem probatur ibi
17 in primo reſponſo, † ſecundum vero quãdo nihil in
dotem recipit, in ſecũdo reſpodẽdo verſ. itẽ eo &c.
Vtrunq; autem egregie cõplectitur Bar. ibi in Sum
mario, ita illud cõcipiẽs, ſi legatur aliquid pro dote
adiecta certa quãtitate ſiue dos fuerit nulla, ſiue mi-
nor, legatũ debetur, & eſt ratio ſecũdũ Iu. ç. ibi, quia
(inquit) propoſita ſũma quĩquaginta adiecta eſt, id
eſt, vt clarius explicem, quia per Teſtatorem fuit
expreſſa, & diſignata certa, quantitas quam voluit
18 reſtitui, quaſi dicat, † ſecus ſi ſimpliciter dotem re-
ſtitui mandaſſet, tunc .n. ſi nulla dos fuiſſet, nihil
reſtituendum veniret, vt expreſſum eſt l. 1. §.

19 adeo ff. eo,† Ratio diſſetentię eſt, qnia quando
legatur dos ſimpliciter, videtur Teſtator referre ſe
ad habitam, vel extantem, ideo ſi habita non ſnit
vel amplius non extat, legatum non debetue d. l.
1. § adeo. Quando vero certa quantitas reliuquitur
quia non pręſumitur Teſtator immemoe quantita-
tis habitr, aut illius interritus ſub ſequuti legando
certam ſummam, vel qnantitatem pro reſtitutione
cenſetur legare totum, ſi nihil habuit, vel habitom
perijt, ſi minus habuit, illud plus, quod relinqnit,
vt, tbi, ſentiunt omnes doct. & clare explicat Ay-
mo. conſ. 149. nn. t. lib. 1. Qui licet in caſu ſuo
aliud teneat, non tamen aliquid adducit, quod ca-
ſui noſtro contrarietur, & concluſioni, quam fie-
20 mamns aduerſetur,† Quin immo ipſe ibi illud con
cludit, qnia aderant conircturę certę, quibus oſten-
debatur clare Teſtatorem nolniſſe donare, aperte
ſentiens contrarium non exiſtentibus illis conie-
cturis, prout hic non extant, vt infra appsrebit.

Igitur, ſicuti quando certa quantitatas per mari
tum adtecta eſt huiuſmodi legato, non attenditur,
21 quę quanistas eſſet data in dotem, † ita quaodo ex-
preſſa ſnnt certa booa, pro quantitate in dotem da
ta, vt hic, non cu ratur quę quantitas dotis datę fue
rit, ſed debentur illa certa bona in legato expreſſa,
licet maioris valoris ſint, quia illud plus cenſetur
donatum, cum nulla diuerſitatis ratio aſsignari poſ
ſit inter caſum, in quo legata ſit certa quantitas,
& caſum, io quo legata ſint certa bona pro certa
quantitate in dotem tradita,

22 Secundo mouet me ad ita reſpondendum, † quia
ſi Viro mancipia in eſtimatā in dotem tradita fue-
rint, & tempore mortis ipſius, ſiue eius culpa peri
iſſent, & conſequentur nil in dote extaret, legatum
per Virum Vxori factum pro reſtitutione dotis in
certa quantitate, debetur, quia propter expreſsio
nem certę quantitatis videtur Teſtator voluiſſe do
nare, tex eſt io l. vir. vxori ff. eo de dot prelrg. vbi
glo. in ver. pecuniam ſupplet, certam quaſi ſentiat
totam vim eius deciſsionis conſiſtere in expreſsio-
ne certę quantitatis prout etiam conſiderat ibi glos.
ver. mortuis, & iterum ver. voluntatis, dum i n-
quit apparere de voluntate Teſtatoris donantis, &
valere in vim legati, qnod relinquit, qnia non ſim-
pliciter dotem reſtitut pręcipit, ſed aliud certum,
quando ergo quid certum, relinquitur in eo valet
legatum, quaſi vir donare, & legare voluerit vt ibi
dicit Inr. Con. §.

Nec vis fiat qnod Teſtatoe ibi pro certis Corpo
ribus, certam peconiarum quam titatem relin-
23 quat, hic vero ē contra, † quia eadem ratio eſt in
vteoque caſu, ſiue in legato certa quantitas expri-
matur, vt ibi, ſine certa corpora, & certę res, vt
hic, ideo etiam idem Ius. l. illud ff. ad l. aquil.

Nec dicatur, quod d. l. cum ſcriptum, & d. l.
vir vxori loqnuntur, quando Teſtator vſus eſt ver
bo lego, vel dono, quaſi tunc appareat de claia mon
te Teſtatoris velle donare, quod excedit quantita-
tem dotis, ſecus alias, vt hic, vbi Taſtator non eſt
vſus dd. verbis, aut aliquo ipſorum, vt videtur reſ
pondere Aymo. d. conſ. 149. ſub nu. 16. quia hu-
iuſmodi reſponſio ſubſtineri non poteſt, vti vee-
24 balis tantum, † cum .n. idem ſit in effectu ad conſti
tuendū legatū hodie, ſiue teſtator vtatur verbo lego,
ſiue vtatur alijs quibuſcunque d. l. 1. C. de leg d.
§. noſtra antem conſtitutio, inſtit. de legat. vt ſu-
pra oſtenſum fuit, non ſtat uis in verbis, an dixe-
rit dono, lego, mando, relinquo, vel aliquo alio
ſimili verbo vtatur Teſtator, dummodo appareat
quod volnit legare, cum legatum contineat in ſe
vim donationis inſtit. de leg. in princ.

Accedat, quod de mente Teſtatoris non ſolum
ex ui legati, verum etiam ex alijs apparet, nam
famula ipſius Teſtatoris examinata ad inſtantiam
pertis aduerſę depooit audiuiſſe à domino Capita-
no Beuignate, dum vineret, quod dd. bona relin-
quebat Vxori pro reſtitutione dotium & quam-
uis ſciret eorum valorem excedere ccc. flor. ſibi
pro dotibus ipſius traditas, nihilominus legabat il
lud plus pro recognitione ſuorum laborum, & gra
tis ſeruitijs abea habitis, & volebat eam omnino
25 conſequi † Cui Teſti quamuis ſingulari, nihilo-
minus creditur, cum inducta ſuerit a parte. Aymo.
26 conſ. 100. nu. 13. cum vulg. † ſtante pręcipue quod
cōſormis eſt p̄ſumptioni reſultāti ex natura actus
geſti, nempe ipſius legati, quod eſt donatio inſt.
de leg. §. 1. ex qualitate perſonę quę legat, & Cui
27 legatur, videlicet, uiri & vxoris † inter quos lex
pręſumit donationem, quando legatum ſit pro re
ſtitutione dotis d. l. cum ſcriptum, d. l. uir vxori.

Minus euitari poſſunt prællegati textus aſſe-
rendo, vt ait Aymo. d. loco, quod procedant ex
pręſumptione Iuris, quę eſt quod Vir. pręſumatur
donaſſe, vt ſupra dictum fuit, & iſta præſumptio
tollatur alijs pręſumptionibus in contrarium exi-
28 ſtentibus l. diuus de reſti. in integ. † cum præſum-
ptio præſumptione tollatur, ſicut clauſ clauo tru
ditur, vt dicitur d. l. diuus, & ibi Doct. Quia re
ſpondetur quod licet fateamur hoc procedere poſ-
ſe ſtantibus præſumptionibus efficacibus in con-
trarium, negamus tamen in caſu noſtro eas extare,
quæ qnidem clate patent, nam in caſu Aymo.
Aliud debitum mariti extabat, quod pręſumitur
voluiſſe compenſare, vt ipſe ibi latius probat. in
caſu noſtro nullum aliud debitum extabat, quo
in caſu, vt ſatetur, ibi idem Aymo. nu. 56. in
prima reſpenſione pręſumitur ſine dubio donatio
vt d. l. cum ſcriptum, quod in caſu noſtro non ex-
tent coniecturę efficaces oſtēndetur j. ſuo loco.

Non obſt quod de prędicta dote habita non cō-
ſtet aliter, quam per confeſsionem uiri, quę non
videatnr probare d. l. certum §. ſi quis abſente cum
ſimil. & propterea videatur nec etiam quantitas
29 cccc. flor. deberi † Quia reſpondetur primo iſtud
nō procedere in cōfeſsione facta in Teſtamēto ad
hibito iuramento Teſtatoris, vt hic pręſuponitur,
tunc .n. huiuſmodi confeſsio obligat illius hęredes
ad obſeruantiā ſi frui volunt hęreditate, aut. quod
obtinet C. de probat. d. l. cum quis decedens § co
dicillis. Vita. d. claus. 42. nu. 12. verſ. niſi Teſta-
30 tor † quia iuramentum facit valere actum eo modo
quo poteſt meliore l. cum pater § filius matrem ff.
de leg. 2. ac etiam quia ita dicendum eſt propter
religionem iuramenti ſecundū Vita d. loco nu. 14.
31 † Secundo Reſpōdetur allegata p̄cedere notario
non ſtipulante pro abſente, ſecus alias Vita d. loc.
ſub. nu. 13. vers. pędicta vero ratio, hic adeſt d.
ſtipulatio, ibi, me tamen Notario vti publica per-
ſona

ſona &c. merito &c.
Tertio Reſpondetur contraria procedere de ri-
32 gore iuris ciuilis † ſecus de ęquitate ceoonica ſecun
dum quam heres tenetur adimplere voluntatem
Teſtatoris ex eius confeſsione tantum apparentem,
Bal. l. generaliter C. de non nu. pec. Imo. c. cum
dilectus de ſucces. ab inteſt. Vital. d loc. nu. 21.
Vltimo Quicquid ſit in alijs confeſsionibus per
alios factis, aut etiam per Virum in actu inter vi-
33 uos, † certum eſt, quod ea, quę fit per virum vxori
in vltima voluntate, maxime legando, & relinquen
do, vt hic, certum eſt pręiudicare heredibus Viri,
quia cum non ſit ſimplex confeſsio, ſed tranſeat in-
diſpoſitionem, relictum & legatum valet in vim
* donationis ſecundum comunenm* opinionem do-
ctorum, de qua vltra ſupra allegata patet apud
Doct. l. ſi diuortio ff. da ver. oblig. & ita teſtatur
34 Bello. conſ. 87. ſub nu 2. verſ. pręterea &c., † quæ
donatio inter virum & vxorem morte confirmata
35 tenet l. donationes C. eo, † & de donatione reſul
tante ex ipſa ſola confeſsione videtur l. 2. C. dote
36 caut. non numera, & tradit idem Bello. d. loc. †
Multo quidem magis, & ſine dubio, quando vltra
ſimplicem confeſsionem de receptis, ipſe Teſtator
proceſsit vlterius, vt hic, diſponendo, relinquen
do, & legando, vt ſupra.
Non obſt. quod videatur legata quantitas cccc.
flor. ibi, quos reſtitui mandauit, non autem bona
pręd.cta, quę tantum videntur conſignata loco pi
gnoris, vt ſupra. Quia reſpondetur falſum eſſe tan
tum legatam quantitatem pecuniarum, non autem
bona, nam verus, & clarus ſenſus verborum Te-
ſtatoris ex eius mente eſt, vt plura ſimul diſponat,
primo.n.fatetur recepiſſe pro dote flo. cccc. deinde
mandat reſtitui in genere, non aperiendo modũ, in
pecunia numerata, vel aliter, ibi quos reſtitui man
dauit, multi autem modi ſatisfationis poterant con
37 ſiderari, † prout multis modis ſoluitur obligatio,
inſti. qui. mul. tol. oblig. per totũ. ſolutione eius,
quod debetur, vt ibi, in initio, vel alterius rei pro
alia conſentiente debitore, ibi, in ſecundo exem-
plo, ac etiam quandoque muito, vt exemplificat
glos. ac Doct. ibi, acceptilatione l. 1. & per tot.
ff. de accepti. in ſolutũ datione, & ſimilibus. Vnde
ipſe Taſtator in propoſito demum aperit modum
reſtitutionis, & ſatisfationis, nempe datione in
ſolutum dd. bonorum dando, & conſignando ipſe
met ex tunc, & mandando haberi pro conſignatis
atque ita reſtituit & pro reſtitutis haberi vult, &
mandat cccc. fló. in dd. bonis, & ita prędictum le-
gatum continet reſtitutionem dotium cccc. florẽ
& in ſpecie modum reſtitutionis perdationem in
ſolutum dd. bonorum, ſi rectius mentem teſtato-
ris, vt par eſt, perpendamus.
Non obſt. quod verbum conſignauit non conti-
neat tranſlationẽ dominij, ſed potius ſapiat conſti
tutionem pignoris, ex quo non procedit habilis ca
uſa ad dominij translationem, ad not. per Bar.
& alios d. l. ſi conſtante 2. q. 4. q. princ. quia retor
quetur, ex quo vere procedit in caſu noſtro cauſa
38 habilis ad translationem dominij. † nempe obliga
tio reſtitutionis dotis per Teſtatorem habitę á tua
Vxore l. in rebus C. de iur. dot. toto. tit. ſol. mat. vt
j. dicetur. at omnes conueniunt d. verbum transla
tionem dominij continere, & denotare, quando
pręcedit cauſa habilis ad dominij translationem,
merito de hoc in preſenti caſu non eſt dubitandũ
39 † Quod ut luce clarius liqueat oſtendo ex verbis,
& męnte Bar. d. l. ſi conſtante nu. 91. 92. 93. nam
priore loco agit de effectu repetitionis dotis mulie
ris Secundo & Tertio de effectu aſsignationis rerũ
pro dote, an ſcilicet cui ſit aſsignatio ex ea domini
um rerum aſsignatarum conſequatur, an vero pi-
gnus, & cuſtodiam tantum, & ſic de ſignificatio-
ne verbi aſsigno, ſiue conſigno, in quu puncto ad
rem noſtram faciente relatis antiquorum opinio-
nibus tandem verſ. tamen vt iſta materia clarius li-
queat &c. diſtinquit, & vim omnem conſtituit in
40 petitione præcedente, † vt ſi vxor egit hyppotheca
ria, pignus pro aſsignatione conſequitur l. vbi ad
41 huc de iu. do. † Si rei venditione, non conſequitur
nouum dominium, ſed declaratur ſuum dominium
eius rei eſſe l. in rebus C. de iur. dot., † ſi perſonali,
& non ſoluitur pecunia, ſed aſsigatur alia res in ſo
lutum, & conſequitur dominium eius, glo. parua
43 in ver. & dicas d. l. vbi ad huc, † ſi vero ſumus in
dubio, quia Vxor petijt aſsignari, tunc licet maior
ſit dubitatio, idem tamen Bar. concludit, quia pręꝫ
cedit cauſa habilis ad dominij translationẽ, Modo
in caſu noſtro duobus modis translatum diminium
ex doctrina prædicta Bartholi de duco.
Primo Quia ſicut Bar. in verſ. aut agitur perſo-
nali, & cum eo Cęteri, concludit per ver. aſsigna
uit, dominium transferri, quando pręcedit actio
44 perſonalis, & ſub ſequitur datio in ſolutum, † ita
hic ex quo Teſtator mandat reſtitui cccc. flor. &
ſic obligat ſuos hęredes perſonaliter ad reſtitutio-
nem dotis, poſtea pro illa conſignat in ſolutum bo
na, conſignatio traſfert dominium, cum non ſit
differentia an pręcedat petitio perſonalis pro reſti
tutione, vel colſtitutio debiti, & mandatum de ſol
uendo, ſi poſtea ſequatur conſignatio.
45 † Secundo deducitur ex doctrina Bar. d. loco in
reſolutione vltimi capitis ſuæ deſtinctionis, quan-
do ſcilicet, ſumus in dubio, pone in caſu noſtro ſi
Teſtator primo mandaſſet conſignari, & poſtea
ipſe conſignaſſet, in quo ipſe Bar. vers. in hoc nõ
ſto cum Goſſ. &c. tenet, quod in dubio ver.
aſsigo capitur, vt dominij translationem ſignificet
ſi cauſa habilis ad d. tranſlationem ſubſiſtat, & pręꝫ
cedat vt in dotis reſtitutione per l. dotis fructus §.
vlt. cum l. ſeq ff. de iur. dot. & ita aperte vult Bar.
quod in materia reſtituende dotis, verbum, conſi-
gno, denotet translationem dominij, quia præce-
dit obligatio reſtitutionis dotis, quæ eſt cauſa ha-
bilis ad d. translationem: Id ipſum ſenſerat clare
Bar. ſup. in eadem diſtintione, dum dixit, quod
qando datur res io ſolutum pro reſtitutione dotis,
transfertur dominium auctoritate glo. paruę in l.
ubi ad huc C. de iur. dot. quę tenuit eandem opi-
nionem, quod obligatio reſtituendæ dotis ſit cauſa
habilis ad d. translationem, per quã ita dicit Corn.
conſ. 183. licet diſcuſſa ſub nu. 5. verſiculo & in
dubio lib. 3. volens in terminis huiuſmodi conſi-
gnationem cõtinere translationem dominij in vxo
46 rem † Idem in ſimili, nempe in obligatione dan-
di dotem, quod ſit cauſa habilis ad d. translationẽ
tenet Bar. Soc. conſ. 9. nu. 30. lib. 1. ſtante ergo.
quod

quod cauſa dotis, ſiue dandę, ſiue reſtituendæ eſt
habilis ad d. translationem, ſequitur quod prædi-
47 cta conſignatio dominium tranſtulit † quia quo
ties d. cauſa habilis præcedit, ſemper in dubio d.
translationem operatur Bar. d. l. ſi conſtante nu.
93. Bart. Soc d. conſ. 9. nu. 30. Ruy. conſ 42. nu.
6. lib. 2 qui licet loquatur in Principe, idem ta-
men ſentit in alijs generaliter ex auctoritatibus,
quas ibi in alijs loquentes allegat, Idem tenet Emi-
lia. conſ. 39. nu. 8. Feli. in ſimili de verbo, conce-
do, in c. cum venerabilis col. 1. de excep. & alij
comuniter* alijs in locis, vt in terminis in reſtitutio
ne facta per maritum vxori per verbum conſigno,
teſtatur de comuni Ias. in conſ. 92. circa primum
48 dubium col. 1. verſ. ad ita tenendum lib. 1. † vbi
etiam aſſerit poſt Bal. & Ang. in l. arbiter per illũ
tex. ff. de diſtra. pi. ver. aſsigno idem ſignificare,
quod adiudico, idem tenet Alci. de ver. ſig. in l. aſ
ſignare in ſua glo. ad finem, vers. qua propter &c.
49 & ibi quoque Rebuff. vers. quarto aſsignare † di-
cens. quod quotieſcunque iuris ratio, aut materia,
de qua agitur, patitur, ſemper denotat translatio
nem dominij, teſte Bal. in l. 2. C. com. de lega. &
alijs ibi per eum citatis. Idem repetit ibi Rebuff. ad
Finem, vers. vltimo. Verbum aſsigno dicens illud
capi ſecundum cauſas præcedentes, & ſecundum
quod iuris ratio patitur, Vnde inquit, ſi Pater filio
emancipato bona aſsignet, donare dicitur l. ſi do-
natione C. d. collat.

Iſtud idem vltra auctoritates prædictorum con-
firmatur in conſignatione dotis facta per maritum
vxori vt hic, quia licet demus dubiam eſſe ſigni-
ficationem huius verbi, aſsigno, & modo transla-
tionem dominij, modo pignus, & aſſecurationem
50 importet, † in dubio eſt accipienda interpretatio
fauorabilior vxori in materia dotis, l. in ambiguis
de iur. dot. ita in terminis arguit Ias. d. conſ. 92.
col. 2. verſiculo tertio principaliter, vbi multa ad
id cumulat, & vltra eum probatur iſta ſpecialitas
fauore dotis non ſolum generaliter, quia dos ſem
per, & vbique priuilegiata eſt l. 1. ff. ſol. mat. ve-
rum etiã quia pro hoc eſt ſpecialis auctoritas glos.
in aut. donationem ad fi. C. de iur. dot. quę eſt ab
omnibus* ibi approbata ſecundum Caſſa. in con-
ſuet. Burgum. ſupra es rubricte. rub. 8. §. 17 verſ. ſed
tamen aduerse &c. referente Cin. ſuper d. glo. vo
lentem propterea vxorem poſſe vendicare res ſibi
pro reſtitutione dotis aſsignatas eueniente condi-
tione aſsignationis, quem ſequutus eſt Gui. Pap.
deci. 524. ſi dotalitium ex hoc etiam ſi res aſsigna
tę vxori pro reſtitutione per maritum perierint di-
cuntur periſſe periculo vxoris Ang. l. ſi noxali §.
eſt autem ff. de pecu. Cah. d. §. 17. verſ. de toc.
ver. aſsigno.

Nec videtur poſſe aliter teneri ſtante quod de
iure ita bona mariti ſunt tacite, obligata, Hyppot-
hecata, & aſsignata vxori pro reſtitutione dotis
abſque eo quod interueniat aliquod factum viri
circa Hyppothecam l. vni §. & vt plenius C. de iur.
51 dot. † ita ut mortuo marito, Vxor poſsit propria
auctoritate, & abſque licentia aliqua Iudicis rema
nere in poſſeſsione, & detentione domus quam
cum eo familiariter habitauit ſecundum Bal. l.
penul. C. de pign. actio. & l. cum tibi C. qui po.

in pig. habean. Bar. l. pen. primo not. C. de non
nu. pecu. Ias. inſtit de actio §. item ſeruiana nu. 72.
& Caſſa. d. loco verſ. ad varie tamen, vt ergo ali-
quid operetur aſsignatio ſpecialiter facta per mari-
tum uxori c. ſi papa de priui. in 6. & l. ſi quando
C. de inoff. Teſtaẽm. admitti debet omnino, vt do
minium transferat, vt in ſimili arguit Caſſa. d. loco.
verſ. cum ergo ſit &c. dicens quod cum aſsignatio
legis operetur, vt vxor habeat dominium adueni-
ente tempore mortis viri per ſupradicta, aſsigna-
tio quę fit per conſuetudinem illam Burgum vt ali-
quid vltra operetur, intelligitur, etiam translata
ciuiliſsima poſſeſsio & ſic vxor ſit ſaiſita, ſine re-
ali traditione in priuilegium inuentum per illã con
ſuetudinem, quod ſi iſta interpretatio facienda eſt
in conſuetudine, & actu inter viuos quanto ma-
52 gis in vltima voluntate, vt hic, † in qua vberior ſit
interpretatio. Ex quibus ſine dubio concludendum
eſt per d. conſignationem, ſiue vno, ſiue altero mo
do, de quibus ſupra intelligi teſtatorem voluiſſe
transferre dominium in Vxorem, & tantum abeſt,
quod verbum conſignauit, quo vſus eſt Teſtator,
faciat contra Vxoris heredes, vt potius pro eis eo
rum intentionem appoſite probet.

Et ita tenendo non obſt. quod ex pręſumptioni-
bus, & coniecturis recedamus ab iſta interpretatio
ne, vt voluit Aymo. d. conſ. 149. quia in pręſenti
caſu dd. coniecturę non adſunt.

Si quidem illa prima quod aliter dicendo hęres
remaneret inſtitutus de vento, quia nil pro eo ſu-
pereſſet, ſi dd. bona conſerentur vxori legata, im-
primis vento lenior eſt. cum pręterquamquod non
conſtat nihil remanere, immo vt mihi pręſuponi-
tur multa adhuc remanerent, de hoc parum, aut
53 nihil credendum eſt, † cum a iure ſatis hęredi pro-
uiſum ſit per l. falcidiam, vt hęres poſsit quartam
partem legatorum reſecare, tot. tit. ff. & C. ad l.
falci.

Secunda in qua dicitur, quod in dubio non pręs
ſumitur donatio pręcipue in magnis l. campanus
54 de oper. lib. cum vulg. † non procedit in viro legan
ſe pro reſtitutione dotis pluſquam habuerit, vel
quia nihil perceperit. quia pręſumitur donatio e-
tiam in magna quantitate d. l. cum ſcriptum d. viri
vxori, cum alijs ſupra allegatis, & iſta preſumptio
donationis in iſto caſu pręponitur pręſumptioni,
quę eſt quod donatio non pręſumitur regulariter
per dd. iura, & auctoritates communiter retentas vt
ſupra.

Tertia Eodem pacto fragilis eſt, quia licet in du
bio alias Teſtator non preſumatur velle pręferre
vxorẽ agnatis, & filijs Aflli. deci. 44. nu. 21. Cepha.
d. conſ. 426. nu. 20. tamẽ hoc procedit, vt ibi dicũt
55 in dubio, non in claris, vt hic ſumus, ex quo e-
nim maritus vxori legauit pro cccc. dd. bona, con
ſignauit, & pro conſignatis haberi voluit, & man-
dauit, & propterea conſtat ex interpretatione iuris
illum voluiſſe donare, quod plus valet dd. bona
vt ſupra dicta iuribus, ceſſant coniecturę l. con-
tinuus §. cum ita de ver. oblig. & certę ſi ob hanc
coniecturam recederetur à diſpoſitione d. l. cum
ſcriptum, cum ſimul nimis reſtringeretur ea deci-
ſio, & fere nunquam procederet, cum nemo fere
decedat ſine agnatis.

Quarta

Quarta etiam coniectura nullo modo vrget pro
illa ſignificatione verbi conſignauit, vt de notei pi
gnoris conſtitutionem, nam licet quis cenſeatur
elegiſſe viam, qua ſatisfiat vtrique caſui l. ad optiu
us §. 1. inſi ff. de rit. nupt. cum ſimil. illud procedit
quando aliter non poteſt ſatisfieri vtrique caſui,
quam improprien do, aut à mente diſponentis de-
56 uiando, † hic aliter ſatisfit, quia vt ſupra dictum
eſt teſtator voluit reſtituere, & reſtituit cccc. flo.
& quia multifariam multisque modis ſatisfacere
poterat vnum in ſpecie modum elegit per dationē
in ſolutum vtilem d. vxori conſignando, & pro con
ſignatis haberi mandando dd. bona pro dd. cccc.
flo. quę erant & ſunt maioris valoris & illud plus
donando vt ſupra.

Quinta Coniectura, quę á remotione contrarie-
tatis, quę in verbis Teſtatoris ad eſſet, vt ſupra di-
cebatur, nullius eſt momenti, cum nulla detur con-
trarietas intelligendo vt dictum eſt á nobis ſupra
verſiculo quia reſpondetur falſum eſſe &c.

Vltima pariter nihili facienda eſt, quia licet Te
ſtator mandet reſtitui cccc. flor. cum ibi non ape
riat ſpecialiter modum reſtitutionis ſubdēdo, quod
pro illis reſtituit & conſignat dd. bona ſpecialiter,
non contrariatur ſibi ipſi, ſed addit ſpecialem mo-
dum reſtitutionis, & ſatisfactionis vxori magis vti-
57 lem, ſi voluerit, † nec. eſt abſurdum aliud pro alio
ſolui conſentiente creditore, inſt. q. mo. toll. oblig.
in princ. & ibi not. glo. & Doct.

Non obſt. quod ſaltem locum habere videatur
reciſſio d. tacitę venditionis bonorum reſultantis
ex datione in ſolutum res eſtimatas ſtante leſione
vltra dimidiam ex remedio d. l. 2. C. de reſcin. vēd.
per ſupra allegata in vltimo fundamento, quia reſ-
pondetur d. remedium hic nullo modo locum habe
58 re, ex quo ſumus in legato, & donatione, † in qua
non conſideratur lęſio, ideoque d. remediū locū
non haber, vt poſt alios probat Aymo. conſ. 192.
59 † volens etiam in alijs contractibus non habere lo-
cum d. remedium, ſi adeſt clauſula, & quod plus
valet donatur, alias inquit ipſa nulla pene donatio
ſub ſiſteret, cum ſemper donans dicere poſſet ſe le-
ſum cum donatio ſit perdere l. filiusfa in prin. ff. de
donat. vbi glo. & quod vbi apparet de animo do-
nandi alicuius de lęſione tractari non poſſit, tradit
Aymo. d. conſ. 192. nu. 10 in tertia reſpon. Pet.
60 Io. Anca. lib. 2 q. 4. nu. 7. ratio eſt manifeſta, † quia
cum donatio procedat ex mera liberalitate ipſius
61 donantis l. 1. in princ. ff. de donat cum ſimil. † lęſio
autem pręſuponat, quid datum contra, vel preter
volūtatem eius qui dicitur lęſus, hec duo tamquam
inuicem repugnantia ſimul in vno, eodeque ſubie-
cto ſtare non poſſunt l. vbi repugnantia de reg. iur.

Huiuſmodi opinio quamquā patiatur aliquam
difficultatem, vt cęterę fere omnes iuris qq. pro-
62 pter opiniones ad diſſentiendum faciles, † illud ta-
men certum eſt eam ſine dubio procedere quando
res quæ donantur certæ ſunt, & donans habet cer-
tam ſcientiam earum rerum, quas donat, cum hic
nullam in his rebus pretendere poſſit lęſionē, ideó-
que nec reſciſsionem actus geſti ex capite lęſionis
Bar. d. l. 2. nu. 14. Alex. l. ſtipulatio hoc modo con-
cepta nu. 10 de ver. oblig. & conſ. 125. nu. 10. lib.
• 1. Doct. communiter • l. ſi quis cū alter de ver. oblig.
vbi Ias. nu. 17. Aug Bero. conſ. 49. nu. 24. & nu. 32.
• lib. primo, vbi ex hoc aſſerit comuniter • per omnes
63 teneri, quod d. l. 2. de reſcin. vendi, † cuius funda-
mentum, baſis, vis, & ratio in leſione conſiſtit, in
64 huiuſmodi donatione non procedit, † ſicut aut.
ſacramenta puberum C. ſi aduer. uend. procedit in
diſtincte in tali donatione, abſque eo, quod doce-
atur de lęſione. Idem aſſerit Mandell. conſ. 11. nu.
6. & ſeqq. Cepha. conſ. 137. nu. 52. & conſ. 142.
nu. 71 lib. 1. & ante hos clare in terminis ita egre-
gie de clarans ponit Feli. in c. in preſentia ſob nu.
8. ad fi. de probat. Gram. decis 103 nu. 55. & ſeq.
• aſſerens ita comuniter • per omnes teneri, quia ſcien
ti & volenti non fit dolus l. cum donationis, vbi id
notat glo. Bar. Ias. & cęteri. C. de trans. Teſtator
hic noſter legauit & donauit res certas, ſciens valo
ris rerum, merito lęſionem pretendere non poterit
& minus eius vigore ex remedio l. 2. eius hęredes
reſciſsionem

Prędicta ſine dubio procedere videntur reſpectu
d. remedij l. 2. in legato, & donatione ex eo reſul-
65 tante, vt ſupra, † quia remedium d. l. 2. locum non
habet etiam in venditione, quæ fieret ab aliquo ex
mandato Teſtatoris exprimentis certum precium
dandum per eum, cui iubet vendi Bal. l. imperator
§. ſi certū ff. de leg. 2. quia poſtquā Teſtator preciū
rerum taxauit pro quo vult vendi, hęres nō poteſt
contrauenire, nec de eo conqueri l. etiam §. ſi quis
ff. de peti. hęred. l. ſi fideiuſſor ff. de leg. 1. Alex.
& Aquens. l. ſi quis cum alter col. pen. inſi. vbi etiā
Aret. col. 5. de ver oblig. Cag. d. l. 2. nu. 167. &
ibi Pant. nu. 68. Quod ſi quando Teſtator ſolum iu-
bet pro certo precio vendi hęres non poteſt con-
trauenire ſub pretextu lęſionis vltra dimidiam, ita
vt cogatur vendere & vti non poſſit d. beneficio l.
2. quanto magis idem dicendum eſt in noſtro caſu,
in quo Teſtator bona predd pro certo precio cccc.
flor. conſignauit & pro conſignatis haberi voluit,
& mandauit.

CONSILIVM XVII.

Argumentum.

Legatum, ſiue relictum factum certis Hæremitis qui diuina officia celebrabunt in certa Eccleſia, debetur illis nominatis, donec ibi permanſerint & diuina officia celebrauerint, non vltra.

Et illis ceſſantibus ibi habitare, & celebrare, debetur ſuccedentibus alijs in illa Eccleſia ad habitationem, & celebrationem diuinorum.

SVM.

SVMMARIVM.

Relatiuum adiunctum uerbo futuri temporis importat tacitam conditionem nu. 1.
Conditio ſi officiabunt reſoluitur in diſtributionem, quatenus officiabunt nu. 2
Relatiuum appoſitum certę generalitati reſtringit eam nu. 3.
Cauſa finalis in dubio preſumitur nu. 4.
Maxime ſi expreſſa ſit fauore piæ cauſe nu. 5.
Et quando eſt appoſita in ſententia ſiue laudo nu. 6.
Clericus quid dicit officium non debet babere beneficium nu. 7.
Beneficium Clerico datur propter officium dicendũ nu. 8.
Ceſſante Clerico ab Eccleſia ceſſat præbenda nu. 9.
Grauamine ceſſante, quod erat cauſa emolamenti, & comodi, ceſſat emolamentum, & comodum nu 10.
Priuilegia conceſſa aliquibus propter aliquod exercitiũ, ceſſant ceſſante exercitio nu. 11.
Priuilegium conceſſum ſtudentibus, vel habitantibus certo loco, ceſſat ceſſantibus illis ibi ſtudere, uel babitare nu 12.
Legatum ſiue relictum factum haremitis certis qui officia diuina celebrabunt in certa Eccleſia, debetur illis tantum donec officia diuina ibi celebrabunt, non ultra nu. 1. uſque ad nu. 13. incluſiue.
Legatum, ut ſupre proximo verſiculo factum debetur illis Hæremitis, qui ſucceſſerunt in babitatione, & onere d. Eccleſiæ nu. 14.
Legatum factum nominatim certo generi Hæremitarũ, uel perſonarum, qui in aliqua Eccleſia miniſtrant, ſi adiectum ſit, qui officiabunt, uel quid ſimile, uidetur relictum Templo ad uſum eorum qui in ea Eccleſia etiam infuturum miniſtrabunt nu. 15.
L. annua §. Attitià ff. d. ann. lega. multiplicriter intelligitur à Doct remiſſiue nu. 16.
Cumunis intellectus d §. Attitià nu. 17.
Alius intellectus nu. 18.
Alius nu 20.
Alius intellectus uerior ſecundum Autorem nu. 21.
Vurba, qui in illo Templo erant, ſunt extenſiua ad tempus futurum nu. 19.
Hyerephilax exponitur ſacer cuſtos, qui latine dicitur AEdituus.
Legatum factum alicui, etiam expreſſo eius nomine proprio debetur Eccleſię, vel Ciuitati ſi apparet de mente relinquentis, quod volebat relinquere Eccleſię uel Ciuitati nu. 22.
Legatum, uel relictũ cenſetur factum Patri, uel Domino ſi factum eſt filio, vel ſeruo ſub commemoratione patris, vel Domini nu. 23.
Cauſa finali in eſſe poſita ponitur etiam clara uolũtas diſponentis, ſicut ceſſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio nu. 24.
Mens, & voluntas colligitur ex ratione expreſſa nu. 25.
Et quidem magis, quam ex uerbis nu. 26.
Itẽ mens colligitur expreſſione certę rei & cauſę nu. 27.
Emolumentum vbi eſt, ibi omnus nu. 28.
Et contra vbi onus, ibi emolumentum nu. 29.

Dei Opt. Max. ſuffragio. implorato.

LAVDVM latum per D. Angelum Conſolinum, de conſenſu etiam Magnificæ Ciuitatis Anconę, & poſtea emolgatum ſuper bonis, de quibus dubitatur, videtur habere huiuſmodi interpretationem, vt heremitę Congregationis Santi Marię de Gonzaga teua-stur .as bonis, donec, & quatenus officiabunt Eccleſiam Santi Petri Montis Conari de Ancona, & quatenus ipſi deſinerint officiare d. Eccleſiam, illi, qui in eo onere ſuccedent, ſiue ſubrogabuntur.

Prior pars huiuſmodi intellectus verborum d.
1 † laudi clare colligitur quia relatiuum in d. laudo
expreſſum adiunctum verbo futui temporis officia
bunt, importat tacitam conditionem, ſi officia-
2 bunt † quę reſoluitur in diſtributionem, quatenus,
vt ſit ſenſus, quod fructus dictorum bonorum debeantur dd. heremitis quatenus, & donec officiabunt & non vlterius, caſus eſt in l. ſtichus, qui meus erit, & ibi not. glo. Bar. & omnes comuniter ff. de leg. primo. vnde cum illi ceſſauerint in ea Eccleſia habitare, & diuina officia celebrare iam multis annis elapſis, non poteſt eis amplius d. emolumentum deberi.

Secunda etiam Quia emolumentum illud conceſſum fuit habita conſideratione, & celebrationis diuinorum in dicta Eccleſia Santi Petri, ibi,
3 qui officiabunt † relatiuum enim appoſitum certæ
generalitati, ſiue vniuerſitati reſtringit eam l. ea tamen adiectio ff de leg. 3. Bar. l. omnes populi in prima opp. & ibi alij comuniter ff de inſt. & iur. vt clarius ſit ſenſus hæremitis de Gonzaga illud deberi tantummodo, qui diuinis interſunt in dicta Eccleſia, non omnibus, Vnde nullis ex eis ibi diuinis intereſſentibus illis predictum emolumentum non debetur.

Tertio Quia illa verba, qui officiabunt, oſtendunt reſpectum habitum principaliter, & finaliter ad officiationem (vt ita dixerim) & ſic cauſam fi-
4 nalem, † quę in dubio ſemper preſumitur glo. l.
cum tale §. falſam cauſam ff. de cond. & demon. vbi Bal. & alij maxime quando reſpicit futurum, ſiue concepta eſt de futuro, vt hic Bal. in l. damus ff. de cond. indeb. & quando exprimitur per modum conditionis, vt pariter hic l. a. §. vlt. ff de donat. not. glo. vlt. l. ſi militem C. de condi. ob cauſã cum late congeſtis per Tiraq. in tract. ceſſante cau
5 ſa lim. 1. nu. 52. † & max. ſi expreſſa ſit fauore pię
cauſę, vt pariter hic l. cum alis §. mulier ff. de cond. in deb. & proſeqnitur idem Tiraq. d. loco nu. 56.
6 57. † & quando appoſita eſt in ſententia, ſiue laudo
vt hic Bal l. ſenatorem deremiti & refert idem Tiraq. d. loco nu. 25. Ceſſante igitur iſta cauſa finali, quia ij amplius diuina officia non recitant in dicta Eccleſia, immo, nec eam habitant, non poteſt dici ipſis emulum mentum illud deberi, l. adigere §. quamuis ff. de iure pat. c. cum ceſſante de app. &
7 optime ſcriuit illud, † quod clericus, qui non dicit
8 officium, non debet habere beneficium, quod prop

ter illud

ter illud datur.c. vlt. de reſcript. lib. 6. per quem
tex. ita dicit Anca. in c. ſi chriſtus in § 3. not. de iu
9 re iur, & confirmatur ex eo,† quod ceſſante clerico
ab Eccleſia, ceſſat prebenda, quę et ob illam datur
ſecundum glo. ver. adiquantur Inſt. de m.l. teſt.
10 & alios varijs alijs in locis, † & ceſſante grauamine
quod erat cauſſa commodi,& emolumenti,ceſſat &
ipſum commodum,ſiue emolumentum, l. eum qui
iurauit in princ. vbi Bar. & Alex. in ſum & Ias.pri
11 mo not.& alij comuniter* ff.de iureiur,† Et genera
liter in actibus, artificis, operibus, muneribus,
& negocijs omnibus aliquibus illa exercentibus
conceſſa priuilegia tàm diu ſolum durant, quam
diu in illis ſe exercebunt, non vltra l. ſemper §. ne
gociatores,& § vltimo vbi Bar. ſecundo not. ff. de
iure immu. l. Atletæ in princ. vbi glo. ver. gen
tium ff. de exru. tut. cum alijs citatis per Tiraq.
d. tract. par. 1. nu. 208. & nu. 209. vbi etiam poſt.
Guil. Cum. & Bal in l. ſeruis C. de Epi. & cleri. vol
12 uit,† quod priuilegium conceſſum ſtudentibus, vel
habitātibus certo loco durat quouſque perſeuerat
illorum ſtudium & habitatio, non vltra.
13 Ex Quibus veriſsimum eſt, ni fallor, † Hermi-
tas ceſſantes habitare,& officia diuina celebrare in
d. Ecclesia Santi Petri non potuiſſe gaudere illo
emolumento,& ſi quid perceperūt poſtquam deſer
uerunt habitationem,& diuinorum celebrationem
in d. Eccleſia, teneri eos reſtituere.
14 † Poſterior pars intellectus ſupra dati d. laudo,
nempe, quod illo emolumento gandere debeant
Heremitę ſanti Saluatoris Congominis Camaldu
lenſis, qui ſucceſſerunt in habitatione, & onere d.
Eccleſiæ S. Petri, in eaque diuina officia cele-
brant, clariſsime probatur. Primo quia licet in eo
lando nominatim dictum fuerit de heremitis de
15 Gonzaga, † quia tamen poſtea ſtatim arbiter ſu-
biecit, qui officiabunt, potius denotatum eſt mini-
ſterium nominatorum, quam certum genus Hęre-
mitarum, & ideo videtur illud datum templo ad
vſum eorum, qui ibi miniſtrabunt, tex. eſt in l. an-
nua §. Attitia ff. de annu. legat. ibi, miniſterium
quidem miniſtrorum deſignauit, ceterum datum
16 templo, † nam licet multiſariam intelligatur ille
tex. ſecundum Doct. in c. quoniā Abbas. de iud.
tamē ſecundū quemlibet intellectum ſemper pro-
17 bat intentionem noſtram, † Si .n. Primo nomen
illud Hyerophilatum, vt communiter habetur in
eo tex. intelligatur,vt non ſit proprium nomen ſa-
cerdotis, ſed illius templi, vel officij. & exponatur
• ai. ſacer cuſtos. ſecundum communem* intellectum,
vt teſtatur Abb. d.c. quoniam, apparet, quod ex-
preſsio illa nominis officij,vel templi facit legatum
reale, non perſonale, & ſic tranſeat in ſucceſsores
ex voluntate relinquentis, qui videtur contempla-
tus eum vel eos, qui in eo offo. inſeruient ei tem-
plo, atque ita etiam ſucceſſores, vt in caſu noſtro
18 arbiter eos, qui officiabunt in ea Eccleſia, † Secun
do ſi intelligamus vt Hyerophilatum ſit nomē pro
prium, ſecundum alios annectendo ſecundum
eoſdem, ideo legantum, ibi deberi etiam ſucceſſo-
19 ri, quia ſequentia illa verba,† Qui in illo Templo
erunt, ſunt extenſiua ad futurum tempus c. ſignifi
cauit de Teſti. vbi not. per Imo. ita in preſenti
caſu, licet expreſsi ſint Hęremitę de Gūzaga, quia
tamen ſequentia verba illa, qui officibunt, ſunt ſu-
turi temporis intelligēdum eſt etiam de ſucceſſori-
20 bus in officio illo, † Tertio ſi malimus intelligere
eum tex. ſpecialiter fauore Eccleſię, & religionis,
ſiue pię cauſę, vt huiuſmodi legatum porrigatur
ad ſucceſſorem, vt ſentit ibi Barb. & ſequitur Dec.
d. c. quoniam Abbas. mirum immodū congruit ca-
ſui noſtro, ex quo .n. in eo agitur de fauore reli-
gionis, Eccleſię, & pię cauſę pariter dicendum eſt
extendi, & perpetuari in ſucceſſores illud emolu-
21 mentum, † Si vero tandem Quarto loco ſecundum
veriorem ſenſum tex. illum accipiamus vt Hiero-
philax exponatur, ſacrorum cuſtos. qui latine dici-
tur Aedituus, vel Aeditimus, ſecundum Spieg. in
lexico Iuris ver. Hierophilax deducens ἱερὸς,
quod eſt ſacer & que φυλάζω, quod eſt cuſtodio,
idem pariter concludendum eſt per illum tex. quia
legatum factum ſacrorum cuſtodi,non dicitur per-
ſonale, quaſi relictum ei perſonę, quę tunc ſacra
cuſtodiebat, ſed templo, & Eccleſię, quia ex quo
diſponens reliquit miniſtro Eccleſię, videtur appa-
rere de mente, quod velit relinquere Eccleſiæ
pro vſu Miniſtrorum, vt ibi dicitur, ita hic emo-
lumentum hoc, datum eſt Eccleſię Santi Petri pro
vſu eorum, qui officiabunt eam c. pontifices xij.q.
22 3.c. requiſiſti de Teſta, † Et quando conſtat de vo
luntate diſponentis in fauorem Eccleſię,aut (quod
plus eſt) Ciuitatis, non attenditur, an expreſsio
ſit facta per nomen proprium eius,cui relinquitur,
vt vult Bar. d. §. Attitia, & l. Ciuibus ff. de reb.
23 dub. † Simile quia relictum patri, vel domino cen
ſetur factum, quando relictum eſt filio, vel ſeruo
ſub commemoratione patrię, vel dominicę poteſta-
tis Iuſt. per quas perſo. no.acq.in princ.& §. 1. cum
ſimilibus allegans per glo. d. §. Attitia ver. nomi-
natorum.
Secundo Principaliter in preſenti caſu probatur
24 hec noſtra opinio,† quia poſita in eſſe cauſa finali,
ponitur etiam clara voluntas diſponentis, prout ea
ceſſante, ceſſat conſenſus, vt formaliter inquit Bal.
l. vni. col. 1. verſ. item poni poſſunt &c. C. quando
non pet. par. peten. accreſ. per l. vlti. ff. de hære
25 inſt. † prout etiam colligitur mens, & voluntas
ex ratione expreſſa Bal. l. non dubium C. de legi.
Aymo. de Anti.temp. par. 4 pag. mihi ſecundum
26 paruas impreſsiones 132. nu. 18. † vbi etiam anno
27 tat magis colligi ex ratione, quam ex verbis, † ac
etiā ex expreſsione certę rei, & cauſę vt hic ſecun-
• dum Bar. & Doct. comuniter* l. ſi de certa C. de trās
Nico. Bello. conſ. 6. nu. 14. vbi docet id locum
habere in omnibus fere diſpoſitionibus, Vnde
cum mens Arbitri in d. laudo emolgato fuerit, vt
ex cauſa finali colligitur d. emolumentum dari ijs,
qui onus diuinorum officiorum in dicta Eccleſia
in futurum ſubibunt, ad Hęremitas ſcilicet Rumu
aldi, qui hodie illud onus ſubeunt, ſine dubio per-
tinebit.
Tertio Comprobatur id ipſum ex generali, &
28 vulgari regula, † quę eſt, quod, vbi emolumen-
tum, ibi onus Inſti. de legi. patro. tut. in fine prin
29 cipij. & e contra, vt in propoſito noſtro, vbi onus
ibi emolumentum eſſe debet l. ſecundum naturā ff.
de reg. iur. c. qui ſentit eo tit. in 6. l. 1. in princ. ff.
de inſt. cum alijs citatis per glo. Dec. & Cag. ibi
Cum

Cum igitur Heremitę ſcilicet Romualdi ordinis Camaldulenſis ſucceſſerint in onus celebrandi diuina officia in dicta Eccleſia Santi Petri cuiquam non debet mirum uideri, ſi tenemus eoſdem ſuccedere etiam in dicto emolumento.

CONSILIVM XVIII.

Argumentum.

Statutum Terrę Santi Gemini prohibitiuum, matrimonij mulierum d. Terrę in forenſem ſubcerta pęna ibi expreſſa, an valeat.

Et generaliter, quatenus huiuſmodi ſtatuta laycorum, aut leges, & conſtitutiones teneant contra libertatem Matrimonij.

Et concluditur quod neque directe, neque indirecte modo aliquo, neque metu aliquo etiam penę incurrendę, vel promiſſę per eum alteri, vel per parentem alterius contrahentis, vel extraneorum poteſt matrimonij libertas infringi Et quoad hoc correctas eſſe ll. Ciuiles.

Incidenter declaratur l. eum ità legatum & l. hoc modo de cond. & monſt.

Item. rub. & l. ult. C. d. bo. eo. qui. mor. ſib. conſci. & Rub. C. de his. que ſibi, mor. conſci.

Quomodo pronomē, ſe, reciprocum, ſeu reciprocatiuum ſit.

Quomodo aſſumitur, & dicatur forenſis alicuis loci, quis ꝓprie, & improprie.

SVMMARIVM.

Statutum Terre Santi Gemini, quod mulier non poſſit ſe nupti tradere forenſi, & ſi dederit, habet congruam dotem, cętera eius bona pertinēt ad proximiores agnatos. nu. 1

Quomodo intelligatur in illa dictione ſe. nu. 55. & ſeq.

Statutum huiuſmodi ualare uidetur tam quoad perſonam, quam quoad bona, cum ſint ſubiecta ſtatuentibus nu. 2

Contra nu. 38.

Moxime, quia rationabili cauſa factum, ut nu. 10.

Ac etiam quia non inhabilitat matrimonium, ſed diſponit circa accidentia, quo caſu uidetur ualere nu. 11.

Contra quod huiuſmodi ſtatutum non ualeat nu. 14. & pluribus ſequentibus, maxime nu. 35. & 36.

Cauſa efficiēti reddita in babili nullus effectus ſequitur nu. 3

Immo nec naturalis obligatio contrahitur tunc. nu. 4.

Statutum mandans non contrahi matrimonium inter homines diuerſarum ſectarū ſub certa pena ualet ſaltem quoad penam nu. 5

Contra nu. 39. & 40. ubi quod Mulieri conceſſum eſt iure Canonico ſe nubere homini cuiuſcunque generis & alieginę tę, dumodo non probibitę ſec.

Teſtatoris preceptum, quod Mulier non contrahat matrimonium cum certis perſonis, ualet nu. 6.

Lex laycorum, non poteſt l. diuinam immutare nu. 7.

Poteſt tamen illam diſtinguere, & aliquid ei detrahere. nu 8.

Maxime ex aliqua rationabili cauſa nu. 9.

Dumodo ſtatuentes layci diſponant circa rem ad eorū forum ſpectantem nu. 45.

Separatorum ſeparata eſt ratio nu. 12.

Conſuetudo inducens aliquid contra ſubſtantiam matrimonii non ualet, ualet tàmen ſi diſponit quoad dotem, & alia accidentalia nu. 13.

Contra nu. 48.

Matrimonium contrahendi facultas libera eſſe debet iure Ciuili nu. 14.

Niſi à cōſenſu patris, qui Iure Ciuili requiritur nu. 17.

Iure Canonico autem multo magis nu. 16.

Etiā à conſenſu patris correcto in hoc iure Ciuili nu. 18.

Immo libertas iſta neque directe, neq̄ indirecte quouis modo per Principes ſeculi impediri poteſt ex Concilio Tridentino nu. 19.

Et ex ratione clara nu. 48. 49.

Clarum reſpectu metus qui cadere poteſt in contrahentium nu 20.

Idem reſpectu metus incurrendę penę nu. 21.

Siue promiſſe uni contrahentium ab altero nu. 22.

Siuè promiſſę à parentibus eorum inter ſe nu. 23.

Siue promiſſę ab extraneo acceſſorie quod non diuerteret nu. 24.

Siue inter alterum contrahentem, & partem alterius nu. 25.

Siue appoſitę per legem laycorum etiam municipalē mulieri cōtrahenti extra certū perſonarū genus nu 26

Iudex Eccleſiaſticus inbibere poteſt ſeculari, qui cogere uellet ad penam ſtatutariam ſoluendam per eum, quod matrimonium contrhaxit contra formam ſtatuti imponendi illam penam nu. 27.

Argumentum de perſona ad tempus ualet etiam in materia matrimonij nu. 28.

Matrimonium probiberi non poteſt per teſtatorem, uel ſtatuentem tempore iure Canonico permiſſo nu. 29.

Nec etiam perſonis permiſsis eodem iure Canonico. nu. 30.

Statutum laycorum contra libertatem matrimoni non ualet ex defectu poteſtatis in tali materia nu. 31.

Matrimoniū conſtitutum à Deo in ſtatu innocentię nu. 32.

Ideo tanquam ſuper re ſpeciali layci diſponere ſuper eo non poſſunt nu. 33.

ll. omnes Ciuiles perbibentes matrimonia contrhai aliqua ſpeciali ratione, uel cauſa, correcte ſunt Iure Canonico nu. 33.

Statutum Laude probibens mulieri contrahere matrimonium cum alienigena ſub pena priuetionis bereditatis, aut maioris partis proximioribus agnatis applicanda non valet nu. 35.

Et iſ ſtatutum auferret lucrum bereditatis querendo

quic-

quicquid uelit Bal. in contrarium nu. 37.

Conſtitutio quod decimę locari nō poſſint niſi clericus nōn tenet nu. 41.

Libera uerbum denotat prerogatiuam abſolutam. non reſtrictam poteſtatem aliquo modo nu. 42.

Matrimonium per laycos non poteſt reſtringi ad certum genus perſonarum nu. 43.

l. cum ita legatum. l. hoc modo. } *de con. & demoneſtrat. procedunt tantum de iure Ciuili.*

Cauſa replendi Ciuitatem hominibus eſt honeſtatis, non neceſſitatis, ideo non ſufficit, ut layci ſtatuere poſſint contra libertatem Eccleſiaſticam nu 46.

Matrimonium filiam contrahere cum conſenſu patris honeſtum eſt, non tantum ſi nubat ſine conſenſu predicto matrimoniū erit nullū quāuis ſtatutū pœnale ſit quod filia non contrahat mat. ſine d. conſenſu ſub certa pęna nu. 47.

Statuta ſunt ſtricte intelligenda nu. 50.

Maxime contra matrimoni libertatem cum ſit iuris cōmuni correctorium, & diuini nu. 51.

Statutum correctorium iuris intelligendum eſt quatenus uerbis ſtatuti expraſſum reperitur non ultra nu. 52.

Statutum correctorium, ut corrigat quominus poteſt patitur ut uerba improprientur nu. 53.

Se, pronomen eſt reciprocum, ſiue reciprocatiuum, ſicut reciprocatur ſpiritus cum uiciſſim aſſlatur, & attrahitur, & ſiccut una unda alluens littus reciprota dicitur nu. 54.

Statutum Terrę Santi Gemini de quo ſupra in uerbo, ſe, declaratur nu. 56.

Rub. & l. ult. C. de bo. eo. qui ſib. mor. conſci. Rub. C. de his qui ſibi coſcribūt & ll. plures eius tit. } *declarantur nu. 55.*

Geminatio magis operatur nu. 57.

Filiam matrimonio ſe copulando non tenetur de neceſſitate ſequi uoluntatem patris uel Aui, de honeſtate uidetur aſtringi nu. 58.

Statutum prohibens mulierem copulari matrimonio forenſi, non prohibet copulari ei qui ex priuilegio factus eſt ciuis uel terriginam eius loci nu. 59.

Ciuis aſſumpus ex priuilegio eſt proprie ciuis eius loci in fauorabilibus ſibi nu. 60.

Fallit ſi non ſit aſſumptus per coadunationem uniuerſi populi ſed per magiſtratum tantum nu. 61.

Niſi is Magiſtratus habeat autoritatem plenam à populo nu. 62.

Forenſis dicitur qui aliunde originem habuit, quaſi foris originem & ciuitatem habens nu. 63.

Et ſi domicilium in loco habent, originem autem aliunde nu. 64.

Et horum bona diſcribuntur in libro in quo bona forenſium diſcribi iubentur in eo loco nu. 65.

Forenſis multis modis accipitur nu. 66.

Etiam ſecundum ſubiectam materiā uno, uel altero modo accipitur nu. 67.

Proprie tamē accipitur uno modo pro eo qui nō eſt aliquo reſpectu de corpore ciuitatis hoc eſt inde originē non habuit, nec domicilium, nec ciuis factuſ eſt ut forum ibi ſortiri poſſit, ſed alterius fori eſt nu. 68.

Statutum loquens de forenſi de iſto intelligi debet nu. 69.

Maxime ſi apparet ſtatuentes de hoc cogitaſſe, ut quia prohibuerint mulieres matrimonis copulari forenſi ne bona exirent in exteros, & ille aſcriptus ſit cum conditione ut ſua bona preſentia, & futura impoſita ſit ei loco nu. 70.

Dei Opt. Max. ſuffragio. implorato.

STATVTO Terrę Santi Gemini lib. 2. c. 36. cauętur, quod nulla muliee de d. Terra habens aliquā notabilem hęreditatē poſſit ex. d. Terra alicui forenſi ſe matrimonio copulare, & ſi cōtra fecerit cenſeatur, & ſit nupta cōgrua dote ſecūdū qualitatē pſonę, & patrimonij, & ei in cęteris ſuis bonis ſucedāt pximiores de familia, pvt de iure, ad illius ſucceſſionē vocabūtur.

D. Iacobus Philippus Milaneſius de d. Terra pmiſit facere, & curare ita, & taliter, quod D. Terſia eius ex filio neptis, cū erit legitimæ ętatis ſe nuptui tradet D. Curtio Stephanutij de Tudecto, & p dote & dotis nomine ex tunc dedit, & cōſignauit multa bona ſtabilia in Territorio Santi Gemini exiſtētia.

Anno Domni. 1570. 20. Aprilis in ſuo vltimo Teſtamento eandē D. Terſiā hęredē inſtituit, eique tutores, & curatores reſpectiue reliquit Illuſtriſ. DD. Cardinalē Vrſinū, & D. Virgiliū eius fratrē, ac D. Euphroſinā ſuā dilectā vxorē, & Mag.cos DD. Laurētiū Bernardini, & Hipolitū, & Torquatū d. Laurentij filios, & eueniēte caſu quod ipſe Teſtator moreretur, anteq D. Terſia legitime cōſumaret matrimonium cū ſuo futuro marito, voluit eā retineri, & ali de fructib. ſuę hęreditatis apud D. Euphroſinā pfatam D. Iuliam D. Hyppollitum, & Torquatum predictos, & D. Ridolphā vxorem d. D. Hyppoliti & penes eos, & in eorū manibus, & nō alterius perſone, quia in eis (vt dicebat) plurimum confidit.

Anno deinde 1573. die prima Nouēbris dd. D. D. Hyppollitus, & Torquatus, & eorū & cuiuſque ipſorum filij, & poſteri fuerunt creati Terrigene d. Terre Santi Gemini decreto generalis conſilij.

Deindemū functo D. Iacobo Philippo D. Tarſia eius neptis p aliqot ānos morā traxit in domib. & ſub cuſtodia dd. de Stephanutijs, eorūque prenominatis mulieribus iux. voluntatē Aui Teſtatoris, vt ſupra. Demūque cū poſtea D. Tarſia ad legitimā aetatē puenisſet, factaq; viripotēs iux. pmiſſionem Aui matrimoniū cū d. D. Curtio Stephanutio cōtraxit, & cōſumauit, cū eoq; pmanſit, & pmanet. Quib. ita ſe habētibus DD. P. Paulus, & Paulus Ioſephus Milaneſij petierūt declarari predictū matrimoniū cōtrahi nō potuiſſe, aut ſaltē D. Tarſię cōſtituendā ſolummodo congruā dotē ex hęreditate d. ſui Aui paterni, & reſiduū dā hęreditatis ad ipſos, pximiores agnat. ptinere, vigore d. ſtatuti queritur qd Iuris

1 In qua facti ſpecie videtur reſpōdendū p pdictis
2 Milaneſijs agnatis. Primo quidē, † qa ſtatutū huiuſ-
modi māōās mulierē matrimonio nō poſſe iungi fo-
rēſi cū bonis ſuis in territorio ſtatuētū ſitis, videtur
valere, & mulierē ligare, ſaltē in eo, q de bonis ipſi-
us diſponit qa quoad pſonā mulieris ſe nuptui tra-
dētis & bona ipſa negari nō poteſt, qn Iuriſdictioni
ſtatuētiū ſuppoſita ſint, circa quę ſtatuētes layci diſ-
ponere poſſūt, & ſic cauſā efficientē inhabilē red-
3 dere, † & cum cauſa efficiens reddatur inhabilis, nul
4 lus effectus ſequitur, † immo nec naturalis obligatio
contrahitur l. 1. §. ſi filius ff. de leg. 3. ut tradit ar-
guendo in cōſimili caſu an ſtat. aufert ſucceſſionē

futurã nubenti ſe extra terri:.Bal.in.l ipſis rem. nu.
7 C.ut in poſſ. legat. firmat in terminis Alex. poſt
Bal Anca.Cuma. Rom. & alios non nullos in locis
per eum citatis conſ. 151. nu. 4. li. 2.

Secundo pro iſta opinione videtur optime face
5 re l.ad jcimus C. de iurileg.l.xi. † ubi Bar.per illũ
tex. uolunt ualere ſtatutũ mandans nõ poſſe cõtrahi
matrimoniũ inter homines diuerſarũ ſectarũ ſubie
cta poena, ſi nõ quoad irritandũ matrimonium, ex
quo layci ſuper eo ſtatuere non poſſunt, ſaltem
quoad poenam, ſuper qua poſſunt layci ſtatuere.
6 Tertio id ipſum videtur confirmari ex l.cum ita
legatum & l.hoc modo ff. de cond. & demonſt vbi
preceptũ Teſtatoris, quo mulier ꝓhibetur cõtrahe
re cũ certis pſonis, dicitur ualere qa nõ videtur vidui
tatẽ inducere, cũ mulier poſſit alijs pſonis nubere
7 Quarto in eandẽ ſententiã, † quia licet lex laycorũ
non poſſit legem diuinam in totũ immutare l.cũ &
magiſtratus ff.de arbi.c.cũ inferior.de maio. & obe
8 di † poteſt tamẽ illã diſtinguere.& certis in caſibus
ei aliquid detrahere, vt patet c. á nobis & ibi not.
de deci.& not. plene l. 1. ff. de conſt. princ. & in c.
9 quę in Eccleſiarũ de conſt.† accedente maxime ali-
10 qua honeſta ratione, ut hic† quia ſtat.hoc videtur fa
ctũ fauore reip.vt diuitię remaneant in terra S. Ge-
mini, cũ reip. interſit habere ſuos terrigenas locu-
pletes, aut, vt Iud.ſine quoquo ſuff § cogitatio.& ter
sã repleri hominibus ꝓcreandis arg.l.hoc modo ff.
de cõd.& demonſt huiuſmodi ſtatutũ immutat ma
trimonij libertatẽ inductã iure diuino tantũ certis in
caſibus prohibẽdo, ne mulier nubat forenſi, merito.
11 † Quinto Iſtud ſtatutũ nõ inuehitur cõtra ipſũ ma
trimoniũ, aut eius ſubſtantiã, qa nõ dicit non valere
ipſũ matrimoniũ, ſed tantũ quoad accidentia impo
nẽdo poenã cõtrahẽti, vt habita cõgrua dote, reliqũ
ſuorum bonorum remaneat penes ꝓximiores agna
tos, merito dicitur valere, qa exactio illius poenę eſt
12 ſeparata á matrimonio,† & ſeparatorũ ſeparata eſt
ratio l.miles.§.defuncto ff de adult.c.cedoceri de re-
ſcrip.c.ad apoſtolica.de his, quę fi.á pla.&c. & uide
13 tur hoc de mẽte Imo.c.1.de ſpons.dic tis, † ꝙ licet
cõſuetudo inducens aliquid cõtra ſubſtantiã matri-
moni non valeat, bene tamen ualida eſt, ſi diſponat
quoad dotẽ, & alia accidentalia, quod etiã uoluit Ar
chi.loquẽs in ſtatuto c.bene.96.diſt. ut refert etiam
Bal.ad Rub.de cõſt.in fi.ſtatutũ iſtud, de quo agitur
nõ habilitat mat.cũ forenſi cõtractũ, ſed tãtũ diſpõit
de bonis cõtrahentis, vt patet illis uerbis, & ſi cõtra
d. formã ſe nupſerit cenſeatur, & ſit nupta cõgrua
dote ſecũdũ qualitatẽ &c.ſubdẽs & in cęteris bonis
ſuis ſuccedãt ꝓximiore de familia pro vt.¦de iure..

Cęterũ diligentiori cura matrimonij qualitate, pci
pue reſpectu libertatis, cęteriſq̃ omnibus in ꝓpoſi
to cõſiderãdis, animaduerſis, cẽſeo ad fauorẽ D. Tar
ſię, & D. Curtij eius uiri ſine dubio reſpondendũ
14 † Precipue autẽ quia matrimonia debẽt eſſe libera
eorumque contrahendorũ facultas nullo modo im
pediri poteſt, prout ſenſerũt Iuris Ciuilis Auctores
in l. Titia ff.de uer.oblig. l vlt. C.de ſpons.l.2.C. de
15 inuti.ſtip † & ideo cõditio de nubẽdo arbitrio, licen
tia, aut cõſenſu alterius adiecta legato p Teſtatorẽ
reijcitur, & legatum debetur iux.glo.Bar.& Doct.
l.filię ſnę & l.cum talę §.reſcriptum eſt arbitrio Ti
tij ff. de Cond. & demo. & l. turpia ff. de leg. 1.
16 † Iure Can. Idem clare ſtatutũ reperitur in c.cũ lo
cũ, ibi plena debet ſecuritate gaudere & c.Gẽma, i-
bi, libera itaq; matrimonia eſſe debeãt, &c.de ſpons.
vbi Abba.& alij c.ſufficiat 27.q.2.& c.vero 30.q.2
17 vbi, † licet iure Ciuili filiaſa.nõ poſſet ſe nuptui tra
18 dere ſine cõſẽſu Patris.† hoc corrigitur Iure Cano-
nico, vt matrimonia libera ſint etiã á Patris Cõſei ſu
c.2.de ſecũ.nupt.cũ multis alijs adductis p Dec.cõſ.
231.viſo caſu nu.1.& l.nuptias nu.7.& 8 ff.de reg.
19 iur.† Quinimo hanc libertatẽ matrimonij cõtrahẽ
di poſt Conc.Pariſi.c.6. de quo aliqd in c. nullus
36.q.1.ſtatuit sãcta ſino, Tridẽ.ſeſsi 24.c. de reſor.
mat.c.9.neq; directe neq; indirecte quouis modo fie
ri poſſe etiã p Principes ſeculi, quo minus mãtrimo
nia libere cõtrahãtur, & cõſequẽter metu poenę alſ.
cuius etiam amiſsionis ſucceſsionis acquiſite, vel
acquirende & ſic per indirectum, vel quouis alio
modo indirectę vi per Conc. Trid. d. c. 9. in fi.
20 † Id, q̃d Clarũ eſt reſpectu metus, q cadere poſſet
in coſtantem Virũ c. veniẽs c. reqſiſti c.cũ locũ, vbi
21 doct.& c cõſultationi de ſpons,† Idẽ reſpectu metus
22 incurrẽdę poene,† ſiue promiſſa fuiſſet vni contra-
hentiũ matrimoniũ ab altero d.c. gemma ſecũdum
vnũ intellectũ exponendo, ab ipſa, ſcilicet filia quę
23 poenã ꝓmiſerat, † ſiue á parentibus inter ſe d.c.gẽ
ma exponẽdo verbũ ab ipſa.i.gẽma matre.q ię poe
nã promiſerat ſecundũ alium intellectum Vincent.
Hoſt.Io.And.& aliorũ ibi l.3.§.eiuſdẽ de ver.oblig.
24 d.l.Titia, † ſiue ab extraneo ꝓmittẽte Poenã nomi
ne mulieris, ſi ipſa diſceſſerit, qa licet acceſſoria ſint
tamen non valet argumento l. cũ pꝛincipale de reg.
25 iur.cũ vulg.† ſiue inter alterũ contrahentẽ, & paren
26 tes alterius, eadẽ ratione,† ſiue appoſita ſit poena p
legẽ municipalẽ laicorũ mulieri contrahenti matri
moniũ extra certũ genus perſonarũ, vt hic qa neq;
p ipsã legẽ muncipalẽ impediri poteſt matrimonij
cõtrahẽdi libertas, vt aperte colligitur ex not.p Io.
And.in nouel. c.ſtatutũ ver.compellendos de hęre.
27 lib.6.† Vbi in illa q an ſtãte ſtatuto Ciuitatis, ꝙ con
trahens matrimoniũ cũ filiafa.ſiue conſenſu Patris
teneatur ad aliqã poenã, ſi corã Iudice layco ad il ã
poenã procedatur, poſsit Iudex Eccleſiaſticus ei in
hibere ſecundũ veriorem cõcludit, poſſe, qa negari
nõ poſt, quin metus poenę directe vel indirecte nõ
tollat libertatẽ mat.cõtrahendi forte cũ idoneiore,
& ibi etiam alias rationes adducit. Igitur apparet
ſtat. de quo agitur nõ valere, cũ ſit cõtra libertatem
mat. contrahendi ſaltem indirecte metu poenę.
28 Iſtud idẽ probatur,† qa valet argumentũ de perſo
na ad tẽpus & è contra in iſta materia, vt eſt de mẽ
te I.C.l ſed ſi hoc §.vltimo cũ l.ſequenti de cond. &
29 demon,† ſicuti ergo nõ poteſt p Teſtatorẽ, vel ſta-
tutũ prohiberi mulier nubere tẽpore iure canõico
pmiſſo, puta poſt 12, vſq; ad xvij. ãnos vt p multas
30 rationes cõſuluit Ceph.cõſ.319.lib.3.† ita nec per-
ſonis d. iure Canonico permiſis.

Secundo Huiuſmodi ſtatutum, nõ valuit ex qua-
31 litate ſtatuentiũ, qui carebant poteſtate ſtatuendi, †
Layci .n. qui condiderunt ſtatutũ, nequeunt ſtatue
re in materia matrimonij cũ non ſit Ciuilis, ſed Ca
nonica, & ſpectet ad Eccleſiã c.ult. de ſecun. nupt.
c. tuum de ord cong.c.laior.qui fi.ſint.legi.Canoni
ſtę c ſtatutũ de here.lib. 6. Dec. l. nuptias nu. 7. de
32 reg.iur.† Quin immo de Iure Diuino cũ matrimo-
nium conſtitutũ fuerit á Deo in ſtatu innocẽtię c.
33 ult. de ſpõ. duor.c.1.de vot lib.6.† & com.tanq̃ ſup-

ſpeciali Layci

Layci diſponere non poſſunt d. c. tuam vbi not. c.
decernimus de iudi. l. quoties vbi not. ff eo. l. Titias.
34 vſuras ff. ſol. mat. & tradit Curt. ſen. conſ. 27. nu. 2. †
& ideo omnes leges ciuiles prohibentes matrimo
nia contrahi aliqua ſpeciali cauſa, vel ratione, reci-
piunt correctionẽ á lege Canonica, eo quod leges
Laycorũ non poſsint prohibere matrimonia ad tẽ
pus, vel inter certas perſonas, vt tradunt Hoſt. Io.
And. Bnt. Ab. Panor. & alij d. c. vlt. de ſecun. nupt.
35 glo. Cin. Bal. & alij. l. 1. C. eo. & alij alijs in locis † Ex
his & alijs rationibus, quod huiuſmodi ſtatutum
prohibens mulieri matrimoniũ contrahere cũ alie-
nigenis ſub poena priuationis hæreditatis, & bono
rum, aut maioris partis applicandę proximioribus
agnatis in ſtatuto laudi conſuluit pleniſsime Calca.
conſ. 3. in primo dubio p totũ Curtius ſeni. in ſtat.
vt ſupra dictum fuit.

Nec dicatur quod predicta omnia locom habere
videantur, ſolum ad fauorem pupillorum, non au-
tem aliorum creditorum. de quibus tantum agi-
mus, quia quemadmodum tutores ij tenentur pu-
pillis, ita etiam alijs creditoribus hęreditarijs, & di
ctis mercatoribus, ꝙ & ipſi pari ratione iurare in
71 litem poterant, † cum alias in ſimili tutor hęredita
tem in conſulto ſinè inuentario adiens pro pupillo
teneatur non ſolum pupillo, ſed etiam creditoribus
& legatarijs l tutores la 2. l fi. C. de admi. tut. Monti.
de inuen. cap. 6. nu. 43. & idem in Antiphanor. nu.
72 25. † Quod hic nulla videtur habere difficultatem,
ſaltem vigore literarum exaratarum per ipſos toto
res dd. mercatoribus, quibus inſtar fideiuſſorum
pro d. Horatio ſe ſupponentes illum rectè tutorem
& adminiſtratorem legitimè conſtitutum, promiſ
ſiſſe intelliguntur, ideoque in omnem euentum vti
73 falſi tutores tenebantur, † ſicuti alias dicitur de eo,
qui falſo aſſeruit ſe procuratorē l. ſi procuratore in
fi. vbi latè Bar. ff. de condi. ob. cau. & in l. falſus
procurator vbi partiur Bar. nu. 8. C. de fur. voluit
contra tales agi poſſe actione furti, & conditione
furtiua.

Ex quibus concludimus predictos tutores in ſoli
dum teneri, neque neceſſarium eſſe beneficim ordi
nis prius d. Horatium conueniri per dd. mercatores
ſed eos agere poſſe aduerſus quemlibet, aut ſi
omnes ſoluendo ſunt, omues ſimul viriliter conue
niri poſſe.

Quoad Secoudam difficultatem an anteaquam
agatur contra huiuſmodi non gerentes tutores, ex
cutiendos ſit magiſtratus, qui fortè Horatium
adminiſtrationi tutelę prępoſuit, vel antequem con
ueniãtur ij omnes hoc eſt etiam Horatius excutien
da ſit ſaltem hęreditas Adriani, videtur, quòd
74 procedere debeat excuſsio vtriuſque, † De magi-
ſtratu videtur clarum per l. 1. §. vſque adeo ff. de
tut. & ratio. diſtrah. & per glo. quam ibi approbat
Sali. & alij communiter l. 2. C. de diui. tut. nolentem
quod prępoſitus ad gerēdam tutelam per magiſtra
tum, primo loco conueniatur magiſtratus ſi eſt ſol
uendo, ſi ſoluendo non eſt magiſtratus, demum
75 magiſtratu excuſſo, non gerens, † de hęreditate
Adriani pariter clarum videtur, quia tutores ij no-
mine ipſius hęreditatis contraxeront eamque obli
gauerunt, & merces, & pannos receptos in eius
vtilitatem conuerterunt, & mercatores in Vita
Adriani ceperunt cum eo negociari, poſt obitum
vero ipſius idem negocium cum hęredibus conti-
nuarunt, & ipſam hęreditatem obligare intellexe
runt, vt colligitur ex litteris prędictis per tutores ip
ſis mercatorib. tranſmiſsis ibi, & ſequita come di
ſopra &c.

His tamen non obſtantibus breuiter concluden
do, vbi multis opus non eſt, tenendum eſt predi-
ctos tutores conueniri poſſe, nulla predictarum ex
cuſsionum pręcedente, quod in ſummotione con-
trarium luce clarius liquebit.

76 † Non obſt. d. l. 1. § vſque adeo, & opinio glos. d.
l. 2. C. de diui. tut. quę recepta eſt comuniter, quod
tutores non adminiſtrantes conueniri non poſsint,
non excuſſo magiſtratu, quia omiſso pro nunc, an
77 iſte verus ſit intellectus d. §. vſque adeo, † Reſp. pri
mo quod tit. de conueni. magiſtrat. & Predicta
opinio communis procedit fauore pupilli quando ſcilicet
ipſe vult agere contra magiſtratum, nos vero loqui
mur, quando mercatores ij, qui negocia geſſeruot
cum tutoribus, vel hęreditate ipſa agere intendunt
quo in caſu ille titulus, & opinio prędicta non lo-
quitor, merito &c.

78 † Secundo poſito, qoud ea Iura, & opinio apta-
ri poſſent etiam ad alias perſonas, quam pupillos,
reſp. quod loquuntur, quando magiſtratus prepo
ſuit adminiſtratorem minus idoneum in conſultè
& ſine ſolennitatibus, vel ſumus in caſu, in quo nul
las partes ſuas magiſtratus interpoſuit, ſed ipſemet
tutores omnia egerunt ſine ſolennitatibus, cum
Horatius ab alijs confirmatus, & prepoſitus fuerit
adminiſtrationi, & adminiſtrauerit, nihil penitus
magiſtratu faciente, aut ſciente, vnde non debet
magiſtratus culpa alterius pręgrauare, & ceſſante
culpa, propterquã excuſsio fit, ceſſet etiã excuſsio
ſine dubio c. cum ceſſante de app.

79 † Tertio, vt tollatur omnis penitus difficultas
quoad hoc, reſp. quòd opinio, vt conueniatur vno,
vel altro caſu magiſtratus, & excutiatur receſsit
ab aula curiarum, & vſus illam non admittit am-
plius, ſed immediantè conueniuntur ipſi tutores vt
de conſuetudine iſta teſtatur Aret. d. conſ. 39. ſub
nu. 9. verſiculo pręterea conſuetudo &c. refert, &
ſequitur Clare Scis l. nu. 10. C. de tranſ. & aſſerit
valde notatu dignum Rouche. d. l. eandem nu.
225. ff. de duo. reis.

Non obſtat. quod videatur excutienda ſaltem
hęreditas Adriani, quia reſp. qood in contrarium
excitata

excitata locum habere poſſunt, quando non appa
80 ceret, an dicta hęreditas eſſet ſolnendo, † ſecus quan
do conſtat nororie eam ſoluendo non eſſe, & deco
xiſſe vt hic pro claro peęſuponitur, tnnc .n. aliqua
excuſsio non exigitue Bar. l. fin. ff. ſi cert. pet. &
in l. decem. de ver. obl. & vtrobique poſt Bar. Bal-
dus Ang. Paul. Caſtren. & alij comuniter, vt te-
ſtatue Aſiuins in praxi ciuili §. 31. in prima ampli-
atione ampl. 22. nu. 4.
81 † Secundo reſp. quod inter Mercatoes vt hic ſu-
mus, exceptio excuſsionis, que de apicibus ineis
reputatur, oponi non poteſt peoptee bonam fidem
quę inter eos exhnbeeare debet glos. §. fun. aut. de
fideius. Bal. Sal. & Paul. Caſt. l. fruſtra C. de non
nume. pecn. Bal. l. fin. ad ſi C. adl. fale. Rom. conſ.
392. circa peimum nu. 9. Barr. conſ. 366. nu. 9.
lib. 5. Bar. l. ſi fideiuſſoe §. quędam ff. man. Arer.
inſt. de acti. §. Item ſi quis in feaudem col. 6. ad fin.
verſicnlo quęro ſtatuto &c. Ias. l. ſingularia nu. 39.
ff. ceet. pet. Boe. deci. 221. nu. 15. Benue. ſtra. de
merca. quo in cau. merca. peoced. ſit tit. de except.
nu. 5. & ſeqq. latè Blanc. de compromis. pae. 1. nu.
47. Fateoe autē, qnod hniuſmodi Secunda reſpon-
ſio non eſt vſque quaque tuta quiá reſpectu ordi-
nis iudicia rij, vt ſcilicet de oedine iudicij ſit, q̄ pri-
us excutiatue peincipalis debitoe, & ideo ſi iſte or-
do peruertatue poſsit excipi de nullitate proceſſus
contra agentem, verè d. exceptio eſt de apicibus iu
ris, & ea locum habeee non poreſt in curia merca-
82 torum vt ſupra dicti aſſerunt, † ſed eeſpectu eius,
quod parſis inteeeſt non vexari, donec principalis
debitoe ſolnendo eſt, hec exceptio non eſt ſecun-
dnm apices Iueis, ſed ęquitatem maximam habet
cum valde iniquum videatue, quod donec princi-
palis debitor ſoluendo eſt, tertius conueniatur, &
hoc eeſpectu locum habet intee Mercatores, vt de
clarat Nega. de pig. & hypo. prima paete 8. par.
peinc. ſub. nu. 35. & adherent Blanc. & Benue. in
ſupra citatis locis.

Teetio, & vltimo clarius reſp. quod exceptio ex
cuſsionis tunc locum habet, quando petitur ab eo,
qui principalitee non obligatur, ſed acceſſorie in
ſubſidium argumenro aut. preſente, & ibi not. per
83 omnes C. de fideius, † ſecus quando petitue ab eo,
qui peincipaliter obligatue, quia tunc is non con-
uenitur acceſſorie, & in ſubſidium, ſed vti princi-
palis cui Luea non indulgent huiuſmodi benefici-
um, tutores iſti conueniuntue tanquā obligati prin
cipalitee ex dolo, culpa, & negligentia eo quod non
adminiſtrarnnt tutelam confecto inuentario & ſer
uatis alijs ſeruandis, vt ſupra, meritò eis huiuſmo-
di exceptio concedenda non eſt.
84 † Cęterum ſi cautius agere volnerint iſti noſtri
Mercatores, poterunt ſimul agere contra hęredes
Adriani, & ipſos tutoees & in eodem iudicio diſ-
cutietue de bonis hęreditatis pędictę & eurorum
obligatione; nec omiſsi oedinis exceptio poteeit
obſtare, vt alias in ſimili tenet Coru. conſ. 55. nu.
85 28. lib. 3. † vbi dicit in cauſa, in qua proceden-
dum eſt ſola facti veritate inſpecta, non poſſe op-
poni exceptionem excuſationis, & ea non obſtan-
te poſſe ſimul, & accumulate agi contra debito-
rem, & tertium poſſeſſorem in eodemque Iudicio
diſcuti de bonis vtriuſque ſimul.

CONSILIVM XX.

Argumentum.

De Intellectu Motus Prorij Pij Quinti; Quo cauetur, condenatū in contumaciam intra Annum captum non audiri in ſuis defenſionibus.

SVMMARIVM.

Còndemnatus in contumaciam, ſi captus ſit etiam intra annum non auditur in ſuis defenſionibus ſine literis gratie Pontificis, ex Motu Proprio Pij Quinti nu. 1.

Motus Proprius Pij Quinti adimens in contumaciam captis intra annū defenſiones, ſtrictè intelligi debet nu. 2.

Tum, quia in pęnalibus d. nu. 2.

Tum, quia adimit defenſionem iuris naturę nu. 3.

Venire ad manus Curię propriè, non dicitur, qui tranſmiſſus ad eam fuit nu. 4.

Capti alibi, quā in Territorio Pontificis intra annum, & ad eius Curiam tranſmiſsi, non comprehenduntur dicto Motu Proprio nu. 4. 5. 6. & ſeq.

Vbi verba non conueniunt, nec diſpoſitio nu. 5.

Defenſionē adimere, eſt in humanum nu. 6.

Qui pro confeſſo, & conuicto habetur poteſt allegare exceptionem, ſibi illud delictum impunè licuiſſe comitte-re nu. 7.

Demouens defenſiones ſemplic:ter, intelligitur de friuolis nu. 8.

Mens diſponentis colligitur ex ratione nu. 9.

Motus Proprius Pij Quinti tollens defenſionem condennatis in contumaciam, tollit, quę eliderent confeſſionem reſultantem ex contumacia, non eam, qua dicit, quis ſibi illud licuiſſe nu. 9. & 10.

Defenſione ſublata, non intelligitur remota illa, quę competit ex alijs ll. ſtatutis, aut Bullis Pontificum nu. 11.

Nec etiam, quę fiunt per indirectum nu. 12.

Nec, quę incontinenti probari poteſt nu. 13.

Etiam ſi generaliter, & vniuerſaliter defenſio ſublata ſit nu. 14.

Exceptio nullitatis, ſi nullo modo poteſt impedire exequutionem ex aliqua diſpoſitione, impedit incontinenti probanda nu. 15.

Idem in reſtitutione in integrum, & probatione ſublata, quia poteſt fieri incontinenti poſt lapſum terminum probatorium nu. 16.

Motus Proprius Pij Quinti adimens defenſionem in contumaciam condennatis intra annum captis, procedit, dummodo condemnati ſint legitimis precedentibus indicis, ideo dari debet copia ijs, vt inſpeciatur, an indicia predicta precęſſerint nu. 17.

Motus Proprius prędictus, & quęlibet alia ſimilis diſpo. loquens de contumacia, intelligitur de legitima, & valida nu. 18.

Et de contumacia vera nu. 19

Verus contumax eſt, qui perſonaliter citatus eſt vel domi peruenta tamen notitia ad eum per propriam ſchedulā citationis nu. 20.

Alias eſt contumax fictus, apparenter, & exiſtenter nu. 21.

Contu-

Contumax factus ſemper auditur nu. 22.
Ludouicus Sfortia Dux Mediolani dicere conſueuit, condemnatus in contumaciam, non morietur nu. 23.

AD SVM. PONTIFICEM GREGORIVM XIII.

BEATISSIME Pater,
Omni iuri, & æquitati cõ
ſentaneum videtur, ſen-
tentiam in contumaciam
latam contra Iulium Ca-
tranum, & Cirum Mene
conum laycos peruſinos
pro homicidio in perſo-
nam Octauiani Philippi
perpetrato ex Motu pro-
prio Pij V. executioni minimè mandari poſſe, eis
1 non auditis in ſuis defenſionibus, Quia licèt, † d.
Motus proprius huiuſmodi condemnatis, ſi capti
ad manus Curię deuenerint, etiam intra annum,
nouas defenſiones adimat, verba tamen, & mens
Summi Pontificis illum promulgantis, præſen-
tem caſum comprehendere non videtur, ex plu
ribus.
2 Primo quidem, quia ſuppoſito pro claro, † quod
iſte Motus proprius ſtricte & ad literam intelligen
dus ſit, tum quia in pœnalibus loquitur c. odia de
3 reg. iur. in 6. tum, † quia defenſionem iuris natu-
ræ adimit, ad clem. paſtoralis §. ceterum de re iu-
4 di. Cum verba ipſius ſint de † venientibus ad ma
nus Curię, ibi, ad manus Curię deuenerint, quę nõ
verificantur in ijs, qui capti extra territorium tranſ
mittuntur, & violenter deducuntur, quia ij non
dicuntur venire l. qui neque ff. de ver. ſignif. Rei
iſti tranſeuntes per ſtatum Magni Ducis Hetruriæ,
ab illius curia ob aliam cauſam detenti, deinde cu-
ra, diligentia, & ope inimicorum violenter Peru
ſiam tranſmiſſi, ſub diſpoſitione d. M. Proprij non
veniunt, ita in terminis Hipp. Marſ. conſ. 99. & la
tius multis rationibus, & argumentis comprobans
Rol. conſ. 60. nu. 9. & pluribus ſeqq lib. 2.
Quę deciſio hic videtur indubitata, tum quia
5 ex alio verba Motus proprij non conueniunt, † cum
illa ſint de captis a Curia Motum proprium pro-
mulgantis, ij verò ab alia capti ſint, ergo l. 4. § toties.
ff. de dam. infec. tum quia contrarium aſſerere in
6 humanum, † quia iſti intra annum, præſenti caſu eſſet
intra quem poterant ſe conſtituere, & audiri, vio
lenter priuarentur beneficio Principis eis per di-
ctum Motum proprium conceſſo.
7 Secundo Quia bannitus, † qui ex forma Conſti
tutionis habetur pro confeſſo, & contra quem ban
num, & ſententia exequi poteſt, ad hue per viam
exceptionis audiri, & exequutionem impedire po-
teſt, ſi opponat talem exceptionem, quę ſi à prin-
cipio ante bannum fuiſſet appoſita, iudicium ſuſci
pere compulſus non fuiſſet, Bar. l. non videtur in
fine de Iudi. Nellus de ban. 2 part. primi temp. in
fine, Hipp. in pract. cri. §. fin. queſt. 27 & conſ.
16. nu. 33. & conſ. 32. nu. 20. Rol. d. conſ. 60.
nu. 30. Rei iſti volunt allegare impunè ſibi d. Octa
uianum occidere licuiſſe, quę eſt exceptio eiuſmo
di, merito &c.
8 Tertio Quia, † ſummotio defenſionũ per Motu
um proprium non eſt vniuerſalis, aut nominatim
etiam legitimarum, ſed ſimplex ibi, ad nouas, ſi-
uè alias defenſiones faciendas, quo modo ſubmo-
uens defenſiones tantum friuolas, non autem alias
lege permiſſas tollere cenſetur, glo. c. ex parte il
ſecundo, quam Abb. & alij ibi ſequuntur, vt aſ-
ſerit ibi Dec. ſub nu. 4. verſiculo, & concluſio de
offic. de leg. Rei noſtri prętendunt huiuſmodi de
fenſionem, cum dicant homicidium ex bannimen
tis loci, ex ſtatuto Ciuitatis, iure communi, ac bul-
lis Summorum Pontificum ipſis permiſſum comiſ
ſiſſe, merito huiuſmodi defenſio eis ſublata per d.
Motum proprium non fuit.
Quarto Quia cum Pontifex. in d. motu pro-
prio ad remouendas defenſiones moueatur, ne fiſ-
co ſubtrahantur probationes pèr lapſum temporis
9 † & mens diſponentis ex ea ratione colligatur ad
not. per Bal. l. non dubium C. de legibus, cum
congeſtis per Crauett. de antiq temp. par. 4. ſect.
10 videamus modo nu. 18. † apparet manifeſte per d.
Motum proprium tolli defenſiones, quę tende-
rẽt ad infringendam confeſsionem delicti reſultan
tem ex contumacia, non autem quę elideret aliter
dictam confeſsionem, quemadmodum ij, qui de
lictum confitentur, atque ita nihil aduerſus confeſ
ſionem prędictam intẽdunt, ſed allegant de iure ſi
bi illud licuiſſe, quod Summus Pontifex eis nullo
modo abſtulit, & hoc puto tutiſsimum.
Quinto Iſte idem Intellectus d. Motus proprij
11 comprobatur, † quia, cum huiuſmodi defenſio
commiſsi homicidij ex alijs bullis, iure communi,
bannimentis, ſtatutiſque d. Ciuitatis con ceſſa ſit,
[illegible] creditur, & ſi opus erit deducetur
illa non cenſetur ſublata per d. Motum proprium,
cum non ſit veriſimile diſponentem velle alios Mo
tu proprios, leges, & bannimenta corrigere, vt
in ſimile tradunt Ant. But. & Imo. d. c. ex parte.
Bar. l. j §. & parui col. 2. ff. quod vi, aut clam. &
alij etiam per Dec. d. c. ex parte ſub. nu. 5. verſicu
lo Tertio fallit &c.
12 † Sexto Quia non intelliguntur ſublatę eę defen-
ſiones, quę fierent per indirectum. glo. eſt clem. j.
verb. [illegible] deprobat. vbi Card. in fine. queſt.
xj. Ancha. conſ. 271. poſt quos & alios non nul-
lus comprobat Dec. d. c. ex parte nu. 6. ſed iſti Rei
nolunt admitti ad defenſiones contra confeſsio-
nem delicti, & contumaciam directo, quinimo ſup
poſito pro veriſsimo eo, quod confeſsi ſunt per ip
ſam contumaciam, quęrunt euadere condemnatio
nem delicti per indirectum aſſerentes homicidium
illud eis permiſſum fuiſſe, merito &c.
Poſtremo hec omnia in preſenti caſu reddun-
13 tur indubitata, † quia, vt præſuponitur ex
proceſſu facto contra d. Octauianum per xj. teſtes
probatur eum homicidam, & aſſaſsinum fuiſſe,
Vnde cum in continenti ex productione d. pro
ceſſus huiuſmodi defenſio iſtorum Reorum proba

rl poſsit, ſicuti offerunt, non poteſt uideri ex d.
Motu proprio retecta, Abb. c. ſuſcitata uer. ſoleo
multum de reſtit. in integ. & c. ſuper eo in fine de
offic. de leg. & conſ. 64. col. fin. lib. .j. Feli. & Dec.
14 d. c. ex parte. Et generale eſt, † quod quęcunque
diſpoſitio reiciens exceptionē, defenſionē, vel quid
aliud generaliter, etiā uniuerſaliter, nunquā exclu-
dat, quæ incontinenti probari poſſunt las. l. iuriſ-
gentium §. quod ferè nu. 54. ff. de pact. Dec. c. an
ſit nu, 2. de Appell. & conſ. 424. nu. 6. Ab. conſ.
44. ad fin. lib. 5. Aret. conſ. 75. in fin. & Soc. ſeni.
15 conſ. 3. in fin. lib, 2. & ſpecialiter, † ſi exceptio
nullitatis, nullo modo poteſt impedire executio-
nem ex aliqua diſpoſitione, impedit tamen, ſi in-
continenti eius probatio faciēda proponatur, Bar.
l. 4. §. condennatum, ubi Rip. nu. 15. in fine de re.
16 iudi, † Idē in reſtitutione in integrū uniuerſaliter
ſublata, & in probatione eodē modo prohibita, ſi
lapſi ſint termini probatorij, ut poſsint incontinen
ti fieri, tradit Oldra. conſ. 139. in fin. Crauett. cōſ.
304. nu. 10. & conſ. 207. Corſett. in ſing. in uerb.
exceptio ſi ſtatutum tollat Dec. conſ. 467 nu, 4.
& 5. Goza. conſ. x. nu. 24. & conſ. 99. nu. 6. &
Gram. deciſ. 86. nu. 3.

Quatenus autem caſus ille compræhenſus eſſet
ſub d. Motu proprio, & Rei noſtri ſupradictis de
fenſionibus uti non poſſent, (quod non creditur) ne
17 gari non poteſt, quin † admittantur ad petendam
copiam indiciorum ad ſententiam cōtra eos latam
præcedentium, & hoc quidem ex eodem motu
proprio, qui huiuſmodi condennatos ad nouas de
fenſiones non admittit, ſi ſententię contra eos latę
legitimis præcedentibus iudicijs ad inquirendum
fuerint promulgatæ, quorum copia data apparebit,
& pro certo tenetur, ſententiam contra eos in con
tumaciam latam ſine dictis indicijs fuiſſe, meritoque
exequi non poſſe.

18 Rurſus cum d. Motus proprius ſtricte intelligen
dus ſit, dum de contumacia loquitur; de legitima,
& ualida, intelligitur l. 4. § condennatum de re.
iudi. Vnde, ut liceat uidere, an legitime Rei iſti in
contumacia conſtituti, & ſubinde condennati fue-
rint, non poteſt negari copia actorum ſuper dicta
contumacia factorum, quibus oſtenſis apparebit,
ut creditur eos non fuiſſe conſtitutos in contuma-
cia legitima, atque ideo ſententiam prędictam mi-
nime exequendam.

19 Poſtremo cum ſtrictè d. Motus proprius accipiē
dus ſit, ut ſupra, uidetur intelligi de contumace
20 uero, † qui eſt ille, qui perſonaliter citatus, uel
ad domum ſolitę habitationis, perueniat tamen ad
eum notitia citationis per ſchedulam propriam cō-
tinentem ipſam citationem, non per relationem
domeſticorum tantum Alex. l properandum § ſin
autem reus C. de Iudic. Mod. Venus. in aur. ſpec.
21 par. ult. nu. 274. & eſt ueriſsimum, † quia iſti ſunt
contumaces ficti omnino, .j. apparenter, & exiſten
ter, ut appellant Domini de Rota de dolo, & con-
tumacia deciſ. 2. in tertio membro diſtinct. ipſorū
uolentes propterea iſtos ſemper audiri l. ab eo C.
22 quo. & quando iud. Rei iſti non ſunt ita proprie
contumaces per citationem perſonaliter factam,
uel domi cum notitia ſchedulę, ſed ficti, ut ex pro-
ceſſu cum eos facto creditur conſtare merito.

Hæc licet in iure omnino clara credantur, quia
tamen in Ciuitate Peruſina adſunt Inſtigatores nal
de potentes, plurimumque fauoribus, & diuitijs
pollentes, præcipue apud Dominum Iudicem ca-
uſę, grauiter dubitatur, ne ſumpta occaſione de-
negatę audientię captis per d. Motum proprium,
dicti Rei neci tradantur, ideo pro parte dictorum
Carceratorum recurritur ad pedes Tuę ſanctitatis
ut ad cautelam, & omne dubium tollendum, di-
gnetur mandare, dicto Motu proprio non obſtā
te, ipſos Deuotos Sanctitatis eſtrę humiles Orato-
res in ſuis defenſionibus audiendos, attento maxi-
me, quod de uita duorum hominum agitur, qui,
ut Ciuitatem illam tuam homicida, & aſſaſsino
purgarent, freti impunitate, a ſtatuto, bannimen-
tis, iure communi, & á bullis permiſſa, deludi nō
debent, & quod de dāno agitur inreparabili, ideo
que Ludouicus Sforzia Dux Mediolanti in, huiuſ-
23 modi dicere ſolebat, in contumaciam condenna-
tus non morietur, ut refert Egid. Boſsi ſub tit. de
Reis perquiren. col. j. in fine, quod pro dono, &
gratia à tua Sanctitate reportabitur.

Supraſcriptis allegationibus Sum. Pontifici da-
tis, obtente fuerunt literæ, ad Reuer. Gub. Peruſi
nę, ut reos predictos ad ſuas defenſiones admitte-
ret, non obſtante d. Motu proprio, Proinde in ſua
defenſionum, ut ſupra referatis, de non nullis alijs
contra nos contigit dubitari, ſuper quibus reddita
fuerunt ſeqq. conſilia, quorum uigore tandem rei a
morte fuerunt liberati ut j.

CONSILIVM XXI.

Argumentum.

Quomodo procedat, quod Reo mortuo, de eius delicto amplius cognoſci non poteſt ad l. defuncto de pub. iud. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

Aſſaßinus poteſt occidi à quocunque impune nu. 1.
Reo mortuo, de eius delicto non agitur nu. 2.
Quod intelligitur, ad pœnam illi infligendam nu. 3.
Non ad defenſam alterius qui diceret, ſibi licuiſſe Aſſaſsinum occidere, quia poteſt talem eum fuiſſe oſtendere per uiam exceptionis nu 4.
Homicidę datur exceptio, quod ſibi licuit, homicidium illud committere, quia ille fuit bannitus, Aſſaßinus, & huiuſmodi nu. 5.
Quando ciuiliter de crimine agitur, mota accuſatione uiuo delinquente, poſtea mortuo, agi poteſt contra hæredes nu. 6.
Multo magis ad defenſam alicuius .j. tertij n 7. & 26.
Idem, quando delictum fuit uiuo illo, qui deliquit n. 8.
De delicto agi poteſt contra mortuum, quando pœna confiſcationis uenit applicanda ipſo iure nu 9.
Aſſaßinium eſt grauißimum, & atrociſsimum nu. 10.
In Atrocißimis Iudex punit etiam cadauer. nu. 11.
Aſſaßi-

Aſſaſsinium ęquiparatur crimini leſę maieſtatis nu. 2.

In crimine leſę maieſtatis proceditur contra mortuũ nu. 13

Litę conteſtata contra delinquentẽ uiuum, poteſt iudicium finiri poſt eius mortem nu. 14.

Indubitatum in priuatis delictis ad pęnã pecuniariã nu. 15.

Idem in publicis ad pęnã pecuniariã nu. 17.

Paria ſunt, litẽ conteſtatã eſſe, uel non, quando conteſtatio non requiritur nu. 16.

Quando pęna delicti mixta eſt, hoc, eſt pecuniaria, & corporalis. lite conteſtata cum delinquente uiuo. multo magis concluſo in cauſa finiri poteſt poſt eius mortẽ nu. 18.

Etiam ſi ageretur ſecundario, & acceſsione ad pęnã corporalẽ nu. 19.

Indubitatum, ſi concluſum ſit in causa Reo uiuo nu. 20.

Concluſio in cauſa, & ſententia ęquiparantur nu. 21.

In criminalibus non concluditur in cauſa per partes n. 22.

Concluditur tamen per legem nu. 23.

In notorijs proceditur contra mortuum nu. 24.

Notorium ęquiparatur ſententię nu. 25.

Hęres poteſt petere, declarari defunctum non commiſiſſe delictum, ad pęnã euitandam nu. 27.

Item ẽ contra pro intereſſe Tertij peti poteſt declarato via delicti commiſsi nu. 28.

Multo magis ad pęnã corporalẽ tertij euitandã nu. 19.

Obtentum fuit, & mandatum procedi adulteriora ſuper prędicta defenſione, non obſtantẽ, quod pratenſus homicida, & Aſſaſsinus eſſet mortuus.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVOD ij. Rei DD. Cirus Maniconus, & Iulius Catranus de homicidio in perſonam Octauiani Philippi imputati, & carceribus ob id detenti ad mitti debeant ad probandam exceptionem per eos appoſitam, nẽpe prędictum Octauianum Homicidam, & Aſſaſsinum

1 fuiſſe, † & propterea, tam ex forma c. j. de homici. in ſexto, quam etiam ſtatutorum Peruſi. Bannimentorum, ac Motuum propri. ipſis illud impune committere licuiſſe, caret pęnitus omni dubitatione.

2 † Licet .n. Reo mortuo amplius de eius delicto agi non poſsit l. defuncto ubi glo. Bar. Alb. Ang. Imo. & comuniter Doctores ff. de pub. delict. l. iij. ff. eod. ſecundum ueram lecturam l. in Senatus conſultum §. ſi propter ff. ad turpilia. l. ex iudiciorum in princ. ff. de accuſ. c. quorundam 22. diſtinctio.

3 glo. c. j. 23. quęſt. 2. & Doct. mille in locis † Iſtud tamẽ intelligitur quando aduerſus mortuũ quis inſtituere uellet iudicium ad pęnam illi inſligendã ut loquitur d. l. defuncto ibi, pęna extincta, & d. l. ex iudiciorum ibi, pęnę bonorum &c. & ita

* Doct. omnes comuniter * vbique intelligunt, dum ſemper quęrunt, an Reo mortuo pęnę pecuniarię delicti tranſeant in hęredes, iux. l. pupillum §. in hęredes ff. de reg. iur. uel aliæ perſonales in cadauer mortui exerceri poſsint ad not. per Ang. l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. ubi Alex. nu. 3. Ias. nu. 2. & Dec. nu. 8. idem Dec. l. imperium nu. 3. Curt. Iun. nu. 34. Bolo. nu. 37. de iuris. om. iudi. qui omnes prędicta ratione inuehunt in iudices maleficiorum

4 qui iubent cadauera delinquentium ſuſpendi, † ſecus autem quoad cognitionẽ delicti illius, qui mortuus eſt, ſolummodo ad defenſam alicuius, qui dicit ſibi impune licuiſſe illum occidere, quia homicida, bannitus, vel Aſſaſsinus erat, ut hic, quia hoc caſu nullo iure, nulla lege per uiam exceptionis, & ad defenſam tantum cognoſci de crimine iam mortui prohibetur, quinimmo apertiſsime

* permittitur, omnes .n. comuniter * fatentur homicidæ permitti plures exceptiones ad ſui defen-

5 ſionem, inter alias autem illa pręcipua eſt, † quod ſibi licuerit impune homicidium committere, ut furem, Adulterium, Bannitum, Homicidam, Aſſinum, & huiuſmodi quorum aliquos occidere licet iure comuni, aliquos ex forma aliquorum ſtatuorum, ut pro indubitato Clar. in terminis in homicida ſent. recep. lib. 5. §. homicidium uerſ. ultima, & latius §. fina. queſt. ſi. uers. quęro nunc. Hæc autem exceptio fruſtra concederetur homicidæ, ſi denegaretur eius probatio, cum nullus dari poſsit caſus, in quo non tractetur de huiuſmodi exceptione probanda Reo defuncto, ſi præſupponimus excipientem ita illum occidiſſe, & certe aliter intelligere eſſet omnino ridiculum optime facit, quia ſi interſit hęredis ſententiã ferri ꝓ purganda infamia defuncti, poteſt hæres inſtare quod ſententia feratur poſt mortem, Bal. l. 1. col. 2. C. ex delict. defunct. per l. filiæ §. fęmina ff. de adim. leg. Aug. d. loc. nu. 47. ergo ita etiam fui pro intereſſe iſtorum reorum de homicidio Octauiani mortui cognoſcendum, ut dicam .j. in fine conſilij.

6 † Secundo Quando agitur de crimine ciuiliter, ſine dubio defuncto delinquente etiam contra hęredes agi poteſt, & delictum probari, ſi eo viuo ſaltem accuſatio mota eſt, vt eſt tex. l. ex iudiciorum in fin de Accuſa, quem ita intelligit glo. ad d. l. defun

7 cto & Bar. etiam ibi in fin. † ergo multo magis, aut ſaltem ęquà agi poterit ad probandum delictum ſolummodo ad defenſionem alterius, quo in iudicio non agitur ad extorquendum aliquid ab hęredibus defuncti. prò vt in illo ciuiliter intentato.

8 † Tertio Quando delictum alicuius eo viuo probatum eſt, etiam eo poſtmodum mortuo, de eo agi poteſt ad penam bonorum fiſco applicandam, quia probatio liquida ęquiparatur ſententię. Bal. l. vnica nu. 3. C. ex delic. defuncti &c. In preſenti caſu delictum homicidij, & Aſſaſsinij ipſius Octauiani eo viuo probatum eſt, vt conſtat ex proceſſu in Egina, Maceratenſi, & Romana Ciuitatibus contra eum agitato, & Domino Iudici oſtenſo merito &c.

9 † Quarto Quando pęna bonorum confiſcationis ipſo iure, aut facto, fiſco venit applicanda, vt hic, d. c. .j. de homic. in 6. ac etiam ex forma ſtat. Perus. & bannimentorum, agi poteſt de delicto contra mortuum, Sal. l. j. col. j. ad fi. C. ſi reus. val accus. mort. fuerit, & poſt innumeros pro comuni ponit Ant. Gomes tom. 3. delic. c. 1. ſub. nu. 80. verſiculo ſextus caſus eſt, ergo hic non eſt dubitandum poſſe agi.

10 † Quinto ineuitabilius, delictum aſſaſsinij eſt cō
numeratum inter gra uiſtima, & atrocisſimae. t. ubi
11 om nes adnotant de homi in 6. in † grauiſsimis au-
tem deli ctis, & atrociſsimis clarum eſt, quod poſt
mortē Iudex poteſt imponere pęnā etiā cadaueri,
delinquente etiā uiuo non cōdennato, arg. c. mulier
n, queſt. .j. ubi animal occiditur propter delictum
cōmiſſum cum eo contra naturā, Item arg c. cū ad
monaſterium de ſtat. mona. ubi Monacus repertus
poſsidere aliquid poſt mortē, ſepillitur in ſterquili-
nio in ſignū ſuę perditionis, & ſic poſt mortē puni
tur, ut not. ibi Doct. tenet hoc glo. ſingularis l. a. ff.
arb. furt. ceſa; quā ſequitur pro ſingulari Rom. l. 2.
C. qui teſt fac. poſſ. & l. ſi uero § de uiro. 46. fallen.
nu 79 Imo d. l. defuncto col. 1. Augu. Arim. ad Ang.
de Maleſ. uer. qui iudex uidens nu. 48. & in ult.
• par. col. fin. & fatetur eſſe communem • & obſer-
uatā opinionē, licet eam in ſtricta diſputatione pun
gat, Ant. Gomes. d. c. .j. ſub nu. 78. & ſeq. uerſ.
quod tamen limita, dicens tandē abea non eſſe ullo
12 pacto recedendū, & hoc uidetur indubitatū, † quia
aſſaſsinū ęquiparatur crimini lęſę maieſtatis, Ge-
13 mi c. .j. de le. in 6. Gram. uot. 9. nu. 2. † in crimine
lęſę maieſtatis proceditur contra mortuū l. pen. &
fi. C. ad l. Iul. maie. d. l. ex iudiciorum, merito &c.
14 Sexto ad huc ualidius, non eſt dubium poſt li-
tem conteſtatam contra delinquentem uiuum ſu-
per delicto per eum commiſſo, iudicium poſt eius
mortem finiri poſſe, Caſo. tit. qui accuſ. poſſ. cap. 2.
15 nu. 2. Quod quidem in delictis priuatis, quando
agitur ad pęnam pecuniariam contra hęredes de-
linquentis nullam prorſus dubitationem habet l.
ex iudiciorum ad fin. de accuſ. l uni. C. ex deli. de
fun. §. nō autem omnes Inſtit. de perpit. & temp.
• actio & utrobique • communiter Doct. ut intelligit
& teſtatur idem Ant. Gomes. d. c. .j. ſub nu. 84.
uerſ. item adde, quod prędicta in caſu pręſenti nō
ſolum lis conteſtata erat ante mortem delinquentis
uerum etiam uentum erat ad Citationem ad ſentē-
tiam, ut in actis probatum, extitit, merito &c.
Nec dicatur non poſſe dici litem conteſtatam,
16 cum actum ſit contra abſēnē, † quia in caſibus, in
quibus non requiritur, ut eſt quando pęna infertur
ipſo iure, ut pre ſupradicta, nihil refert, an. lis
ſit conteſtata Bar. d. l ex iudiciorum ſub nu 3. uerſ.
breuiter. in fi. maxime ſtante ſtatuto, quod con-
tumax habeatur pro confeſſo, ut hic ad not. per
17 Bar. d. l. ex iudiciorum col. 2. † Minus dicatur hæc
procedere in priuatis delictis, nos eſſe in publico
quia non ſit differentia quando agitur ad pęnam
pecuniariam cum ſit eadem ratio ex mente omni-
• um • communiter.
18 † Settimo quando pęna delicti mixta eſt, videli-
cet, corporalis, & pecuniaria ęquè principaliter
lite cępta, & in cauſa concluſione facta, aut ſaltē
conteſtata cum delinquente uiuo, ſi ipſe moriatur
ſententia ferri poteſt ſine dubio l. fin. C. ſi reus uel
accu. mor. fuer. l. 3. C. ſi pen. app. & utrobique,
Bal. Salic. & alij Doct. Aret. in tract. maleſi. uer.
qui dominus Iudex nu. 41. Cin. l. fin. C. de Adult.
19 quinimmo iſto caſu hoc idem tenetur, † etiam ſi
ad pęnam pecuniariam agatur ſecundario, & ac-
ceſſorie ad corporale Bal. l. .j. col. 2. nu. 3. ibi, plus
uidetur dicendum C. ex delict. defunct. Ang. de
maleſ. uer. eius bona publicamus col. 1. nu. 4. Aug.
Arim. ad Ang. Aret. d. loc. uers. & aduerte quia
20 dominus, † & quando concluſū fuit in cauſa Reo
21 uiuo dubium non eſt, quia † concluſio in cauſa, &
• ſententia ęquiparantur, ſecundā communem • Iaſ.
l. naturaliter § nihil commune nu. 112. de acqui. poſ
ſes. Hippo. ſua pract. crimi. §. ſequens quęſtio, &
l. 1. § fin. nu. 18. & l. maritus nu. 27. ff. de queſt.
Dec. l. edita nu. 33. C. de eden. Rip. l. admonen-
di nu. 48. ff. de iureiuran. Alexandri d. §. nihil co-
mune nu. 268. & ſeq. Aſini. in praxi. ciuil. Iudicio
rum §. 23. lim. 10. nu. 2. ubi multos alios ad id al-
legat, & in terminis noſtris Alba. conſ. 10. nu. 3. In
caſu pręſenti non ſolum lis conteſtata, uerum etiā
fuit in cauſa concluſum, & uentum ad citationem
ſententiæ, ut ſupra merito dubitandum non eſt ad
finem iudicij, & ſententiam contra mortuum de-
ueniri poſſe.
Nec dicatur hic non fuiſſe concluſum in cauſa
ex eo, quod in criminalibus nō concludatur, Rom.
22 conſ. 176. cum ſim. † Quia Reſp. hoc uerū quoad
propriam, & ueram concluſionem in cauſa, quæ
ſit per ipſos litigatores, & iudicem iux. tradita per
Iaſ. d. l. admonendi prima lect. nu. 40. & ſecunda
23 nu. 58. † Secus quoad eam, quæ per legem ipſam
communem, ſiue municipalem ſit, Bal. l. ſi accuſa-
toribus col. fin C. de accuſ. in caſu noſtro facta fu
it concluſio per ſtatutum diſponens, quod contu-
max habeatur pro confeſſo, & conuicto, ut in ſtat.
Peruſ. lib. 3. rub. 5. §. ſi uero &c. ut in terminis
tradit Bal. d. l. j. & concludit ęgregie Alba. d. conſ.
9. nu. 4.
Octauo eadem ſententia tenenda eſt ſine du-
24 bio hic † quia homicidium, & aſſaſsinium commiſ
ſum per Octauianum fuit perpetratum in loco pu-
blico, in conſpectu plurium perſonarum, ut con-
ſtat ex proceſſu in Egina, Maceratenſi, & Roma-
na Ciuitate fabricato, quo caſu delictum dicitur no
torium, in notorijs autem poteſt procedi contra
mortuum, ſicuti, quando lata eſt ſententia, ſaltem
25 quoad pęnam pecuniariam, ergo, & in notorio,
quod ſententiæ ęquiparatur l emptorem in princ.
ff. de Act. empt. ita arguit, & concludit idem Al-
ba. d. conſ. 90. nu. 5.
26 Poſtremo, ut omnis pęnitus difficultas remo-
ueatur, quod mortuo Reo de eius delicto cogno-
ſci poſsit ad inſtantiam tertij excipientis de eo de-
licto, allego tex. l. filio expartc § ſcia ff. de adim.
legat. cum glo. uer. acta eam, ibi ciuiliter excipien-
do &c. quæ ita intelligit, & declarat illum tex. quā
ſequitur Sal. d. l. .j. ſub nu. 2. uerſ. & ideo glo. C.
ſi reus uel accuſ. mor. fue. Franc Mar. deciſ. 777. nu.
27 4. † ubi ſtringendo arguit, quod ſicuti hęres defun
cti poteſt petere declarari defunctum non commi
ſiſſe delictum, ſecundum Bal. l. uni. C. ex deli. de-
28 ſunct, † ita econtra pro intereſſe tertij peti poteſt
ferri declaratoria delicti, ne iudicium claudicet, &
eſt ueriſsimū, qui textus & Doctrina Glo. & Salice
ti in propoſito noſtro faciunt ineuitabiliter á for-
29 tiori. † quia cum illa loquantur in eo, qui vult pro
bare exceptionem ſuam ad euitandam ſolutionem
pro qua ciuiliter agebatur, quanto magis hic, ubi
Rei uolunt probare exceptionem ad defenſionem
ipſorum, ad euitandam mortem?

CON-

CONSILIVM XXII.

Argumentum.

Statuta,Edicta,ſeu banna,& conſtitutiones, quæ permittunt bannitos impune occidi quibus in caſibus locum habeant, & quando ad occiſos in alieno territorio extendantur.

Centurio quã autoritatẽ in ſuos milites habuerit antiquitus, & hodie habeat. Et an occidere poſsit ſuos milites, a quibus offenditur.

Militaria priuilegia an conceſſa intelligantur etiam militibus noſtri temporis, & quibus.

Defenſio quando,& quibus permiſſa ſit in iure. occiſo aliquo a pluribus an omnes teneantur de homicidio, & an pena, ordinaria vel extra ordinaria.

SVMMARIVM.

Statutum permittens. homicidam impune occidi, intelligitur de eo qui commiſit homicidium dannatum, & pena ordinaria punibile nu. 1.

Falſum nu. 38.

Miles nõ defendens ſuũ centurionẽ, punitur capite nu. 2.

Intellige quando Centurio eſt in periculo uitæ nu. 43.

Miles tenetur obtemperare iuſſui ſui Centurionis nu 3.

Contra nu. 52.

Vel uerum in rebus licitis, ſecus in illicitis nu. 53.

Vel uerum, ſi non facit ſua priuata cauſa nu. 57.

Centurio cognoſcit de delictis ſuorum Militum nu 4.

Miles inijciẽs manus in ſuũ centurionẽ, punitur capite n. 5.

Verum, ſecundum precepta rei militaris antiqua, & in deſcriptis in matricula nu. 44.

Fallit in inſultato à centurione, quia poteſt ſe defendere nu. 47.

Militi licet defendere ſuum centurionem, qui ab alijs offenditur nu. 6.

Maxime ad euitandam penam ordinariam nu. 7.

Fallit, quando id factum eſſet ad uindictam nu. 58.

Homicida, qui alias ex ſtatuto impune poteſt occidi, intelligitur poſt ſententiam declaratoriam nu. 8.

Fallit, ſtante ſtatuto, quod occidi poſſit abſque declaratoria nu 72.

Fallit in homicida notorio nu. 73.

Maxime ſi omnino notorium ſit nu. 74.

Maxime ſi notorium ſit ex actis nu. 75.

Maxime ſi occidatur bannitus ante declaratoriam, & poſtea probetur ueritas notorij nu. 76.

Maxime quando factum in ſe dubium eſt nu 77.

Fallit reſpectu effectuum exequutiuorum, qui nõ requirunt miniſterium Iudicis, ſed priuatis hominis nu. 78.

Fallit in bannito non declarato contra quem factus eſt proceſſus, probatum delictum, & deuentum uſque ad ſententiam excluſiue nu. 79.

Maxime concurrentibus fama condennationis illius bãniti, & condennatione ſociorum criminis nu 80.

Fallit, ſi feratur ſimul ſententia declaratoria, aliquem homicidam fuiſſe, & impune occidi potuiſſe, quia ita ferri poteſt, quando quis punitur ipſo iure nu. 84.

Statuta non porrigunt uires extra territorium nu. 9.

Hoc uerũ. reſpectu Iudicis alterius Territorij, ſecus reſpectu Iudicis eiusdẽ Territorij, quia locũ habet cõtra pſonas illius Territorij delinquentes alibi nu. 18. & 19.

Item, ſecus, quando aliud territorium eſt ſub eodem Principe nu. 20.

Notorium, & ſententia nõ equiparantur quoad extraordinarium effectum nu. 10.

Etiam in aſſaſsinio, crimine atrociſsimo nu. 11.

Bannitus toleratus non poteſt impune occidi ſtante ſtatuto. quod banniti impune occidi poſſint nu. 12.

Contra .j. nu. 88.

Vel non procedit poſt occiſum bannitum. quando agitur de defendendo illum, qui occidit bannitum nu. 89.

Vel non procedit niſi toleratus ſit ſcienter à ſuperiore ita, ut promotus ſit ad honores, magiſtratus, & alia concedi ſolita non bannitis nu. 90.

Vel hodie in ſtatu Eccleſiaſtico nõ pcedit. cũ nec expſſe poſſit inferior à Principe concedere, ut tollatur nu. 91.

Bannitus ad uindictam occidi non poteſt, ſtante ſtatuto, quod banniti impune occidi poſſint nu 13.

Contra ſecundum communem, & ueriorem ſententiam, & in practica obſeruatam nu. 92.

Statuto Peruſino permittitur, impune occidi bannitus, uel homicida nu 14.

Et conſuetudine ſeruatur nu. 35.

Stat. generaliter loquens, debet generaliter intelligi n. 15.

Statutũ loquens de cõdennando, intelligitur ſiue ordinaria ſiue extra ordinaria pena condennandus veniat nu. 16.

A dolo qualibet cauſa excuſat nu 17.

Homicidam non bannitum licet occidere ex edictis, ſiue bannimentis legatorũ Peruſię nu. 21 & ſtatuto Peruſino nu. 38.

Verbum, dicti, eſt repetetiuum praecedentium nu. 22.

Copula, & ponitur inter diuerſa nu. 23.

Copula, & requirit cõcurſum omniũ copulatorũ nu. 24

Fallit, quando ponitur inter duo adiectiua nu. 25.

Maxime in materia fauorabili nu. 26.

Diſiunctiua ampliat & diſiungit nu 27.

Maxime quando gradatim oratio procedit nu. 28.

Edicta legatorum à latere ſunt perpetua nu. 29.

Conſtitutiones Marchiæ Anconitanæ permittunt occidi impunè homicidam notorium, & qui dicatur notorius homicida nu 30. & 31.

Motus pprius Pij Quinti pmittit occidi homicidã nu 34.

Qui promittit premium occidenti hominem, vel bona occiſi auſert, Aſſaſſinus dicitur nu. 33.

Aſſaſſinus eſt diffidatus à toto ſtatu Eccleſiaſtico & impunè poteſt occidi nu. 34

Etiam ſi non ſit declaratus Aſſaſſinus ab homine nu. 72 & ſeq.

Statutum vſu receptum, debet obſeruari nu. 36.

Statutum. quod bannitus poſſit impune occidi, intelligitur de proxime banniendo nu. 37.

Bannitus poteſt impune occidi ex forma ſtatuti, etiam ꝙ illegitime bannitus ſit, dummodo occidens probabiliter ignoret nu. 39.

Idem, ſi bannitus dicat, ſe habere ſaluũ conductũ nu. 40.

Nemo tenetur credere poteſtationi alterius in eo, quod ſibi regulariter licet nu 41.

Fallit quoad pœnam extraordinariam nu. 42.

Priuilegia militaria non intelliguntur conceſſa Militibus ſtipendiarijs hodierni temporis nu 45.

Niſi illis. qui pro chriſtiana religione militant, ut ſunt Milites Hieroſolymitani, & ſimiles nu. 46.

Teſtis à parte productus contra eum probat nu. 48.

Nemini licet uindictam ſumere nu 49.

Centurioni non licet occidere eum, qui ipſum offenderat, ſed capere, & Principe conſulto de eo ſupplicium ſumere nu. 50.

Intellectus l. omne delictum ff. de re. milita. nu. 51.

Teſtis ſingularis non probat nu. 54.

Teſtibus pluribus ad ſui commodum, uel honorem deponentibus non creditur nu 55.

Nec deponentibus contra diſpoſitionem Iuris nu. 56.

Verba ſunt earum, quę in animo ſunt paſsionũ notę nu. 59.

Verba iſta, dateli, che m' hà ferito, ſunt uerba vltionis nu. 60.

Eodẽmodo, uerba iſta, amazzatelo amazzatelo nu 61.

Verba iſta, nõ m'aſſaſsinate, ſũt uerba inſtãtis pi[c]uli nu 62.

Defenſio cuiq; permiſſa eſt nu 63.

Dummodo defenſio ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ nu. 64.

Inculpata tutela dicitur quando aliquis ſe defendere aliter nequit nu 65.

Et quando proportionata eſt defenſio, ut ſi pugnus pro pugno detur nu. 66.

Culpata defenſio dicitur, quando infertur mors pro uulnere nu. 67.

Item, quandoquis euaſit periculum nu. 68.

Excedens modũ inculpatæ tutelæ punitur extraordinariè nu. 69.

Fallit in eo, qui facit ad uindictã, quia ordinarie nu. 80.

Fallit, quando exceſſus eſt animo deliberato, quia ordinaria pęna imponitur nu 71.

Delinquens iuſto dolore, extraordinem per Iudicem puniri poteſt nu. 81.

Siue dolor proueniat ex facto eius in quẽ delinquitur nu. 82.

Siue facto alterius nu. 83.

Quando uaſallus ipſo iure feudo priuatur, directus dominus poteſt feudum concedere alteri, & poſtea declarare Vaſallum cecidiſſe nu. 84.

Rebellis, qui ipſo iure punitur, poteſt impune occidi, & homicida contra eum in iudicio intentato liquidare poteſt illum rebellem fuiſſe nu. 85.

Quando agitur de defendendo aliquem à pena homicidij, admittitur exceptio, quæ alias nõ admitteretur nu 86.

Occidens bannitum, ſi non audet comparere, poteſt alius probare illum fuiſſe bannitum, quo conſtito, Iudex non debet ulterius procedere cõtra homicidam, ſed illum abſoluere nu. 87.

Occidens aliquem in rixa caſu exorta, non animo deliberato, extra ordinem punitur nu 93.

Quando plures unum occidunt, & non conſtat, qui vulnus lethale intulit, vel tantum principalis aggreſſor pæna legis Corne punitur, vel nemo nu. 94.

Occidens bannitum rebannitum, quem tamen ipſe ignorat rebannitum eſſe, punitur tantum extra ordinem, ex eo ꝙ negligens fuit in ꝑquirẽdo. an eſſet rebannitus nu. 95.

Occidens bannitum nulliter, punitur extraordinem, quia non perquiſiuit de ualiditate banni nu. 96.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVòd D. Cirus Meneconus, & D. Iulius Cattanus in contumaciam condennati pro homicidio Commiſſo in perſona Octauiani Philippi, & nuper ad legitimas eorum defenſiones admiſsi, Condennationis exequtionem effugere non poſsint, ſub pretextu, quod Octauianum homicidam occiderint, ex Dubijs excitatis (quo breuius fieri poteſt perſtringendo) videtur colligi poſſe ex infraſcriptis.

1 Primo quidem, † quia Edicta, ſiue (ut appellant) bannimenta, ſtatuta Ciuitatis Peruſię, ac etiam Bullę ſummorum Pontificum, quę permittunt homicidam impune occidi, intelligendę videntur de eo qui Commiſsit homicidium damnatum, prohibitum, & pęna ordinaria homicidij punibile, vt apertè id ipſum exigere videtur ſtat. Peruſ. lib. 3. rub. pęna mortis, & videtur eſſe rationi conſonum, ne, ſi intelligeretur de quolibet homicida, comprehendatur etiam is, qui alias impunè bannitum, ad ſui neceſſariam defenſionem alium occidiſſet, contra tex. i nam abſurdum de bo. lib. cum vulg. huiuſmodi autem non erat Octauianus á predictis Ciro, & Iulio occiſus, merito &c.

Quòd autem Octauianus non eſſet homicida puniendus pęna ordinaria homicidij, colligitur. Primo quia licet ipſe prius occidiſſet Franciſcum ſigniferum Capitani Guidonis Aſiſienſis, ſub quo etiam ipſe militabat, id tamen ſibi licuit, cum pro defenſione ſui Centurionis, prepoſiti, ſiue Capitanei qui vulneratus á d. ſignifero, in diſcrimine vitæ poſitus fuerat, non alia de cauſa, vt ex proceſſu

2 probati videtur, † immo, ſi id non egiſſet, capite plectendus fuiſſet l. 3. §. fin. & l. omne delictum ff. de re. mili. & videtur voluiſſe Mart. laud. in tract. de mili. q. 49. Claud. Cote. pariter eo. tract. de mili. lib. 3. c. 7. poſt medium, & inde per totum,

Secundo id ſibi licuiſſe facile colligi poſſe vide-

3 tur, † ex eo, quod ad mandatum d. Capitanei ſui prepoſiti, dicentis, Amazzatelo, Amazzatelo, illud homicidium perpetrauit, cui obtemperare neceſſe erat, Eſdrę c. 7. in fi. Reg. lib. primo C. 14. c. 2. de maio. & obed Vbi Feli. col. 2. Bal. conſ. 367. & 376. lib 3. Aymo. conſ. 233. nu. 3. cum multis citatis per Meno. de qq. ar. iud. caſ. 365. col. prima per totam.

4 † Nec videtur dubitãdum id licuiſſe Capitaneo ſiue Centurioni non ſolum ex legibus ſupra allegatis verum etiam ex diſciplina militari hodierni temporis, de qua atteſtatur Capitaneus Scipio Corbinellus, qui plenè de huiuſmodi authoritate Capitaneorũ in ſuos ſtipendiarios milites in ꝓceſſu examinatus atteſtatur, & videtur eſſe clarũ hodiè de cõſuetudine, de qua teſtatur Boſſ. de Cuſto. cleri nu 29. Iul. Clar. recep. ſent lib 5. §. fi. q. 35. verſiculo quęro modo &c. vbi dicunt Capitaneos hodiè ſolere congnoſcere de omni delicto ſuorum militum ſtipendiariorum.

Qanrto

Quarto Quia, cum ſignifer ille manus iniecerit
5 in prepoſitum, ſiuè Capitaneum ſuum, † ex quo ra
ptie puniendus veniebat, d. l. 3. § fin. d. l. omne
delictum & tradunt Doct. ſupra allegati, licitè po
tuit occidi, iubente ſaltem Capitano qui de eo ſup
plicium ſumere potuiſſet.

Quinto Quia probari videtur ex plurimorum de-
6 poſitionibus, † prędictum ſigniferum, non ſolum
authorē rixe, ſine inſultus illius fuiſſe, verum vul-
neraſſe ſuum prepoſitū in manu dextra, in terram
proieciſſe, eūque in diſcrimine vitę poſuiſſe, quo
caſu tam ipſi Centurioni, quam eius ſocijs, militi
bus que, inter quos erat d. Octauianus ſine dubio
ad neceſſariam vitę defenſionem vim vi repellere
aggreſſorem, offenſoremque illum etiam occiden-
do, defendere licuit l. vt vim. vbi late per omnes ff.
de iuſt. & iur.

Sexſto Quia quatenus d. Centurioni offenſo, aut
eius militibus homicidium illud omnino impune
7 committere non licuiſſet, † videtur tamen negari
non poſſe, quin ſaltem ij, á pęna ordinaria homi-
cidij excuſandi venirent, non ſolum ex ſupra
dictis legibus, & authoritatibus, verum etiam, quia
tam d. Centurio, quam eius milites ad defenſio-
nem id fecerunt, & ſi exceſſerunt terminos incul-
patę tutelę, extra ordinem puniendi erant, non or
dinarie Bal. d. l. vt vim col. fin. verſiculo cogno
ſcunt autem. vbi Dec nu. 18* qui multos ad id citat,
preſertim Rom. Sing. 3. Affli. decis 206. Boer. de-
cis 141. nu. 7. in fi. cum alijs citatis per Meno. de
qq. ar. iud. caſ. 178. nu. 2. & quod pęna tantum ex
ordinaria Octauianus veniret plectendus, apparet
ex ſententia d. Capitanei Guidonis, qui iuſſerat il-
lum occidi, qua fuit relegatus ad tempus in inſu-
lam Melitam, ac etiam ex alia ſententia Mazzolę
qui ad homicidium predictum manus appoſuit,
pariter extra ordinem puniti, vt in proceſſu Cauſę
apparet. Quo ſtante, cum pęna mortis Octauianus
afficiendus non eſſet, non potuit occidi impunè á
dd. Ciro, & Iulio, cum Banna, ſtatuta & conſti-
tiones permittentia homicidam occidi, intelligi vi
deātur de eo, qui pena ordinaria afficiendus veni-
ret, vt ſupra dictum fuit in principio.

Secundo Principaliter eſto, quod Octauianus
fuerit homicidia puniendus pęna mortis ordinaria
8 homicidij, † quia tamen non erat ſententia iudi-
cis pro tali condennatus, ſaltem declaratoria facti,
quę ſemper requiri videtur c. cum ſecundum de hę
* re lib. 6. & ibi omnes communiter * Feli. poſt alios c.
rodulfus nu. 35. de reſcrip. omnium latiſsime Ti-
raq. ad l. ſi vnquam glo. reuertatur nu. 400. C. de
reuoc. donat.

Nec quicquam facere videtur ſtat. Perus d. rub.
134. & alibi, quod d. declaratoriam reicere vide-
9 tur, † quia pro Curia reſp. illud non extendere vi-
res ſuas ad homicidium extra territorium ſuum in
Ciuitate Egina perpetratum, iux not l. fin. de iu-
riſ. om. iud.

Nec dici poſſe videtur, quod homicidium erat
10 notorium, quod ſententię equiparatur, † quia quo-
ad hunc extraordinarium effectum non ęquipara-
tur l. quicunque C. de malef. Bar. l. libertas de ſtat.
homi. quem ſequitur Nellus. de banni. Quarta par.
11 primi tempo. nu. 8. † Quod receptum eſſe dicitur
etiam in Aſſaſsinio Crimine atrociſsimo, ſecun
dum Archid. c. 1. de ho. lib. 6. col. fin. Io. And.
* col. 4. Alex. qui de communi * teſtari videtur conſ.
166. nu 5. lib. 6. Gab. lib. 7 conclu. 1. nu. 36. Monti.
in ſua praxi. 8. regula nu. 19. qui multos id tenen
tes congerit & licet Pau. Caſt. l. 3. §. ſi ſeruus ff. de
acq. poſſ. tenere videatur, proxime banniendum, vt
erat Octauianus ad ſententiam citatus, habendum
pro bannito quoad hoc, eius tamen opinio repro-
batur ab Alex. & Aret. ibi, pluribus rationibus,
ſicuti etiam á Bal. & Nello, locis ſupra citatis, &
contra Pau. tenet etiam Ias. d § ſi ſeruus nu. 13. &
conſ. 133. lib. primo, quamuis opinionem Pau. ibi
ſequatur propter ſtatutum Triuiſinum, & obſer-
uantiam, quę ibi aderat. Claud. Seis. Ang. l. ſiuè
manifeſtus §. tandem C. de cond. furt. Vndè cum
Octauianus non fuerit niſi ſemel citatus, non vide
tur, quod impunè potuerit offendi, aut occidi.

Tertio Principaliter eſto vlterius, quod Octa-
uianus fuiſſet declaratus homicida, ex quo publice
erat toleratus, & à ſuperioribus, qui vlterius ei in-
dulſerant, quod arma deferre poſſet, & in proceſ-
ſu literę eius patentes pro d. facultate deferendi
arma aperte id probant, nullo pacto videtur, quod
12 potuerit impunè occidi, † nam, etiam bannitus, qui
ex forma ſtatuti impunè occidi poteſt, ſi toleratus
eſt, à quoquam occidi non poteſt Alex. conſ. 1. col.
fin. lib. 2. Sali. l. nullos C. de iud. Ias. l. omnes po-
puli ff. de iuſt. & iur. Boſſ. banni. quid ammittant
nu. 2. Ruy. conſ. 85. nu. 2. lib. 4. Aymo. conſ. 168.
nu. 4. cum ſimilibus.

13 † Quarto Quia Rei iſti occiderunt Octauianum
non ad vindictam publicam, ſed priuatam ob cau-
ſam, quo caſu locum non habet ſtatutum, aut alia
ſimilis diſpoſitio permittens aliquem impunè occi-
dere Bar. l. nulla C. de ba. lib. x quem non nulli
ſequuti ſunt.

Ceterum peruigili cura, omniq́ue cum diligen-
tia (vt decet in re iam graui, & in qua de vltimo
diſcrimine vitę duorum probatiſsimorum Iuue-
num agitur, iux. c. vbi periculum de elec. lib. 6.)
omnibus, quę tam in facto, quam in iure ad præ-
ſentem cauſam faciunt, trutinatis, cenſeo intrepi-
dè reſpondendum, in perſona d. Octauiani homi-
cidium impunè committi potuiſſe, & conſequen-
ter dd. Cirum, & Iulium nulla pęna afficiendos,
aut in omnem euentum extraordinem tantum pu-
niendos eſſe.

Imprimis quidem ex diſpoſitione ſtatuti Perus.
14 multis, ſed pręcipuè duobus in locis, † Primo rub.
15. § ſtatuerunt iuncto § ſeu verſiculo nihilominus
lib. 3. Nam primo d. §. ſtatuerunt, clarè diſponitur
committentem homicidium, vel pro homicidio con
dennatum intelligi ipſo iure, & facto, ſine aliqua de
claratoria incurriſſe pęnam mortis, & confiſcatio-
nis bonorum, Deindè in d. Verſiculo nihilominus,
diſponitur huiuſmodi homicidam eſſe perpetuo
Ciuitate Peruſina priuatum, nulloq́ue tempore ad
eam, vel eius comitatum redire poſſe, intrare, vel
ſtare, & ſi rediret, intraret, vel ſtaret, poſſe á quo-
cunque, & vbicunq́ue offendi, & occidi ſine aliqua
pęna. Secundo in rub. 134. in addi in fi eo lib. 3.
Vbi apertè ſtatuitur, quod pro homicidio conden
natus, vel condennandus impunè poſsit offendi,
& occidi

& occidi á quocunq́ue quo nihil clarius.
Nec quicquam (ni fallor) facit, dum ex aduer-
ſo ponderatur, quod d. ſtatutum videtur ſe reſtrin
gere ad homicidam in pęnam ordinariam mortis
condennandum, ibi, condennatus ad mortem pro
homicidio &c. quia licèt, quando ſtatutum loqui-
tur de cōdennato ꝓ homicidio, vtatur illo, verbo
ad mortē, quaſi tunc videatur tantū permittere oc
cidi poſſe homicidam condennatum ad mortem,
non tamen loquitur ita, quando concedit occidi ho
15 micidam condennandum, † ſed ſimpliciter dicens,
vel eſſet condennandus pro homicidio, vnde, cum
ſimpliciter, & generaliter loquatur de homicida
condennando & vbi lex non diſtinguit nec nos di-
ſtinguere debemus generaliter intelligendū eſt ſta-
tutum illud l. de precio. de public. l. 1. §. & gene-
raliter ff. de leg. preſtan.
Et ſi diceretur, quę eſt ratio diuerſitatis inter con
16 dennatum, & condennandum, facile reſp. † cum
.n. in condennato iam appareat pęna contra eum
ſtatuta, ſi minor eſſet morte, iniquum eſſet permit-
tere eum occidi vltra pęnam ſibi per ſententiam im
poſitam: in condennando verò non ita, quia cum ad
huc de eius pęna cognitum, & pronunciatum non
ſit, & homicidij pęna ſit mors, nec conſtet de qua
litate minorante pęnam prędictam, ſtatutum habet
illud homicidium punibile pęna ordinaria, prout
in dubio homicidium doloſum, & conſequenter
pęna ordinaria puniendum pręſumitur, ex quo eſt
quid de ſe malum, & prohibitum, vt eſt tex. l. 1. C.
de ſica. l. ſi non conuitij C. de iniur. Tiraq. de pen.
molli. can. x. ſub. nu. 6. verſiculo ſed tu aduerte,
tradit glo. Odo. Cin. Alb. Bal. Salic. & alij d. l. 1. C.
de ſica. Ant. Gomes. tom. 3. dedic. cap. 3. nu. 17.
Quod quidem in caſu noſtro nullam habere vi-
detur difficultatem, cum duo alij minus culpabiles
ipſo Octauiano fuerint condennati in Vrbe in pę-
nam capitis, quod ſolum ſufficit ad excuſpandos i
ſtos duos noſtros, cum ipſi exemplo illorum addu
ci potuerint ad credendum etiam Octauianum con
17 dennatum, † & quęlibet cauſa excuſet á dolo, &
pęna l. 1. vbi glo. ff de abig. Tiraq. de pen. ca. 43.
& ideò probabiliter indiſtinctè concedit homici-
dam poſſe impune occidi, alias nunquam ſtatu-
tum ferè operaretur in homicida non condennato,
quisq́ue. n. timeret ſibi non permitti illum occide-
re, cum poſsit in homicida facile aliqua concurre-
re qualitas, qua pęna ordinaria veniret molienda,
cum illę multę quidem in iure excogitatę fuerint,
vt latè colligit Tiraq. tract. de pęn. mol. & quod
iſte fuerit genuinus ſenſus d. ſtatuti, vltra ſupra di-
ctam claram, & veram, (ni fallor) rationem, pro
batur ex d. rub. 15. d. §. ſtatuerunt; in quo clarè lo
quitur ſtatutum in eadem materia, non facta men-
tione pęnę mortis, & eodem modo parificatur con
dennatus, vel condennandus pro homicidio, non
facta mentione mortis eod lib. 3. rub. 14. §. & do-
minus poteſtas.
Nec ſtatuta iſta Peruſina euitari poſſunt ex eo,
quod dicebatur ea non extendere vires ſuas extra
territorium peruſinum ad homicidium commiſ-
ſum in Eſina Ciuitate exiſtente in Marchia Ancho-
nitana, ad not. l. fin. ff. de iuriſd. om. iudic. vbi Ias.
nu. 25. & Mod. Bono nu. 33. tradit Bal. l. 1. nu. 9
C. de ſacroſ. Eccleſ. & Feli. c. quę in Eccleſiarum
18 nu. xi. de conſtitu. & alij alibi paſsim, † Quia Reſp.
hoc verum reſpectu Iudicis eius Territorij in quo
commiſſum eſt homicidium, puta, ſi homicidium
hoc commiſſum eſſet Florentię, in quo loco non
adeſſet huiuſmodi ſtatutum, non poſſent ij Rei iu
uari eo ſtatuto Peruſino coram Iudice Florentino.
quia ſtatutum Peruſinum non porrigit vires ſuas
ad territorium illud d. l. fin. cum ſupra allegatis,
19 † ſecus eſt reſpectu Iudicis Territorij, in quo huiuſ-
modi ſtatutum viget, quia ſi homicida venerit ad
manus Curię eius Iudicis, qui velit illum pro ho-
micidio extra territorium commiſſo ratione origi-
nis punire, poterit homicida ſe tueri excipiendo,
quod impunè ſibi illud homicidium committere li
cuerit vigore ſtatuti loci, in quo de eo puniendo a
gitur Bal. d. l. cunctos populos nu. 9. C. de ſum tri. &
fid catho. Hippo. ſing. 124. & rurſus 294. Cagnol.
d. l. fin. nu. 18. Gom. c. a. § ſtatuto nu. 42. de Con-
ſtitu in 6. vbi dicit comunem Boſſ. tit. banni quid
ammitt. nu. 6. vbi teſtatur ita ſeruari in Senatu Me-
diolanenſi. Nell. de banni 2. par. 2. temp. q. 57. Iul.
Clar. ſent. recep. lib. 5. § homicidium verſiculo vl
terius quęro vbi aſſerit comunem, & obſeruatam
in Senatu illo Mediola. in pęnis imponendis qui-
buſdam, de quibus ibi per eum & loquuntur ſupra
allegata in caſu magis dubitabili quando bannitus
ille occiſus erat alterius territorij, & in alio etiā ter
ritorio, quam ſtatuti de quo queritur, occiſus fuit
Vndè cum Octauianus origine eſſet peruſinus, &,
ideo in hàc Ciuitate pro homicidio Cōmiſſo alibi
ratione originis veniret puniendus, hic fuerit occi
ſus, & qui eum occiderunt ſint carcerati in Ciui-
tate iſta, & hic de eorum pęna agatur, non video
quomodo de viribus huius ſtatuti dubitetur.
Secundo vt tollatur omnis hęſitatio, ſi qua eſt
20 quam ego non video per ſupra dicta, † quando lo-
cus homicidij eſt ſub eodem domino, vt Ciuitas illa
ęgina ſub eadem Eccleſia Romana cum Ciuitate
iſta, vt notiſsimum eſt, non conſideratur differen
tia aliqua Territorij Hipp. conſ. 121. nu. 12. 19. &
ſeq. Nellus. d. tract. banni. prima par. 22. temp. q.
57. pręterquam quod ſi ſtatutum huiuſmodi non
patrocinaretur iſtis Reis, prodeſſent Conſtitutio-
nes Marchię prędictę, & Bullę ſum Pontificum,
quę generales ſunt in toto ſtatu Eccleſiaſtico, de
quibus infra, ac etiam Bannimenta legatorum, &
Gubernatorum, de quibus pariter infra.
21. † Secundo Principaliter licuit iſtis Reis Octauia-
num homicidam impunè occidere attentis banni-
mentis Ill.mi. Car.lis Vrbini, olim Peruſie, Vm-
briſque legati de latere, Anno Domini 1560. edi-
torum, dum in illis diſponitur. Primo in hęc verba,
che non ſe dia ricetto ad alcuno capitalmente ban-
nito, ribello, o, homicida, ancorche non foſſe con
dennato, poſtea ſtatim ſub eodem capitulo ſubdi-
tur, ch'à ciaſchedana perſona ſia lecito, trouando
in qual ſi voglia luogo della ſua giuriſditione alcu-
ni di detti banniti, rebelli, & homicidi, offender-
li, & ammazzarli, & in tal caſo l'offenſore, & l'in-
terfettore ſia libero da ogni pena. Ex quibus verbis
22 † Primo propter verbum illud, detti, quod eſt re-
petitum pręcedentium Bar. l. 1. §. hoc edicto ff. da
poſtu. Paris conſ 31. nu 26. conſ. 37. nu. 59. & conſ.
86. nu. 36.

86.nu.36.lib.2.cum ſimilibus. Vnde cum ſupra pro
hibita eſſet receptatio etiam homicidarum non
condennatorum, eodem modo permittitur offenſio
& occiſio homicidarum non condennatorum.
23 † Secundo ponderando, ibi, † detti condennati, ban
diti, & homicidi, illam copulā &, quę ponitur in-
ter diuerſa glo. ad .rub. ff. de iur. & fac. igno. c.
quęrelam de Simo. Paris. conſ. 36. nu. 14. & conſ.
92. nu. 3. lib. primo, vnde cum importet diuerſita
tem facti, & identitatem iuris omnium poſitorum
in d. oratione, oſtendit, quod homicidę ibi con-
ſiderantur, tanquam quid diuerſum à Bannitis, &
rebellibus, & ſic pro homicidis ſimpliciter, & ad
uc non condennatis, vt ſupra, & quod idem con-
ſtituatur de bannitis, rebellibus, & homicidis non
condennatis, nempè, quod poſsint impune occidi,
& offendi.
24 Nec ex eo, quòd adeſt copula, &, † cuius natu-
ra eſt, vt requirat concurſum omnium copulato-
rum l. ſi heredi plures ff. de cond. & demo. l. ſi quis
ita promiſerit de ver. oblig. & not. Bar. l ſi is, qui
ducenta § vtrum de re dub. & alij alibi paſsim, dici
poteſt, quod prędictum bannimentum permittat
occidi homicidam condennatum tantum, non au-
tem ſimplicem homicidam, vt pro fiſco pretendi-
25 tur, Quia Reſp. Primo, † illud non procedere,
quando, &, copula ponitur inter duo adiectiua,
quę copulantur naturaliter, & vno reſpectu alicu-
ius ſubſtantię, puta, ſi dicat quis, lego Titio em-
pta, & parata, quia tunc ponitur pro diſiuncta, &
perindè eſt, ac ſi copula caderet inter diuerſas ora-
tiones, vt ſi diceretur, lego Titio empta, & lego
eidem parata, vt clare explicat Bar. d. §. vtrum ſub
nu. 5. verſiculo aut illa adiectiua, cum ergò hic ita
ponatur copula illa, ibi, rebelli, banditi, & homi-
cidi, non poteſt negari, quin ſit perindè, ac ſi di-
uerſis orationibus dictum eſſet, ſi poſſano amazza
re, ribelli, ſi poſſano amazzare banditi, e ſi poſſa
no amazzare homicidi, non condennati.
Et procedit hęc intelligentia ſine dubio, Primo
26 † quia ſtatuta, & banna huiuſmodi ſunt fauorabilia
cum principaliter inducta ſint fauore publico, &
pro quiete comuni l. 2. C. quādo lice. ſeſe in vindi.
& notat in terminis Bar. conſ. 188. ſtatuto Caſtri
Plebis. nu. 3. quo in caſu copula non reſtringit, ſed
ampliat. Bal. l. 1. ff. de inſt. & iur. Ruy. conſ. 113.
circa nu. 9. & ſeq. & nu. 13. lib. 5. Bello. conſ. 71.
nu. 12. & 13.
27 Secundo, † quia videtur apparere clarè de mente
ſtatuentium, tum propter naturam alternatiuę poſi
tæ in eodem capite, ibi, rebelli, banditi, o, homi
cidi non condennati, quę ampliat, & diſiungit,
vt notiſsimum eſt, & vna pars legis declarat aliam
28 l. vtrum de pet. heredum etiam, quia, † gradatim
bannum procedere videtur, primum loquens de
rebelle, poſtmodum in homicida bannito, demum
in ſimplici homicida non dum condennato, quaſi
dicat non ſolum permitti impunè occidi rebellem,
& bannitum, verum etiam homicidam non banni-
tum, aut condennatum, alias non video, quid ope-
retur illa expreſsio, quę ſubijcitur de bannito, &
homicida, ſi concurſus omnium copulatorum re
quireretur, & ſufficiſſet exprimere de rebelle tan-
tum, quod eſt contra mentem bannimenti.

Nec dici poteſt hęc bannimenta hodiè amplius
poſt diſceſſum d. legati non habere locum, quia ea
29 ſine dubio obſeruari debent, vel quia, † cum ſint
legati de latere, faciunt legem perpetuam c. fin. de
offi. legat. Rol. conſ. 68. nu. 25. lib. 1. vel quia ſem-
per poſt illius diſceſſum fuerunt cōfirmata per eius
in legationis, vel Gubernij officio ſucceſſores, & vl
timo loco per Reuerendiſſ. D. Montem Valent.
Gub. eo tempore, quo prędicti noſtri Rei homici
dium, de quo inquiritur, commiſerunt, ſicuti
& bannimenta Reuerendiſſ. Cauenſis idem apertè
continentia confirmata fuerunt.
30 † Tertio Principaliter iſtis noſtris Reis licuit Octa
uianum homicidam impunè occidere, vigore con
ſtitutionum Marchię Anchonitanę, in qua d. Octa
uianus homicidium notoriè commiſerat, cum in
loco publico interdiu, & in multorum pręſentia
31 illud perpetrauerit, † quę qualitates ſine dubio ho
micidium notorium conſtituunt, ſecundum glo.
ad dd. conſtit. Mar. lib. 4. c. 26. nu. 7. quo in caſu
permittitur cuilibet homicidam huiuſmodi impu-
nè occidere, d. c. 26.
Quarto ęque principaliter idem dicendum eſt
ex Motu proprio P.j. v. ſuper moderatione conſti
tutionum, & proclamatum concedentium faculta-
32 tem nominandi bannitos, † Primo quia in eo diſpo
nitur, quod occidens bannitum, non modo ſit im
punis, verum etiam liberationem ab ęquali, vel
minori delecto conſequatur, pro quo ipſe occidens
bannitus, vel condennatus exiſteret, & licet motus
proprius explicitè non loquatur de ſimplici homi-
cida, ſed bannito, neceſſe tamen eſt fateri, illum
intelligendum eſſe etiam in homicida notorio, qui
per alias conſtitutiones, bullas, & motus proprios
bannito, & condennato ęquiparatur, vt patet in
bulla eiuſdem Pij v. edita contra homicidas, ban-
nitos, & alios facinoroſos homines; vt ex rub. eius
patet, ibi, homicidas, bannitos &c. & ipſa bulla,
ibi aliquem homicidam, ſeu bannitum &c. & ibi,
ita quod omnes, & ſinguli homicidę, quorum de-
lictum notorium foret, vel de homicidio infamati,
ſeu condennati, & ibi, ne aliquis eorum homici
das, bannitos, exititios &c. iterum ibi, dictos ho-
micidas, bannitos, criminoſos, atque rebelles, ac
etiam per Bullam Pij. iiij. ſub rub. contra homicidas
brigoſos &c. ibi, aliquem homicidam ſeu banni
tum &c. & ibi, itaquod omnes, & ſinguli homici
dę, quorum delictum notorium foret, vel de homi
cidio infamati, ſeu condennati, cum .n. hęc duo
alternatiuè ponantur condennatio, notorietas, vel
infamatio alicuius de homicidio, quorum vnum
ſufficiat concurrere l. ille, aut ille de ver. oblig. cum
vulgaribus, & conſequenter hęc ſint ęquiparata,
quia d. Motus proprius Pij v. concedens impunita-
tem occidenti bannitum, concedit etiam occidenti
homicidam notorium, qualis erat Octauianus, vt
ſupra dixi, iux. not. l. 1. ff. de leg. 1. & c. tranſlato
de conſt. l. ſiquis ſeruo C. de furt. & l. 2. C. de cu
ra. furio.
Quinto Quia d. Octauianus non modo ſimplex
33 homicida erat, verum etiam Aſſaſinus, † cum pro
pręmio conſequendi vexillum, homicidium com-
miſerit, & vlterius bona aliqua etiam illius ſigniferi
ab eo occiſi conſequutus fuerit, & abſtulerit, vt
clarè in

clare in proceſſu probatur, iux. tradita per omnes
* comuniter * c. 1. de ho.lib.6.& per Clar.d §. aſſaſſiorum per Monti.in praxi crimi. reg.8. nu. 4. 5.
34 6. & ſeq.† qui quidem aſſaſsinus diffidatus dicitur per totum ſtatum Eccleſiaſticum d. c. 1. & impunè ab omni priuato occidi poteſt, Ang.clare conſ.14. ſub. nu. 3. ad fin. & poſt. Gemi. Cin. Ang. Alex. Curt. Soc. & alios in locis per eum citatis, tradit Gram. vot. 9. nu. 3. & 4. & etiam Monti.d reg. 8. nu. 17. Nec obſtat, quod requiratur declaratoria facti, vt ſupra opponebatur, quia dabitur reſponſio infra.
35 Sexto his omnibus accedat,† qin proceſſu cauſę p ſeptē ęgregios,& practicos huius Ciuitatis cauſidicos pleniſsimè probatum extitit in Curia Peruſiſemper hactenus obſeruata fuiſſe huiuſmodi ſtatuta, & bannimenta, ita vt eorum vigore licuerit impunè homicidas non bannitos, nec condennatos,
36 occidere ;† Vndè cum huiuſmodi ſtatuta, & bannimenta certam hanc interpretationem habuerint, etiam pro iſtis Reis obſeruanda ſunt l. ſi de interpretatione ff.de legi.pro quo videtur penè intermi nis d. conſ. Iaſ. 133. in caſu ad me tranſmiſſo lib.1.
37 † vbi, ſtante ſtatuto Triuiſino, quod bannitus pro aliquo maleficio, pro quo facta ſit, ſiuè etiam fieri debeat condennatio quinquaginta librarum, & abindè ſupra poſsit impunè offendi, voluit, quod imputatus de huiuſmodi maleficio, citatus intra terminum ſtatutarium, non comparens,& conſequenter, qui poterat condennari in d. quantitate, poſsit impunè interfici, cum proxime condennandus, à ſtatuto pro codennato habeatur, ex multis ibi, per eum ſub nu. 4. allegatis, & licet Alex. Aret. & non nulli alij, ibi, per eum ad finem citati, negarent proximè condennandum pro condennato haberi iſto caſu,illorum tamen opinio non procedit ſecundum Iaſ. ibi, in fine conſilij, ſtante prędicto ſtatuto, & eius obſeruantia, vt etiam in caſu noſtro.

His ita pro impunitate noſtrorum reorum firma tis ſupereſt ſolummodo labor ſummouendorum eorum, quę in contrarium excitata fuerunt, in quo rum diſſolutione dilucide veritas pręſentis noſtrę conſultationis apparebit.

Non obſtat. igitur Primo dum in contrarium dicebatur, ſtatuta Peruſina, edicta legatorum, Gubernatorumque Peruſię Vmbrieque Conſtitutionem Marchię Ancbonitanę, diſpoſitaque per bullas ſum. Pontificum, permittentia impune occidi poſſe homicidam, intelligi debere de homicida, qui pęna ordinaria mortis venit afficiendus, ne ſequatur abſurdum, quod occidi poſsit, qui impunè homicidium commiſiſſet, vel ad ſui neceſſariam defenſionem, vel bannitum ex forma, & permiſſu ſtatuti occidiſſet, contra tex. d.l.nam abſurdum, & quod huiuſmodi non erat prędictus Octauianus cum impune ſibi licuerit, aut ſaltem citrà penam mortis occidere d. ſigniferum, vt ſupra dicebatur, Quia ad huius argumenti diſſolutionem, in quo plurimum Curia confidere videtur,conſiderandum eſt, quod duo in eo inculcantur, Primum eſt dictas diſpoſitiones intelligi de homicida capite puniendo, ne ſequatur abſurdum, de quo ſupra, ſecundum, quod Octauianus ob d. homicidium pec eum perpetratum, vel omnino abſoluendus, vel pęna tantum extraordinaria puniendus veniret ex multis, quę ſupra allegata fuerunt, quorum ne utrum, vt mox apparebit in iure ſubſiſtit

38 † Nam quod attinet ad primum de interpretatione prędicta dictarum diſpoſitionum, tantum abeſt vt argumentum ab abſurdo pro ea faciat, vt potius retorqueatur, vt apertè colligitur ex allegatis à no bis ſuprà in primo argumento noſtrę ſententię vee ſiculo,nec quicquam, ni fallor, &c. per quę clariſſimè oſtenſum fuit, huiuſmodi diſpoſitiones de homicida impunè occidendo, intelligi oportere ſimpliciter, ne abſurdum ſequatur, quod quiſque perquirere debeat, antequam occidat, qualitates illius homicidę, & homicidij per eum commiſsi, ſtante maximè regula, quod in dubio pręſumitur homicidium doloſum,vt ibi dixi & vlterius, patet etiam
39 in bannito, † qui ſimili ſtatuto poteſt impunè occi di, & intelligitur etiam, ſi illegitime bannitus ſit, ſaltem quando qui occidit, probabiliter ignorat bannum illegitimum eſſe, & excuſatur occidens ex eo, quod ille bannitus erat Din l. pen. de adult. Bar. l. ex hoc reſcripto de vent. inſpi. l. ſiuè vxor de dona. int. vir. & vxo. Bar. Alex. & Iaſ.l.4.§.con dennatum ff.de re iudi. Cepol. conſ. 79.nu.7. Vant. de nullit tit. qui & intra q tempus agi. poſſ. nu. 44.
40 Petrus Bert. reg. 68.ampli. 7. † ſicuti fortiut, Jtcitum eſt occidere bannitum,ſtante dicto ſtatuto, etiam quod bannitus aſſerat ſe ſaluum conductum (vt appellant) obtinuiſſe, & habere, quia ita ei aſſerenti non cogitur quis credere, niſi oſtendat inſtrumentum ſaluiconductus, Bar. quem ibi ſequitur Iaſ l. non ſolum § morte nu. 40. ff.de ope. no. nunc. Ant. Rub. ibi, nu. 399. qui aſſerit eſſe comu
41 nem * opinionem, † quia quando pręcedit cauſa, propter quam aliquid mihi licet, non teneor credere tue proteſtationi,niſi oſtendas verum id quod dicis per publicum inſtrumentum gratię, aut aliter vt ibi, per eos Dec. reg. 8. nu. 5. Pau. Caſt. conſ. 37. inde ſi dicat litem pendere ſuper validitate ban
42 ni Bar. l. 3. §. ſi ſeruus ff. de acqui. poſſ. † licet his caſibus occidens puniendus veniat pęna extraordinaria, quia admonitus non perquiſiuit,an ille verè non poſſet impunè occidi, vt per aliquos in dictis locis, quod in caſu noſtro non cadit, cum admoni tio predicta non affuerit ideo non proſequor.

Quod verò pertinet ad ſecundum, an Octauianus ob homicidium à ſe perpetratum, eſſet condennandus pęna ordinaria, vel potius omnino abſoluendus, vel pęna extraordinaria afficiendus, nihil intereſt quęri, ſtante eo, quod firmatum eſt ſupra proxime, quia cum eſſet homicida, & Aſſaſsinus permiſſus ſupradictis diſpoſitionibus impunè occi di, ſibi imputare debet, qui non procurauit declarari ſibi licuiſſe d. ſigniferum impunè occidere,aut ſaltem ob illud pęna extraordinaria afficiendum fu iſſe, ac etiam vlterius id publicari, ne quiſque ſub pretextu legitimę ignorantię eum occidens ſe poſſet excuſare, cum ſcirè, aut ſcire deberet in dubio eius homicidium doloſum preſumi, & conſequenter pęna ordinaria afficiendum, vt ſupra.

Secundo quatenus ex hac reſponſione veriſsima Iudicis animus ad huc omnino non quieſceret, ſingulis in contrarium allegatis reſpondendo, non obſtat, quod videatur licuiſſe Octauiano d. ſigni-

ferum

ferum impunè occidere ex eo, precipuè, quod te nebatur Centurioni ſuo opem ferre, alias capite puniendus eſſet d. l. 3. §. fin. d. l. omne delictum,
43 Quia Primo reſpondetur illos textus procedere ſolummodo; quando prępoſitus, ſeu Centurio occiſus fuiſſet, vt apertè dicit tex. d. l. 3. §. fin. ibi, occiſo eo capite punitur, ſecus alias, vt hic, cum d. Capitaneus incolumis ſeruatus fuerit. Secundo quatenus illi tex. eã pęnã infligerint militi non ferenti opem ſuo pρpoſito etiam eo non occiſo, quod omni no falſum eſſe apparet ex eo §. fin. vt ſupra, multis alijs modis hoc tollitur. vt apparebit infrà mox. ex alijs reſponſionibus ad ſubſequens argumentum aſsignandis.

Non obſtat igitur, quod ſignifer ille manus inie cerit in ſuum Centurionem, & propterea morte plectendus eſſet d. l. omne delictum, cum ſupra allegatis Quia Reſpon.
44 † Primo illum tex. & Doct. ſupra allegatos, loqui de iure militari antiquo, & iux. pręcepta diſciplinę rei militaris antiquę, & priuilegia conceſſa prępoſitis militaribus, quę quidem data erant iis, qui erant deſcripti in matricula militari, & ſecundum
45 illam exactam diſciplinam militabant, † quę quidem non conceduntur ſtipendiarijs militibus huius ęui ſub illa regula, & diſciplina minimè uiuentibus Spec. de procu. §. 1. verſiculo item quid eſt miles Io. de Ana. c. cum deſideras de ſent excom, vt eſt communis * opinio Doctorum noſtrorum de qua teſtatur Alex. l. Centurio nu. 24. ff. de vulg. & pup. Ias. l. 1. nu. 7. C. de iur. & fac. igno. Vig. Zuiche. inſti. de mili. teſt. nu. xj. Bona. de nobili. par. 3. nu. 152. latè multos alios allegans Signo. de hom. in q. quis pręferen ſit Doct. an Miles nu. 92. 93. 94. & 95. inſerta inter tractatus to. 5. vbi quam
46 plures allegat, † Et ſi ad aliquos milites noſtri temporis ea priuilegia trahenda ſunt, ad illos tantum extenduntur, qui pro Repub. chriſtiana milites deſcripti ſunt, quottidieque militant, vt ſunt Hieroſolomitani equites, & ſimiles ſecundum Bona curſ. & Vig. Zuiche. vbi ſupra, Quibus ſtatutibus, cum Capitaneus predictus Guido non eſſet huiuſmodi miles, ad caſum hunc noſtrũ non poſſunt prędictę leges extendi, & hoc ſolum ſufficeret.

Secundo dato, quod ille tex. locum haberet etiã in militibus noſtri temporis, reſpondetur iſtud pro
47 cedere poſſe, † quando miles inſultaret ſuum prępoſitum, ſecus, ſi ipſe à prepoſito inſultaretur, & propterea ipſe ſe defenderet, prout ille ſignifer in caſu noſtro, ſicuti aperte depoſuit Bartolomeus Toguint, qui dicitur d. Capitaneum Guidonẽ pugionem euaginaſſe, ipſumque ſigniferum percutere voluiſſe, & poſtea ſignifernm enſem euaginaſſe cui ſinè dubio ſtandum videtur, cum à Curia fuerit in Vrbe inductus, & in proceſſu preſentis cauſę per Fiſcum productus, Vndè per Curiam approbatus tergiuerſari non poteſt l. ſi quis teſtibus C. de teſti. Bar. l. lucius in fin. ff. de fideius. Pari. conſ.
48 88. nu. 12 lib. 3. & varijs alijs in locis, † Quo ſtante potuit ille ſignifer ſine dubio ſe defendere d. l. vt vim, cum defenſio ſit permiſſa etiam contra Iudicẽ vi priuatum procedentem glo. l. nou videtur § quiuſſu de reg. iur. Bal. d. l. vt vim q. 3. Bar. in extra uag. qui ſiut rebelles ver. rebellando in princ. Dec. d. l. vt vim. nu. 24. & alibi paſsim.

Tertio pręſupoſito, quod homicidium illud non fuerit perpetratum ad neceſſariam defenſionem Vitę Capitanei Guidonis, quinimmo ad vindictam, & pręmium conſequendum, vt infra mox latè demonſtrabitur, etiam quod d. ſignifer motor rixę fuiſſet, & manus in Centurionem ſuum intuliſſet, non licebat Centurioni illum offendere, aut occidere, multoque minus Octauiano de mandato
49 ipſius Centurionis, † cum nemini priuato liceat, niſi ſe defendendo, opponere, non autem vindictam ſumendo c. ſignificaſti. Secundo de hom. Doct. omnes c. olim. de reſt. ſpoli. primo & in rub. & nig. C. ne lice. ſe ſi iudi. vind. glo l. nullus C. de iud. Feli. c. dilecti ſub. nu. x. de excep. maximè, ſi fiat ſine moderamine inculpatę tutelę, vt hic, quia licet quibuſdam in caſibus liceat, vt not. Doct. d. l. vt vim illud tamen ſemper intelligitur cum moderamine prędicto, ſecundum Seis. poſt alios d. l. vt vim. nu. 120. quod hic non adfuit, vt infra deducam.
50 † Et in terminis, quod Duci, aut Centurioni belli non liceat ſe ita vindicare, ſed tantum poſſet illum ſigniferum, qui eum offenderat, capere, & ad ſuperiorem, vel generalem belli remittere, qui pęna eum afficeret, vel Principe conſulto ipſe afficere, tradit Petri. Bell. de re. mili. par. 7. tit. 3. nu. x. per l. de militibus C. de Cuſt. ex hi. reo. & alia, quę ipſe ibi allegat, & in fine grauiter inuehit contra Centuriones, Capitaneos, Colonnelloſque & huiuſmodi alios, qui in milites ſęuiunt contra diſciplinam militarem, & omnes regulas iuris, idem apertiſsime preſupponit eo. tract. par. x. nu 92. aſſerens Capitaneum Guardię modicam ſolummodo habere coherctionem in ſontes, crimina vero grandiora debere denunciare domino prout apertiſsime voluit Bar. quem ipſe ibi allegat l. 1. ff. de offi. prefe. vigi. & ita intelligendus eſt Claud. Cote. d. c. 7. in contrarium allegatus, ſi de Centurione ibi loquatur, quod omnino non admitto, quicquid contrarium Boe. & Calr. ſupra citatis locis dixerint qui ſolum defendi poſſunt, vt dicti Capitanei in ſuos ſtipendiarios animaduertere poſsint cõſulto tantum Principe, vt ſupra.
51 † Nec aduerſatur iſtis d. l. omne delictum nam licet de pęna audentium aliquid contra prępoſitum loquatur, non tamen dat authoritatem imponendi eam d. prępoſito, aut Centurioni, ſed ſimpliciter eam imponit relinquens ſub dubio, quis eius pęnę executor ſit, Vnde intelligitur, quod eam inferat Iudex competens, non autem ipſe priuatus,

Non obſtat, quod Octauianus excuſandus veniebat, quia commiſit homicidium mandato ſui Centurionis, cui tanquam Domino. obtemperandum
52 fuit Eſdrę c. 7. in fin. cum alijs ſupra citatis, † Quia Reſp. illud procedere in mandato ſuperioris, qui poteſt vindictam ſumere de ſubdito, vt loquuntur pręallegata, ſecus in mandato Centurionis, & Capitanei qui huiuſmodi iuriſdictionẽ non habet per ſe vt ſupra ideoque multo minus alteri mandare poteſt, arg. l. traditio ff. de acq. rer. domi. huiuſmodi etiam ſine dubio dictus Capitaneus Guidonus mandans, merito &c.

Secundo dato, quod d. Capitaneus Guidonus huiuſmodi iuriſdictionem habuiſſet, Reſpondetur,

† illud

53 † illud intelligi poſſe in mandatis licitis, non autem
in illicitis, & inhoneſtis, vt fuit illud mandatum ho
micidij c. cum teneamur de præb. Gram. vot. 32. in
fin. Menochi. de queſt. arbi. iudi. caſ. 365. in fine,
cum multis ſimilibus, quę notiſsima ſunt.

Nec moueat atteſtatio quędam Capitanei Scipio
nis Corbinelli, multa aſſerens ad fauorem Capita-
nei Guidonis, inter quę etiam, quod ei licebat d.
ſigniferum occidere, quia vere nihil probat. Primo
54 quidem, † quia ſingularis eſt arg. l. iuriſiurandi de
55 teſti. Secundo, † quia etiam ſi plures eſſent id de-
ponentes, eis non crederetur, cum deponant de eo
rum proprio commodo, honore, & iuriſdictione
iux. not. per Arch. c. de eo. 14. q. 2. Curt. de teſti.
nu. 85. Bar. l. deferre §. ijdem ff. de iur. ſi Bal. conſ.
63. nu. 13 & conſ. 75. nu. 7. Aymo. conſ. 99 nu.
56 25. cum multis ſimilibus. Tertio † Quia deponit
contra diſpoſitionem iuris, quę eſt, quod Capita
neus non habeat iuriſdictionem animaduertendi in
ſontes, niſi conſulto Principe, vt ſupra.

Tertio dato, quod quis mandatum etiam illici-
tum exequi deberet, illud locum habere poſſet,
57 † quando is, qui illud exequitur, facit, vt legi iu-
benti principi obediat, obtemperet, non autem,
quando alia de cauſa, puta propter pręmium ali-
quod, quia tunc punitetur, argumēto eius, quod in
ſimili dicitur de eo, qui occidit bannitum ob Capi
tales, quas cum eo habebat, inimicitias, quia non
comprehenditur ſtatuto volente bannitum impu-
ne occidi poſſe, cum moueatur ad ſui ipſius priua-
tam vtilitatem, non autem ad publicam vindictam
Bar l. nulla C. de dilat. lib. x. Rom. l. ſiquis in graui.
nu. 3. ad Sylla. vbi Alex. in addi. ad Bar. Paris. c.
dilecti nu. 25. de except. Bal. l. decuriones ad finem
C. de infa. Feli. c. perfodiens nu. 2. de homi. Pet.
Duc. reg 68. limit. 9. qui id ſimpliter ſequitur, Quod
in preſenti caſu nullam difficultatem habere poteſt
enim cauſa, propter quam Octauianus ad id motus
fuit, faciat delictum eius tranſire in aſſaſsinium, vt
infra mox oſtendetur.

Non obſtat, quod homicidium predictum in per
ſona d. signiferi commiſſum fuerit ad neceſſariam
defenſionem vitę ipſius Capitanei Guidonis, quæ
defenſio, & ipſi, & socijs permiſſa fuit, vt ſupra
dicebatur; Quia Reſp. Primo negando dictum ho-
micidium fuiſſe factū ad neceſſariam defenſionem
58 dicti Capitanei, quin potius ad vultionem, & vin-
dictam reſpectu ipſius Capitanei, & ad pręmium
conſequendum reſpectu d. Octauiani? licet .n. d.
Capitaneus in manu dextra vuleratus fuerit, in ter
ram & ipſe, & eius enſis ceciderit, iam tamen ſur-
rexerat, enſem de manu eius locumtenentis, ac e-
tiam Alabardam receperat, & tam ipſe ab vno la
tere, quam ſignifer ille ab alio ſe retraxerant, ne-
què d. Capitaneo ſignifer, aut alius quiſquam armis
aut alio quoquò modo moleſtus erat, quando di-
ctus Octauianus obtulit ſe occiſurum dictum Signi
ferum, & occidit, ideòquè nequè Capitaneo nequè
alijs pro eo aliqua defenſio vitę neceſſaria erat, vt
ex aduerſo profiſco preſuponitur.

Hęc omnia clauſsimè probantur Primo ex ver-
59 bis ipſius Capitanei, † quę ſunt earum, quę prius
ſunt in animo, paſsionum notę l. labeo de ſupp.
legat. qui nunquam auxilium popoſcit, nequè ver-
ba aliqua protulit, ex quibus colligi poſsit eum fu
iſſe in periculo vitę conſtitutum, ſed potius verba
vltionis proferebat, vt illa, de quibus omnes de-
60 ponunt, † dateli, che mi há ferito, & illa ſępius re
61 petita, † Amazza, Amazza l'Alfiero, Amazzate
lo, Amazzatelo, Contra verò ipſe ſignifer, cum
poſtquam ſe retraxerant, vt ſupra, complures vi-
deret milites, & ante omnes d. Octauianum contra
62 ſe irruentes, † Non me aſſaſsinate, non me aſſaſi-
nate, quę verba verè ſunt demonſtratiua periculi in
ſtantis contra ſe, non contra d. Capitanum.

Secundo quod ſignifer ſe retraxerat, quando Ca
pitaneus Guidonus dicebat, Amazza, Amazza l'Al
fiero, & Octauianus aduerſus eum irruit, clare de-
ponit Stefanus de Palla Locumtenens in hæc ver-
ba, Riteouai il Capitano ch'era ferito nella mano,
e l'Alfiero s'era retirato in vna banda. Idem clarius
teſtatur Horatius lucius, ibi, quando il Capitano
Guidone gridò, che s'amazzaſſe l'Alfiero, era diſtā
te dell'Alfiero da xv. o xxv. paſsi, e nō faceua niente,
ſe non gridate amazzatelo, e ſtaua in piede, ſie non
eixabantur inuicē amplius, diſtabant notabili inter
uallo, Capitaneus ſtabat, nō iacens in terra, nō ami-
nabatur, & hęc acciderunt, quando d. Capitaneus
clamabat, Amazzatelo, poſt quę verba Octauia-
nus obtulit ſe occiſurum illum, ſi Capitaneus ſibi
promittebat vexillum, Capitaneus promiſit, & ipſe
acceſsit ad occidendum, Quę omnia non potue-
runt interuenire, niſi notabili aliquo interuallo,
inter vulnus illatum Capitaneo & mortem d. ſigni
feri. Idem colligitur ex depoſitione Bartolomei To
gnini, dum deponit, detto Capitano ſe retirò in
vna porta li vicina, ſicuti etiam ex depoſitione Ci
periani dicentis ſuperueniſſe multos milites ad fauo
rem Capitanei qui eius vitam ſolum eorum pręſen
tia in tutto collocarunt, & ex verbis Santis Baldi,
ibi, vidde il Capitano che ſé retirò in dietro, & in
quel mentre non ſi menaua altrimente le mani per
ch'il luogotenente tratteneua l'Alfiero, e li ſolda
ti del Capitano, ma perche tutta via il Capitano di-
ceua, amazzate, amazzate l'Alfiero, ch'adeſſo co
gnoſcerò, ſe mi volete bene &c. Ad horum autem
verborū. & exclamationum d. Capitanei ſonitum
& rumorem, Vnus pre ceteris audax Octauianus
acceſsit ad Capitaneū dicens, ſe l'amazzarò io, vo
letemi dare l'inſegna? Ille autē ſubiecit, amazzalo
e ſiate conceſſa; tunc Octauianus ſumpta alabarda
ad illum acceſsit, & puncta in pectore percuſsit ſe-
mel, bis, & ter, eius corpus perforando, & in ter-
ra proſtrando, demumque penitus eum occidendo
proui quamplures deponunt, aſſerentes ſtatim ad
Capitaneum quaſi triumfantem eum acceſsiſſe po-
ſtulantē in premium occiſi hominis vexillum pro-
miſſum, illudque obtinuiſſe, & in poſterū geſtaſſe.

Ex qua quidem facti ſerie fatendum eſt d. homi-
cidium perpetratum fuiſſe ex parte Capitanei ad
vindictam recepti prius vulneris; ex parte verò d.
Octauiani ad premium conſequendum, vt fuit
conſequutus, non autem ad aliquam vitę Capitanei
defenſionem.

Secundo dato, quod hęc omnia acta fuiſſent ad
63 defenſionem prędictam; Reſp. quod, † licet defen
ſio permiſſa ſit d. l. vt vim ea tamen non aliter per
64 mittitur, † niſi cum moderamine inculpate tutelę

l. s. vbs

l. 1. ubi glo. Bal. Sali. & omnes C. un. ui. e. ſigni-
ficaſt. ſecundo de hom. ubi Ab. & Alij. Dec. d. l.
ut nim. nu. 12. & ibi, etiam Iaſ. Seis. & omnes
65 alij † Inculpata autem tutela dicitur, quando ali-
quis aliter ſe defendere non poteſt, quam id facien
do, quod facit l. ſcientiam §. qui eum aliter. ubi
66 Bar. ff. ad l. aquil. † Ac etiam, quando eſſet pro-
portionata, ut ſi detur pugnus pro pugno, ſecun-
dum Bal. l. 1. de conſe. hic autem fuit defenſio, ſi
67 defenſionem malimus eam dicere, culpata. † Pri-
mo quidem, quia non vulnus pro vulnere, ſed
mors pro vulnere illata fuit, contra illud Bal. d.
68 l. 1. † Secundo quia facta fuit, poſtquam Capitane-
us euaſerat omne periculum, ut ſupra oſtenſum
fuit, quo caſu nullo pacto amplius neceſſaria erat.
69 † Non obſtat, quod Octauianus ueniret pu-
niendus tantum de exceſſu, non de homicidio,
ſecundum Bal. d. l. ut uim. col. pen. cum alijs cita-
tis ſupra, quæ pœna exceſſus in defendendo eſt
arbitraria, non ordinaria, ut poſt innumeros, tra
dit Meno. caſ. 278. nu. 2. & propterea non cade-
bat ſub ſtatuto nolente, quod homicida impune
70 occidi poſſet per ſupra dicta: Quia † reſp. quod
immo d. Octauianus pęna mortis ueniebat punien
dus, cum non fecerit ad defenſam, ut ſupponitur,
ſed ad uindictam non permiſſam, ac etiam com-
miſerit aſſaſsinium, ut ſupradictum fuit, pro quo
pœna mortis impoſita eſt d. c. 1. ubi omnes de ho-
mi. lib. 6. Clar. recep. ſent. lib. 5. §. aſſaſsinium
uerſ. ſed quęro &c. Pręterea dato, quod ad defen-
ſam uel uitę, uel honoris d. Capitanei id perpetra-
uerit, quod dicitur pro exceſſu in defendendo im-
71 poni pœnam extraordinariam, † procedit, quan-
do exceſſus factus eſt forte fortuna, ſecus, ſi ani-
mo deliberato excedendi, quia tunc imponitur pę
na ordinaria, ita intelligitur l. 1. C. de emen. ſer.
ubi, ſi dominus immoderate ſeruum percutiens,
occidat, reus eſt homicidij, quem tex. not. ibi Bal.
pro exceſſu pœnam homicidij imponi, idem Bal.
l. ſed & ſi quecunque § ſi magiſter ff. ad l. aquil.
& l. gracchus col. pen. de adult. Alex. conſ. 75.
lib. 3. Dec. d. l. ut nim ſub. nu. 18. uerſ. concordā-
do &c. ubi hæc ita notabiliter declarat, & firmat
etiam ibi Claud. Sen. nu. 104. in caſu noſtro con-
ſtat clariſsime de animo deliberato excedendi, &
occidendi, ex quo ſæpe ſæpius d. Capitaneus Gui-
donus exclamauit, amazza, ammazza, amazzate
l'Alfiero arg. l. baliſta. ff. ad trebel. ac etiam ex par-
te Octauiani qui obtulit ſe occiſurum, ſtipulatus
eſt premium, ſi occideret, & ille promiſit, &
dedit.

Non obſtat quod ſecundo loco principaliter di-
cebatur, Octauianum homicidam non potuiſſe
impune occidi, cum pro tali non eſſet declaratus,
iux. c. cum ſecundum de hære. in ſexto quod
uidetur receptum etiam in Aſſaſsinio, ut ſupra;
Quia reſpondetur pluribus modis.

72 Primo quidem prædicta procedere poſſe de iu-
re comuni, † ſecus ſtante ſtatuto, de quo ſupra,
quod homicida occidi poſsit abſque aliqua declara
toria; Nec iſta reſponſio eliditur ex eo, quod di-
cebatur, ſtatutum non extendere uires extra terri
torium, cū hoc ſatis, ſupque ſupra ſummonuerimus,
73 Secundo circumſcripto etiam ſtatuto, † Reſpo-
nos eſſe in homicida notorio, ex ſupra allegatis,
quo caſu declaratoria facti non requiritur Dom. d.
c. cum ſecundum §. confiſcationis ſecundo not. Fe
li. d. c. rodulfus prima limit. de reſp. Paris. conſ.
50. nu. 51. lib. primo Gozza. conſ. 1. col. 7. Ruy.
conſ. 181. nu. x. lib. primo Tiraq. ad l. ſi unquam
glo. reuertatur nu. 401. C. de reuo. do. cum alijs
innumeris congeſtis per Ant. Gab. de cri. conclus.
22. nu. 2. & nu. 5. vbi fatetur comunem eſſe, quic
quid Bar. & Nellus ſupra allegati, ac etiam alij nō
nulli citati per Gab. ubi ſupra nu. 4. contradicant.
74 Tertio eſto, hanc non eſſe ueriorem, aut magis
communē abſolute, ea certe crebrior * & uerior eſt
ſaltem, quando homicidium eſt omnino notorium
Dec. c. peruenit de app. & ibi Franc. col. 2. uerſ.
& hoc quando, idem Dec. l. fin. nu. 16. ff. ſi cer. pet.
75 & alij alibi paſsim, † præcipue ſi notorium ſit ex
actis vt in caſu noſtro, in quo non ſolum notorium
erat homicidium Octauiani quia illud interdictū
in quam plurium conſpectu perpetrauit, uerum
etiam de eo, ex atteſtatione plurimorum in proceſ
ſu contra eum facto conſtabat liquidiſsime, quo ca
ſu nulla requiri declaratoriam, tradit poſt multos
quos, ibi habes, Paris. conſ. 50. nu. 54. lib. 1.

Quarto quatenus teneremus declaratoriam re-
76 quiri etiam in notorio ante exequutionem, † ſi ta-
men contingat exequutionem fieri ante d. declara
toriam, ea non retractatur, ſi contingat poſtea pro-
bari ueritatem notorij. Bal. c. 1. de feu. ſi cul. non
amitt. uerſ. ſed ſine aliqua. Ias. conſ. 21. col. 3. uerſ.
a. reſp. lib. 3. Ruy. conſ. 4. col. fin. uers. poſtremo &
conſ. 182. col. 3. uerſ. preterea lib. 5. & licet aliqui cō
tradicant, hęc tamen opinio receptior * & uerior
eſt, & confirmatur ex his, quæ dicentur infra in
77 ultima reſponſione ad hoc argumentum, † & nega
ri non poteſt ſaltem, quando factum in ſe dubium
non eſt ut in caſu præſenti per ſupradicta, ſicut pro
bat egregie Ruy. conſ. 57. col. 1 uerſ. & quamuis
lib. 4. & rurſus conſ. 2. col. fin. uerſ. & hoc dictum
lib. 5. hic non ſolum contingit probari modo ueri-
tatem d. homicidij notorij uerum etiam probata
erat antea in proceſſu fabricato in Ciuitatibus Egi
na, & Maceratenſi, ac etiā in Vrbe Romę, interio.
78 Quinto Reſp. † regulam in contrarium allegatam
non procedere reſpectu effectuū exequutionum,
qui non requirunt aliquod miniſterium Iudicis, ſed
tantum factum alterius hominis priuati, ut hic, ubi
agitur de homicida impune occidendo Bal. l. quæ
ſub conditione §. fin. uers. uel dic. 2. de cond. inſtit.
Domi. c. Felicis. col. 2. uers. D. Io. de Imol. de pœnis
lib. 6. Fel. d. c. Rodulfus. col. 29 in 4. limit. & d. c. cū
ab homine col. antepen. in 3. limit. Dec. conſ. 145.
col. fin. uers. nō obſtat quod licet. Ruy conſ. 4. in fin.
lib. 5. quem allegat. & ſequitur Tiraq. d. glo. reuer-
tatur nu. 402. ubi interminis uoluit, ꝙ quando non
agitur de cōmodo pecuniario fiſco, uel priuato ap-
plicando, ſed ꝙ aliquis occidi poſsit, ut eſt proprie
caſus noſter, non requiritur aliqua declaratoria, &
ſequitur Ant. Gab. d. conclu. 22. nu 11. licet ipſe
neque Ruynū, neque Tiraquellum dd. locis alleget

Sexto in tanta ambiguitate nō eſſet abſurdū aſſe
rere, ꝙ contraria procedunt in homicida non decla
rato, contra quem nihil actum eſt quoad declarato
riam faciendam, ſecus in eo, contra quem factus eſt

M ꝓceſſus,

ſus, probatam delictum, & demum uentum eſt ad
ſententiam excluſiue, ut hic, quia tunc uidetur,
quod iſte habeatur pro declarato, cum ex dicto ꝓ
ceſſu uideatur certum homicidium, ideoque am-
plius declaratoria non eſſe certificandum l.eum qui
certus de reg. iur. Tum uel maxime in caſu noſtru
80 in quo plura alia concurrunt, † Primo tres teſtes
deponentes de ſama nota tempore condennationis
faciendæ de Octauiano, quod ipſe euaſerat frater
Cappuccinorum, & ob id retardatam ſententiam
condennatoriam ipſius. Secundo quod duo alij Rei
ſimul cum eo proceſſati, & inquiſiti pro eodem ho
micidio, minuſque culpabiles, ut ex proceſſu li-
quet, fuerunt condẽnati in pœnam mortis, & cõ-
fiſcationis bonorum. Tertio quod regula iuris eſt,
proxime condemnandum haberi pro condemnato
arg. l. pen. de mili. teſta, & in terminis tradit Paul.
Caſtr. l. 3. §. ſi ſeruus ff de acqui. poſſ. qui licet á
nonnullis in hoc reprobetur, ut ſupra, in iſto ta-
men caſu, in quo tot concurrunt, eius opinio tenen
da eſt, ſaltem ut iſti, qui occiderunt, excuſentur
cum illum habuerint pro homicidia declarato, &
ex prędictis facile potuerint decipi, & q̃libet cauſa
excuſet á dolo, & à delicto l. 1. ubi glo. de abige.
cum late congeſtis per And. Tiraq. de pœn. molli
caut. 43.

Nec dicatur d. Capitan. Guidonem, qui manda
uit homicidium prędictum fieri, ac etiam Mazzo-
lam, qui ad illud manum appoſuit, relegatione,
& ſic extraordinarie, in Vrbe condemnatos fuiſſe,
& propterea eodem modo dictum Octauianum ui
deri puniendum Quia Reſp. non eſſe parem cauſã
d. Octauiani cum iſtis; Nam Capitaneus Guidonus
ita extraordinem condennatus fuit per illum iudicẽ
mitius cum eo agendu (ut ipſe inquit in ſua ſenten-
tia) ob longam carcerationem, & alijs iuſtis de cau
ſis animum ſuum mouentibus; & licet ipſe non ex-
primat cauſas, inter eas tamen potuit eſſe una, &
quidem potiſſima, nempe iuſtus dolor vulneris ſi-
81 bi in manu dextra per Vexilliferum illati, † ob il-
lud enim poteſt Iudex pœnã ordinariam minuere,
& aliter quam morte homicidium punire Bal c. 1.
82 de pac. tenen, † quod indubitatum eſt, quando do
lor, & iracundia prouenit ex facto occiſi, ut poſt
multos ibi per eum citatos tradit Seis. in l. ut uim.
83 ſub nu. 104. uerſ. aut quis. ff. de iuſt. & iur. † cum
fortius id etiam procedat, quando iracundia proue
nit ex facto alterius, quam occiſi l. 3. C. de epi. au-
di. per quem ita dicit Rom. l. cum mulier col. 32.
uerſ. aduerte etiam. ſol. matri. Feli. d. c. dilecti nu.
12. & Seis. d. loco. Quo uero ad Mazzolam, res eſt
clara, cum extraordinarie fuerit punitus, quia ipſe
non percuſsit Vexilliferum, niſi cum iaceret in Ter
ra mortuus, aut ſemiuiuus, ut teſtes deponunt,
Octauianus uero, cum primus fuerit qui vulnera
lęthalia intulerit, & d. Vexilliferum in terram pro
iecerit, occiderit, & aſſaſsinium, ut ſupra dedu-
ctum eſt, commiſerit, non poteſt ullo pacto uide-
ri comparandus aut dicto Capitaneo aut dictu
Mazzulæ, in quorum neutro illæ qualitates aggra-
uantes delictum reperiebantur, prout in ipſo
Octauiano.

Settimo & Vltimo, ut omnis tollatur dubitatio
84 quoad illud de declaratoria requiſitã, † Reſponde
tur allegata in contrarium non procedere, quan-
do in proceſſu, qui factus eſt contra eum, qui ex-
cipit ſe potuiſſe homicidium committere impune,
paratus eſt id probare, & in proceſſu probat, quia
tunc Iudex poteſt, & debet ſimul, & ſemel ferre
ſententiam declaratoriam facti, illum qui occidi-
tur, fuiſſe homicidiam, & impune huic licuiſſe
illum morti tradere; quia cum declaratoria non ſit
neceſſaria ad ſubſtãtiã eſſe, ſed ad exequutionem
tantum, quando lex ipſo iure infert pœnam, ut
hic, ſufficit, quod eodem tempore fiat, & ita facta
retrotrahitur, ut not. uolun Bal. c. 1. in princ. de
feu. ſin. culpa non amitt. quem ſequitur Alex. cõſ. 6.
85 nu. 20. lib. 3. † ubi propterea uoluit, quod ſiquis
ipſo iure cecidit a feudo, directus dominus poteſt
illud concedere alteri, & illum inueſtire, faciendo
declaratoriam poſt exequutionem, ſequitur Ruy.
conſ. 121. ſub nu. 9. uerſ. pręterea lib. primo &
conſ. 4. ſub. nu. 19. ad fin. lib. 5. ubi allegat Bar.
d. extraua. qui ſint rebel. & Ancha. conſ. 277. idẽ
aperto ore uolun Bar. ad extrauag. qui ſint rebell.
86 uer. rebellando prope fin. uerſ. circa ſecundum, †
dicens rebellem, qui ipſo iure punitur, quamuis oc
cultus ſit, & declaratoria lata non fuerit, poſſe im
pune occidi, & in iudicio, quo proceditur contra
homicidam, liquidabitur, quod occiſus fuerit re-
bellis, & hanc opinionem late ſequutus eſt Io. Ba-
pt. Ferret. conſ. 31. nu. 8. 9. & 10. lib. primo ubi
cõcludit Franciſco Mariæ Excellentiſs. & Illuſtriſs.
Duci Vrbini impune uccidere licuiſſe Alidonium
Cardinalem Papien. nuncupatum rebellem, & lęſę
maieſtatis Rom. Pont. reum, & diſfidatum ipſo iu
re, licet contra eum nulla declaratoria lata fuiſſet,
atteſtans illum fuiſſe abſolutum per ſententiam
quinque Cardinalium, quibus cauſa per Iul. 2 cum
toto conciſtorio fuerat commiſſa, in qua ſimul di-
ctum, & declaratum fuit dictum Cardinalem diſfi-
datum fuiſſe per totum ſtatum Eccleſiaſticum ideo
que Domino Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Duci eum
occidere licuiſſe, prout ipſe ibi latius, etiã ex alijs
clarè atteſtatur ſeruatum fuiſſe, & concludit eſſe
tenendum prout in eadem cauſa conſulendo pro
eodem Excellẽtiſs. Duce Vrbini uoluit etiam Ruy.
d. conſ. 4. ſub. nu. 19. uers. poſtremo, &c. & ſe-
quitur hanc opinionem etiam Grat. conſ. 49. in ca
uſa uertente nu. 8. & ſeq. lib. primo.

Confirmãtur iſta, quia ſi uerum eſt, quod Octa
uianus erat homicidia, & aſſaſsinus, ut ſupra, &
conſequenter poterat impune offendi, grauaren-
tur iſti Rei eo ſolo, quod non fuerit declaratus talis
ſi hodie ipſi non poſſent ſaltem eum tale probare,
87 quod admitti non debet, † cum agatur de defen-
dendo iſtos á reatu, & pęna homicidij eis permit-
titur exceptio, quæ alias non permitteretur, ne
indebite grauentur, argumento not. per Bar. l. ubi
pactum nu. 10. C. de tranſ. ubi uoluit, quod ſtan
te ſtatuto, quod bannitus poſsit impune occidi,
ſi ille, qui occidit non audet comparere, & acce-
dat tertius aliquis, & probet illum fuiſſe bannitũ,
Iudex non debet ulterius procedere, quin immo
homicidam abſoluere, licet ipſe non comparue-
rit, quia in iſto caſu, in quo agitur ad publi

cam

publicã vtilitatẽ, ſufficit liquere iudici iſtud nõ eſſe
delictum, quamuis reus non compareat, ut regulari
ter deberet, ſequitur ibi Curt. nu. 71. Bal. l. decurio-
nes C. de infro. Hippo. conſ. 90 nu. 24. Carre. in ſua
pract. crimi. §. ſeptima igitur in prinс. fo. mihi. 192.
Non obſtat, quod Octauianus eſſet toleratus,
ideoque à quoquam occidi non poſſe uideatur, ſe-
cundũ Sali. d. l. nullus cum alijs ultimo loco allegatis
quia præterquã quod uere Octauianus nõ erat tole-
ratus, ſed ſuo periculo cõuerſabatur, fretus ſuo men
dacio, quo publice aiebar, ſe cũ Curia Romæ cõpo
88 ſuiſſe, reſpondetur, † ꝙ opinio Saliceti, & ſequaciũ
eſt falſa. Anania. c. ſicut de iudi. ubi aſſerit ſe nũquã
ſecundũ illud dictũ Saliceti potuiſſe obtinere Dec.
conſ. 327. col. fina. late Ruy. conſ. 85. in ꝓpoſita nu.
9. & nu. 15. lib. 4. Aym. conſ. 168. nu. 4. Soc. Iuni.
conſ. 58. lib. primo. Gozza. conſ. 61. Maur. c. quæ in
Eccleſiarum nu. de conſtit. & clarius c. primo nu. 3.
de excep. & alij narijs in locis.
Secundo dato, quod dictũ Saliceti aliquo modo
89 ſubſtineri poſsit, † illud procedere poteſt ante factũ
homicidiũ de ipſo homicida, ſecus poſt, quia tunc
æquior, & benignior opinio eſt contra Salic. ſaltẽ
ut conſulamus ſe defendenti, ut tandem concordã-
do opiniones tradit Dec. d. conſ. 327. col. fin.
90 Tertio melius reſpõderi poteſt, † quod iſta demũ
opinio Saliceti ſubſtineri poteſt, quando bannitus,
uel homicida ſciẽter toleratus eſſet ita a ſuperiore
ut promotus ſit ad magiſtratus, honores, & officia
ſolita concedi nõ bannitus, alias minime, ut late ex-
plicat Ruy. d. conſ. 85. nu. 9. & ſeqq. pluribus
Aymo. d. conſ. 168. nu. 4. Soc. Iuni. d. conſ. 58.
& Gozza. nu 61. ſed iſte Octauianus non fuit ita
toleratus, & habitus, & receptus, quinimmo ꝑ pau-
cos dies uiſus per plateas, & uicos, merito. &c.
Quarto & vltimo pro clara reſponſione conſide
randũ eſt, ꝙ hodie tolerantia iſta nihil poteſt ope-
91 rari, † ex quo nec licentia, nec ſaluuſcõductus ali-
quis (ut appellant) huiuſmodi homicidij fieri, aut
concedi poteſt à Legatis, Vicelegatis, Gubernatori
bus, aut alijs officialibus ſedis Apoſtolicæ, ut expreſ-
ſe cautũ eſt Motu proprio Pij. v. cõtra homicidas
bannitos, & alios facinoroſos, & nihilominus, ſi con
ceſſa fuerit licentia aliqua nihil impetrantibus pa-
trocinatur, quod ſi expreſſe conceſsio facta nõ pro
deſt, quanto minus tacita, quæ ſine dubio minoris
uirtutis, & roboris eſt, quam expreſſa, ut late con-
gerit. Tiraq poſt. ll. cõnub. glo. 5. in princ. & nu. 48.
Non obſtat Vltimo quòd Rei iſti occiderunt nõ
ad uindictam, plublicã, ſed priuatã ob cauſam, quo
caſu eis non ſuffragatur ſtatutũ, aut alia ſimilis diſ-
poſitio, qua homicidium impune cõmitti poteſt, ſe
cundum Bar. l. nulla C. de dela. lib. x. quã alij non
92 nulli ſequuti ſunt, † Quia reſpondetur opinionem
hanc Bar. uerã non eſſe, & in practica contrariũ ſer
uari, ut teſtatur Boſſ. tit. banni. quid amit. ſub nu.
primo uerſ. datur etiam alia limitatio, & eſt uerißi
mũ, quia ſtatuentes non curant quis, quomodo, &
quam ob cauſam bannitum occidat, dummodo Ci-
uitas, & Prouincia purgetur malis hominibus, ꝙ
principaliter eſt in intentione ſtatuentium, ſecun-
dum Bar d. conſ. 588. ad finem. Et ideo ſtante tali
ſtatuto bannitus occiditur impune etiam ab eo, qui
ignorans illum eſſe bannitum occidit. Bar. l. gene-
ro ff. de inſa. Alex. conſ. 114. nu. 4. lib. primo Be
ro. qui alios citat. c. quæ in Eccleſiarũ nu. 21. quia
ut pœna euitetur, ſufficit, illum, qui occiſus eſt eſſe
bannitum Dec. conſ. 327. nu. 4. in l. Clar. d. § ho-
micidium uerſ. fuit etiam aliquando ubi dicit co-
munem * prout procedit etiam, ſi quis pro pecunia
ſibi data bannitum occidat Dec. d. conſ. 327. nu. 5.
ubi multos allegat, præcipue Alb. 4. par. ſtat. q. 20.
Nell. de banni. prima par. 2. temp. q. 12. Ac etiam
ſi proditorie quis occideret bannitum Bal. conſ. 9.
ad fin. lib. 3. Dec. d. c. quæ in Eccleſiorum nu. 14.
in fin. & d. conſ. 327. nu. 4. Roc. Curt. c. fin. nu.
197. de conſuet Boſſ. dicens ita ſeruari d. tit. ban.
quid amitt. nu. 1. ſicuti etiam idem ſeruari teſtatur
Clar. d. §. homicidium uerſ. ſed an liceat. Idem Be
ro. d. c. quæ in Eccleſiarum nu 126. in fin. & Pet.
Gerar. nor. 14. & ita in hac noſtra Ciuitate Peruſi
na Annis ſuperioribus obſeruatum fuit in perſona
cuiuſdam Antonij Fanenſis, qui proditorie occide
rat Ioſephum de eadem Ciuitate bannitum, ita no
tante Rota, & collegio noſtro Peruſino tẽpore Re-
uerendiſs. Epiſcopi Cauentis Gubernatoris huius
ciuitatis, & prouinciæ.
Poſtremo quatenus Rei iſti deſtituti eſſent ſu-
preſcripta defenſione, quod omnino falſum eſſe
exiſtimamus, eos non niſi pœna extraordinaria pu
93 niendos eſſe dilucide cõſtat ex eo, quia homicidiũ
per eos perpetratum non fuit conſulto, data opera
animoque ſedato, & deliberato, ut dicitur, ſed in
eius forte fortuna. & caſuali, ſeu a caſu (ut aiunt)
exorta, dum D. Franciſcus Fumagiolus, & ipſi
rei conſtituti erant clauſo oſtio in ſtabulo cũ equis
paratis ad equitandum; nam uidens D. Franciſcus
ſe á quopiam incerto ad otij rimas obſeruari, quid
intus agerent (ut ſemper mali aliquid aduerſus ſe
moliri ſuſpiciabatur propter capitales inimicitias,
quas cum Capitaneo Camillo Perinello habebat)
reſerato ſtatim Oſtio, & Octauianum repertum
cum cœpit, & cum ille grauiter ſuſpicaretur, &
modo unam, modo aliam excuſationem illius ſue
obſeruationis cœperit, demumque aſſerere ſe inde
tranſiuiſſe ad domum Vibij de Vibijs aceeſſurum
ab eo uocatum, & D. Franciſcus dixerit ad eum,
accedamus ſimul ad D. Vibium, & ſi ita affirmaue
rit, te dimittam, ſin minus, omnino quid hic ageres
ſcire uolo, & dum accederent, ipſeque D. Franciſ-
cus tum á dictis D. Ciro, & Iulio aſſociatus illum
braechio aprehenſum detineret, in medio itineris
d. Octauianus impetu facto è manibus D. Franciſci
aufugeret, dictuſque Franciſcus una cum Socijs il-
lum inſequerentur ſimul omnes cũ pluribus vulne-
ribus confoſſum mortuum in uia publica relinque-
94 runt, † & licet d. Octauianus plura vulnera habue-
rit, cum tamen non conſtet, quod vulnus læthа-
le fuerit, aut quis eorum intulerit vulnera læthalia,
ſine dubio quoad pœnam perſonalem legis Corne-
liæ, uel tantum D. Franciſcus tenetur, qui prin-
cipalis erat, arg. not. per Cin. l. quoniam col.
pen. C. ad l. iul. de ui. & Bonif. tit. de inſult. &
percu. numero 15. & Gandi. de homi. col. 7. nu.
17. Vel nemo. ſed quiſque extraordinaria tan-
tum iudicis arbitrio, cum uere incertum ſit cu-
ius primo ictu ille occiſus ſit; licet enim vulne-
ra mortifera plura ſint, attamen cum homo

ſemel tantũ mori poſsit, qui primum vulnus lęthale intulit, is uere occidit, cęteri uero, qui deinde percuſſerunt, non hominem, ſed cadauer percuſsiſſe dicitur; vnde cum incertus ſit primus percuſſor, omnes in dubio extraordinem puniuntur, ut egregiẽ firmat Menoch. de qq. arbi. iudi. caſ. 362. nu. 17. & 18. multo magis, quando non omnia vulnera ſunt lęthalia, ſed aliqua tantum, ut hic, & ignoratur quis illa lęthalia intulerit, quia tunc licet omnes de occiſo teneantur, nemo tamen ordinaria pœna, ſed extraordinaria punitur. Vit. tit. quid ſit accuſa nu. 71. Clar. ſent. recep. lib. 5. § homicidium uerſ. aut uero plura. ad finem fere, ubi poſt. Vit. & Carr. ubi per eum teſtatur hanc eſſe comunem * omniũ opinionem ubique Rol. conſ. 63. nu. 10. lib. 2. & alijs uarijs alijs in locis.

Secundo idem concludendum eſt omnino, quia uti ſupredictum fuit, notorium erat, Octauianum predictum homicidium, & aſſaſsinum commiſsiſſe, proceſſumque contra eum, & alios in Eſina Ciuitate primum, mox in Maceratenſi, demumque in Vrbe Roma fabricatum fuiſſe, & ad ſententiam condennatoria in pœna capitis, & confiſcationis bonorum contra homicidas uentum fuiſſe. Et licet in ea ſententia duo alij, non autẽ ipſe Octauianus uere condennatut extiterint, eum tamen id occiderit uel nimia credulitate, uel inertia iudicis, qui credidit, ut ſupra dixi, illum profeſſum religionem Capuccinorum, & ignoraretur, ac veriſimiliter, non tantum Rei noſtri, uerum etiam omnes crederent eum quoque pro d. homicidio, & quidem multo magis, cum ſolus aſſaſsinium commiſerit, condẽnatũ, aut ducti comuni errore excuſandi omnino ſunt ut ſupra, aut ſolummodum de negligentia arguendi ſunt, quod non perquiſiuerint, an uere condennatus extiterit, ob quam non ueniunt puniendi, niſi
95 pœna extraordinaria † arg. eorũ, quæ dicunt Doct. de eo, qui ſtante ſtatuto quod bannitus poſsit impune occidi, occidit bannitum rebannitum, quem tamen gratiã abtinuiſſe ignorabat occiſor, quia ſi potuit pecuniari, an gratia obtinuiſſet, punitur tantũ de negligentia extraordinem. Vero conſ. 39. col. pen. Clar. qui dicit ęquiorem ſententiã. recep. ſent. lib 5 §. homicidium uerſ. item quęro, pone &c. &
96 alij uarijs alijs in locis, † prout etiam in ſimili occidens bannitum, nulliter, qui non perquiſiuit nullum, an uero ualidum eſſet bãnum extraordinẽ punitur, Vant. de nulli tit. quot, & intraquod tempus nu. 44. Meno. pro * comuni, de qq. arbi. iud. 9 qq. nu. 10. & caſ 283. licet ſint, qui dicant, & forte uarius hunc nullo modo puniendum, ut per Clar. d. §. homicidium uerſ. maior eſt dubitatio.

CONSILIVM XXIII.

Argumentum.

Qui ſit deſertor, Quis etiam emanſor, & quando deſertorẽ occidere liceat, iux. l. deſertorem §. ſi pręſidis, & de dicti §. 1. intellectu late diſſeritur.

SVMMARIVM.

Miles denegans ſuo Centurioni proficiſci, ut ille iubet, deſertor eſt nu. 1.
Qui non accedit ad diem commeatus, deſertor eſt. nu 2.
Deſertor uerè eſt, qui per prolexum tempus uagatus ad caſtra reducitur nu. 3.
Emanſor eſt, qui diu uagatus ad caſtra rediјt nu. 4.
Propria differentia inter deſertorem, & emanſorem nu. 5.
Deſertor æquiparatur ſeruo fugitiuo, emanſor erroni nu 6.
Qui non dũ militiam ſuſcepit, uerè miles non dicitur nu. 7.
Intellectus uerus ad l. deſertorem § ſi preſidis ff. de re militari. nu. 8.
Deſereas excubias, pœna capitis punitur nu 9.
Cęſar Auguſtus cuſtodẽ portas relinquentẽ, capite puniuit (nu. 10.
Idem Epaminundas fecit nu. 11.
Excubia quomodo olim fierent nu 12
Cõmeatus quid ſignificet, & quomodo in iure capiatur n. 13
Cõmeatus raro ſecundum diſciplinã militarẽ dari ſolebat n. 14
Intellectus ad l. deſertorẽ § ſi cõmeatum de re milita. n. 15.
Deſertor impunè occidi poteſt nu. 16.
Quod intelligitur in deſertore proprio ut ſupra n. 3. n. 17.
Item in proprio deſertore intelligitur, quando agitur de pœna ei à iudice infligenda, ſecus alias nu 18.
Immo, quando à iudice pęna imponenda eſt non ſemper, ſed habetur ratio ad diutis ſtipendiorũ, gradus militia loci, muneris deſerti, & aliorum multorum nu. 19.
Deſertorem accidere non licet priuato nu. 20.
Fallit, ſi deſertor deprahenſus, reſiſtat ei, qui reducere uelet, quia tunc opprimi poteſt nu. 21.
Dũmodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ n. 23.
Intellectus l. 2. C. de deſere. lib 12. nu 22.
Deſertorem, qui militiam non ſuſcepit proriè non dicimus ideoque nec occidere poſſumus nu. 24.
Miles ante militiam ſuſceptam pro dilicto à ſe commiſſo, non ab Imperatore belli, ſed à ſuo ordinario Iudice punitur nu. 25.
Miles condennatus ante militiam ſuſceptam de dilicto, non remittitur puniendus Imperatori belli, ſed per ordinariũ loci, condennatio exequutioni mandatur. n. 26.
Priuilegia militaria antiqua non trahuntur ad milites noſtri temporis nu 27.
Militum noſtri temporis deteſtatio nu. 28.
Homicidã etiã non bannitũ licitũ eſt occidere, ſecundum formã bannimentorũ Peruſinorum, & Bullarũ nu. 29
Idem in Aſſaſſinia ex forma iuris communis nu. 30.
Bannitus etiam nulliter, ſtante ſtatuto, quod bannitus poſſit impunè occidi, impunè occidi poteſt nu. 32.
Idem, ſi bannitus dicat, ſe habere ſaluum conductum & non oſtendat nu. 33.
Huius rei ratio nu. 34.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVod Octauianus non fuerit habendus pro vero homicida qui pœna homicidij veniret ordinarie puniendus, nouiter deducitur ſubtiliter per Excellentiſſ. D. locũ tenentem, quia ſignifer ille, quẽ ipſe Octauianus occiderat, tanquam deſertor impune occidi poterat.

Quod

Quod autem deſertor eſſet habendus, uidetur
1 probari, † quia eius Centurio, ſiue (ut vulgo appellant) Capitaneus iuſſerat commeatum, ideſt cũ alijs proficiſci, ſiue (ut vulgo dicitur) marciare, ipſe autem denegauit, vnde duabus rationibus deſertor habendus uidetur. Prima, quia non paruit precepto prepoſiti ſui, ut uidetur tex. l. deſertorẽ §. ſi præſidis cum glo. uer. ab exequtione ff. de re.
2 milit. † ſecunda, quia ad diem commeatus iucedere negauit, d. l. deſertorem § ſi ad diem. Rurſus, ꝙ deſertor impune occidi poſsit, uidetur clarus tex. l. 2. C. de deſer lib. 12. & l. 2. C. quando li. ſe. ſi. iud. uin.

Hæc licet ſubtilia uideantur, ueritas tamẽ eſt car
3 ceratis noſtris nihil penitus obeſſe † Deſertor. n. eſt qui per prolixum tempus uagatus ad caſtra reduci
4 tur, † emanſor autem, qui diu uagatus ad caſtra regreditur d. l. deſertorem §. emanſor. exquibus uerbis apparet, quod horum uterque caſtra diu deſe
5 rit, † ſed inter unum, & alterum hoc intereſt, ut deſertor is ſit, qui non ſua ſponte redit, ſed reducitur.
6 Emanſor uero ex ſe ipſo regreditur, † ſic ille ſeruo fugitiuo, hic uero erroni ſimilis eſt, ut tradit Vulp. l. quid ſit fugitiuus §. erronem ff. de ædil. edic. clare, lateque explicat Claud. Cote. de iur. & priuil. milit. lib. 3. c. 3. ubi de emanſo. & deſerto late diſerit, prout etiam Ant. Aug. emendationũ lib. 3. c 7. in princ. Lucas Pin. l. 1. de deſer. C. lib. 12. & patet ad ſenſum hęc declaratio, cum nihil aliud ſit deſerere, unde deſertor, quam, non adeſſe, abeſſe, deſtituere, & derelinquere, ut declarat Nizo. uer. deſero.

Qua declaratione ueriſsima ſtante, cum ſignifer
7 ille, nũquam ne dum diu abfuerit a caſtris, † immo (ſi uerum amamus) cum neque militiam adhuc ſuſceperit tunc, ideoque neque uere miles, neque Centurioni ſuppoſitus eſſet, arg. not. p Iul. Clar. recep. ſẽt. lib. 5. § ſiu. q 37. uerſ. ſi uero aliquis miles, nõ potelt emãſori, aut deſertori modo aliquo equiparari.

Non obſtat tex d. l. deſertorem §. ſi pręſidis ubi uidetur dici, iuncta glo. uer. exequtione, quod miles non obediens pręcepto ſui prępoſiti deſertoris pec
8 catum ſubit, † Quia Reſp. primo illum tex. tempori bus Accurſij fuiſſe corruptũ, in illo uerbo, ab exequtione, & hoc uariare fecit Accurſ. exponentẽ ibi ual de improprie ab executione. i. præcepto, cum executio nihil comune habeat cum præcepto, & legendum eſſe eum tex. prout reſtitutus reperitur in modernis codicibus ex pãdectis Florentinis ab excubatione, quę litera clarum, nitidũque ſenſum habet, ſicut illa vulgata ab executione, obſcurum, & cui nulla gemina interpratio applicari poſsit ſine ſuppletione, & diuinatione, legẽdo uero, ut reſtitui tur ex Florẽtinis pandectis nitidus eſt ſenſus, quod miles præpoſitus excubationi præſidis, uel cuiuſuis præpoſiti, ſi deſiſtat, peccatum deſertoris ſubit, &
9 comprobatur iſta lectura, & ſenſus illius tex. † quia excubias deſerere adeo graue crimen erat, ut pœna capitis puniretur l. qui excubias ff. de re. milit. & teſtatur Claud. Cot. d. tract. lib. 1. c. 37. ad princ. fere,
10 ubi poſt App. in illirico † propterea refert Cæſarem cũ cohorti portas Ciuitatis Promonę in Dalmatia cuſtodiendas commiſiſſet, illa portas reliquiſſet, ſequẽti die decimum que eius cohortis morte mul
11 taſſe † epaminundas quoque cum cuſtodi, cir cuiret, ſopitum militem excubijs prępoſitum gladio trãſfixit, & quibuſdam increpantibus, dixit cũ qualem iouenit, talem reliqui, ut refert plutar. in uita epami. nec mirum uidetur, quia magnum periculum eſt, ſi is, qui excubias pollicitus eſt, uel negligat, uel deſerat.

12 † Quõ autem excubiæ antiquitus ficrẽt, & quotũ locorum, ac etiam perſonarum, ut Imperatorum, Queſtorum legatorum præſidis, uel cuiuſuis præpoſiti, ut d. l. deſertorem §. ſi præſidis. eſſent patet ex his quæ tradit, idem Claud. Cot. li. 1. c. 37.

Quo ſenſu ueriſsimo d. tex. retento, ſequitur clariſsima reſponſio, nihil omnino comune habere eum tex. cum caſu noſtro, cum loquatur de eo, qui deſerit excubias præſidis, uel cuiuſuis præpoſiti, quo in caſu ſinedubio ſignifer ille non erat.

Secundo dato, quod ſecundum glo. ibi, aliter intelligatur ille tex. & uerum ſit eum, qui non paret præcepto præſidis, uel prepoſiti ſui, peccatum deſertoris ſubire, non propterea ſequitur, quod impune occidi poſsit, prout patebit clariſsime in reſp. ad l. deſertores C. de deſer. lib. 12. & l. 2. C. quando li. ſe ſi. inuendũque tradetur paulo poſt.

Minus obſtat d. l. deſertorem § ſi commeatum inducendo, vt ſupra, quia verè ille tex. nihil ad rem facit, loquitur. n. de die commeatus, commeatus
13 autem duplici ſenſu accipi poteſt, † Vno, ut ponatur pro cibarijs ad multitudinem aliquam alendam preſertim belli tẽpore, vt apud Cice. ꝑ pom. fo. 14. Cum ex omnibus prouincijs commeatus & publico, & priuato ꝓhibebamur, & ad Att. fo. 107. ille á commeatu & reliquis copijs intercludendus eſt, & hoc modo non capitur apud iureconſ. d. loco. Altero pro tempore, quod milkti alicui dabatur ab Imperatore belli eundi, manendi, & redeundi, ſiuè pro facultate quadam, quæ dabatur recedendi à militia, eundique quo miles vellet, præſcripto certo die ad redeũdum, quod vulgo dicitur, Commiato. Cice. ad heren. ſcilicet ut ille, qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquę intercluſiſſet, & eſt clariſsimus, tex. l. 1. C. de commeat. ibi, diſcedendi comme
14 atum dari &c. & varijs in locis, † qui tamen commeatus ſecundum diſciplinam militarem per raro dari ſolebat, vt poſt Pater. Cæſarem, & Aicha & Hono. dicet Cat. Cotta. d. trac. lib. primo c. 38. ferè in princ. & non ad piſcatum, venatum, aut ſimilia, ſed ad res proprias componendas, eaſque neceſſarias tantum, vt ibidem latius oſtendit Cat.
15 Cot. † & hoc modo accipitur d. §. ſi commeatum vbi dicitur, quod ſi quis non venerit ad diem commeatus. i. ſibi præfixum ad reditum in com meatu conceſſo, perinde in eum ſtatuendum eſt, ac ſi emanſiſſet, vel deſeruiſſet, data tamen ſibi prius facultate docendi, & probandi, nam fortẽ caſibus quibuſdam detentus fuiſſet, propter quod venia dignus eſſet, vt accipit, & inteligit Idem Cote. d. loco illum tex quicquid glo. ſuper eo in intelligentia ipſius laboret. Quo veriſſimo intellectu ad illum tex. recepto, ceſſat pænitus eius inductio in contrarium facta, qua intelligebatur, vt ibi loqueretur tex. de iuſſu Ducis belli ad commeandum, ſiuè eundum, & vt vulgo dicitur a marciare, quia vere de hoc commeatu tex. ille non loquitur.

M 3 Secundo

Secundo dato, quod loqueretur, vt ex aduerſo
inducitur ille tex. reſp. ex eodem met. tex. qui licet
parificet eum militem, de quo, ibi, emanſori,
vel deſcitori, velitque pariter in eum ſtatuendum,
atque in iſtos, id tamen temperat, ſi ille probaret
quod caſibus quibuſdam detentus fuerit, quibus
die ſtatuta adeſſe non poſſet, atque ita vult eum au
diri, ſi quam cauſam excuſationis haberet, ſignifer
autem ille, qui proteſtabatur ſe non inceſſurum vl
terius, cauſam allegabat, quia milites ab eo con-
ducti nolebant incedere, niſi prius ſtipendia habu
iſſent, quę iuſtiſsima erat cauſa, & in ea audiendus
erat ergo non erat in eum ſtatuendum, vt in diſer-
torem, vel emanſorem.

Tertio etiam, quod deſertor proprie fuiſſet ſi-
gnifer ille, quod omnino negatur, ad huc non li-
cuit eum occidere, vt infra patebit in reſp. ad l. 2.
C. de deſe. lib. 12.

26 Non obſtat igitur d. l. 2. C. de deſerto lib. xij. †
in qua dicitur permitti deſertorē impunè occidi
27 poſſe, † Quia Reſp. Primo illum tex. loqui de de-
ſertore proprio, qualis non eſt iſte noſter, vt ſupra
diximus.

Secundo etiam quod ſimus in proprio deſertore
28 Reſp. quod, † Aut. quęrimus de pena ei à Iudice in-
fligenda, de qua tamen hic non agitur, & tunc
non ſemper, & omni caſu pęna mortis eſt in deſer
19 torem ſtatuenda, † ſed habetur ratio ordinis ſtipen
diorum, & militię gradus, ſicut etiam loci, vel
muneris deſerti, & anteactę vitę, item ſi ſolus,
vel cum alijs deſeruit, vel aliud crimen adiunxit,
item temporis, quo in deſertione fuit, etiam eo-
rum, quę poſteà geſta fuerint, ſi ultro, vel neceſ-
ſario l. non omnes ff. de re. milita, & alia pęna ſta-
tuitur ei, qui in bello, ſiue qui in pace deſeruit d.
l. non omnes §. qui in pace. & alia ei, qui in Vrbe,
vel ei, qui extra inuentus eſt, & ei, qui in prima
deſertione deprehenſus eſt, vel qui iterum deſeruit
Item alia ei, qui ſimplicem deſertionem commiſit,
alia ei, qui aliud crimen adiunxit, vt ibidem di-
citur.

Aut vero quęrimus, an liceat priuato deſerto-
rem occidere impunè, de quo propriè hic agitur.
20 † & tunc certum eſt huiuſmodi licentiam minimè
21 conceſſam eſſe à iure ſimpliciter, & abſolute. † ſed
ita demum, ſi deſertor deprehenſus ab eo, qui eum
reducere cupit, reſiſtat, tunc .n. in illis conatibus
22 reſiſtentię opprimi poteſt, † ita propriè loquitur
tex. d. l. 2. C. de deſer. lib. xij. ibi, inuenti reſiſten
dum putauerint &c. & clarius, ibi, in ipſis teme-
ritatis ſuę conatibus opprimantur, idem probat l.
2. C. quando li. ſe ſi. in uind. ibi, qui ſi reſiſtere au
ſi fuerint &c. & ita intelligit Bar. d. l. 2. in eius
ſum. C. de deſer. dum ſummat Deſertor inuentus
reſiſtens opprimitur, & ibi quoque clariſsimè Io.
Plat. & Lucas Pin. eodem modo intelligit d. l. 2.
C. quando li. ſe. ſi. vid. vend. Sali. ibi, dum ſum-
met, Milites transferentes ſe ad hoſtes, poſſunt à
quolibet impunè capi, & reſiſtentes poſſunt im-
punè occidi, vt publici latrones, & ita * omnes alij
Doct. paſsim. Igitur. cum illi tex. ita loquantur, &
intelligantur, & ſignifer ille, de quo agitur ad ho-
ſtes ſe non tranſtuliſſet, nec verificari poſsit, quod
volenti eum reducere, reſiſteret, ſed alia de cauſa
cum Centurione rixaretur, non potuit á quoquam
vt deſertor reſiſtens occidi.

23 † Tertio fortius quatenus etiam d. ſignifer deſer
tor reſiſtens fuiſſet, adhuc ab Octauiano impunè
occidi non potuit in eo ſtatu, in quo reperiebatur,
quando trucidatus fuit; quia quod dicitur tales de
ſertores reſiſtentes impune occidi poſſe, intelligi
tur cum moderamine inculpatę tutelę eorum, qui
occidunt arg. l. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad l.
aquil. & not. per omnes l. vt vim ff. de iuſt. & iur.
quo omiſſo, deſertores reſiſtentes occidi non poſ-
ſunt, Vndè iis, quibus deſertores reſiſtunt labo-
randum eſt, quod potius capiantur deſertores, &
ad iudicem deducantur, quam occidantur, quia ſi
occiderint excedentes terminum inculpatæ tutelæ
pęnam homicidij non euadent, vt poſt Archi. &
alia ibi per eum allegata, tradit in terminis Lucas
Pin. d. l. 2. col. 2. ſuper ver. opprimantur verſicu-
lo item quod hic dicitur &c. Vnde eum, vt ſatis
alijs prioribus allegationibus oſtendimus, ſignifer
ille iam ſe retraxerit á rixa Capitanei ſui, nulloque
modo Capitaneo ſuo moleſtus eſſet, Capitaneus-
que in tutum ſe receperit, quando Octauianus ob-
tulit ſe illum occiſurum, & in eum irruit, & occi-
dit, non licuit ei illum occidere, ſtante maxime
multitudine magna militum, qui eum facile cape
re, & ad iudicem belli ducere poterant.

24 Quarto pro reſp. conſiderandum eſt, † quod ea
quæ dicuntur de milite deſertore, procedunt in eo,
qui iam militiam ſuſcepit, ſiuè vt vulgo dicitur ad
25 Bancum fuerit reſignatus, & receptus, † quia an-
teà non dicitur propriè miles, nequè tenetur legi-
bus militaribus, nequè pro delicto à ſe commiſſo
punitur ab Imperatore belli, ſed à iudice ordina-
rio loci, vt patet ex eo, quod refert Iul. Clar. ſent.
recept. lib. 5. §. fin. q. 55. verſiculo ſi verò aliquis,
26 vbi, † ex hac ratione refert voluiſſe Senatum Me-
diolanensem quod ſi aliquis miles reperiatur condennatus
ante militiam ſuſceptam, ſi poſteà capiatur ab Or
dinario loci, non remittitur Capitaneo, ſed man-
datur executioni condennatio per Ordinarium
loci.

27 Quinto Vlterius conſiderandum eſt, † non eſſe
trahenda priuilegia militaria antiqua, aut leges ad
rem militarem pertinentes, ad milites hodierni
temporis, vt dixi in prioribus allegationibus ſe-
cundum communem * opinionem. maximè ad eos,
qui ad huc in militiam recepti non fuerint, vt hic,
cum verè rei militaris gloria non videatur pertine
re ad iſtos ex his, quæ latè contra hos noſtri tem-
poris milites, adducit, multis nominibus damnans
notisque afficiens Lucas Pin. l. hoc perſpectum C.
de metu. lib. xij. l. nulli col. 2. in fin. C. nul. lic. in
frenis eod. lib. & latius l. ijs quidem col. 2. C. qui
mili. poſſ. lib xij. l. ſtipendia col. j. in fin. de re. mil.
& l. fortiſsimi col. 1. C. de ero. mil. anno. lib. xij.
&, Rol. conſ. 66. decreueram nu. 59. & ſeq. lib.
28 primo, † Qui dicunt, quod milites noſtri tempo-
ris ſtatim atque arma tractare ceperint, ſurgunt in
Chriſtum, ſeuiunt in patrimonium Crucifixi ſpo
liant, & depredantur ſubiectos ſibi pauperes, &
ſine miſericordia affligunt miſeros, vt in doloribus
alienis illicitos appetitus, & inordinatas adimple-
ant voluntates Vndè concludendum eſt, quod cum

in eorum conſpectu omnis lex corruit, & verba iuris in armorum ipſorum ſtrepitu exaudiri non poſſunt, ſecundum Val. Max. lib. 5. cap. 2. non conuenit, vt leges antiquę militares eis obſeruentur.

Poſtremò quacunque pœna Octauianus fuiſsit condennandus, ſiue ordinaria ſiue exordinaria ob homicidium, & aſſaſsinium perſe in perſonam d. ſigniferi commiſſum, ad execotionem, & abſolutionem Reorum noſtrorum ſufficit, quod homi-
29 cida erat, dum eum occiderunt, † quem exforma ſtatutorum. Bannim. Bullarumquè licebat impune
30 occidere, † ſicut aſſaſsinum exforma iuris comunis ut alijs noſtris allegationibus probauimus, nec huiuſmodi diſpoſitiones reſtringi debent ad homicidam morte condennandum, ſed ſimpliciter intelligi de homicida, ut loquuntur. Primo quia lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet l. 1. §. & generaliter de lega. prçſtan. l. de prçcio. de publici.
31 † Secundo Quia in dubio homicidium prçſumitur doloſum, & ſic, quod eius pœna ſit mors l. 1. C. de ſica. l. ſi non conuitij C. de iniuri. glo. Odo. Cin. Alb. Bal. Salic. & alij d. l. 1. C. de Sica. Tiraq. de pçn. molli. cauſa.x. ſub nu. 6. verſ. ſed tu aduerte Ant. Gom. tom. 3. delic. cap. 3. nu. 7.
32 † Tertio Quia idem in ſimili dicitur de occidēte bannito, qui ſtante ſtatuto, quod liceat eum impune occidere, euadit pœnam, licet ille eſſet nulliter bannitus, occidens .n. non tenebatur pquirere nullitatem banni, cum prçſumatur pro eo, & ſibi imputet bannitus, qui non procurauit bannum deleri, ſecundum Din. l. pen. de adult. Bar. l. ex hoc reſcripſo. de uent. inſpic. l. ſi ue uxor. de don. int. uir. & uxo. Bar. Alex. & Ias. l. 4. § condennatum ff. de re. indi. Cepol. conſ. 7. nu. 7. Vant. de nullit. tit. qui. & int. quod tempus agi poſſ. nu. 44.
33 † ſicut eodem modo fortius ſtante eodem ſtatuto licitum eſt occidere bannitum, etiam quod ipſe dicat ſe ſaluum conductum (ut vulgo appellant) habere, quia ei ita aſſerenti non cogitur quis credere niſi illud oſtendat Bar. quem ibi ſequitur Ias. l. non ſolum § morte nu. 40. ff. de ope. no. nunc. ubi Ant. Rub. nu. 399. qui teſtatur eſſe communem opi-
34 nionem, & ratio horum eſt, † quia quando prçcedit cauſa propter quam aliquid mihi licet, non teneor credere tuç proteſtationi, aut aſſertioni contrariæ, niſi oſtendas uerum id, quod aſſeris per publicum inſtrumentum, ut ibidem per ſupra allegatos Bar. l. 3. § ſi ſeruus de aeq. poſſes. Paul. Caſtr. conſ. 37. Dec. reg. 8. nu. 5.

CONSILIVM XXIIII

Argumentum.

Locatio bonorum eccleſiaſticorum per prelatum ad triennium, cum pacto de renouando de triennio in trienniū vſque ad nouem annos non ualet etiā appoſito Iuramento prelati de obſeruando.

SVMMARIVM.

Bona eccleſiaſtica ultra triennium locari nō poſſunt nu. 1.
Et qui contrafacit eſt excommunicatus, & alias pęnas incurrit nu. 4.
Fallit, quando factum eſt pactum de renouando de triennio, in triennum nu. 2.
Contra nu. 5.
Immo tale pactum facit, quod non ualeat per primum triennium nu. 6.
Videtur tamen ualere, ſi facta ſit in tranſactione n. 3.
Contra nu. 9.
Extrauagans, ambitioſe de reb. eccles. non alie. etiam conſuetudine non eſt ſublata nu. 7.
Maxime hodie nu. 8.
Contra factum proprium poteſt quis uenire ratione publicę utilitatis nu. 10.
Ac etiam, quando quis non uenit nomine proprio, ſed Eccleſia nu. 11.
Ac etiam, quando ius nulliter queritur nu. 12.
Iuramentum non obſtat uolenti contrauenire pro recuperatione bonorum Eccleſiarum nu. 13.
Etiam ſi ipſe met alienauit, quia alienationem a ſe male factam poteſt reuocare, non obſtante iuramento ſuo nu. 14 & nu 16.
Quia tale Iuramentum non ualet nu. 15.
Iuramentum contra utilitatem eccleſię preſtitum non ligat iurantem nu. 17.
Et poteſt contrauenire ſaltem remedium inſtitutionis in integrum petendo nu. 18.

Dei Opt. Max. ſuffragio. implorato:

IN Caſu tranſmiſſo ſupponitur, quod Titius Abbas locauerit Sempronio bona ſuę Abbatię per nouem annos, cum pacto de renouando quolibet triennio iuriurando appoſito.

Et quod modo elapſis duobus primis annis in principio tertij anni ſempronius conductor inſtet aduerſus Titium locatorem pro renouatione ſecundi triennij iux. pactionem iureiurando firmatam in d. inſtrumento locationis appoſitam, Titius verò neget. d. renouationem facere ſub prętextu nullitatis d. promiſsionis de renouanda.

Et quod poſt multa electus arbiter ſuper prędicta differentia non mediocriter contra Titium dubitet, quęratque informari quid iuris ſit in huiuſmodi caſu.

Prima facie videtur reſpondendum contra Titium Abbatem videlicet, quod pactio ſubſtineatur & propterea, quod ipſi reſirmare per aliud trien-
1 nium teneatur, † Quia licet bona Eccleſiaſtica vltra trieniū ſine diſpenſatione apoſtolica locari non poſsint extra. ambitioſe. de reb. Eccleſ. non alie. in

extra

extra comunem, & propterea locatio hic ad no-
2 uem annos facta improbanda videatur, † Attameu
ſtante ſupraſcripto pacto de renouandu quolibet
triennio, locatio ab initio facta ad plures annos ve
re diſtinctis locationibus per tempus à iure permiſ
ſum, vt hic, valida videtur, & nulla locatio ex his
iuri contraria cenſenda videtur, ſecundum Bal. c.
1. §. ſi libellario. Qui. mo. ſeud. amitt. & l. volun
tas C. de fideicommis

Accedente maximè, quod huiuſmodi locatio in
caſu noſtro facta fuit in tranſactione, & concordia
aliorum multarum controuerſiarum inter Titium,
3 & ſempronium, † quo caſu multa quaodoque in
iure permittuntur, quę aliás non permitterētur &
quando ex aliquo non valere videretur, certè ſub-
ſtinenda eſſe dicitur vigore dicti iureiurandi appo-
ſiti ad c. cum contingat & ibi not. per omues de iu
reiurando.

His tamen non obſtantibus contrarium reſpon-
dum eſſe cenſeo, hoc eſt, Titium minimè teneri
ad faciendum renouationem vigore. d. pacti, Quia
quicquid olim circa hoc prouiſum eſſet, certum eſt
hodie nullam locationem rerum Eccleſiaſticarum
4 vltra triennium factam ſubſtineri, † quinimmo vl-
tra prędictum tempus ſuper bonis Eccleſiaſti-
cis contrahentes excommunicatos eſſe, aliaſque
etiam pęnas incurrere, vt eſt tex. d. extraua. am-
britioſe. & alijs Bullis poſteà editis, congeſtis per
Gui. Redoa. relatis in tract. de reb. eccle. non alie
q. 6. de locat rer. eccleſ. nu. 29. 30. & ſeq. & prę
cipue Bulla Pauli iiij. ſuper alie rer. eccleſ. non ſer.
ſeruau facta ſub datū Romæ Anno Domni 1555.
vbi Pontifex expreſſe confirmat d. extra. Ambi-
tioſe, omneſque contractus contra d extraua. fa-
ctos ipſo iure irritos declarat, etiam iureiurando
firmatos,

Non obſtat in contrarium allegata, & pręcipuè
quod dicitur, hic videri factam locationem prædi-
ctam ad triennium tantummodo vigore illius pa-
cti de renouando de triennio in triennium, iux.
5 doctrinam Bal. de qua ſupra, † Quia Reſp. quod
doctrina, & cautela Baldi eſt aperta machinatio,
fraus, & dolus maximus ad tegendum locationem
inualidam, & propterea nihil valet, vt eſt tex. §.
quod autem. verſiculo uec illud. aut. de non alie
&c. col. 2. Vbi ſi res alienari, aut concedi prohi-
bita vltra nouem annos concedatur cum pacto de
renouando ad alios nouem annos, aut expreſſa re-
nouatione ad aliud nouennium à iure permiſſum,
tale macchinamentum non tenet, & ita annotat
Cin. l. 1. C. de iur. emphi. Alb. l. pluribus §. 1. in
fin. ff. de ver. oblig. Card. clem. 1. §. fin. queſt. vl-
tima. de re. eccleſ. non alie. Bal. l. modeſtinus de
donat. & conſ. 392 locatio rerum lib. 5. vbi huiuſ
modi cautelas ſimiles damnat, latè Alex. conſ. 165.
lib. 2. & idem Alex. dicens. comunem l. ſi filio-
ſim. § vltimo. ſub nu. 25. ff. ſol matri. Ancha. conſ.
57. Lap. alleg. 22. Ias. l. manumiſsiones ſub nu. 7.
& ibi Claud. Seia ſub nu. 5. ff. de iuſt. & iur. Feli.
c. quę in Eccleſiarum nu. 87. verſiculo ſimiliter ſi
fiat locatio. de Conſtit. & c. plerunque ad fin. de re
ſcrip. vbi ſequitur allegationem lapi, & hanc opi-
nionem tenet Firmi. in repertorio ſuo. verbo Epiſ-
copus non poteſt locare. Tiraq. de vtroque retract.
tit. 2. in pręfat nu. 21. & poſt hos, & non nullos
alios per eum citatos, tradit Mando. diceus comu
nem in prima addit. ad lapum. d. alleg. 12. &
Giul. Redo. d. q. 6. verſiculo item ex pręmiſsis.
nu. 20. verſiculo ſed in contrarium &c. & videtur
hoc idem apertè ſentire concilium Trident. ſeſſ. 25.
c. 11. in fin. vbi damnat locationes rerum Eccleſia-
ſticarum factas ad longum tempus, ſeu ad 29. an-
nos etiam authoritate apoſtolica cōfirmatas, ſeu ad
bis viginti nouem factas
6 † Quinimmo dici poteſt, quod prędicta locatio,
nec quoad primum triennium valeat, quia locatio
rei Eccleſiaſticę facta vltra tempus a iure permiſ-
ſum, non ſulum vitiatur in eo, quod exceſsiua eſt
verum etiam in toto temqore, vt latè concludit La-
pus. Alleg. 80. quęris, cum locatio. Afflic. decis.
207. & poſt hos, & alios Guil. Redo. d. q. 6. ver-
ſiculo item ex prędictis. nu. 23. & ſequen.

Nec dicatur, quod d. extrauagans, Ambitioſe
ſublata ſit contraria conſuetudine, & in vſu non ſit
pręcipuè vbi appoſitum ſit prędictum pactum de
renouando, ſecundum Curt. de Conſu. c. illi nu.
301. Sum. Silue. ver. alienatio §. 15. Quia quicquid
7 iſti, aut fortè aliqui alij contendant, † contrarium
tenetur, nempè d. extra. Ambitioſe. non eſſe ſub-
latam, vt latè firmat pluribus argumnetis Bene. de
cis. Bono. 53. nu. 10. & in dici. Rotę Romanę ma
nuſcriptis per Moeda. decis. 250. de reb Eccleſ.
& loca. per Creſcem. decis. 550. pręlatus iurans.
de iureiurādo & firmat pro indubitato idem Guil.
Redo. d. verſiculo item ex premiſsis. nu. 15. vbi ali
os etiam allegat.

Et quatenus forte olim de hoc modo aliquo du-
8 bitaretur, † certè hodiè nulla cadit dubitatio, cum
ea extrauagans fuerit confirmata per. d. Bullam
Pauli iiij. & alias etiam aliorum Pontificum, de
quibus per Redoa. de pęnis male fac. alie. §. habe-
tur nu. 30. & ſeq.

Non obſtat, quod huiuſmodi locatio facta fue-
rit in tranſactione, & ad bonum concordię alia-
9 rum etiam controuerſiarum, † quia iure cautum
non reperitur hoc reſpectu validari alienationem,
aut locationem rei ecclesiaſticę alias inualidam, &
cum nihil allegetur, de hoc curandum non eſt l. il
lam C. de Collat.

Nec refert, quod Titius videatur venire contra
10 factum proprium, † Quia ratione publicę vtilitatis
poteſt l. 1. de lib. cau. l. iuriſgentium §. ſi paciſcar.
ff. de pact. & tradit in terminis Bar. l. iubemus §.
ſanè ſi hoc. verſiculo tertio quęro. C. de ſacroſ. Ec-
11 cleſ. & ibi idem ſequitur Bal. alia ratione, ſcilicet, †
quia non venit nomine ſuo ꝓprio, ſed Eccleſię, &
12 Alia etiam, quia † quando nulliter ius quęritur
ex contractu, licèt contrauenire etiam contractui
á ſe facto, vt ibi per eum, & hoc firmat late Idem
Guil. Redoa. d. trac. de reb. Eccleſ. non alie. q. 22.
§. & re ita &c. in princ.

Non obſtat, quod contractus iuréiurando fir-
13 matus ſit, † quia volenti repetere bona Eccleſiæ
alienata, aut locationem infringere, vel contraue
nire. d. pacto, iuramentum non obſtat, vt in termi
nis tradit Hoſti. in ſum. ne ſede vacaute. §. 1. col.
2. verſiculo ſed quid ſi Eccleſia. per tex. c. ſicut. de
iureiurando & c. 1. de his, quę fiunt á maior. part.

Cap. &

Cap. & eſt glo· in terminis c. ſiquis pręsbiterorum
14 ver. alienator de reb. Eccleſ. non alie, † vbi dicit,
quod qui alienat in pręiudicium Eccleſię, debet
alienationem malè á ſe factam reuocare, non ob-
15 ſtante eius iuramento, † quia illud non valet, per c.
intellecto. de iureiurando; & tradit Abb. d. c. ſi
16 quis pręsbiterorum quarto not. dicens, † quod prę
latus malè alienans rem eccleſię, poteſt illam repe
17 tere non obſtante iuramento per eum pręſtito, †
quia illud contra vtilitatem eccleſię pręſtitum non
18 ligat iurantem, † & in omnem euentum non ligat
tale iuramentum ipſum iurantem quin ſaltem pe-
tere poſsit reſtitutionem in integrum, vt eſt glo. &
ibi Doct. c. 1. de reſt. in integr. lib. 6. & illam opi
nionem Hoſt. loco ſupra allegato, vti ſupra fir-
matam, firmat, & pro indubitata ſequitur idem
Guil. Redoa. d. tract. de reb. eccleſ non ali. de tra
ctatu. verſiculo ſed ſi eccleſię nu. 9. & lattus d. q.
22. verſiculo & ſe ita &c. nu. 14. & pluribus alijs
ſeqq.

Ex quibus concluditur, quod ſine dubio licitum ſit Titio prędicto contrauenire. d. pactioni.

CONSILIVM XXV.

Argumentum.

Pręsbiter an poſſit exercère officium tabellionis ſaltem vt eius ſtrumenta valèant, ſcilicet ipſe pęnam in currat.

Quomodo teſtamenta aliàs ad ęternam memoriam a priuatis perſonis facta releuentur, vt valeant.

Statuta Ciuitatis, a qua caſtrum exēptū fuit, an locum habeant in caſtro exempto.

Vxor inſtituta vſufructuaria, an & qando vt hę res, & proprietaria.

Hęres quando hęreditatem non aditam tsanſmittat.

Hęreditas an per non factū ad iri poſsit Ius deliberandi quando tranſmittant.

S V M M A R I V M.

Pręsbiter curam animarū habens, tabellionatus officium exercere non poteſt nu. 1.

Quod procedit quoad pęnas contra ſe conſtitutas, non quoad validitatem inſtrumenti, quia illud valet, nu 12.

Maximè, ſi non fuit prohibitus a ſuperiore, & prohibitio venerit in notitiam contrahentium nu. 13.

Teſtamentum in terris eccleſię coram duobus, vel tribus teſtibus confectum valet nu. 2.

Dummodo probetur legitimè factum eſſe nu. 3.

Teſtes ad ęternam rei memoriam, dum releuatur teſtamentum, debent examinari citata parte, tam ex forma ſtatuti Caſtellionis Cluſini, & Peruſini nu. 4.

Contra, niſi quando inſinuatur nu. 19.

Quam etiam de iure communi nu 5.

Verum quando contentio eſt inter heredes ex teſtamento, & ab inteſtato nu. 20.

Res inter alios acta non præiudicat nu 6.

Maritus eſt legitimus procurator Vxoris nu. 7.

Quod procedit in fauorabilibus nu. 8.

Non in pręiudicialibus Vxori nu. 9.

Inſtrumentum factum ab eo, qui publice pro Notario habetur, valet nu. 10.

Maximè ſi inſtrumentum publicatum eſt ab illo, tanquam Tabellione nu 11.

Teſtamentum à priuato conſcriptum valet, ſi Teſtes examinati ſint & per iudicem mandatum perpetuam fidem adhiberi nu. 14.

Statutum non ligat extra territorium nu. 15.

Caſtrum diſmembratum ab aliqua Ciuitatem regitur ſtatutis decem Ciuitatis nu. 16.

Fallit, quando Caſtrum ſeparatum fecit ſibi ſtatuta particularia nu. 17.

Fallit, quando Princeps ſeparans Caſtrum ſuę iuriſdictioni immediante ſubijcit, poſtea alteri concedit nu. 18.

Maritus pro Vxore non interuenit in iudicio ſine eius ſpeciali mandato nu 21.

Fallit, quando ſolum facienda eſt denunciatio Vxori, quia fieri poteſt marito pro ea nu. 22.

Vxoris emphiteuta non priuatur, ſi alienans requiſiuit maritum nu 23.

De preiudicio alicuius agi non dicitur, quando ſit remeſſio reciproca ad inuicem nu 24.

Sciens & tacens in his, in quibus contradicere poteſt, ſibi pręiudicat, cum conſentire videatur nu 25.

Pro teſtamento in dubio iudicandum eſt nu 26.

Teſtamentum non inſinuatum eſt nullum ex ſtatuto Peruſino lib 2. rub 42. nu 27.

Niſi hæres per decem annos vigore teſtamenti poſſederit nu. 28.

Inſinuatio prędicta fieri poteſt quandocunque donec caſſatio teſtamenti petita non fuerit nu 29.

Vxor inſtituta in vſufructu, alio inſtituto hærede vniuerſali, eſt legataria nu. 30.

Verum ſi conſtat, teſtatorem voluiſſe eam vſufructuariam, tantum, vel ſumus in dubio nu. 42.

Hęres, ergò dominus nu 31.

Legatum vſusfructus alicui, donec vixerit, dicitur annuum nu 32.

Teſtator nominans vnum vſumfructuarium, alium hæredem, videtur primum voluiſſe eſſe nudum uſufructuarium nu. 33.

Hęrede uniuerſali inſtituto, alius in teſtamento nominatus hæres eſſe non poteſt nu. 34.

Verbum inſtituo propriè aptatur ad relictum hęreditatis nu 35.

Idem in uerbo Domina nu. 36.

Vſufructuaria inſtituta in uita ſua, uidetur relicta proprietaria propter uerbum in uita ſua, additum nu 37.

Idem ſi liberata ſit à reddenda rationem, & confectionem inuentarij nu 38.

Idem, ſi ſub conditione aliqua Teſtator grauat eam reſtituere bona ſua nu 39

Idem, ſi in dicta relaxatione Teſtator excipit bona aliqua uſufructuaria donata nu 40.

Exceptio

Exceptio firmat regulam in non exceptuatis nu. 41.
Mens teſtatoris ſemper preualet nu. 43.
Vxor relicta uſufructuaria filijs inſtitutis ex mete Teſtatoris legataria tantum eſt nu. 44.
Verba non attenduntur, ubi habetur mens nu 45.
Teſtator non creditur uoluiſſe inſtituere heredem in nanum nu 46.
Quod non eſt, quando inſtituit poſt mortem alicuius, ibidem.
Hareditas non datur annua nu. 47.
Ideo inſtitutus ad tempus, uel ex tempore, eſt heres purè, & perpetuo, detracto uitio temporis nu. 48.
Pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus quis decedere non poteſt nu. 49.
Semel hares non deſinit eſſe heres nu. 50.
Legatum annuum eſſe poteſt nu. 51.
Vſufructuarius quandoque eſt cauſaliter, ideſt, cum proprietate nu. 52.
Quomodo intellititur Dec. conſ 597. nu. 4. nu. 53.
Hareditas non poteſt dari ad diem, & ſi data eſt, intelligitur data perpetuo, hares tamen cenſetur grauatus per fideicommiſſum reſtituere alteri inſtituto poſt diem nu. 54. & nu. 57.
Et ſi ille eſt pramortuus, hereditas remanet apud inſtitutum primo loco, & eius heredes nu. 58.
Mortuo uſufructuario, uſusfructus finitus eſt, & conſolidatur cum proprietate nu. 55.
Relictum factum alicui quoad uixerit, uidetur factum, ne tranſeat ad ſuos heredes nu. 56.
Verum, ſi texatiue factum ſit nu. 60.
Secus ſi præſumptio aliqua ſit, quod aliter uoluerit Teſtator nu. 61.
Legatario moriente legatum conditionale remanet apud eius haredes nu. 59.
Preſumptio preſumptionem tollit nu. 62. & 63.
Reus Actore non probante, eſt abſoluendus nu 64.
Hareditas aditur animo nu. 65.
Vxor relicta uſufructuaria, ſi uitam uidualem ſeruauerit tenetur cauere de non tranſeundo ad ſecunda nuptias, ut fructus ſuos faciat nu. 66.
Moriens intra duos annos à morte Teſtatoris, hereditate non adita, tranſmittit ius deliberandi nu. 67.
Hares ignorans ſe eſſe haredem moriens tranſmittit ius reſtitutionis in integrum ad heredes nu 68.
Quadriennium, quod datur ad reſtitutionem in integrum incipit currere à die ſcientie nu. 69.
Hareditas purè delata non adita non tranſmittitur nu. 70.
Aditio hareditatis requirit uſum, & uoluntatem nu. 71.
Hereditatis aditio eſt animi, & facultatis nu. 72.
Animus eſt facti nu. 73.
Que facti ſunt, non præſumuntur nu. 74.
Lex. 1. C. debis. qui, ant. aper tab. loquens de tranſmiſſione, procedit in hareditate aſcendentis nu. 75.
Hereditas extranei, uel tranſuerſalis non adita, non tranſmittitur nu 76.
Hereditatis aditio ſolo animo fit nu. 77.
Oportet tamen, quod animus uerbis, uel factis oſtendatur nu. 78.
Quia animus, qui latens eſt, aliter percipi non poteſt nu. 79.
Extrinſeca cognoſcuntur uerbis, & factis, quibus uoluntas hominis declaratur nu. 80.
Aditio hareditatis per non factum quandoque fit nu. 81.
Contra nu. 82.
Vel procedit tantummodo in certis caſibus nu. 84.
Vel ubi de neceſſitate ex non facto reſultat aditio nu 86.
Tacere eſt medium inter repudiare, & adire 83.
Exempla declarant nu. 85.
Heres non dicitur adiuiſſe ex eo, quod legatarius aliquid geſſerit, quod alias facere non potuiſſet, niſi per heredem adita hareditate nu. 87.
Non poteſt uideri permiſiſſe quis aliquid, quod non probatur geſtum in eius uita nu. 88.
Aditio hareditatis non prodeſt, niſi ſit allegata nu. 89.
Legatum uſufructus non cedit, niſi ab adita hereditate per haredem nu. 90.
Niſi, quando nemo eſt hares, qui adeat nu. 91.
Quo caſu poteſt legatarius legatum occupare propria auctoritate & implorare officium iudicis ab alio impediatur uti frui nu. 92.
Nec cogitur cauere de utendo, & fruendo arbitrio boni Viri ibidem.
Vſusfructus relictus incapaci, dicitur uſusfructus facti, ut ſaluetur diſpoſitio teſtatoris nu. 93.
Eodem modo dicitur uſusfructus facti, quando quis conſequitur illum, non adita hareditate nu. 94.
Ius deliberandi hares ignorans non tranſmittit nu. 95. & ſeq.
Annus deliberandi non currit, niſi à die ſententie nu. 97.
Et currit reſiduum temporis haredi haredis ignoranti nu. 98.
Haredi datur reſtitutio aduerſus non aditionem hereditatis ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta &c. dummodo eam petat ex cauſa ignorantiæ propter abſententiam nu. 99.
Etiam dato, quod ſufficiat quelibet cauſa ignorantia, id procedit, dummodo probetur nu. 100.
Et dummodo ea petita fuerit nu. 101.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato:

IN cauſa Caſtilionis Clufini, inter DD. Calidoniam, & Catherinam filias, & heredes q. Renrij Mariani actrices ex una, & D Guidum Sanctis reum ex altera plura diſcutienda proponuntur.

Primum, An teſtamentum Martini; de cuius hereditate, uc bonis diſceptatur, conditum per eum legitime probetur? Videtur prima facie (vt per Excellentiſſ. D. Aduocatum dd. Mulierum allega-
1 tur) non probari, † Aut .n. conſideramus fidem D. Iacobi Preſbiteri, (qui de illo rogatus fuit) tanquam Tabellionis, quemadmodum eum fuiſſe, non ſolum eius aſſertione, verum etiam teſtibus, & priuilegio ipſius in proceſſu probatum extitit, & tunc nihil probare videtur, quia cum ipſe eſſet preſbiter parochus illius Martini curam habens animarum, vt ipſe etiam in ſua ſubſcriptione ad d. teſtū aſſerit, officiū tabellionatus exercere non poterat, & conſequenter eius ſcriptura nullam fidem facere videtur vt á ſpeciali probare videtur c. vc off. §. ad conſcribendas. de here lib. 6. vbi glo. ordinariam ver. premiſſa, & vltra D. Aduocatum,

videtur

videtur tex. c. ſicut, vbi omnes communiter * ne cle
ri. vel mon. ſecu. nego. ſe immi. Aut conſideramus il-
lum præsbiterum, vti priuatam perſonā, non Ta-
2 bellionem, † & tunc, licet teſtamentum in terris ec-
cleſię coram presbitero parocho & duobus, vel
tribus teſtibus ab aliquo confectum valeat, ne dum
coram ſeptem, vt iſtud c. cum eſſet c. relatum. vbi
3 Inno. Ab. Io. Andr. & omnes. de teſta. † illud ta-
men intelligitur, ſi ita factum probetur aliquo le-
gitimo probandi modo, vt omnes ibi preſuponunt,
quod hic accidere non videtur, cum .n. certum
ſit ſcripturam ſolius illius Parochi, non tabellionis,
(vt nunc eum conſideramus) priuatam eſſe, fidem
de prædicto teſtamento nullo modo facere po-
teſt.

Neque aliquid mouere poſſe videtur quędam in
actis producta teſtium, qui interfuerunt d. teſta-
mento, & ipſius Parochi atteſtatio, examen, & pu
blicatio ad perpetuam rei memoriā, ac etiam ſen-
tentia perpetuam fidem dictis atteſtationibus, & te
ſtamento adhibendam eſſe, Quia ea omnia formi
ter facta fuiſſe non videntur, & propterea videtur
4 dici poſſe ea nulla eſſe, † precipue ex defectu cita-
tionis venientium ab inteſtato ipſi teſtatori, quales
erant dictę mulieres actrices proximiores ipſi Mar
tino, ſecundum ſta. Peruſ. lib. 2. rub. 42. col. 1.
verſiculo facta &c. ac etiam ſtatu d. Caſtri Caſtel
5 lionis Cluſini, in proceſſu producto, † & iure co-
muni videtur clariſsimum. Bar. l. 1. nu. 4. in fin. ff.
quem teſta. aperia. & l. ſeq. in fin. & l. publicari.
nu. 2. C. de teſt. ordin. vbi Ang. nu. 4. Bal. nu. 2.
Alb. nu pariter. 2. Paul. Caſtr. nu. 3. Ias. nu. 4. Sa
lic. in princ. Inno. Feli. & alij c. alterius. de teſti.

Neque huic argumento refragare videtur, que-
dam allegata, & producta approbatio predicti te-
6 ſtamenti facta pro parte dd. Dominarum, † quia
videtur res inter alios acta, hoc eſt, inter quon-
dam Ser Nicolaum Marſilianum prętenſum lega-
gatarium in dicto teſtamento deſcriptum, & Ma-
ritos dictarum Dominarum, quę ipſis nocere mini
me videtur, tot. tit. res inter alios acta.

7 † Nec dici poſſe videtur, quod Mariti ſint legiti-
mi procuratores pro Vxoribus, ideoque eis pręiu
dicare potuerint l. maritus vbi Doct. C. de procu-
8 ra. Quia Reſ. poſſe videtur, † illud ꝓcedere in fauo
rabilibus vxoribus, & in ſpetie ne conueniatur vx-
or in Iudicio quotidiè, ſecundum Ias. poſt alios d.
9 l. maritus. in princ., † non autem in concernentibus
pręiudicium Vxoris, tunc .n. requiri videtur ſpe-
cialę mandatum. l. mandato generali. de procur. l.
ſi conſenſit §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. in
quibus maritus non admittitur, vt coniuncta per-
ſona ſine mandato ſpeciali glo. l. exigendi C. de
procu. Rom. conſ. 211. nu. 13. in fin., quod cum
dd. maritos habuiſſe non doceatur, non videtur
per eorum approbationem pręiudicium dictis mu
lieribus aliquo modo fieri potuiſſe.

Ceterum diligentiore cura omnibus trutinatis,
verius videtur prędictum teſtamentum legitimè
probari.

Primo quidem, quia dubitandum non eſt D. Ia
10 cobum prędictum tabellionem fuiſſe, † tum quia
pro tali ſe publice gerebat, vt in proceſſu proba-
tum extitit, quo caſu eius inſtrumēta, tanquā á No
tario facta ſubſtinentur, ad not. l. barbárius. ff. de
offi. pret. & poſt multos locis per eum citatis tra-
11 dit Feli. c. 1. nu. 18. de fid. inſtru. † tum etiam quia
(cum hoc primum omnino tutum non videatur)
d. teſtamentum eſt publicatum per D. Iacobum vti
Tabellionem, & talem eum fuiſſe probatum eſt
non ſolum per teſtes, verum etiam per publicum
documentum, & aduerſarię Guidi nec negant, nec
negare poſſunt

Non obſtat, quod d. tabellio eſſet pręsbiter, cu
ram etiam habens animarum, & propterea ei in-
terdictum officium Tabellionatus d. c. ſicut d. c.
12 vt officium §. ad conſcribendas, Quia Reſp. † pre-
dictam prohibitionem legis operari contra eum ſo
lummodo, vt ſi ſe huiuſmodi officio immiſceat,
puniatur pęnis contra clericos ſe negocijs ſeculari
bus immiſcentes ſtatutis, nōn autem quoad partes
contrahentes, aut aliquod inſtrumētum eius manu
fieri facientes, vel in eo ius aliquod pętendentes,
& propterea licet clericus puniatur inſtrumentum
tamen per eum factum, quoad intereſſe habentes
valet. Inno. Ancha. Io. And. & alij d. c. ſicut vbi
13 Ab. late nu. 9. 10. & 11. concludens tandem, † hu
iuſmodi inſtrumentum valere ſine dubio, quando
non fuit facta alia prohibitio hominis ſuperioris,
quę venerit in notitiam contrahentium, & volen-
tium uti d. inſtrumento, quę quidem prohibitio,
vel facta publice, vel notificata teſtatori, aut d. An
gelę Vſufructuarię relictę, vel alijs in d. teſtamen-
to intereſſe habentibus nec articulata, nec deducta
nec probata aliquo modo extitit. Et hoc ſolum
quoad teſtamenti validitatem ſufficeret, cum in d.
c. ſicut. omnes hanc opinionem teneant, Bar. l. vni
uerſos. C. de decurio. lib. 10. Dec. l. in ambiguis.
§. non eſt nouum de reg. iur. c. ij. nu. 7 de iud. &
conſ. 17. & communis * ſit vt teſtatur Alex. l. pretor.
§. bis etiam ff. d. eden. & Dida. prac. qq. c. 19.
ſub nu. 8. verſiculo quod ſi ſacerdos. vbi preter
hos allegat ad id etiam Hippo. ad rub. de fide-
iuss nú. 121.

Sed eſto, quod d. Tabellio, quia pręsbiter eſſet
14 validum conficere non potuerit inſtrumentum, † ad
huc predictum teſtamentum á Martino factum pro
batur examine tam teſtium, quam d. presbiteri
Parochi facto, & publicato, cum mandatum fue-
rit ei perpetuam memoriam, & fidem adhiberi,
quo caſu ſcriptura probat, vt eſt tex. notabilis. c.
quoniam frequenter: vt lit. non cont. l. publicari
ff. de teſti. Atque adeo, vt vigore huiuſmodi ſcrip
turę hęres poſsit intentare remedium l. fin. C. de
edic. di. Adri. tolle pro adipiſcenda poſſeſs.one bo
norū, que tēpore eius mortis defunctus tenebat, &
poſſidebat. glo. depoſitionibus. add l. fin. & ibi Bar.
q. 9. Bal. q. 3. Salic. nu. 14. Alex. Ias. Dec. & alij
d. glo. depoſitionibus, idem Alex. conſ. 93. ad fi
nem. lib. 6. ubi dicit comunem. Tiraq. de vtroq.
tract. par 1. §. 2. glo. 1. nu. 14.

Non obſtat, quod ad prędictum examen non
fuerint citatę prędictę mulieres, prout dicitur fuiſ
ſe neceſſarium ex diſpoſitione ſtatuti Peruſini Ca-
ſtri Caſtillionis Cluſini, ac etiam iuris comunis per
15 ſupra allegata. Quia Reſp. † Primo quoad ſtatu-
tum Peruſinum allegari non poſſe, cum ſit diuerſę
iuris dictionis, iux. not. per omnes l. fin. de iuriſd.
om. iudi.

16 om.iud. Nec dicatur ꝙ Caſtrum Caſtilionis Cluſi-
num fuit diſmenbratum a d.Ciuitate Peruſina ide-
que regi debeat ſtatutis d. ciuitatis ad not. per Bar.
17 l. ſi conuenerit § ſi nuda. in fi. ff. di pigno. Alex.
conſ. 39. nu. 15. lib. 1. & Cepha. conſ.414. nu.61.
lib. 3. Quia hoc non procedit quando caſtrum ſe-
paratum fecit ſibi ſua ſtatuta particularia. Alex.
conſ. 151. nu. 5, lib. 2. Caſtrum Caſtilionis habet
18 ſua ſtatuta merito &c. Preterea non procedit quan
do princeps ſeparans Caſtrum ſue iuriſdictioni im
mediate ſubiectum poſtea alteri concedit, vt
hic factum fuit in erectionem Marchionetus &
conceſſione illius Illuſtriſſ. DD. meis Marchioni-
bus de Cornea prout late in eorum inueſtitura
videre eſt, quia tunc caſtrum exemptum non
regitur ſtatutis loci aquo exemptum fuit vt poſt
alios ibi per eũ citatos comunem * eſſe dicit Bero.
conſ. 65. nu. 119. & ſeq. lib. 1. Vltra quod in
19 loco citato ſtatutum non facit ad rem, † cum non
loquatur de examine teſtium ad perpetuam memo
riam faciendam, vt hic, ſed de inſinuatione apud
acta, quod diuerſum eſt, & pertinet ad ſequentem
queſtionẽ, ac etiam vlterius quia nil dicitur de ci-
tandis heredibus ab inteſtato venientibus. Quo ve
ro ad ſtatutum Caſtri predicti, non occurrit reſpon
dere, cum nihil de huiuſmodi ſtatuto appareat.
Quod igitur attinet ad ius commune, quo dicitur ne
ceſſarium fuiſſe, citari dictas mulieres, tanquam ab
inteſtato venientes, ſecundum Bar. l. 1. nu. 4. in fin.
ff. quemad. teſt. aperi. cum alijs ſupra allegatis.
20 Primo, † reſp. illud procedere poſſe, quando
contentio eſt inter heredem ex teſtamento voca-
tum, & alios venientes ab inteſtato, quia ſi ille ex
teſtamento vocatus velit ad perpetuam rei memo-
riam teſtes recipi, examinarique, citandi ſunt veni
entes ab inteſtato, quorum intereſt teſtamentum
factum non eſſe, ſecus, quando contentio eſt inter
legatarium pro conſequutione ſui legati, & vniuer
ſalem Vſufructuariam, que vniuerſa bona poſsidet
& a qua legatarius .d. legatum conſequi velit, ex
eo precipuè, quòd mortuus eſſet hæres vniuerſalis
ante Vſufructuariam, & propterea putabatur eam
factam fuiſſe etiam proprietariam, nulloſque alios
ab inteſtato hæredes adeſſe, vt hic, iſto .n. caſu ſa
tis excuſandus videtur legatarius, ſi alios non cita-
uerit, maxime, cum, vt .j. patebit, ſi quod ius ha-
bere potuiſſent dd. mulieres in dictis bonis, illud
ammiſerant.
Secundo dato, quod Mulieres predictę ius d.
hereditate ab inteſtato habere potuiſſent, illud ami
ſerant, ex quo teſtamentum predictum ratificaue-
rant, illud approbando, vt in proceſſu apparet,
& cũ profeſſę fuerint ſtare diſpoſitioni teſtamenta
rię, & conſequenter quoad eas ceſſaret ſuceſsio
ab inteſtato l. quamdiu. de hęre. inſtit. non debebãt
citari tanquam venientes ab inteſtato.
Nec iſta reſponſio infringitur ex eo, quod non
ipſe, ſed eorum Mariti teſtamentum predictum ap
probarunt, qui ſine mandato ſpeciali eis preiudi-
care non potuerunt, vt ſupra dictum fuit, Quia
21 Reſp. quod licet demus, † Maritum pro Vxore in-
teruenire non poſſe in iudicio, vbi ſpeciale manda-
tum exigitur, glo. d. l. exigendi cum vulg. non ta-
men probatur quod in preſenti caſu mandatum ſpe
ciale exigeretur, quinimo Mariti ꝓdicti ſine eo in-
teruenire potuiſſe videntur, ex quo ſolum eis de-
nunciabatur, vt intereſſent ſi vellent pro earum in-
tereſſe aſsignationi d. legati in d. teſtamento ſibi
22 relicti, & alias dicitur, † quod vbi proteſtatio, vel
denunciatio facienda eſt Vxori, ſufficiat, quod ſi
at marito l. aut qui aliter. §, ſed vt ſeruus. vbi not.
glo. ff. quod vi. aut clam. not. Ias d. l. maritus.
23 primo not. Inferens ex hoc, † quod Emphyteuta
Vxoris, qui priuari poteſt, alienans inrequiſito
domino, non priuatur, ſi requiſiuit maritum, vt
dicit ſe dixiſſe. l. fin. C. de Iur. emphyt. quanto ma
gis hic, cum Ser Nicolaus curauerit intimari ipſis
mulieribus, & Maritis, vt in proceſſu apparet, &
Mariti tantum comparuerunt, & approbauerunt
teſtamentum predictum, & ſatisfationem. d. lega
ti? Nec dici poteſt fuiſſe hoc omnino damnoſum mu
lieribus, tum quia non conſtat de earum iure ali-
24 quo in. d. hereditate etiam hodie, † tum quia qua-
tenus ius aliquod habuiſſent, fuit eis vice verſa per
d. Ser Nicolaum remiſſum ius omne, quod ipſe in
ea hereditate pretendebant, vt in eodem proceſſu
apparet, & quando remiſsio eſt reciproca, leſio
aliqua ex actu allegari non poteſt, Argumento. l.
de fideicommiſſo. & ibi not. per Doctores C. de
pact.
Accedente maximè, ꝙ dd. Mulieres, & earum
Viri ſaſſę fuerũt D. Angelã Vxorem q. d. Martini
p x. ãnos, & vltra viii Vſufructuariã teſtamentariã
tenere, & poſsidere bona omnia d. Martini heredi
taria, vigore. d. teſtamenti, tacitè illud approban-
do, prout etiam ſoluere legata omnia in d. teſta-
25 mento, & ſingula diſpoſita in eo adimplere, † Sci-
ens autem, & tacens in his, quę contradicere po-
teſt, ſibi preiudicat, cum videatur conſentire l.
qui patitur. ff mand. l. 1. §. magiſtrum ff. de exerci.
l. ſemper qui non prohibet. de re iur. & certè nimis
durum eſt, quod illę mulieres velint modo reſilire
contra d. teſtamentum, contra earum tacitum con
ſenſum illi preſtitum, vt ſupra, quem euitare non
poſſunt, cum quotidiè cum d. Angela eſſent eam-
que viderent in domo d. Martini commorantem,
detinentem omnia mobilia, & ſtabilia d. quomdam
Martini, & nihil dixerint vſque ad illius obitum.
Et licèt ex his luce clarius appareat teſtamen-
26 tum predictum pleniſsime probatum fuiſſe, † atta
men ſiquoquomodo nos eſſe in dubio diceretur,
pro eo iudican dum eſt, l. vel negare ff. quemad teſta
aperi. &c.
Secundum, quod diſcutiendum proponitur, vi-
detur eſſe, An ex eo, quod predictum teſtamentum
inſinuatum non apparet, nullum ſit, & videtur
27 † (vt ex aduerſò pretenditur) illud nullũ eſſe, vt diſ
ponitur apertè lib. 2. ſtat. Peruſ rub. 42. col. 2. verſi
culo & ſi ille, qui habuerit, Vbi ſtatutum poſt-
quã mandauit inſinuari codicillos, teſtamẽta, & hu
iuſmodi quędam alia, ne fraus aliqua in illis ſcrip-
turis adhiberi poſſet, ponit decretum annullatiuũ
quod ſi id factum non fuerit, huiuſmodi ſcripturę
non valeant.
Contrarium breuiter reſpondendum eſt, Pri-
mo quidem, vt ſupra dictum fuit, ſtatutum Peruſi
num hic allegari non poteſt.
28 Secundo Quia, † quatenus eſſemus in territorio
ſtatuen-

ſtatuentium , illud ſtatutum preſeutem caſum non
comprehenderet, ex quo Donna Angela vſuſru-
ctuaria uigore d.teſtamēti fuit in poſſeſsione dicto-
rum bonorum per decem annos, & ultra, ut iu
proceſſu colligitur, quo caſu poſsidenti non offi-
cit,teſtamētum non ſuiſſe inſinuatū,& ulterius op-
poni non poteſt, ꝙ inſinuetur, ut aperte cauetur
d.rub.42. col. 2. uers. ſaluo tamē , ꝙ qui habuerit.
29 Tertio Quia quamuis requireretur Inſinuatio,†
adhuc fieri poſſet,cum non ſit petita caſſatio inſtru
menti, & hoc caſu inſinuatio perpetuo fieri poſsit
ſecundum Corneum late id deducentem conſ.225
col. pen. lib. primo.
Tertium, quod reſoluendum proponitur eſt
An d. Donna Angela in vſuſructu in d.teſtamento
inſtituta , dicatur eſſe hæres , uel potius legataria?
Imprimis quidem uidetur , quod d. Donna An-
30 gela tantummodo vſufructuaria ſit relicta , † quia
in illo teſtamento fuit inſtitutus hæres uniuerſalis
omnium bonorum Rentius pater dd. Mulierum,
quo caſu Vxor inſtituta in uſufructu legataria eſt,
non hæres, Bar. l. titia teſtamento §. titia nu. 6 vbi
late Paulus Pic. nu. 104. de leg. 2.
31 Seeundo † Quia ſi Angela eſſet hæres, neceſſe
eſſet fateri, quod eſſet etiam Domina, cum nemo
hæres niſi dominus d. §. fin. & l. his uerbis. de
hære.inſti. quod ſi ita eſſet, vana , & ridicula eſſet
hæredis inſtituto uniuerſalis facta per eundem te-
ſtatorem in eodem teſtamento de d. Rentio , quod
dicendum non eſt , Bar. d. §. titia nu. 6. & Paul.
Pic nu. 24. per l. 3. ff. de ann. legat.
32 Tertio Quia † Donna Angela fuit relicta uſufru
ctuaria donec uixerit , quod quidem relictum dici-
tur annuum , Bar. d. l. titia §. titia nu. 25. Alexan.
conſ. 23. nu. 5. cum alijs concord. per Caual. de
vſufr. mulie. nu. 515. & nu. 41. in ſecunda limit.
quo ſtante , non poteſt ipſa Angela hæres inſtituta
dici , cum non reperiatur hæreditas annua.
33 † Quarto Quia teſtator dū loquitur de ipſa Ange
la, ſemp eam uſuſructuariam facit, & nunquam no
minat hæredem , quando ueeo de Rentio , ſempee
eum hæredem facit , & quidem (quod fortius ſtrin
git) etiam in uita ipſius Angelæ dum præci-
pit hæredibus ſuis, ne moleſtent ipſam Angelam
in d. uſufructu. ne exigant ab ea cautionem redden
dæ adminiſtrationis, neque compellant ad inuen
tarij confectionem.
34 † Quinto Quia teſtator inſtituit hæredem vniuer
ſalem Rentium , qui quidem non eſſet, ſi Angela
eſſet hæres ipſa quoque, ut alias arguit in peopoſito
Dec. conſ. 597. nu. 2. & ſequen.
Cæterum iſtis non obſtantibus, videtur reſpon-
dendum Angelæ fuiſſe relictum uſufructum cauſa-
lem .i. cum proprietate , non autem formalem, &
undum ſolummodo,
35 Primo propter uerbum † inſtituit, quod proprie
ad hæreditatis relictum adaptari uidetur, tot. tit. de
hære inſtit. cum ſimil.
36 Secundo † propter uerbum illud, Dominam ,
quod uidetur loco uerbi , hæredem , appoſitum ,
cum nil aliud ſit hæres, quam dominus Inſtit. de hę
re. qual. & diff. §. fin. & in terminis arguere uide-
tur Alex. l. extraneum nu. 9. C. de hęred. inſtit. &
Ruy. conſ. 54. nu. 56. lib. 2.
37 † Tertio q̄a Angela fuit Domina, & uſufructuaria
inſtituta in uita ſua, quę adiectio in uita ſua denotat
eam ꝓprietariam fuiſſe relictam, ſi .n. tantū vſufru-
ctuaria relicta fuiſſet, ſatis fuiſſet dicere eā vſufructu
ariā, cū vſufructus expiret morte §. finitur. Inſt. de
vſufr. ne ergo ſupflua uideantur illa uerba , in uita
ſua, mens teſtatoris aperte colligitur , quod eam
voluerit proprietariam relinquere , vt arguit Ce-
pha. conſ. 399. nu. 32. & ſeq. lib. 3.
38 † Quarto Quia teſtator liberauit ipſā à cōfectione
Inuentarij, & redēda ratione, á quibus liberare non
potuiſſet, ſi vſuſructuariā tantū reliquiſſet, ꝓut poſt
multos dicit omnes tenere Menoch. cōſ. 10. nu. 14.
Vnde ne diſpoſitio teſtatoris inualida dicatur, dicē
dum eſt eam proprietariā relictam fuiſſe in eius vi-
ta Soc. ſeni. conſ. 210. in fin. verſiculo ſecundo &
cęt. lib. 2. Menoch. d. conſ. 10. nu. 14.
39 † Quinto Quia voluit teſtator , ꝙ Angela ſi nō vi-
duaret, relaxaret, & reſtitueret bona ipſius teſtato-
ris, ergo intelligit ei illa reliqſſe quoad ꝓprietatē,
vt ex multis arguit Ceph. d. conſ. 399. nu. 35 & ſeq.
40 † Sexto Fortius, qa idem teſtator, dū mandat reſti-
ui, & relaxari bona p Angelā, ſi vidua non remane
ret, excipit illa, q̄ ſibi donauit, quę ſine dubio quo-
41 ad ꝓprietatem ſua erant , † exceptio autē declarat
regulam l. nam quod liquide §. penu de pen. lega
Dec. l. 1. ff. de reg. iur. ergo etiam regula loquebatur
de bonis, quę quoad ꝓprietatem ad illā ꝑtinebant.
Non obſtāt, q̄ in contrariū ſupra allegata fuerūt
Et Primo non obſtat , ꝙ quando vxor relicta eſt
vſufructuaria alio dato cohęrede vniuerſali, vt hic
dicatur tantū legataria vſusfructus , non autē heres
& ꝓprietaria, ſecundū Bar. d. l. titia §. titia nu. 6. cū
42 ſimilibus Quia Reſp. † predictam opinionem Bar.
& aliorū ꝓcedere, ubi uel conſtat ꝙ teſtator uoluit
vxorē eſſe uſufructuariā tātum , uel ſumus indubio
de eius mente, & uoluntate, quibus duobus caſibus,
cū appareat hæres alius inſtitutus vniuerſaliter , fit
interꝑtatio, ꝙ ille ſolus hæres ſit, vxor uero ſecun-
dū ꝓprietatem uocabuli in vſufructu formali lega
taria ſecus alias, quando conſtat teſtaturē uoluiſſe
vxorem in uita eſſe ꝓprietariam.
43 Primo Quidē probatur hęc ſententia, † quia tunc
mens eius, q̄ in ultimis uoluntatibus ꝑdominatur l.
in cōditionibus primū locū de cond. & demonſtra.
l. cum uirū C. de fideic. l. cum quęſtio C. de lega. cū
ſimilibus, attenditur.
44 Secundo Probatur ſimili in caſu tamē cōtrario , †
quia uidemus alias, ꝙ quando Vxor eſt inſtituta hę
res in uita, uel ad aliud tēpus, uel datus eſt ei cohæ-
ces uniuerſalis, & dubitatur de relicto Vxoris, con-
cluditur , ꝙ ſi apparet teſtatorē uoluiſſe Vxorē eſſe
vſufructuariā tantū ex aliquibus cōiecturis puta , ſi
fecit eā dominā Madonnā, & vſufructuariā filijs in
ſtitutis, erit uſufructuaria tantū, & ſic legataria, iux.
tradita l. titia §. titia de leg. 2. ſicut etiā ſi primo filiū
fecit hęredē uniuerſalē, poſtea uxorē hęredē in ui-
ta, ut deducit Dec. conſ. 597. col. 1 uers. 4. loco ſic
ergo etiā in caſu noſtro, quando apparet, ꝙ vult eā
eſſe hęredē , & ꝓprietariam, erit ꝓprietaria etiā ꝙ
uerba illa, vſufructuaria, proprie aliter ſonare uide-
45 antur. Nec mirū, † quia, quando habemus mentem,
de uerbis non curamus, cū illa menti deſeruiant, nō
è contra l. labeo. de ſupp. lega. cum vulgaribus.

Quod autem hic colligatur teſtatorem uoluiſſe
vxorem eſſe proprietatiſm, & heredem in uita,
colligitur clariſsime ex argumentis ſupra factis,
præcipue tertio quarto quinto & ſexto.
46 Non obſtat, † quod ita tenendo Rentius nide-
retur hæres in uanum inſtitutus, quod non eſt cre
dendum l. 3. de an. leg. ut alias dicit Bar. d. §. ti-
tia nu. 6. & ibi Pic. nu. 24. Quia Reſp. non eſſe
uetum Rentium in vanum hæredem ſcriptum
eſſe, & remanere, quia poſt mortem Angelæ fu-
turus erat effectualiter hęres, & ſi adiuiſſet hære-
ditatem, & ſuperuixiſſet poſt mortem Angelæ
totam hæreditatem habuiſſet, non ſic in caſu Bar.
& Pic in d. loco.

Non obſtat tertio loco, cum relictum factum
Angelę ſit annuum, non poſſe dici hæredem, cum
annua hæreditas in iure dari non reperitur, vt
ſupra. Nam conſiderandum eſt pro reſponſione
47 †, quod hæreditas ex tempore, vel ad tempus da-
ri non poteſt l. hæreditas ex die ff. de hære inſti. §.
48 hæres. Inſt. eod. † Ideoque ſi quando quis in-
ſtitutus ad tempus, vel ex tempore reperitur,
detracto vitio illo temporis, valet inſtitutio, &
remanet hæres pure, & perpetuo d. l. hæreditas
d. § hæres l. extraneum. vbi not. omnes. C. de
hære inſti. vel quia pro pura inſtitutio accipiatur,
49 † quia pro parte temporis quis non poteſt de-
cedere teſtatus, & pro parte inteſtatus l. ius no-
50 ſtrum de reg. iur. vbi Dec. & Mod. Vercel. † Vel
quia Semel hæres perpetuo fiat hæres, cum am-
plius hæres eſſe deſinere non poſsit l. hæres §.
reſtituta ff. de fidei. hæred. l. miles ita à ſpeciali
ff. de mil. teſta. vbi Bal. ſine contrarium diſpoſue-
rit teſtator, vt dd. locis, ſiue etiam Iudex l. ſed
51 & ſi ſine §. Papi. ff. de Min. † ex quibus de legato
ad hęreditatem in propoſito inferri non poſſe fa-
cilime colligitur, natura .n. legati non repugnat,
vt annuum ſit, tot. titulo de an. legat, ideo cen-
ſetur annuum, ſi relinquatur vt ſupra, non ita in
hæreditate, quia eſſet contra naturam ipſius hę-
reditatis per ſupra dicta vnde argumentum tan-
quam á diuerſis aſſumptum non concludit l. Pap.
exuli ff. de minor.

Non obſt. quod teſtator, dum meminit de An-
gela, ſemper eam vſufructuariam apepllat. dum
vero de Rentio, hæredem, quaſi illam nudum,
& formalem vſumfructum habere, hunc vero pro-
prietatem, illam legatariam, hunc hæredem eſſe
voluerit, vt ſupra, Quia Reſp. hoc nihil eſſe,
52 † intelligitur .n. Angela Vſufructuaria cauſaliter
j. cum proprietate cum ita eam conſtituerit, ar-
gumentis quibus ſupra, Rentius vero hæres ſci-
licet poſt mortem ipſius, cum aliter eum here-
dem non conſtituerit, & ita intelligendo, nihil
repugnat, quod illam vſufructuariam, hunc vero
heredem appellet.

Non obſtat vltimo loco, quod Rentius ſit hę-
res inſtitutus vniuerſalis, quomodo non eſſet, ſi
Angela quoque hæres diceretur, vt arguit Dec.
53 d. conſ. 597. ſub. nu. 4. Quia reſp. † quod Dec.
loquitur, quando quis vellet vxorem eſſe hære-
dem pro parte, & alius vniuerſalis hęres eſſet in-
ſtitutus quia tunc non eſſet ille hæres vniuerſalis,
nos vtrumque dicimus vniuerſaliter inſtitutum,
hanc in vita, illum poſt mortem huius, quod ad-
mittitur, & ceſſat illa repugnantia conſiderata á
54 Decio d. loco, ſed quia, † hæreditas non poteſt
dari ex die, & ad diem, vt ſupra, tali caſu Vxor
erit hæres vniuerſalis perpetuo, ſed poſt mortem
reſtituet Rentio. d. l. hęreditas. d. §. hęres. d. l.
extraneum, cum alijs ſupra citatis, eo ergo tem-
pore, quo futurus erit hęres Rentius vniuerſalis
erit, & nihil diminuetur per Vxorem, & ceſſat
argumentum Decij, qui abſurdum illud conſide-
rabat eo tempore, quo quis erat hæres.

Ex quibus apparet Angelam eſſe hæredem &
proprietariam, non autem legatariam, & Vſufru-
ctuariam formalem ſolummodo.

QVARTO Principaliter quomodocũque res ſe
habeat, ſiue legataria, & Vſufructuaria tantum,
ſiue hæres & proprietaria ſit Angela, dubitatur,
cum Rentius predictus hęres vniuerſalis inſtitu-
tus obierit ante mortem Angelæ, & mortua de-
mum ſit Angela, ſuperſtite d. Guido eius fratre
& hærede, ad quos predicta hæreditas pertineat
an ad Guidum fratrem, & hęredem Angelę, an
vero ad donnas calidoniam, & Catherinam filias,
& hęredes Rentij prędicti?

Et videtur, quod pertineat ad dd. mulieres
55 Primo, † quia mortua Angela Vſufructuaria, vſuſ-
fructus finitus eſt, & conſolidatur cum proprieta-
te §. finitur Inſtit. de vſuſt.
56 Secundo ſiue uſusfructus, ſiue proprietas legata
ſit † quia relictum eſt, donec uixerit, ex mente te-
ſtatoris clare apparere uidetur, quod uelit illud re-
lictum ad uxorem tantum pertinere, non autem
ad eius hæredes quoquo modo, Bar. d. l. titia §. ti-
tia nu. 2. ubi Pau. Caſtr. nu. 1. uers. iſtum caſum
& Paul. Pic. nu. 18. Paris. conſ. 22. nu. 44. 45. &
ſequen. lib. 2. Rub. Alexandri conſ. 23. col. pen.
cum concord congeſtis per Gab. lib. 4. de hęre.
inſti. nu. 5. & 6.

Sed iſtis non obſtantibus, contrarium reſpon-
dendum eſt in hoc quoque, videlicet, quod dd. bo
na pertineant ad D. Guidum fratrem, & hęredem
Angelæ, ſiue donna Angela hæres, ſiue legataria
relicta fuerit ſi teneamus eam eſſe hæredem inſtitu
57 tam, ut ſupra, in uita ſua, uidetur hoc clarum, †
quia licet in vſufructu facta fuerit hæres, tamen re-
manet hæres in proprietate quoque, ut ſupra, &
perpetuo d. l. hæreditas cum ſimilibus cenſeturque
58 rogata per fideicommiſſum reſtituere Rentio, † qui
cum mortuus reperiatur tempore mortis Angelæ
grauatæ, hæreditas apud hæredes ipſius Angelę re
manere debet l. uni §. in nouiſsimo C. de Cadu.
tollen & * communiter Doct. ibi, & paſsim, & ita
tenendo, patet reſponſum ad ea, quæ in contrariũ
allegabantur, quia non procedunt Angela hærede
inſtituta, cum cenſeatur rogata per fideicom. reſti-
tuere Rentio, quo mortuo ante eam, proprie-
tas apud eam, eiuſque hæredem remanet, ut ſupra
ſi uero uelimus eam eſſe legatariam, ut cõcedamus
hoc aduerſarijs (licet uerum non ſit, ut ſupra) ad-
59 huc idem dicendum eſt, † quia legatario morien-
te, poſt mortem hæredis legatum conditionale re-
manet apud hæredes legatarij nec tranſit ad hære-
redes hæredis l. in cauſæ la. 2. §. pomponius ff. de
Mino. Pau. Caſtr. l. fin. C. de legat ubi etiã Alex.

Crot.

Crot. l. 1. nu. 25. ff. de leg. 1. Trig. ſing. 2. Ant.
Gab. de here. inſti. conclus 2. nu. 4. qui alios etiam
citat.

Non obſt., quod preallegata procedere videan
tur, quando legatarius rogatus eſt poſt mortem
ſuam reſtituere hæredi, ſecus quando legatum
eſt factum alicui in vita ſua tantum, quia tunc
ex mente teſtatoris videtur, quod finiatur lega-
tum cum vita legatarij, & ſic ad heredes eius non
tranſmittatur, vt conſuluit Rub. Alexandrinus d.
conſ. 23. Ac etiam quando legatum relictum,
eſt, quandiu legatarius uixerit, ut hic, ex quo
illud idem apparere uidetur, ſecundum Bar. d. §.
titia & alios ſupra allegatos.

Quia Reſp. Primo quod licet forte procedere
poſsit predicta opinio in caſu Rubei Alexandrini
propter dictionem taxatiuam, ex qua videtur ali
qualiter apparere de mente teſtatoris, quod ve-
lit legatum extingui cum vita legatarij, attamen
60 † quando non adeſt taxatiua, ſed ſimpliciter dic-
tum eſt, quamdiu, vel donec vixerit, non eſſet
abſonum tenere contrarium, cum non videatur
poſſe allegari vrgens ratio diuerſitatis inter caſum
d. l. in cauſæ. § pompo. cum ſimil. in quibus le-
gatum ad vitam factum tranſit ad hæredes le-
gatarij, quando is cui reſtitui debebat, præmor-
tuus eſt, & hunc alium caſum, in quo dictum
eſt quamdiu vixerit.

Secundo dato, quod predicta limitatio vera ſit,
61 Reſponderi poteſt, † quod ea procedit in dubio
ex coniectura ta mente teſtatoris deprompta ex
illis verbis, quamdiu vixerit, quibus Teſtator
videtur velle legatum omnino expirare cum mor-
te legatarij, & reuerti ad hæreditatem ſuam, ſi-
ue adſit is, cui deberi voluit poſt mortem le-
62 gatarij, ſiue non, Vnde cum † vna præſumptio
tollat aliã l. diuus de reſti. in integ. vbicunque alia
coniectura oſtendi poteſt, qua teſtator velit trans
mitti ad alium certum, ſemper ſi ille non adſit
quia premortuus forte ſit, legatum poſt mortem
legatarij remanet hæredis legatarij, quia ceſſat
voluntas teſtatoris, quæ videbatur eſſe, quod re
uertatur ad hæreditatem, Alex. conſ. 173. col.
2. verſiculo tamen præmiſsis non obſtantibus lib.
63 5. Gab. d. conſ. 2. nu. 8. † vbi ex hoc volue-
runt, quod ſi teſtator poſt legatum factum vni,
quamdiu vixerit, adiecerit, reuertatur ad hæ-
redes meos infraſcriptos, ſi illi premoriantur, le-
gatum poſt mortem legatarij remanet hæredis ip-
ſius, cum non poſsit ex mente teſtatoris reuerti
ad hæreditatem, quia teſtator magis voluit pro-
uidere hæredi, quam hæreditati. In caſu autem
noſtro apparet Martinum voluiſſe legatum factum
Angelæ reuerti ad Rentium eius hæredem, tum
quia ſi ipſa vitam vidualem non ſeruaſſet, ſtatuit
expreſſe in eo legato ſuccedere. d. Rentium er-
go multo magis etiam poſt mortem Angelę, tum
etiam, quia id patet pluribus in locis d. teſta-
menti merito ſumus extra caſum prædictum Do-
ctorum.

Tertio & Vltimo dato, quod teſtator volue-
rit prouidere hæreditati (quod negatur) Reſp.
quod non propterea dd. mulieres obtinere poſſe
videntur, quia ipſe in d. hæreditate ſuccedere non
poſſunt, ex infra dicendis, & propterea quoad
eas Guido poſſeſſor liberas ſedes habet, quod ei
64 tanquam poſſeſſori, & Reo ſufficit, † quia ac-
tricibus iſtis non probantibus, ſe ius clarum habe-
re in dicta hæreditate, ipſe abſoluendus eſt l. qui
accuſare C. de edendo cum ſimilibus.

Qvinto, poſito, quod predictum relictum fue-
rit legatum, & Teſtator poſt mortem Angelæ
voluerit prouidere hæreditati, & conſequenter il-
lud remanſerit in hæreditate Martini, cum Ren-
tius præmortuus fuerit Angelæ, videndum eſt,
an ius illud ad ſe reuerſurum per mortem Angelæ
ad dd. ſuas filias, & hęredes tranſmiſerit.

Videtur reſpondendum affirmatiue, quia licet
65 nihil hæreditarium ipſe Rentius attigerit, † ſatis
eſt ipſum animo adiuiſſe, l. gerit ff. de Acqui.
hære, qui quidem animus aditionis clare oſten
ditur ex eo, quod legata in d. teſtamento relicta
á legatarijs detineri permiſit, atque ita virtua-
liter ſoluit, & conſignauit, cum per non factum
etiam adeatur hæreditas, Bar. d. l. gerit nu. 38.
verſiculo venio ad quartum.

66 Nec videtur id poſſe negari, † quia cum An-
gela legataria in vſufructu non præſtiterit cautio-
nem Mutianam de non tranſeundo ad ſecundas
nuptias, quam præſtare tenebatur etiam hærede
non petente, vt poſſet fructus ſuos facere, ſecun-
dum communem, de qua Borgi. Caual. de vſuf.
muli. nu. 90. 91. & ſeq. ſequitur quod vel ipſa
nunquam fuerit legitima detentrix dictorum bo-
norum, & vſufructus, & ad fructuum percepto-
rum reſtitutionem teneatur, aut, quod d. Ren-
tius ex vrbanitate ei remiſerit, & conſequenter
per hoc d. hæreditatem adiuerit.

67 Secundo dato, † quod Rentius hæreditatem
predictam nullo modo adiuerit, & propterea eam
tranſmittere non potuerit prædictis Mulieribus,
ſatis eſſe videtur, quod cum ipſe Rentius circi-
ter duobus menſibus poſt mortem dicti teſtatoris
mortuus fuerit, & conſequenter intra annum
ad deliberandum ei conceſſum tranſmiſiſſe vi-
detur ſaltem ius deliberandi, iuxta l. cum anti-
quioribus C. de iure delibe. cum vulgaribus.

68 Tertio, † ſuccurri poſſe videtur dictis mulie-
ribus ex capite reſtitutionis in integrum ex clau-
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. petendo
ſcilicet, ſe reſtaurari ad damnum, quod paſſę
ſunt per non aditionem factam à dicto Rentio,
ſi non adiuit, ex quo ignorauit ad ſe delatam
dictam hæreditatem, vt eſt tex. l. pantomus. vbi
Bar. & alij. ff. de acqui. hære. idem Bar. l. cum
quidam ff. eod. & l. qui duos, vbi alij omnes
ff de reb. dub.

Nec videtur poſſe dici has mulieres exclu-
69 ſas hodie á dicta reſtitutione, † cum lapſum
ſit decennium á die mortis dicti Rentij, nedum
quadriennium, quod datur ad eam petendam,
quia illud quadriennium currit á die ſententiæ
Bal. l. falſa. nu. 3. C. ſi ex falſ. &c. & eſt com-
* munis * vt teſtatur Socci. Iuni. conſ. 128. nu.
516. & ſequen. lib. primo Balb. de Præſcript.
prima parte 6. par. princip. caſ. 22. in fine.

Verum his quoque minime aduerſantibus, prę
dictis mulieribus nec tranſmiſsio hæreditatis, ſeu
iuris deliberandi, nec reſtitutio in integrũ ex pre-
dicto capite aliquo modo adiumento eſſe poteſt.
Nam quod attinet ad trãſmiſsionem, res uidetur
70 clara † quia hæreditas etiam pure delata, non adi-
ta non tranſmittitur l. traditio. ff. de acqui. rei. do-
mi. l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. Bar. & alij l.
uentre ff. de acqui. hære. Idem Bar. & alij l. quo-
niam ſororem C. de iur. delib. Bal. l. ſi infanti q. 3.
C. eo. tit. Paris. conſ. 59. nu. 14. lib. 2. & conſ.
40. nu. 10. lib. 3. & alibi paſsim. quod autem Ren
71 tius non adiuerit, uidetur clariſsimum, † cum in
aditione requiratur actus, & uoluntas l. potuit C.
de iure delib. Bal. d. l. cum antiquioribus col. 1.
72 vers. his premiſsis &c. nec mirum, † quia aditio
hæreditatis eſt animi, & facultatis l. ſi auia. C. de
73 iur. delibe. † animus autem eſt facti l. bonæ fidei. ff.
de acqui. rer. domi. Bar. l. pro hærede §. 1. ff de
74 acqui. hæred. † quæ autem facti ſunt, non præſu-
muntur, ſed probanda ſunt l. in bello §. facta ff. de
capt. & poſtlim. reuer. hic neque probata, neque
articulata eſt aditio, aut aliquid ad eam pertinens,
quod in proceſſu appareat, merito prædicta tranſ-
miſsio facta minime dici poteſt.

Nec Rentius ad filias tranſmittere potuit dictam
hæreditatem, iux. l. 1. C. de his qui ant. ap. tabu.
75 &c. † quia illa tranſmiſsio etiam hæreditatis non
aditæ, de qua ibi, locum habet tantummodo in
hæreditate aſcendentis, illam enim deſcendens hę
res tranſmittit etiam non aditam ad deſcendentes,
76 ut ibi declarant omnes, ſecus in hæreditate extra-
nei, uel tranſuerſalis, quia illa non adita, non tranſ-
mittitur, Bar. d. l. unica in princip. Bal. nu. 7. Paul.
caſtr. nu. 3. Ias. d. l. ſi infanti nu. 2. & ibi Doct. om-
nes. & in l. emancipata C. qui admitti. Ruy. conſ.
48. nu. 3. lib. 3. Bert. conſ. 60. nu. 2.

Non obſtat, quod in caſu præſenti adita uideatur
hęreditas conſiderando, ut ſupra in pri. argumẽto
quia uerè hic non poteſt aliquo modo uideri adita
77 hæreditas, etenim aditio hæreditatis, † quæ etiam
78 ſolo animo conſiſtit d. l. gerit, & d. l. ſi auia. † opor
79 tet, ut, uel uerbis, uel factis oſtendatur facta, † cũ
animus, qui occultus eſt, & latens, non poſsit ali-
ter percipi, quam per extrinſeca l. quidam in ſuo
de cond. & demonſt. glo. l. is qui ff. de tut. & cu-
80 rat. dat. ab his, † quæ extrinſeca cognoſcuntur uer
bis, & factis, quibus uoluntas hominis declaratur
l. repræhendenda ubi Bal. C. de Inſt. & ſubſt. Idẽ
Bal. l. non codicillum C. de codic. Verbis autem
non eſſe declaratam uoluntatem adeundi d. Rentij
eſt clarum, cum in proceſſu nihil de hoc pœnitus
dicatur, de factis eiuſdem Rentij idem dicendum
eſt, cum nullum factum Rentij prætendatur, quo
dici poſsit per eum dictam hæreditatem aditá
fuiſſe.

81 † Non obſtat, quod hæreditatis aditio fiat etiam
per nõ factum, ut deducti tribus exemplis Bar. d. l.
gerit. nu. 28. & propterea hic uideatur per Rentiũ
adita hæreditas per non prohibitionem uſufructus
Angelæ uſufructuariæ, deducendo, ut ſupra, quia
pluribus modis reſpondetur.

82 † Primo quidem, quod opinio Bar. in hoc poſ-
ſet in dubium reſricari, & forte contra eam teneri,
prout ſemper ubique tenuit Bal. l. in his §. ij. ff.
ſol. matri. l. non hoc col. 1. uerſiculo & per hanc
l. & cęt. C. und. legi & cog. l. cũ antiquioribus nu. 1.
C. de iur. delibe. & l. ſi certis annis in fi. C. de pact.
duabus rationibus, Prima, quia hæreditas aditur
animo, qui declaratur dicto, uel facto, ut ſupradi-
83 ctum fuit, ergo non facto non poteſt adiri, † Se-
cunda quia tacere, medium eſt inter adire, & re-
pudiare, ſicut eſt medium inter approbare, & re-
probare l. 1. §. ſcientiam de tribu. ſi medium eſt,
ergò, non eſt aditio, neque repudiatio.

Secundo Quatenus hæc reſponſio non admittatur, quia opinio Bartoli uerior ſit, & ad rationes
Baldi reſpondeatur, ut per Aret. d. l. gerit. col. 7.
84 poſt med. Reſp. † quod ea opinio Bartoli d. l. ge-
rit nu. 28. non eſt generalis, ſed procedit tantum-
modo aliquibus certis caſibus, ut aperte ſentit
Aret. d. col. 7. ibi, & certum eſt, quod in aliquo
caſu inducitur &c. ac etiam ipſemet Bar. qui po-
85 nit exempla, † quæ illam declarant. §. hactenus.
Iuſtit. de gradi. ex quibus in ſumma colligitur, il-
86 lam habere locum, † ubi de neceſsitate aliqua ra-
tione colligitur, quod ex non facto reſultat factum
aditionis hæreditatis, ut in exemplo debitoris in
diem, qui ſuccedit creditori ſuo, quia adueniente
die, non ſoluens uidetur adire, ne moram incur-
rat, quæ delictum eſt, ut ibi ipſe deducit, ſecus
alias, ut hic, ubi nulla neceſsitas cogit ex parte
Rentij, ut dicamus uideri eum ante mortem ſuam
adiuiſſe.

Nec quicquam facit, quod Angela Vxor acce-
piſſet uſũfructum non præſtita cautione Mutiana,
quod non potuiſſet, niſi ſibi ea per hęredem remiſ-
87 ſa eſſet, † quia non credo reperiri hoc excogitatũ
ab aliquo, quod hæres uideatur adire, ne legata-
rius dicatur aliquid male geſsiſſe, id .n. videtur hæ
res facere, ne aliquid aduerſum eum præſumatur,
non aduerſus alios.

Tertio Quicquid de his ſit, hæc mulieribus nul-
88 lo modo prodeſſe poſſunt, † quia non probatur,
quod Angela acceperit uſumfructum in uita dicti
Rentij, unde cum potuerit aſſumere poſt eius mor
tem, ut ueriſimile eſt, cum circiter duobus Menſi-
bus ipſe mortuus ſit, poſt mortem Martini, non
cadit conſideratio ſuprafacta, quod ipſe id permi-
ſerit, & ceſſat omnis argumentatio.

Quarto dato, quod aditio præſumi poſſet factá
aliquo modo, Reſp. eam patrocinari non poſſe
89 mulieribus, † quia non eſt allegata, quo caſu in
iſta materia non prodeſt, Alex. conſ. 94. col. 3.
uers. plus dico lib. 2. Afflic. decis. 14. col. 2. Marã.
l. is poteſt nu. 88. de acqui hære.

Vltimo, quoad id, quod dicitur de ammiſsione
vſusfructus per non præſtitam cautionem prædi-
ctam, ultra quod non pertinet ad dictas mulieres,
quæ nullum ius habent ſuper dictis bonis. Aduer-
90 tendum eſt, † quod licet legatum uſufructus non
cedat, niſi ab adita hæreditate per heredem l. unica
§. in nouiſsimo C. de caduc. tollen. l. 1. §. dies au-
91 tem ff. quando dies leg. ced. † Attamen, quando
nemo eſt hæres, qui adeat, ut ſi vxori relictus
ſit uſusfructus ſempliciter, & poſt eius mortem
alius inſtitutus ſit, ut interim conſulatur vxori,
& adimpleatur uoluntas teſtatoris, Conſilium

conſilium

couſilium eſt, quod vxor de facto, & propria authoritate occupet bona, & fruatur cum nemo ſit hæres, qui poſsit contradicere, argumēto notatorū l. non dubium C. de legibus. Aret. l. filius á patre
92 col. 8. & ſequen. ff. de liber. & poſt. & ſi ab aliquo poſtmodum mulier impedietur, poterit implorare officium iudicis, ut poſsit uti de facto comodo, quo teſtator uoluit, & hoc caſu non tenetur mulier cauere de utendo, & fruendo arbitrio boni viri,
93 ut ibidem Aret. declarat. Mouetur, † quia ſicuti alias uſusfructus relictus incapaci, accipit nomen uſusfructus pro uſu facti ſeú facultate utendi, ut ſaluetur diſpoſitio teſtatoris, ſecundum Bal. l. 1. C. de his quæ pœn. nom. & Bar. aut. excipitur in fin.
94 C. de bo. mat. † ita quando mulier conſequi non poteſt uſumfructum propter aditionem hęreditatis non factam, uideatur ſaltem quod conſequatur á teſtatore facultatem utendi, & fruendi de facto, pro qua habebit officium iudicis caſu quo impediretur uti frui, iuxta glo. Bar. & alios l. aquilius regulus ff. de donat. & ſequitur Paul. Pic. d. §. titia. nu. 104. & ſeq. Quibus ſtantibus uidens Angela vſufructuaria poſt mortem Rentij hæredis neminē ſupereſſe, qui adiret hæreditatem, potuit de facto incipere uti frui, & continuare uſque ad mortē nemine impediente, & quando impedita fuiſſet, officium Iudicis implorare potuiſſet, ne ita de facto uti frui impediretur per ſupradicta.

Non obſtat, quod mortuo Rentio duobus Menſibus circiter poſt mortem Martini Teſtatoris, ſic non tranſacto adhuc tempore unius anni dati ad deliberandum Rentius tranſmiſerit ius deliberandi ad filias ſuas hæredes, iux. l. cum antiquioribus C. de iur. delib. Quia Reſp. dictam tranſmiſsionē
95 in præſenti caſu locum habere non poſse, † Aut enim Rentius ignorauit ſe hæredem in teſtamento eſſe inſtitutum, quod non admittimus, & ſi opus erit, contrarium probabitur, & tunc ius deliberan-
96 di non potuit tranſmitti, † cum iſtud fiat tantum á ſciente, ut clare probat tex. d. l. cum antiquoribus; & omnes comuniter ibi tradunt. Aut uero ſci-
97 uit, † & tunc cum annus ad deliberandum abinitio antequam quis ſciat hæreditatem ad ſe pertinere, ſit utilis, poſtea uero ſit continuus, & ſic incipiat currere á die ſcientiæ illius, cui primo defertur hæreditas, & ſuccedens in hæreditate hæredis primi,
98 poſsit adire ſolum intra reſiduum anni, † quod reſiduum currit etiam dicto hæredi ignoranti, ut uoluit Bar. d. l. is poteſt; & ibi clare explicat Marant nu. 188. ff. de acqui hære; & poſt mortem Rentij lapſi ſint ultra x. anni nullum tempus ad adeundū d. hæreditatem modo ſupereſt dd. mulieribus.

Non obſtat, quod uideatur ſuccurri poſſe dd. mulieribus ſaltem per reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. ex danno eis cauſato, ex non aditione facta á Rentio, qui ignorauit ſibi dictam hæreditatem delatam iuxta terminos l. pantonius ff. de acqui hære, Quia
99 Reſp. † primo quod ea reſtitutio, de qua ibi ſpecialiter conceditur hæredibus eius, qui ex cauſa abſentiæ ignorauit ſibi hæreditatem delatam, ut clare loquitur tex. & illum intelligit Bar. Paul. & alij, qui dum loquuntur de ea reſtitutione, conſiderant, & ponderant tex. loquentem de ignorante ex cauſa abſentiæ Hic Rentius non probatur fuiſſe abſens, quinimmo erat præſens, & inde ad paucos dies, aut hebdomadas mortuus eſt in eius domo, merito. &c.

Secundo Poſito, quod ille tex. locum habeat in ignorante, non ſolum cauſa abſentiæ, ſed qua
100 cunque alia, forte identitate rationis Reſp. † nihil probari de ignorantia ipſius Rentij, & propterea non habent locum termini d. l. pantonius ex quo cum nunquam competierit d. reſtitutio in integrum, non eſt opus ingredi illam aliam difficultatem, an per lapſum quadriennij ea fuerit amiſſa
101 Tertio Quatenus cōcedenda fuiſſet dicta reſtitutio cum in proceſſu nūquam petita fuerit, & iudex ſuum officium non petenti non impartiatur l. 4. §. toties ff. de dan. infec. non eſt, cur hic modo de ea diſceptetur.

CONSILIVM XXVI.

Argumentum.

An fratres Diui Franciſci tertij ordinis vulgo dicti Ziaruoli reponantur inter perſonas Eccleſiaſticas.

Et an priuilegio fori, ne coram Iudice ſeculari etiam ex delicto conueniantur, iuxore c. cum nō ab homine. de iudice cum ſimil. gaudeant? late, diſcutitur.

SVMMARIVM.

Fratres tertij ordinis repoauntur inter perſonas eccleſiaſticas, ſecundum multos nu. 1.
Coatra ſecundum comunem, & ueriorem nu. 15. 16. & ſeqq. Maxime au 27.
Diaas Franciſcus tres inſtitit ordines nu. 2.
Ordo Diai Franciciſci fratrum Minorum arctiſſimus eſt nu 3.
Ordo Diui franciſci Santę Clarę pro mulieribus aliquanto lexior eſt nu 4.
Ordo Diui Frāciſci pro coniugatis, qai dicitar tertias au. 5.
Qui & ipſe approbatus eſt nu. 6.
Exemptio fori data clericis, extenſa fuit ad omnes eccleſiaſticas perſonas, inter quas Monaci, & alij Dro deuoti. na. 7.
Contra nu 32. 33. & 34.
Dro deuoti ſunt penitentes, hoſpitalarij, templarijqae aa. 8.
Eccleſiaſticę perſonę alis dicuntur Epiſcopi, Praesbiteri Diaconi, Sabdiacoai, Canonici, Conuerſi, & Profeſſi, nu. 9.
Fratres tertij ordinir ſine dubio dicuntur Deo deuoti, Conueſi, & Peaitentes au. 10.
Nicolaus Pontifex quartus diſpoſuit, quod aullus poſt ingreſſum fraternitatis tertij ordinis ex ea aaleat egredi au. 11.
Idem ſtatuit, fratres tertij ordinis poſſe facera tranſitum ad aliam Religioaem approbatam nu. 12.

Dictio, alius, denotat ſimilitudinem nu. 13.

Idem Nicolaus ſtatuit, quod fratres, & ſorores tertij ordinis non poſſint vexari à Rectoribus locorum eorum domicilij, & defendantur ab Epiſcopis locorum nu 14.

Fratres tertij ordinis à Baldo appellantur Becchetti, à quadam Beccha, quam primis illis temporibus deferebant nu. 16.

Fratres & ſorores tertij ordinis compromittere poſſunt in laycos, abſque eorum Superioris licentia nu. 17.

Sorores, & Moniales Paradiſi de Ciuitate Tiferni, eſſe veras religioſas, non iſtas tertij ordinis nu. 18.

Fatres tertij Ordinis licet habeant quẽdam viuendi modum à Sede Apoſtolica approbatum, non tamen eorum eſt proprie regula, nec veri religioſi ſunt, nec Eccleſiaſticę perſonę nu. 19.

Ad vitam Eccleſiaſticam tria ſunt neceſſaria, paupertas Caſtitas, & obedientia, quæ non concurrunt in fratribus tertij Ordinis nu. 20.

Fratres tertij ordinis ducunt vxores, Vxoratus autem non habet omnimodam poteſtatem ſui corporis nu. 21.

Priuilegium exemptionis fori Secularis conceſſum eſt clericis tantum iure communi ordinario, vel poſitiuo nu. 22.

Vel iure diuino, ſecundum quoſdam nu. 23.

Fratres tertij ordinis non ſunt clerici, quia characterem non habent nu. 24.

Fratres tertij ordinis hodie ex Bulla Leonis decimi in Cõcilio lateranenſi poſſunt conueniri coram laycis nu. 25.

Clerici in minoribus ordinibus conſtituti priuilegio fori ſecularis non gaudent ex Concilio Tridentino nu 26.

Conſuetudo vnius Ciuitatis vendicat ſibi locum in locis etiam ſibi vicinis nu. 28.

Maxime, ſi Ciuitas, in qua Conſuetudo eſt, caput vicinarum ſit nu. 29.

Fratres minores dum profitentur eum modum viuendi, ſuſcipere debent habitum auctoritate Epiſcopi, & iureiurando Deo dicari & quędam alia facere nu. 30.

Fratres minores non habent proprie vitam regulare Eccleſiaſticarum perſonarum, ſed apparentiam quandam in habitu, potius, quã eſſentiam, & realitatem in effectu. nu. 31.

Inter perſonas eccleſiaſticas non enumerantur fratres tertij ordinis nu. 35.

Nec Deo deuoti, & templarij nu. 36.

Eccleſiaſtice perſonę intelliguntur proprie, que diuino officio, contemplationi, orationique deditę ſunt, ceſſant omnino ab omni ſtrepitu rerum temporalium nu. 37.

Mixtum incaleſcens in naturam alterutrius ſimplicis, non dicitur proprie mixtum, ſed iudicatur, ſecundum quod inleſcit nu. 38.

Ordo Fratris tertij ordinis approbatus eſt à Pontificibus non tamen vt religioſus, & eccleſiaſticus nu. 39.

Intellectus Priuilegij Nicolai Papę Quarti dicentis, fratres tertij ordinis è ſeculo egredi, & religionem ingredi nu. 40.

Intellectus eiuſdem Priuilegij, in verb. alia nu. 41. & 42.

Intellectus eiuſdem Priuilegij, dum dicti fratres ſuponuntur Eccleſiaſticę iuriſdictioni nu. 43.

Penitentes non habent exemptionem fori Secularis, ſed grauati à ſecularibus, refugium habent ad eccleſiaſticum nu 44.

Priuilegium dicitur ab antiqua voce, priua quod eſt ſingula nu. 45.

Vel ab eo, quod priuat legem nu. 46.

In priuilegijs fit ſtricta interpretatio nu. 47.

Maximè, quando preiudicat tertio in iure quęſito de iure communi nu. 48.

Poſteriora derogant prioribus nu. 49. & 56.

Confirmatio cum clauſula, quatenus ſint in vſu, & canonibus non contraria, non derogat legibus prioribus nu. 50.

Conſtitutio Conciliaris non tollitur per clauſulam generalem, non obſtante, ſed requiritur ſpecialis derogatoria nu. 51.

Confirmato intelligitur in terminis in quibus confirmatum loquebatur nu. 52.

Generi per ſpeciem derogatur, non è contra nu. 53.

Per ſubauditos intellectus non inducitur legum correctio nu. 54.

Confirmatio indeffinita non ęquipollet vniuerſali, quando in omnibus non eſt par ratio: & ęqua diſpoſitio nu. 55.

Ordo fratrum Minorum ad quid inſtitutus fuerit primo per Diuum Franciſcum nu. 57.

Idem ordo quomodo Zelo religionis in dies auctus fuerit nu. 58.

Hodie due ſpecies Terzariorum reperiuntur nu. 59.

Terziarij huius ordinis potius confratres, quam religioſi ſunt nu 60.

Ieſuate priuilegio fori gaudent nu. 61.

Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, antequã ducant uxores, gaudent priuilegio fori nu. 62.

Eccleſiaſtice perſona ſententiã ſanguinis ferre nõ poſſunt nu. 63.

Cõſiliũ duodecimũ Io. Bolo. in materia iſta refertur n. 64.

Quod in quibuſdam capitibus damnatur nu. 65.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

IN illa ardua, ac etiam antiquis temporibus inter iuriſprudentię valde peritos hinc inde exagitata queſtione.

An ſcilicet Fratres (vt vocant) tertij ordinis inter perſonas Eccleſiaſticas reponantur, & priuilegio fori, ne coram Iudice ſeculari etiam ex delicto conueniantur. iux. c. cum non ab homine, de iudi. gaudeant?

1 Prima cõſideratione videtur reſp. † eos inter Eccleſiaſticas pſonas reponẽdos & cõſequentee corã Eccleſiaſtico tantum Iudice conueniendos eſſe prout inter antiquos tenuit Guil. de Bois. Archi. & Cyo. relati per Bar. l. ſemper §. quibuſdam ff. de iur. immu. cum quibus videtur ſentire idem Bal. d. loco & l. 1. §. fin. ff. de poen. Zaba. & Lap. clem. cum ex eo de ſent. ex com. idem Zab. c. ſi diligenti de fo. compet. Ant. But. c. 2. eo tit. & c. 1. de ob. & ratio. Clauar. in ſue ſumma. ver. excommunicato. Stefa. Aufre. de poteſta. ſecul. reg. 2. ou. 39. Beat. Ant. de excom. c. 62. Pet. Vbal. qui omnium latiſſime hanc queſtionem explicat, & hanc partem pluribus tuetur de cano. epiſ. & parochi. q. 17. nu. 12. & pluribus ſeq. precipuè nu. 20.

Hęc autem ſententia imprimis non inefficaciter
2 probari videtur, † quia diuus Franciſcus tres ordi-
3 nes inſtituit in eccleſia, Primum fratrum minorum

qui

qui arctiſsimus eſt, & caret proprio in comuni &
in particulari, ideoquem arctiſsima paupertate
uiuit, elemoſinas etiam hoſtiatim perquirendo,
4 dequo Clem. exiui de paradiſo de ver.ſig. † Secun
dum ordinem Sanctę Clarę pro mulieribus aliquan
to laxiorē, quia iſtę non habet ꝓpriū in particulari
vt ille primus, ſed habet in comuni, licet ille, nec e-
5 tiam in comuni vt dictum eſt, † Tertium pro uiuen
tibus in coniugio comunem tam maribus quam fœ
minis, qui habent proprium in particulari. & iſti
dicuntur fratres tertij ordinis Diui Franciſci, vt de
clarat glos. & Io: And. d. Clem. cum exeo. 1. de reli.
domi. Bar. Soc. cōſ. 245. omiſsis multis nu. 5. lib. 2.
6 † Qui quidem tertius ordo, cum, vt & duo reliqui,
à Sede Appoſtolica approbatus fuerit, vti ordo reli
gioſus, & Eccleſiaſticus perſonę ei ānexę religioſę
videntur c. fin. de reli. domi. c. 1. eo tit. lib. 6.
7 Quo ſtante, † cum huiuſmodi fori ſecularia ex-
emptio primum data clericis extenſa fuerit poſtmo
dū ad omnes eccleſiaſticas pſonas, inter quas repo
nuntur non ſolum ipſi clerici, verum etiam monaci
& alij Deo deuoti. c. ſi quis ſuadente diabolo 17. q.
8 4. † & Deo deuoti dicuntur pœnitentes, hoſpita-
larij, templarij ſecundum glo. ibi per c. quiſquis
9 eadē cau. & q. † & alibi pſonę Eccleſiaſticæ dicun-
tur Epiſcopi, Præſbiteri, Diaconi, Subdiaconi Ca-
10 nonici, regulares conuerſi & profeſsi c. vt lex con
tinentiæ 27. q. 2. & ij fratres tertij ordinis Deo de-
uoti, conuerſi & pœnitentes ſine dubio dicātur, eis
quoque huiuſmodi priuilegium denegandum mi-
nime videtur.

Secundo omiſsis alijs argumentis, quæ á iure
tantum comuni eliciuntur, quibus facile reſpon-
detur validius videtur huiuſmodi ſententia fulciri,
11 † ex priuilegio Nicolai iiij. in quo diſponitur,
quod nullus poſt illius fraternitatis ingreſſum ean-
dem valeat egredi, quaſi aperte ſentiat Pontifex,
quod ingredientes eum ordinem egrediantur ſecu
lum, ſicque deſinant eſſe perſonæ ſeculares ad. c.
cum ſeculum. de iur. patro. & conſequenter fiant
perſonę eccleſiaſticę, cum non ſint plura hominum
genera c. duo. 12. q. 1.

Tertio ex eodem priuilegio clarè videtur ſumi
hos eſſe religioſis annumerandos, dum ibi dicitur
12 † eos poſſe habere tranſitum ad aliam religionem
13 approbatam, † quia dictio aliam oſtendit illam
quoque tertij ordinis eſſe religionem c. ſedes, vbi
nota. de reſcrip. glo. & Doct. l. 3. C. de ſer. fugit.
14 Quarto Ex eodem priuilegio videtur expreſſum †
dum dicitur, quod ſi fratres, vel ſorores tertij or-
dinis vexabuntur per poteſtates, & Rectores loco
rum, vbi domicilium ij habebunt, eorum mini-
ſtri adeant Epiſcopos locorum, quibus verbis vi-
detur eximi à ſeculari iuriſdictione, & reponi ſub
eccleſia tum quia id aperte verba dicere videntur,
tum quia non eſt dare cephalum c. nulli 14. di.

Cæterum his, & huiuſmodi alijs argumentis
non obſtantibus, cenſeo ſine dubio reſpon. iſtos
fratres tertij ordinis neque proprie eccleſiaſticis
perſonis enumerandos, neque d. ſoti priuilegio
tam iure comuni quam conſuetudine munitos eſſe
& conſequenter ſer Accurſium Bictonienſem,
dequo queritur, carceribus in terra Cannarum
pre Iudicem laycum ob receptationem Bannito-
rum mancipatum iudicari & puniri poſſe, no obſtā
te, quod regulę dd. fratrum tertij ordinis ſe aſcri-
ptum eſſe profiteatur.
15 † Imprimis quidem, ne noſtra hęc ſententia care-
at auctoritate, quia hanc opinionem tenuit Laudi.
antiquus doctor. quem citat Petr. Vbal. d. q. 17.
ſub nu. 4. & videtur tenere idem Pet. de ano. pa-
ro. cap. 9. nu. 40. glo. clem. 1. verb. obedientia de
religi. domi. quam ſequitur Bal. l. placet ſub. nu. 5.
ver. qd de ſororibus C. de ſacro. eccle. & l. officiales
16 in fine C. de epiſc & cleric. vbi iſtos appellat † Bec
chettos, ita dictos ſecūdum alios á Beccha quadam
quam primis illis temporibus deferebant, idem e-
tiam tenuit ipſe Bal. conſulendo vt refert. Corn.
conſ. 205. lib. 2. vbi voluit iſtos conueniri poſſe
coram Iudice layco & ab eo puniri poſſe ratione
delicti, idem voluit Fede. de Senis conſ. 150. cum
aliqui boni, vbi firmat hos non eſſe perſonas eccle
ſiaſticas ꝓprie, non ſubeſſe Epiſcopo, & propterea
Epiſcopum de relicto eis facto canonicam portio
nem non detrahere, vt apud eum videri poteſt,
idem late defendit Cald. conſ. 7. de fo. compet.
Abb. c. cauſam quæ nu. 2. de iud. & clarius c. 2. ſub
nu. 11. ver. contrariū &c. de fo. compet. vbi refert
etiam pro hac eadem opinione conſuluiſſe Federi-
cum de Senis ſupradicto conſilio 150. (vt puto li-
cet ipſe locum in ſpecie non citet) aſſerens hanc eſ
ſe opinionem veriorem, idem ſequutus eſt Laud. d.
clē. cū ex eo, & ibi etiā Ancha. Card. clem. 1. de deci
& d. Clē. cū ex eo. Feli. c. non dubium ad finē eo tit.
17 de ſent. ex co. Ang conſ. 218. in primo dubio, † vbi
conſuluit hos poſſe compromittere in laycos abſ-
que eorum ſuperioris licentia, & videtur pro claro
preſuponere Bar. Soc. conſ. 245. col. 1. & 2. lib. 2.
18 † vbi conatur oſtendere ſorores & moniales Pa-
radiſi de ciuitate Tiferni eſſe vere religioſas, non
autem iſtas tertij ordinis & pro claro firmat Staphi.
de. grati & expect. tit. de reſcrip. in ſor. bre. nu. 93.
94. & 95. Mari. Soc. ſen. c. 2. de ſo. compet. nec vi
detur ab hac opinione tandem diſcedere Bar. atten
ta ſaltem conſuetudine, quæ eſt in hac Ciuitate
Peruſina vt ipſe ibi teſtatur d. l. ſemper § fin. ff. de
iur. immunit. ex quibus apparet, (ni fallor) hanc
* eſſe magis comunem * opinionem ſiue numerum
ſiue pondus quod magis attendendum eſt ad not.
per Abb. Felij. Bero. & cęteros c. 1. ad fin. de con-
ſtituto & Alci. regula. prima preſump. 31. nu. 3. 4.
& 5. authorum eam tenentium conſideremus ſicu-
ti etiam eam ſine dubio veriorem aſſerimus.
19 † Primo quidem quia licet iſti dicātur habere quē
dam viuendi modum á Sancta Sede Appoſtolica
approbatum, ille tamen non eſt proprie regula
ſed quidem viuendi modus, nec ſunt veri religioſi
aut Eccleſiaſticæ perſonę Feder. de ſen. d. cōſ. 150.
Cald. d. conſ. 7. not. d. clem. cum ex eo. & d. clem.
2. Soc. ſeni d. conſ. 245. col. 1. & omnes ſupracita-
tis locis, nam ſi ſtatua ipſorum conſideretur, non
20 videtur accedere ad vitam Eccleſiaſticam, † ad
quam ſunt neceſſaria tria cuiuſuis religionis, pau-
pertas, caſtitas, & obedientia c. cum ad monaſteri
um de ſtat. regu. Iſti non obſeruant paupertatem,
cum habeant proprium in particulari, vt diximus,
nec caſtitatem, cum vxores habeant, eiſque vtātur
ad libitum, nec obedientiam cum ſuperiorem non
habeant

habeant, ſed ſint ſine Rege ſicut locuſte, vt in ſimi
li not. c. ſi vere 16. q. 1. immo nec ſeruare omnino
21 poſſent obedientiam, † quia cum habeant vxores
non habent omnimodam poteſtatem ſui corpo
ris c. non debet de conſan. & affi. vnde egregie di-
cit Bal. d. l. officiales in fin. habitum iſtorum habe
re accidentia ſine ſubiecto ideoque nihil valere,
cum ſit potius quædem apparentia in habitu, quã
eſſentia & realitas in effectu, meritoque nec per-
ſonæ Eccleſiaſticæ nec religioſe proprie appellari
poſſunt.

Secundo Principaliter deſcendendo ad d. priui-
22 legium exemptionis fori ſecularis, † quia iure co-
muni ordinario priuilegium hoc reperitur cõceſſũ
Clericis tantum, uel iure poſitiuo ſecundum Inno.
c. 2. de maio. & obedi. Pet. Ferrai. in practi. tit.
de confeſſ. §. plenam col. 1. Alciat. c. cum non ab
homine col. 2. de iudic. Io. à Medi. in tract. de re-
ſti. q. xv. Dida. practi. qq. c. 31. ſub nu. 1. ubi
23 egregie hoc primũ defendit, poſtea diſtinguit, † uel
iure diuino ſecundum glos. c. ſi imperator uer. &
diſcite 96. diſtinc. Cardi. c. perpendimus oppo. 7. de
ſent. ex co. Rom. ſing. 419. Ab. Felij. Dec. & alios
c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtu. Rot. decis. 440.
in anti. & deci. 2. de conſuet. in antiquiori & alios
comuniter, ut atteſtatur Felij. c. 2. de maio. & obe
dien. & Curt. c. fin. de conſuet. & Dida. d. c. 31.
24 nu. 1. in princ. at fratres iſti non ſunt clerici, † quia
charatterem non habent, quo clerici fiunt c. cleros
21. diſti. meritò. &c.

Tertio Quicquid uideri forſan poſſet iure comu
ni ordinario videtur hoc hodie clarum & bulla Le-
o. x. in concilio lateren. nu. x1. quæ incipit, dũ
25 inter mentis archana, ubi clare ſtatuitur, † quod
huiuſmodi fratres tertij. ordinis habitantes in pro-
prijs domibus poſsint conuenire coram Iudicibus
laijcis, non obſtantibus priuilegijs ijsdem alias for-
te conceſsis illis collegialiter uiuentibus, & cum
clauſtralibus habitantibus reſeruatis, unde cum ha
beamus deciſionem concilij, & Pontificis non eſt
ulterius hæſitandum arg. l. ille aut ille §. cum in uer
bis de leg. 3. & minum eſt, quod hodie hoc reuo-
cetur amplius in dubium.

Quarto Quicquid diceretur de priuilegio fori in
bulla Nic. quarti uel aliorum Pontificum hodie nõ
uidetur ulterius dubitandum de hoc, quia per Cõ-
cilium Tridentinum Seſſ. 23. c. 6. & ſeſsio 24. cap.
26 xi. aperte dicitur, † quod & Clerici in minoribus or
dinibus conſtituti priuilegio fori gaudere non poſ-
ſin nisi beneficium aliquod obtineant, uel de mã
to Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiant, quanto mi-
nus igitur iſti, qui nullo modo Clerici ſunt, nullũ-
que beneficium Eccleſiaſticum detinent.

Quinto quia licet multi ut ſupra congeſsimus
27 contrarium tenuerint, nobis tamẽ ſufficit, † ex nu-
mero & pondere authorum ſupra allegatorum hãc
eſſe magis comunem, ac etiam ex allegatis rationi-
bus ueriorem opinionem, quod ultimum atteſtatur
Abb. c. 2. ſub nu. x1. de ſo. compet. & fatetur Au
fre. de poteſta. ſecul. reg. 2. ſub nu. 16. & multi alij,
& in omnem euentum approbatam eſſe conſuetu-
dine ipſa in hac noſtra Ciuitate Peruſina ita ſerua-
tum fuiſſe ætate Bartoli teſtatur ipſe d. l. ſemper §.
quibuſdam ad fin. ff. d. iur. immu. & hodie etiam
quotidie ſeruari uidemus, cum paſsim huiuſmodi
fratres tertij ordinis coram Iudicibus laijcis Audi-
toribus Rotæ, & Reuerendiſsimorum Gubernato-
rum in ciuilibus conueniantur & in criminalibus
carceribus mancipentur, puniantur quod Reueren
diſsimo Epiſcopo Peruſino ſciente, uidente & mi-
nime reluctate, & licet preſens quæſtio in terra
Cannariæ agitetur, idem tamen uigore d. conſue-
tudinis dicendum eſt, tum quia alias etiam idem
28 fuit obſeruatum in d. loco, † tum etiam quia con-
ſuetudo unius, Ciuitatis locum ſibi uindicat in aliis
locis vicinis, ſecundum Io. And. & Ant. But. rub.
de conſuet. in fin. alioſque alibi paſsim, cuius mo-
29 di eſt Cannaria ad Peruſiam, maxime, cum Peru-
ſia caput ſit legationis & Gubernij, ſubquo recta
& gubernatæ fuerunt, alia loca vicina, & in ſpe-
cie Cannaria, & regula ſit, quod conſuetudo Ciui
tatis dominantis vendicat ſibi locum in dominata,
& oppidis ipſius argumento c. ſuper eo vbi not.
Ant. but. de cogna. ſpirit. glo. & Bar. l. ex ea ff. de
poſtu. idem Bar. l. 2. q. 36. C. quæ ſit longa con-
ſuet. cum ſimil. qua conſuetudine ſtante, cum ea
altera ſit lex. l. de quibus de legi. § ex non ſcripto
inſti. de iur. nat. gent. & ciuil. maxime ad inter-
pretationem huius arduæ difficultatis, & in re du-
bia videtur ei ſtandum, & tenendum hos fratres ter
tij ordinis d. priuilegio exemptionis fori ſecularis
omnino carere.

Sexto & vltimo quicquid dicendum videretur
iure comuni ordinario aut extrauaganti, aut priui-
legio, aut conſuetudine in preſenti caſa non vide-
tur ſupereſſe locus dubitationi, quia non probatur
predictus Ser Accurſius deſcriptus alicubi inter fra
três d. tertij ordinis nec creditur poſſe probari cum
nobis relatum à fide dignis fuint, ipſum ſua volun
tate, & ſuo (vt aiunt) marte tantum prędictum ha
bitum aſſumpsiſſe, regulãque ipſam non ſolum
ſeruare non promiſsiſſe, verum nec vnquam ſer-
30 vaſſe, † certum eſt autem, quod qui ſe fratres d. ter
tij ordinis profitentur, habitum ſuſcipere debeant
auctoritate Epiſcopi, & ita Deo perpetuo dicari,
& ſolẽniter ita iurè iurando promittere vt declarat
Aufr. d. tract de poteſta. ſeru. ſub. nu. 39. reg. 2.
ad fin. vel ſi non auctoritate Epiſcopi, ſaltem au-
ctoritate miniſtrorum, & in conſpectu confratruũ
habitum aſſumere, promittereque eiſdem prece-
pta omnia tam D. noſtri Ieſu Chriſti, quam regulę
predictę diligenter cuſtodiri manu publici Notarij
ad id ſpecialiter deputati, vt expreſſe cauetur in
regula d. ordinis c. 3. de mod. intrandi in d. frater.
Quę quidem fuit iuſta, & neceſſaria prouiſio, ne
cuilibet paſsim liceret ſua ſponte. d. habitum aſſu-
mendo ab oneribus multis, á quibus d. fratres ter-
tij ordinis exempti ſunt. ſe eximere & poſtea regu
lam non ſeruare.

Non obſt. hunc tertium ordinem á Sede Appoſ
tolica approbatum, perſonaſque ei annexas Eccle
ſiaſticas, religioſaſque videri, vt primo loco dice-
batur pro contraria ſententia.

31 † Reſp. enim id proprie loquendo falſum eſſe,
exijs, quæ ſupra dicta ſunt quibus oſtendimus ho
rum proprie non eſſe vitam regularem Eccleſiaſti-
carum perſonarum, ſed modum quemdam viuen-
di, & habitum eorum habere accidentalia ſine ſubi

ecto &

ecto & quandam apparentiam in habitu, potius
quam eſſentiam, & realitatem in effectum vt aie-
bat Bal. d.l.officiales in fin.& probatum fuit ſupra
clariſſ. primo argumento noſtre conſultatis.

Non obſt priuilegium exemptionis fori ſecula-
ris conceſſum prius clericis extenſum poſtea fuiſſe
ad religioſas, & deo deuotas perſonas, quales di-
ci etiam iſti fratres poſſe videntur vt ſupra.

32 Quia reſp. primo nihil allegati, † quo doceatur.
exemptionem huiuſmodi clericis datam fuiſſe ex-
tenſam ad omnes omnino perſonas Eccleſiaſticas
indefinitate, & vniuerſaliter quinimmo contra-
rium dici poteſt, cum doctores in hac materia
loquentes exigere videantur ad huiuſmodi priuile
gium conſequentur, quod ſaltem ſit clericus primę
tonſuræ, immo, & in eo non indiſtincte id admit
tant, ſed velint id non habere locum in ciuilibus,
33 † incriminalibus vero idem, niſi ad minus quatuor
proximis menſibus ante commiſſum delictum ton
ſura, & clericalibus veſtibus vſi fuerint, vt ex
conſtitutione Alex. & Leo. 10. probat Dida Co-
uar. practi qq. cap. 32.

Nec aliquid faciunt allegata ſupra incontrarium
34 † quia non loquuntur de exemptione fori ſecularis
ſed vel de pœna ſacrilegij, vt d.c. quis quis, vel
de pœna mijcientium manus violentas in clericum
d.c. ſi quis ſuadente, vel de profeſsis continenti-
am, & poſtea vxorem ducentibus, vt d.c. vt lex.
in quibus caſibus illa iura ſpecialiter aſſumpſerunt
perſonas eccleſiaſticas & inter eas enumerarunt
aliquos, quod non propterea generaliter enume-
randi ſunt, minuſque in exemptione predictam
tantum clericis conceſſa, cum clerici non ſint.

Secundo eſto quod huiuſmodi priuilegium com
petat perſonis Eccleſiaſticis omnibus de quibus ſu
35 pra, † certum eſt, quod inter eas enumerari non
poſſunt iſti de tertio ordine Diui Franciſci, nō
.n. ſunt Epiſcopi, non Presbiteri, non Diaconi,
non Subdiaconi nec Canonici regulares, vt notiſ-
ſimum eſt, nec etiam ſunt conuerſi eo modo quo
requiritur d.c. vt lex.quia ibi non contentatur tex.
de conuerſione ſola, ſed annectit tex. profeſsio-
nem etiam. dum inquit conuerſi profeſsi &c.nam
dictio conuerſi ponitur ſubſtantiue, dicti vero pro
feſsi adiectiue, vt optime declarat Cal. d. conſ.7.
ſub nu. 2. huiuſmodi non ſunt ſine dubio iſti fratres
36 tertij ordinis, † ſicuti nec ſunt templarij, neque
Deo deuoti, vt clare deducit reſpondendo ſingu-
lis Cald. ibidem, nec etiam penitentes § 3. ſollen-
niter, & collegialiter viuentes, vt intelligitur c. in
capite & c. Eccleſiaſtico ſo. diſtin. merito &c.

Tertio Dato rurſus d. exemptionem extenſam
37 ad eccleſiaſticas perſonas omnes, † hoc intelligi de
bet de ijs perſonis, quæ diuino officio, contem-
plationi orationique dedite ſunt, & omnino ceſ
ant ab omni ſtrepitu rerum temporalium arg. c.
duo ſunt 12. q. 2. vbi duo tantum genera Chriſtia
norum ponuntur, vnum deditum contemplationi
& cęteris vt ſupra, alterum, cui permiſſum eſt tem
poralia tractare, & poſsidere ac matrimonio iungi.
Vnde cum fratres tertij ordinis appareant poſiti
inter eos, qui ſunt ſecundi generis, qui Eccleſiaſti
ci non ſunt, non poteſt eis d. exemptio etiam ita
extenſa competere.

Quarto Dato iterum d. exemptionem vt ſupra
extenſam ad eccleſiaſticas perſonas, intelligi de-
bet de his, quæ proprie Eccleſiaſticę ſunt quales
quidem eę non ſunt ſecundum pręllegata.

Et quatenus concederemus extenſionem prędi
ctam factam eſſe etiam ad perſonas mixti generis,
quaſi contineantur ſub ſimplicibus iux. l. inter-
dum § quod ait ff. de in ſam.

38 † Reſp. illud nō procedere in mixto in caleſcēte in
naturam alterutrius ſimplicis, quia illud iudicatur
ſecundum naturā eius, in quam magis incaleſcit l.
quęritur ff. de ſtat. homi. tradit Ang. & * omnes l.
2. ff. de ver ob. & ſi diligenter penſitamus regu-
lam, & qualitates iſtorum fratruum tertij ordinis
cum ſubſtantialia al qua non habeant veræ religio
nis ſed temporalia tractent, vxores habere, propri-
umque in particulari retinere poſsint, vt ſupra, ma
gis ſeculari, quam clericali profeſsioni accedunt,
merito, priuilegio clericis conceſſo gaudere non
poſſunt vt etiam aperte reſpondet Ab. d. c. 2. ſub
nu. 11. de ſo. compet.

39 Non obſt. hunc eſſe ordinem approbatum a ſum-
mis Pontificibus, preſertim á Nicolao iiij. quia fa-
temur, ſed non vt religioſum, & eccleſiaſticum,
quemadmodum exaduerſo preſuponitur ita reſ-
pondent omnes ſuprecitati per noſtra opinione co
muni, & veriore, & eſt neceſſaria, & vera reſp.
cum nullibi in d. bulla Nicolai iiij. aut alia ſubſe-
quente, approbatio fiat de eis nominatim, vt ec-
cleſiaſticis perſonis proprie.

Nec verum eſt in d. priuilegio Nicolai preſupo
ni hos e ſeculo egredi, & religionem ingredi, ex
illis verbis, quod ingrediuntur illam fraternitatem
40 &c. † quia vere ibi nihil de egreſſu ſeculi, & ingreſ
ſu in religionem, ſed tantum in fraternitatem quæ
non probatur quod ſit proprie religio. & argumen
tum tamen modo aſſumi. ibi poterat, de egreſſu
á non fraternitate in fraternitatem, & ſenſus Pon-
tificis eſt clarus, quod egreſsi á non fraternitate
in fraternitatem non poſsint illam egredi.

Non obſt. tertio loco videri hos religioſos eſſe
propter dictionem aliam in d. priuilegio inſertam
41 ex not. d. c. ſedes cum ſimil, † quia retento quod
ij ſint religioſi improprie, & large, vt ſupra dictum
fuit, & tradit Cald. d. conſ. 7 illa dictio aliam re-
fert religionem eodem modo in propriam, & ſi ve
limus referre etiam ad propriam, hoc erit ibi ſpe-
cialiter ex ſubiecta materia, & mente diſponentis,
quæ eſt, quod ingreſſus illam fraternitatem egredi
eam poſsit cauſa ingrediēdi quamlibet religionem
ſiue propriam, ſiue non, arctiorem tamen, ne cui-
quam precludatur via ingrediedi veram & propriam
religionem, preterquā quod d. regula, quæ eſt,
42 quod dictio alius referatur ad ſimilia expreſsis, †
patitur multas limitationes de quibus Doct. l. 3. C.
de furt. l. quicūque C. qui admitti & c ſedes de re
ſcrip. quæquāquam hic applicati poſſent, omitto
tamen breuitatis gratia, maxime cum ſatis ſupra
reſponſum fuerit.

Non obſt. vltimo loco hos ſupponi Eccleſiaſticę
iuriſdictioni ex verbis. d. priuilegij, vt dicebatur

Reſpondetur .n. quod ſi verba d. priuilegij pon
43 derentur, loquūtur in caſu ſpeciali, † quādo ſcilicet
dd. fratres contra ius, vel eorum priuilegia per Po-
teſtates

teſtates vel Rectores locorum, vbi domicilium ob
tinent vexarentur, tunc .n. mandat Pontifex mi-
niſtris ipſorum, vt Epiſcopos locorum adeant, quan
do igitur non vexarentur contra ius, & priui-
legium eorum á ſecularibus poteſtatibus, ſed ſecun
dum ius, vt in preſenti caſu, Pontifex non eximit
eos á ſeculari iuriſdictione l. quod uero contra l.
ius ſingulare de legi. quin immo aperte preſuponit
eos ſubeſſe, atque ita verba priuilegij predicti con-
44 tra eos retorquentur & uerificatur clare per hoc
priuilegium, ſiue aperte defenditur opinio Abatis
quę forte iure comuni pati poſſet aliquam contra-
dictionem, in c. nullus. ſub nu. 9. verſiculo ſed ſi
aliquis de ſo. compet. vbi voluit, quod penitentes
non habeant exceptionem fori ſecularis, ſed ſi
grauentur á ſeculari, habeant refugium ad eccleſia-
ſticum, cum id datum ſit iſtis euidentur in d. pri-
uilegio.

Adiuuantur hæ noſtræ interpretationes ad d.
priuilegium, ſimulque etiam conuincuntur adver-
ſatiorum, quia cum priuilegium dicatur ab anti-
45 qua voce priua, ꝙ eſt ſingula quaſi lex ſingularis
& priuata ſecundum Bud. prima edi. ad Pand. ad l.
2. de ori. iur. & latius ad l. legis virtus. cum ſeq. ff. de
46 legi, † vel ab eo quod priuat legem cum contra eũ
ſit c. priuilegia di. 3. & dicit paſsĩ Accurſ. & Ancha.
c. olim. nu. 13. de ver. ſig. Ias. l beneficium nu. 7.
47 C. de legi. Rip. rub. de reſcrip. nu. 20. cum ſimil. †
ſit eo ſit ſtricta iterpretatio d. c. priuilegia Io.
And. & Ant. d. c. olim. Imol. l. etiã ff. ſol. matr. Feli.
c. cauſam quæ. nu. 43. & 61. de reſcrip. vt minus
quam poſsibile ſit ius comune lędatur. c. nos. §. 1.
de tempo. ord. lib. 6. vbi Gemi. Fely. c. 1. vbi cu-
mulat nu. 9. & ibi Dec. col. 5. in ſecunda limit. ma
48 xime, † quando preiudicat alteri in iure quęſito ſi
bi iure comuni c. quamuis de reſcrip. lib. 6. l. 2. §.
merito ff. ne quid in loco pub. etiam ſi conceſsio fa
cta ſit motu proprio, vt poſt Dec. Fely. & alios tra
dit hæc Paris conſ. 6. nu. 12. 13. 14. & ſeq. lib. 2.
ac precipue in hac materia, in qua agitur de auſe-
rẽda iuriſdictione ordinis quibus Pontifex niſi ſuo
priuilegio expreſſe id dicat, preiudicare non cre-
ditur. c. ne aliquid de pri. lib. 6. not. c. cum perſo-
næ eo, tit.

Secundo Dato, quod verba priuilegii Nicolai
ita clare hos eximerent a poteſtate ſeculari.

Reſp. iſtud priuilegium eis ſublatum fuiſſe per
bullam Leo. x. in concilio lateranenſi, de qua ſu-
49 pra, † cui tanquam poſteriori ſtandum eſt argumen
to l. pacta nouiſsima de pact.

Nec dicatur dictã Leonis bullam ſublatam eſſe,
per alia priuilegia d. ordini indulta a poſterioribus
Pontificibus confirmantia priuilegia d. Nicolai
iiij. cum clauſula non obſtante &c. argumento not.
d. l. pacta nouiſsima.

50 Quia Reſp. † confirmationes poſtea ſubſequu-
tas omnes fuiſſe cum clauſula, quatenus ſint in vſu
& canonibus non contraria, vt in illa Iulij iij. Pij
iiij. & Greg. xiij. (quas vidi) clare legitur, qua cla-
uſula certum eſt Pontifices confirmantes noluiſſe
d. bullę Leonis derogare, maxime cum expreſſe
per Iulium iij. confirmetur in princ. ſuæ bullæ.

Secundo Dato quod predicta clauſula non ad
eſſet Reſpondetur non eſſe derogatum d. bullę Le
51 onis x. † quia dici poteſt eam eſſe conciliarem, cum
facta ſit in materia originem habente á concilio il-
lo lateranenſi, vt voluit not. Abb. c. 1. vltimo not.
de pac. quo caſu, cum conſtitutio conciliaris dica
tur, non tollitur per clauſulam generalem non obſ
tante, ſed requiritur ſpecialis, & quæ ſpecifice
de ea mentionem faciat qualis in dictis bullis nõ re
peritur Archi. c. 1. col. 1. de conſti. lib. 6. not.
Abb. c. 1. vltimo not. de pact. doc. omnes c. 1. de
iudic. And. Barb. c. quoniam contra. in princ. de
probat & late Felly. c. non nulli. nu. 3. de reſcrip.

Tertio eſto, quod prędicta bulla Leonis x.
non tranſiuerit in conciliarem ad huc ei deroga-
tum non eſſet per alia priuilegia poſtea ſubſequu-
uta, quia cum bulla Leonia diſtinguat priuilegia
ſtatuentia, quod priuilegium exemptionis fori ſe-
cularis competat tantum collegialiter viuentibus
alijs vero non, confirmationes autem ſubſequutę
nihil dicãt in particulari de habitãtibus in proprijs
domibus, ſed generaliter dictis fratribus indulta cõ
52 firmẽt, † intelligi debent ea confirmare in tertiarijs
collegialiter ſcilicet habitantibus eis competentia,
& alia indulta habitantibus in proprijs domibus
reſpectiue, & id quidem.

53 † Primo Quia generi per ſpeciem derogatur non
e contra c. generi per ſpeciem de reg. iur. lib. 6.

Secundo Quia alias corrigeretur diſtinctio pro
babilis Leonis x. & concilij lateranenſis; quod ad-
54 mittendũ eſt nuſquam duabus rationibus, † prima
quia per ſubauditos intellectus non inducitur legũ
correctio, quin immo lex noua potius ſuperflua
tolleratur auth. ex teſtamento nu. 4. C. de colla. Iac.
Nig. l. 1. nu. 54. ff. de offi. eius Nic. bello. conſ. 53.
55 nu. 8. cum ſimilibus. Secundo, † quia indefinita con
firmatio priuilegiorum non æquipollet vniuerſali
quando in omnibus non eſt par ratio & æqua diſ-
poſitio, vt per ſupradicta late pro comuni * poſt
multos Dida. vari. reſol. lib. 1. c. 13. ſub. nu. 9.

Quarto Quicquid ſit de alijs priuilegijs, & con
firmationibus in eis nulla vis fieri poteſt, ſtante
concilio tridentino, de quo ſupra in quarto argu-
56 mento noſtræ opinionis, † quod cum poſterius ſit
& deroget omnibus priuilegijs prioribus arg. d. l.
pacta nouiſsima. tollit omnem difficultatem.

Quinto Pro clariore adhuc reſponſione ſcien-
57 dum eſt, † quod licet ab initio Diuus Franciſcus
tertium hunc ordinem conſtituerit pro ijs, qui in
coniugio in ſuis ædibus viuere & ſecularia tractare
cuperent, eiſque iniunxerit, vt habitum quemdem
largiorem coloris aliorum indumentorum religio
nis ipſius Diui Franciſci induerent, & certis tan-
tum diebus in oratorio ad id deputato conuenirent
Deum ipſum quibuſdam conſtitutis diebus par-
ticularibus quibuſdem orationibus ſupplicea pre-
carentur & prefinitis quibuſdam modis pœniten-
tiam agerent, vt ſatis proſpicere innuit glo. Io.
And. & alij d. clem. cum ex eo & d. clem. 1. de reli.
58 do. Bart. Soc. d. conſ. 245. nu. 1. † Attamen zelo
religionis indies tunc magis magiſque feruefcente,
iſti tertiarij arctiorem vitam, quam diuus Franciſ-
cus ab initio eis conſtituerit eligentes in congrega
tione, & monaſterio collegialiter in caſtitate, & obe
dientia, ac paupertate de facto abſque promiſsio-
ne & voto aliquo viuere cœperunt, vt in hac no-

ſtra

noſtra Ciuitate Peruſina hactenus fuerunt & ſunt
tertiariæ conuentus Santi Pauli, Santi Antonij
de Padua, Santę Agnetis, & non nullę aliæ ſimi-
59 les, † atque ita duæ ſpecies tertiarorum hodie re-
periuntur, & hoc aperte innuit d. bulla Leonis x.
dum in ea ſtatuitur quod priuilegium exemptionis
clarieit conceſſum competat tertiarijs collegialitee
viuentibus, non autem alijs in proprijs ædibus per-
manentibus. Igitur his ſtantibus predictum exem-
ptionis priuilegium non competere tertiarijs pri-
mæ ſpeciei nempe degentibus in ſuis proprijs do-
mibus clariſsimum eſt, tam. ex d. bulla Leonis x.
quam etiam alias de iure comuni ea ſemota quia
cum in ſuis ædibus habitent, matrimonio copulen
tur, proprium poſsideant, ſecularia tractent. ha
bitum ſolum, & regulam profitentes, nec veri re-
60 ligioſi, nec eccleſiaſtię perſonæ, † ſed potius con
fratres ſunt vt eorum regula eos paſsim appellat,
61 ſecundę verò ſpeciei competere poteſt, † ſicuti ali-
as dicitur de Ieſuatis per Ant. But. c. 2. de foro com-
pet. quem quicquid contradicat Abb. & non nulli
• alij. multi ſequuntur, & forte magis * communiter vt
patet ex his, quæ allegat Fel. ibi ad fin. qui Ant.
But. voluit Ieſuatos d. priuilegio fori gaudere ex
eo quia in aliqua eccleſia collegialiter habitant,
obedientiam promittunt, & caſtitatem & pau-
pertatem ſeruant, licet ſolenniter vota tria ca-
ſtitatis paupertatis, & obedientiæ non faciant, Nec
obſt. quod inde poſsint exire, & matrimonia con-
trahere, quia per hoc non tollitur quando interim
62 Eccleſiaſtice perſonæ reputentur, † vt patet in cleri
cis in minoribus ordinibus conſtitutis, qui ante-
quam ducant vxores gaudent predicto priuilegio
fori c. nullus de foro. compet. & ibi not. glos. Ant.
But. Abb. & omnes & tamen matrimonio copu-
lari poſſunt & dictum priuilegium amittere c. 1. de
cler. coniug. cum ſimil. Nos autem ſumus in prio-
ri ſpecie tertiariorum qui omnino non gaudent d.
priuilegio, merito &c.

Vltimo in caſu noſtro nulla videtur ſupereſſe
difficultas & id quidem potiſsime ex eo, quia, vt
dixi in vltimo fundamento pro hac noſtra ſenten-
tia, Ser Accurſius non probauit nec probare poſſe
creditur, quod ipſe ſit talis, qualem ſe facit, & ha-
bitus tantum Monachum, vt dicitur, non conſtituit
nec in aſſumptione illius habitus probat ſeruaſſe
ſolemnia requiſita, ideo non poteſt pretendere hu-
iuſmodi priuilegium vt in terminis firmat, &
declarat Aufr. d. reg. 2. ſub. nu. 39. licet ipſe ſit al-
terius ſententiæ quando preſente Epiſcopo habi-
tum aſſumpſiſſet, & alia ſolennia adimpleuiſſet,
quod in illo Ser Accurſio non accidit, quinimmo
mo probatur, quod ſemper domi ſuæ permanſit
officium tabellionis, & procuratoris exercuit, &
exerceat, pro Prætore primum in Turri Andreæ,
poſtea in terra Cannariæ ſe geſsit, etiam ſanguinis
63 ſententias ferendo, † quod eccleſiaſticis perſonis
citra irregularitatis incurſum penitus denegatum
eſt c. clericus, ne cleri. vel monac. vbi Abb. & cę
teri not.

Supraſcripto conſilio tranſmiſſo ad Epiſco-
pum Aſiſien. qui cauſam predictam tanquam ad
eius forum pertinentum cognoſcere uolebat, ac-
quieuit, & Ser. Accurſius ſupplicem libellum ad
Illuſtriſſ. D. Io: Paulum Ballionum Dominum d.
Terræ Canuarię pro grátia porrexit, & reſcrip-
tum pro relaxatione a carceribus obtinuit certa im
poſita pena.

Poſt redditum ſupraſcriptum conſilium per plu-
res annos, antequam hæc noſtra imprimarentur,
venerunt ad manus meas conſilia Io: bolognetti
64 nouiter impreſſa, † in quorum 22. materia preſen-
tis conſilij diſcutitur, & quoad primam ſpeciem
tertiariorum ipſe quoque nobiſcum concurrit, ſci-
licet non competere predictum priuilegium, á nu.
6. vſque ad numerum 12. & ad finem teſtatur hanc
• eſſe comunem * opinionem, & licet ibi nu. 13. &
pluribus ſeqq. aliam tertiam ſpeciem tertiariorum
conſtituat, eorum videlicet, qui in proprijs ædi-
bus degunt votum tamen caſtitatis emittunt, & in
manibus ſuperiorum obedientiam promittunt, non
ſe immiſcent ſecularibus negocijs, niſi quædam
honeſta lucra exercendo, vt victum tantum que-
rant, & tentationes ſatanæ effugiant, & late pro-
bare conetur huius ſpeciei tertiarios d. priuilegio
gaudere, precipue autem, quia uotum caſtitatis &
obedientiæ eximit eos à laicis, & facit eos eſſe por
tionem Dei, vt per eum, Dato quod hæc tertia ſpe-
cies reperiatur quod nō credimus & in hac noſtra
regione certe in vſu non eſt. Iſtud tamen huic no
ſtræ conſultationi non officit.
65 Primo quidem quia nos non ſumus in illa eius ter
tia ſpecie, vnde quicquid in ea tenendum ſit ex
eo ad caſum noſtrum inferri non poteſt l. Papin.
exuli. de mino.

Secundo Quia ea opinio in ea tertia ſpecie vide-
tur erronea aperte ex d. bulla Leonis x. quæ de-
clarat priuilegium huiuſmodi non competere ijs
tertiarijs, qui non viuunt collegaliter, quales ſunt
iſti, ac etiam ex concilio tridentino á nobis ſupra
allegato, idemque videtur circumſcriptis dd. bulla
& concilio etiam iure communi generaliter, cum
non videatur recipiendum, pro vt ipſe ꝑconſtan-
ti tenet, ſolum votum caſtitatis, vel obedientiæ
quē á ſtatu ſeculari eximere & reponere inter cleri
cos & quę allegat ipſe non probāt, quinimmo id eſt
contra ea, quæ probauimus ſupra pluribus in locis
precipue in primo fundamento noſtræ opinionis.
ver primo quidem, & verſiculo ſecundo eſto quod
huiuſmodi priuilegium, & quibuſdam alijs ſeqq.
& ſi ſolum votum caſtitatis, aut promiſsio obediē
tiæ exemptionem acquireret alicui, daretur via
cuique ad libitum caſtitatem vouenti, vel obedien
tiam promittenti ſe a d. iuriſdictione eximendi, &
inter perſonas Eccleſiaſticas reponendi, quod neu-
tiquam concedendum eſt vt dicit Ab. d. c. nullus
ſub. nu. 9. in fin. cum ſim.

CONSILIVM XXVII.

Argumentum.

An, & quando indicium inimicitiarum, alloquutionis ante delictum, infamiæ Rei, aſſertionis Mandatarij, mendacij ipſius Rei ſit ſufficiens ad torturã

Et quando ſingula indicia, quę non proſſunt ad torturam, coniungi debeant

Et quomodo procedat regula, quod in occultis ſufficiunt leuiores probationes.

Ac illa alia, quod Indicia, an ſint ſufficientia, nec ne, ſuo arbitrio Iudex determinat.

SVMMARIVM.

Iniuria facta in faciem, maxime cum cicatrice, dicitur atrox. nu. 1.

Inimicitię capitales faciunt indicium ad torturam nu. 2. & 6.

Precipuę, ſi offenſus nullum alium habeat inimicum nu. 3.

Comunis eſt, quod inimicitię non faciunt indicium, nu. 19.

Ratio nu. 20.

Vel procedit alia ſententia, quando inimicitię perdurant, ſecus alias nu. 21.

Vel procedit, quando nemo alius eſt inimicus, ſecus alias nu. 32.

Alloquutio ante delictum cum delinquente, facit indicium ad torturam nu. 4.

Contra nu. 36.

Etiam ſi iungeretur cum indicio inimicitiarum ibidem.

Vel illud procedit, ſi incontinenti ſequutum ſit delictum nu. 37.

Vel procedit, ſi in loco abdito, non in publica platea alloquutio facta eſt nu. 38.

Fama indicium eſt ad torturam nu. 5.

Contra ſecundum comunem nu. 42.

Vel procedit opinio, ſi fama probata ſit formiter nu. 43.

Item procedit, quando fama habet ortum à fide dignis nu. 44.

Item procedit, ſi de fama bona Rei in contrarium probatum non ſit nu. 45.

Aſſertio Mandatarij indicium eſt ad torturam nu. 7.

Maxime cum alijs adminiculis nu. 9.

Verum, ſi depoſuit in tortura, & poſtea ratificauerit nu. 46.

Item, ſi deponat ante ſuſceptum mandatum, non poſtea nu. 47.

Item, ſi concurrant alia adminicula, non alias nu. 48.

Mandatum ad delictum ſecreto, non in plateis ſolet fieri. nu. 8. & 39.

Mendaciũ ſufficiens indicium ad torturam praſtat nu. 10.

Contra nu. 57.

Bartolus in l. fin. de qq. non dixit, mendacium facere indicium ad torturam nu. 58.

Vel procedit opinio ſupraſcripta quando mendacium eſt circa negocium principale nu. 59.

Singula, quę non proſunt, vnita iuuant nu. 11.

Iſta regula non procedit in criminalibus nu. 60.

Nec, quando ſingula in ſua generatione perfecta non ſunt nu. 61.

Nec, quando ſingula indicia ſunt eliſa. nu. 62.

Nec, quando non veniunt ad integrandum vnum totum nu. 63.

In his, quę occulte fiunt ſufficiunt leuiores probationes nu. 12.

Hoc non procedit, quando quid fit palam, & alijs preſentibus nu. 64.

Nec, quando fiſcus non probat, alias probationes ſibi deeſſe nu. 65.

Nec in teſtibus, qui plures defectus patiuntur nu. 66.

Indicia, an ſint ſufficientia, nec ne, iudicantur arbitrio Iudicis nu. 13.

Hoc tamen arbitrium debet eſſe iuri, & ęquitati conſonum nu. 67.

Imo debet flecti ſemper in benigniorem nu. 68.

Et nunque arbitrari debent ſufficientia, niſi quandò talia ſunt, vt ſola confeſſio deficiat nu. 69.

Et ſi ex capite ſuo iudex procedat, punitur nu. 70.

Indicia, vt ſint ſufficientia ad torturam, debent eſſe certa probabilia verſimiliora, grauia, & luce meridiana clariora nu. 14.

Sicut probationes ad condemnationem nu. 15.

Teſtes in criminalibus, etiam non interrogati, plenam ſui dicti rationem reddere debent nu. 16.

Etiam ad conſtituenda indicia vrgentia ad torturam. nu. 17.

Iudicium non certum, probabile, verſimile, & cęt. dicitur potius pręſumptio leuis, & indicium non repugnans, quod non ſufficit ad torturam nu. 18.

Inimicitię per fideiuſſionem de non offendendo ceſentur remiſſę nu. 22.

Eodem modo per eum, qui ſacerdoti peccata ſua cnoſeſſus eſt, & Eucharistiam accepit nu. 23. & 27.

Indicium purgatur, & eliditur alia præſumptione nu. 24.

Vna pręſumptio tollit aliam nu. 25.

Duæ præſumptiones paris potentiæ ſe inuicem elidunt nu. 26.

Nemo pręſumitur immemor ſalutis ęternę nu. 28.

Remiſſio iniuriarum in dubio dicitur perpetua nu. 39.

Remiſſio iniuriarum duobus modis fit, Vno palam actu extrinſeco, Alio vero ſecrete, puta confeſſione, & ſimilibus nu. 30.

Vt ſaluetur dictum Rei à contrarietate, admictitur diſtinctio nu. 31.

In claris non eſt opus coniecturis nu. 33.

Pluralitas non præſumitur nu. 34.

Quodlibet indicium remotum probandum eſt duobus teſtibus nu. 35.

Infamia Rei non probatur per inquiſitionem, dicentem, fama publica pręcedente &c. nu. 40.

Nec per teſtes dicentes non recordari à quo audiuerint nu. 41.

Teſtes de confeſſione extraiudiciali non probant, ſi Vnus de vna die, Alius de alia atteſtetur nu. 49. & 50.

Maxime ſi alios defectus patiantur ibidem.
Teſtis vocans alium in conteſtē, ſi ille vocatus negat, nihil probat nu. 51.
Teſtis periurus indiciū nonfacit etiā ad inquirendū nu. 52.
Minus ad torturam nu. 53.
Periurium non purgatur tortura, in criminalibus nu. 54.
Geminatio magis afficit nu. 55.
Primum dictum Teſtis attenditur, non ſecundum, etiam ſi ſit in tortura, Maxime, ſi vilis, ruſticus, pauperque ſit, aut ſimilibus vitijs laboret nu. 56.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

IN quirebatur contra Iuliū
Lucę de mādato, & cōmiſ
ſione data Angelo Gril-
li, ut vulneraret Nicolaū
ſer Foelicis, á quo Angelo
dicitur poſt ſuſceptū ꝑdi
ctū mandatū d. Nicolaus
ad necem fere vulneratus,
& qa mandatum predictū
minime probabatur dubitatum fuit An ſaltem ex-
ꝓceſſu tribus mēſibus continue agitato, Iulio ſemp
in carceribus ſecretis detento ea inſurgerēt indicia,
ex quibus poſſit contra eum ad torturam deueniri.
Et licet multa ad partem negatiuā ꝓ reo allega-
rentur, placuit tamen Iudici eum ſemel, atq̄ iterum
grauiter queſtioni ſupponere, eumq̄ reus in tormē
tis nihil de dicto mandato faſſus fuerit, & ꝓpterea
ab eodē Iudice tandem abſolutus extiterit, reſpon-
ſum á nobis expoſcit, an iure, uel iniuria queſtioni
ſuppoſitus fuerit?
Diligenter & pro tenui facultate mea quantum
potium, & modicum temporis ſpacium conceſsū
licuit, uidetur prima fronte ꝓ Iudice affirmatiue re
ſpondendum.
Nam primo uidebatur plenė probari inter d.
Nicolaum, & Iulium pluribus menſibus elapſis in
quadam rixa Iulium remanſiſſe ab una parte naſi
vulneratū cum cicatrice perpetuo remāſura ac pro-
pterea inter eos exortas inimicitias capitales ob de-
1 turpationē faciei, † cum iniuria facta in facie maxi-
me cū cicatrice dicatur atrox. l. ꝑtor edixit §. fin. ff.
de iniur § atrox. inſti. eo. Menoc. de qq. ar. iud. lib. 2.
2 cent. 3. caſ. 263. nu. 27. † q̄ inimicitię capitales faciūt
indiciū ad torturā Dec. conſ. 189. col. 9. Feli. c. affer
te col. fin. de ꝑſum. Brun. de indi. part. prima q. 3. nu.
3 29 † q̄ opinio eo magis in caſu iſto ꝓcedere videba
tur quo clarius etiā dicitur conſtare dictum Nicola
um nullū aliumq̄; dictū Iulium inimicum habuiſſe,
aut habere, ac ꝑdictum Angelum vulnerantē amicū
& familiarē dicti Iulij propter ꝙ ſuſpitio, & indici-
um dicti man dati augeri mirū immodū videbatur.
4 † Secundo Quia videbatur ꝓbari alloquutio d. Iulij
cum ꝑdicto Angelo ante delictū, exqua pariter ma-
xima ꝑſumptio, & iudicium in ſurgere videbatur,
vt de domino loquente ad aurē ſerui dicitur uam ſi
ſeruus ille homicidiū cōmiſit ꝑſumitur dominus il-
lud mādaſſe Bar. l. ſi vētri. § fin. ff. de priui. cred. Bal.
l. multum intereſt. C. ſi qs alt vel ſib. & l. 1. col. 2. ver.
& ille ꝑſumitur C. de ſer. Fugi. Blanc. de indi. n. 132.
5 † Tertio quia, vt plures teſtes deponnut, fama erat
Nicolaū ab Angelo vuleratum mandato Iulij quæ
fama etiā ſola ſufficiens videbatur eſſe indicium ad
torturā Specul. de ꝑſump §. ſpecies ver. & idem ſi ali
6 qs interfectus ſit, vbi inquit, † interfectum reptum
ſi ignoretur á quo, & probetur titium ei inimicum
ipſum titium ſubijciendū q̄ſtioni abſq; alijs indicijs
Rom. intelligens ſi inimicitiæ ſint capitales, vt hic l.
1. §. ſi qs in villa ff. ad ſilla. Io. And. ad Specul de not.
crim. § ſama in ver. veniens ad fin. Par. Pute. de
Synd. fol. 446 cap. 11. nu. 2. Hipp. l. minore §. pluri-
mum nu. 3. de queſt. & conſ. 71. nu. 16. ubi dicit
* ita de conſuetudine comuniter * ſeruari pro ut etiā
refert ſeruari vidiſſe Gand. titulo de qq. nu. 39.
Aug. Ar. ad Ang de malef. in ver. fama public. not.
41. Bru. de indi. par. 1. q. 3. nu. 32. & alibi paſsim.
Quarto vrgentius, qa predictus Angel. aſſeruit
id feciſſe mandato d. Iulij, vt deponere vr̄ Baldus ſe
baſtiani, & clarius Aut. Grilli ſeruus d. Ang. q atte
ſtatur poſt ppetratū d. delictū acceſsiſſe ad d. Ang.
ab eoq; pcepiſſe, quod vulnerauit d. Nicolaum man
7 dato d. Iulij, † aſſertio autem mandatarij iudiciū ſuf
ficiens ad torturam facere vr̄, cum ſimus in manda-
to, quod ſecreto fit ad c, fin. de teſti. cog. Aret. conſ.
8 61. in fin. Iaſ. l. 1. in fi C. de ſum trin. & fid. cat. † ꝙ
ſimus in ſecretis patet, ſtultū .n. eſſet rem tā magni
momenti palā agere, & mandatum. quod in ſecreto
damus, aut alibi dari poteſt in plateis cōmittere, vt
conſiderat Bos. de indi. & conſi. ante tort. ſub. nu.
155. ubi ex hoc, & alijs tenere videtur dicto manda
tarij ſtandum ad torturam mandati inferendam
9 etiam ſine alijs adminiculis, † cum adminiculis autē
ſine dubio, vt poſt alios ibi ipſe cōcludit, & tradunt
* communiter * doct. varijs in locis, & ſentit Iul. clar.
ſent. recept. lib. 5 §. fin. q. 21. ver. & ex hac ad finem
Quinto Ex alio indicio videtur iure hunc reum
tortum fuiſſe, qa interrogatus an ex feneſtra carce-
ris, cū qbuſdā in domo vicini exſtentibus loquutus
fuerit ſemel, atq; iterū negauerit, cum tñ duobus te-
ſtibus cōteſtibus plene contrarium ꝓbaretur & de
10 mēdacio cōuinceretur, † ā mendaciū dicitur indiciū
ſufficiens ad torturam, vt voluiſſe dicitur Bar. l. fin.
col. 1. ff. de queſt. Brun. de ind. par. 1. q. 3 nu. 18. Blāc.
pariter de īdic. n. 265. & ſeq. Por. Imo. cōſ. 94. n. 37.
& cōſ. 96. nu. 33. Mand. cōſ. 72. nu. 10 Grā. cōſ. 5. u. 5
Sexto Quia quatenus alias huiuſmodi inditia
11 ſufficientia pſe ſingula non fuiſſent, † ſimul & uni
ta ſufficere uidebantur, cum quæ non pro ſunt ſin-
gula alias unita iuuent l. ſpadonem § qui iura mul
ta ff. de ex cus. tut. c. cauſam. que vbi glo de probat
ita in ſimili arguit Dec. conſ. 42. col. 3 ver. uerū Ne-
uiz. in ſyl. nup. fol. 238. col. 3. & 4. ubi dicit deberi
propterea conſiderari omnes allegationes ſimul,
nam licet forte ſingule per ſe non ꝓſint, poſſunt,
tamen ſimul omnes ualde ꝓdeſſe, cum una iuuet al
teram, idem tradit Afflic. decis. 13. nu. 24. ad fin. Pa-
ris. conſ. 58. nu. 18. conſ. 115 nu. 31. lib. 1. & conſ.
3. nu. 54. lib. 3. & conſ. 17. nu. 21. & conſ. 137.
nu. 19. lib. 4. & in terminis indiciorum coniungen-
dorum Gandi. ſub. rub, de preſump. & iudi. indu
bi. Bru. de indic. col. 2. vbi uolunt indicia plura
ſimul iuncta conſtituere indicium ſufficiens ad tor-
turam.
Septimo Quia ſi aliquo modo videri poſſent nō
eſſe ſufficienter probata d. indicia, aut ea alias fa-
cta omnino non ſufficere, in preſenti caſu, ſatis

O ſuperq̄

22 ſupeique ſufficientia diiudicanda videbantur, †
cum eſſemus in mandato quod occulte fieri ſolet·
vt poſt Boſ. ſupra dictum fuit, & propterea ſuf-
ficiunt leuiores probationes & quæ alias non ad-
mitterentur, argumento l. conſenſu. §. ſeruus C.
de repudi. c. veniens ſecundo de teſti. vbi Feli.
nu. 21. Ias. l. cum ea quæ nu. 4. C. de tranſ. Alci.
reg. 1. preſump. 47. nu. 3. Cephal. conſ. 75. nu.
4. & ſeq. lib. 1. Decis. Pede 72. nu. 1.
23 † Poſtremo, cum indicia, an ſint ſufficientia,
nec ne, videatur repoſitum in arbitrio Iudicis Bal.
conſ. 77. lib. 3. Dec. l. magiſtratibus nu. 10. ff.
de iur. omn. iud. l. nemo videtur fraudare nu. 10.
ff. de reg. iur. & conſ. 363. nu. 6. Bru. de indi. par.
* 2. q. 3. in princ. vbi dicit in hoc * omnes eſſe con-
cordes. Tho. Ferra. caut. 5. nu. 3. Gram. conſ. 17.
in fin. Boſ. d. tit. de indi. nu. 30. Meno. d. tract.
de qq. arbi. iud. caſ. 370. nu. 3. & ſeq. Cla. d. §.
fin. q. 20. verſiculo & ad torturam, & latius q.
64. verſiculo dixi quoque, vbi poſt plures oſten-
dit in materia indiciorum non poſſe tradi certam
regulam, ſed hoc totum remitti arbitrio iudicum
propter varietatem negotiorum & perſonarum,
* ſecundum comunem * opinionem, & in caſu iſto
militent multa de quibus ſupra contra reum, non
videtur is Iudex aliquo pacto redarguendus quod
ipſe reum queſtioni ſubijciendum iudicauerit.

Ceterum re ipſa, totoque proceſſu, ſupradictiſ-
que indicijs, aut potius leuibus & à longe petitis
coniecturis diligentius, maturiuſque perpenſis
prædictum Iulium inique admodum queſtioni ſe-
mel, ne dum iterum, ſuppoſitum cenſeo.

24 Et pro fundamento preſupono, † quod indicia
adhuc, vt ſufficiant ad torturam debent eſſe certa
probabilia, & verſimilia l. milites §. oportet C. de
qq. imo grauia, & luce meridiana clariora ſecun-
dum Bal. conſ. 259. verba inquiſitionis col. 1. li. 1.
25 Aym. conſ. 6. nu. 12. & conſ. 99. nu 1. † quia ſi-
cut ad condemnationem probationes luce meridia
na clariores requiruntur l. fin. C. de probat. ita in-
26 dicia ad torturam, † Vnde ſicuti teſtes in crimina-
libus etiam non interrogati plenam ſui dicti ratio-
nem debent reddere ad condemnationem Alex.
27 conſ. 25. viſo proceſſu lib. 1. † ita ad conſtituen-
dum indicia vrgentia ad torturam Hipp. in prat.
crim. §. diligenter nu. 29. & conſ. 20. digneris
nu. 47. Verum in preſenti caſu ex ſupra memora-
tis indicijs nullum eſt perfectum, probabile, cla-
rum probatum, aut luce meridiana clarius, ſed po
tius quodlibet preſumptiuum dicitur, & quod ſo-
28 la ſuſpitione, & leui iuris preſumptione nititur, †
& quod non repugnans a noſtris appllatur ſecun-
dum Duare. diſpu. anni. lib. 1. c. 27. & ſic mini-
me ſufficiens ad torturam, vt poſt alios declarat
Menoc. d. caſ. 270. nu. 20. & ſeq. merito ex eis quę
ſtioni locus eſſe non potuit.

Non obſt. in contrarium ſupra allegata, in quo-
rum ſummotione veritas preſentis conſultationis,
& iniquitas, nimiaque ſeueritas iudicantis clariſſi-
me apparebit.

Nam primo non obſt. indicium quod ex preſen
tis inimicitijs Capitalibus inter Nicolaum & Iuli-
um exiſtentibus aſſumebatur.

29 † Quia reſp. primo exploſam eſſe opinionem Spe
cul. & aliorum volentium ex inimicitijs ſolis, indi-
cium oriri ſufficiens ad torturam, & magis comuni
* ter * teneri contrarium Iac. Belui. §. ſi vero aut. de
ex. rei. Imo. l. fin. col. pen. ff de hered. inſti Gandi.
de maliſ. tit. de pſump. & indit. in dub. Bos d. tit. de.
iudit. &c nu. 47 dicens ita eſſe veritatem, & pratica
ri, late Hipp. l. 1 §. preterea nu. 56 & ſeq. ff. de qq. & d.
pract. crim § diligenter nu. 70. & ſeq. conſ. 71. nu. 8.
* Carre. dicens comunem * ſua pract. crim. in princ.
nu. 118. poſt Pari. Put. & Afflic locis ibi per eum cita
tis, Grama. conſ. 3. col. fin. vol. 30. nu. 10. & 34. col. 2.
* vbi pariter atteſtatur de comuni * ſicuti etiam facit
Iul. Clar d q. 21. verſiculo inimicitiæ, & Ant. Gom.
cap. 19. delic. nu. 11. Ant. Gal Malua. inter conſilia
diuerſorū per Zilett. conſ. 110. nu. 26. & Hipp. Rim.
conſ. 88. nu. 4 & ſeq. lib. 1. & ratio eſt clariſſima,
20 † quia vbi indicium remotum eſt a facto, ut inimici
tiæ, tūc nunq̄ unum ſufficit ad torturam, ſed requirun
tur plura Bar. & omnes l. fin. ff. de qq. Boſſ. de indi.
* nu. 71. ubi dicit comunem, * ſicuti etiam teſtatur Io.
de Amic. cōſ. 127. nu 26. & cōſ. 131. nu. 6. Ang. Ari.
ad Aretinum de malef uer. fama. publica poſt num.
52 Alex. qui ait ita ſeruari conſ. 27. nu. 12. lib. 3.
nec dicatur hic adfuiſſe plura alia, de quibus ſupra
q2 reſpondetur ea omnia tolli vt. j. mox apparebit.

Secundo Eſto, q̄ ſolę inimicitię precedentes ſuf
ficerent aut etiam cę cum alijs adminiculis, reſpon-
21 detur, † illud ꝓcedere ubi uerę inimicitię capitales
adſunt & perdurant, ſecus ſi illę ſint remiſſę, quia
tunc cum non emptium nullę ſint partes in eis
non poteſt fieri fundamentum l. eius q in prouincia
ff. ſi cert pet. ſecundum omnes, & licet hic expreſ-
ſe per actum extrinſecum oſculi, & complexus per
medium pacis inimicitiæ remiſſę expreſſe non ap-
pareant, ex duobus tamen remiſſe fuerant.

Primo Per fideiuſſionem de non offendendo
ſecundum Giul. Cuni. in tract. de ſecurī. quem citat
22 Berta. in rep'o. ſuo uer. indītiū nu. 5. Ant. † Galea.
Maluat. conſ. 110. nu. 27. I hom. primo crimi. diuer
ſorum per Zilett. & Hipp. Rim. conſ. 88. nu. 17. lib. 1.
23 † Secundo Ex alio, quia d. Iulius menſibus ſuperio
ribus nudis pedibus ab iſta Ciuitate ad templū Di-
uæ Mariæ Angelorū magna cum contritione ac-
ceſsit, ibi q; ſacerdoti primum ſe ſe oſtendit, mox
Sacratiſsimæ Euchariſtiæ Sacramentum aſſumpo
ſit, ut plene in proceſſu religioſorū diui Franciſci in
d. ęde exiſtentium aſſertione ꝓbatur, ideo a neceſſa
rio antecedente dicitur ꝓdictas inimicitias, ſi quę af
fuerunt inter ſe, & d. Nicolaū remiſsiſſe, cum nemo
aliter ad huiuſmodi ſacramenta ab Eccleſia eiuſq̄
ſacerdotibus recipiatur ſecundum glo. c. quia pſu-
poſitus in uer. canon 1. q 4. & c. & qui emendat 53.
di. & c. 1. de male. Ias. & alij l ſi tibi §. 1. ff. de pact.
vnde dato q̄ inditium ſufficiens ex dd. inimicitijs
affuerit cōtra d. inquiſitum ad torturam, ex d. pſum-
ptione remiſsionis iniuriarum ꝓcedentium uidetur
24 ſublatum, & purgatum, † cum quodlibet inditium
purgetur, & elidatur præſumptione alia Ias. l. 1.
ad fin. C. cō. de lega. Bē de indi. par. 1. q 5. Bos. d. tit.
de indic. nu. 83. ubi plura exempla ſubieit. & eſt ra
25 tio in promptu q2 una pſumptio tollit aliā l. diuus
26 de reſti. in integr. † & duæ preſumptiones paris
potentiæ ſe inuicem elidunt c. mulier vbi Abb.
3. not. de iureiur. pulchre ita arguit Mand. conſ.

56. nu.

1756. nu. 4. & ſeqq. † & in terminis ne deſit autho
ritas quod qui ſe oſtendit ſacerdoti, & ſacratiſsi-
mę Euchariſtiæ Sacramentum aſſumit dicatur in
iurias ſibi atroces illatas, remiſiſſe, & per conſe-
quens indicium, ſi quod ex d. iniurijs inſurgebat,
ceſſet, & ad torturam ex eo deueniri non poſsit,
firmat in facti contingentia Ant. Galeat. Malua.
d. conſ. 110. nu. 29. & ſequitur Hipp. Rim. d. conſ.
88. nu. 16. & 17. lib. 1.

Nec dicatur predicta locum habere poſſe,
quando aliquo modo Iulius ſacerdoti d. iniurias
ſe egretuliſſe & tunc dimitere confeſſus appareat
non alias, quia id preſumitur, cum ſe oſtenderit
ſacerdoti, & aliter in ſuæ animæ perditionem Eu-
chariſtiam aſumpſiſſet, quod minime dicendum
28 eſt, † nemo. n. preſumitur immemor ſalutis æter-
nę l. fin. C. ad l. iul. repetun c. ſancimus 1. q. 7.
& quilibet preſumitur innocens a peccato l. ab-
ſentem C. de penis ſicuti quilibet preſumitur alie-
nus à dolo, & culpa l. dolum C. de dol. l. ſi credi-
tor C. de pig. actio.

Minus dicatur Iulium predictum odium inimi-
29 citiaſque poſtea reaſumpſiſſe, † quia iniurias re-
mittens dicitur in perpetuum, non ad tempus,
remiſiſſe §. fin. vbi glo. inſti. de iniur. Alci. regu.
ſecunda. preſumpt. 36. de preſumpt.

Et licet d. Iulius ſemel poſt aſſumptam Eucha-
riſtiam á Capitaneo Baldo de Vbaldis de pace
cum d. Nicolao requiſitus, eam facere velle recuſ-
aſſe dicatur quod videtur ſignum non remiſſę in
30 iuriæ attamen reſpondetur, † iniurias duobus mo-
dis remitti poſſe, ac ſolere, Vno quidem palam
& actu aliquo extrinſeco interueniente, puta oſ-
culo amplexu, & ſimilibus, & hoc priore mo-
do, vt plurimum, & comuniter pacem inimus.
Alio vero non palam, ſed ſecrete puta confeſsione
auriculari facta ſacerdoti, & aſſumptione Sacra-
tiſsimæ Eucbariſtiæ, ex quibus iuris preſumptio
inſurgit promiſsionem factã eſſe Deo de non vlci-
ſcendo amplius iniurias precedentes vt ſupra di-
ctum fuit, vt ergo omnia concilientur, & in ſuæ
animæ perditionem noluiſſe fidem ſacerdoti, imo
Deo datam fallere contra omnia ſupra allegata
Dum, ipſe negat Capitaneo Baldo de Vbal
dis velle paciſci cum d. Nicolao; intelligitur. de
ineunda pace extrinſeca, Dum vero nos dici-
mus per eum iniurias prædictas remiſſas, intelli-
gimus, de remiſsione intrinſica oretenus ſcilicet,
& ex corde facta ſacerdoti, & Deo, quæ ſufficit,
ut ſublatum dicatur d. indicium ex inimicitijs inſur
gens, vt ſupra oſtenſum fuit.

31 † Nec eſt nouum, quod ad ſaluandam contrarie
tatẽ rei dicentis aliqua inter ſe prima fronte cõtra-
ria adhibeatur aliqua diſtinctio ad not. c. inter di-
lectos de fid. inſtrum. per Bar. & alios l. fin. §. idẽ
queſitę ff. de condi. indeb. tũ uel maxime in preſen-
ti caſu, cum probatum plene fuerit quãdoque plures
conſueuiſſe, pacem cum inimicis inire extrinſi-
ce per actum oſculi, & amplexus noluiſſe, iniurias
tamen intrinſica corde, & promiſsione auriculari
facta ſacerdoti & Deo remiſsiſſe, & pro pace id ha
bitum fuiſſe, & eſſe, in foro ſori quæ conſuetudo
attendi debet l. de quibus cum ibi not. de legi.
Quamuis chriſtiano uiro magis conueniat pacẽ
cum inimico ſuo extrinſeco ſigno oſculi inire.

32 † Tertio Reſp. Indicium, quod inſurgit ex ini-
micitijs tunc demum uires ſuas habere, quando ini
micitiæ cum eo, contra quem inſtatur, adſunt, &
alius qui potuerit committere delictum, de quo agi
tur, detectus non fuerit rationabiliter, ut loquuntur
Doct. in precitatis locis, tunc .n. quia ſumus in du-
bio quis cõmiſerit delictum, fit prę ſumptio contra
eum, contra quem aliqua reperitur coniectura,
ſecus reperto delinquente, quia tunc, cum ſimus in
33 claris ceſſant coniecturæ l. continuus §. cum ita de
ver. oblig. & certe nimis durum eſſet omnes inimi
cos alicuius vulnerati torqueri, quando repertus
eſt delinquens, hic autem apparet mandans, & man
datarius, quia Capitaneus Laurentius uti mandans,
d. Angelus Grilli ut eius mandatarius fuerunt á cu
ria inquiſiti, & condemnati, ut in proceſſu conſtat,
34 merito &c. † & pluralitat non preſumitur c. in pre
ſentia de probat. c. cum Ioannes hæremita de fid. in
ſtru. maxime in delictis argu. c. odia de reg. iur. lib. 6.

Non obſt. ſecundo pręt enſa alloquutio quia pri
mo non probatur, niſi per unicum teſtem, & ſingu
35 larem, qui indicium non probat, † cum ſecundum
* comunem * quodlibet indicium remotum proban
dum ſit per duos teſtes glo. l. fin. C. fa. hercis. Io. de
Ana. conſ. 127. nu. x. Iul. Clar. ſent. recept. lib. 5. §. fin.
q. 22. in prin. decis. ped. 79. nu. 16. & ſeq. Gram. uot.
22. nu. 1. Boſ. de indi. & conſiderat. ante. tortu. nu.
* 58. qui teſtatur * de comuni.

Secundo Dato, quod probaretur alloquutio pre
36 dicta, † illa nullum, aut leuiſsimum preſtat inditiũ
Bal. l. cũ hoc in fin. C un. legi. Io. de Ami. conſ. 134.
nu. 4. Hipp. Rim. conſ. 88. nu. 28. ubi plus uolunt ad
rem noſtram quod nec coniũgi poſsit cum indicio
inimicitiarum, quando inimicitiæ abolitæ ſunt ex
reconciliatione per confeſsionem factam Sacerdo-
ti, & aſſumptionẽ Sacratiſsimæ Eucbariſtiæ, ut hic,
37 † Tertio Quod aliquod inditium ex colloquio
precedenti ſumi poſsit, iſtud procedit, quando in-
continenti ſequutum eſt delictum, ut Doct. qui ita
tenent, loquuntur, ſecus quando ex interuallo, ut
hic, teſtis .n. qui deponit de colloquio, dicit fuiſſe
per aliquot dies ante delictum prepetratum.

38 † Quarto Reſp. illud procedere, quando ſecreto
loquutus fuiſſet, & in loco abdito non autem in pu
blica platea, de die omnibus trãſeuntibus, quia tunc
non preſumitur quod quis mandet delictum, ut di-
cit Boſ. d. titu. de indi. nu. 155. & quidem nõ uideo
quomodo recte ex ſimplici loquutione palã in uia,
& platea publica per aliquot dies antea ſumi poſsit
39 aliquod inditium, † cũ ex locutione in ſe ſapiente
delictum, ut, da, *da al traditore*, non preſumatur
mandatum homicidij, ſed fiat interpretatio in mi-
tiorem partem, ut uidelicet mandetur percuſsio cũ
pugno, uel ſimili citra magnam offenſã, ut uoluit
Bal. conſ. 229. uerba inquiſitionis lib. 3. Mars. conſ.
88. col. 1. & 101. nu. 13. Angel. l. cum cognitionaliter
C. d. qq. Io. de ami. d. cõſ. 134. in princ. Carr. in prat.
crim. in princ. nu. 107. col. 2. & Ang. Vbal. conſ. 74.
nu. 4. cõſ a. crim. diuerſo. quos refert, & ſeq. Hipp.
Rim. d. conſ. 88. nu. 17. quanto minus igitur ex d. lo
quutione, quæ neſcitur qualis fuit, & potuit etiam
ad bonum eſſe, ſumi poterit interpretatio ad pre-
dictum mandatum?

40 Non obſt. tertio infamia ipſius rei, quia primo
ea non probatur per inquiſitionem, in qua dicitur
fama publica precedente, niſi aliter probetur Fulg.
conſ. 107. col. 2. Dec. conſ. 256. col. pen. Rol. cõſ.
45. nu. 24. lib. 1. cum alijs citatis per Hipp. Rim. d.
conſ. 88. nu. 8.

Nec etiam probatur per teſtes pro Fiſco. depo-
41 nentes, † quia interrogati á quo audiuuerint, reſ-
pondent non recordari, quo caſu fama non proba
tur Bar. d. l. de minore §. plurimum nu. 23. vbi
Hipp nu. 49. Dec. conſ. 57. col. 2. Gram. vot. 34.
* nu. 14. & eſt comunis * ſecundum Alex. conſ. 100.
ſub. nu. 4. lib. 1. & Aret. c. cum oporteat ſub nu.
68. de accuſ. Iul. clar. d. §. fin. q. 6. ver. ſed quo-
niam, & alibi paſsim.

42 † Secundo Dato, quod fama eſſet probata. ex ea
* ſola ſecundum comunem * non proceditur ad tor-
turam, vt late poſt Cra. Marſ. Crot. Bianc. Car
re. Paris Put. & omnes alios praticos texatur
Clar. d. §. fin. q. 21. in princ.

43 † Tertio Si qua fama iudicium facit ad torturam
illa debat eſſe probata formiter, hoc eſt, quod
ortum habuerit á maiore parte populi glo. & doct.
l. 3. §. eiuſdem uer. fama. ff de teſti. nec ſufficit ſi
dicatur ita publice dici, cum unus tantum potue-
rit publice dicere Bar. & doct. d. §. plurimũ Hipp.
conſ. 20. nu. 41. & 42. Gram. d. vot. 34. nu. 14. cũ
alijs late congeſtis per Clar. d. §. fin. q. 6. uer. de-
bent etiam, quæ hic non reperiuntur depoſita á te-
ſtibus, merito &c.

44 † Quarto Reſp. id quod de fama dicitur, intelligi
per Doct. quando ortum habet á fidedignis, ſe-
cus ſi a ſuſpectis, ut hic colligitur ex eo, quod ſta-
tim ſequuto delicto tam pater, quam frater offen-
ſi in ſuis examinibus dixerunt id factũ mandato
d. Iulij, ut probat tex. c. qualiter, & quando ſe-
* cundo de accus. ubi glo. & omnes * Bar. l. de mi-
nore §. plurium q. 3. nu. 15. ubi etiam alij ff. de qq.
Sali l. ea quidem C. de accus. Aret. de malefi. ver.
non quidem á maleuolis &c. Abb. & alij c. ueni-
ens de teſti. Ferra. Carci. inter conſ. crim. di uer.
per Zilett. thom. 1. conſ. 126. nu. 73. qui de comu
* ni * teſtatur.

45 † Quinto Reſp. quicquid aliqui teſtes pro Fiſco
deponant, contrarium de bona fama tam in gene-
re, quam etiam in ſpecie deponunt plures teſtes
pro reo examinati, quo caſu nihil preiudicat mala
fama contraria Bal. l. diuus uer. quarto eſt argu-
mentum ff. de mi. teſtam. Dec. conſ. 37. col. 4. uer.
2. & coti. quinimo bona fama in genere ſolum
probata preferri debet malę famæ etiam in ſpecie
Hipp. conſ. 72. in fin. & d. §. deligenter nu. 196.
Ant. Gal. Maluat. d. conſ. 350. nu. 22. Gand. de
malef. tit. de preſump. il primo nu. 15. vbi dicit co
* munem * Io. Arnol. ſoliloquio 37. licet comunis
Mant. in praxi. iudi. caſ. 37. Iul. Clar. aſſerenſ. co-
* muniter * teneri ab omnibus d. §. fin. q. 6. ver. fre-
quens etiam &c.

46 Non obſt. quarto aſſertio mandatarij, † quia pri
mo reſp. dictum mandatarij indicium facere in ijs
caſibus, in quibus facit vt quando eſt in iudicio,
&, cum tortura, ſecus extra iudicium, vt hic
colligitur apud omnes, qui ita dicunt, volen-
tes non aliter mandatarium indicium facere,
quam ſi de poſuerit in tortura, & poſtea retifi-
cauerit Hippo. in pra. c. crimi. §. diligenter nu.
40. & Gra. conſ. 21. cum ſimil.

47 † Secundo Reſp. ex dicto mandatarij poſt ſuſce-
ptum mandatum, vt hic, non colligi inditium ad
torturam Bal. conſ. 429 lib. 2. Corn. conſ. 162.
viſa copia col. 2. in fin. & col. 3. in princ. lib.
3. & conſ. 241. circa prin. lib 4. Pariſ. conſ. 151.
* paucis nu. 5. vbi dicit comunem * lib. 4. idem
* latius probat. & firmat pro comuni * ipſe idem
Pari. conſ. 59. nu. 9. & ſeq. eo lib. 4. & ſequitur
late Lud. Cott. inter conſilia crim. diuer. per Zi-
lett. ſecundum paruas impreſ. parte 1. conſ. 99.
nu. 20. & ſeq. & poſt Ruy. ubi pro eum plenius
* Rol. conſ. 16. nu. 8. & 17. dicens comunem * &
indubitatam opinionem. & conſ. 73. nu. 20. li. 1.
Bos. de indic. nu. 154. Clar. d. §. fin, q. 21. ver.
* & ex hac, vbi de * comuni.

48 † Nec dicatur, hic adeſſe alia adminicula cum
quibus aſſertio predicta probat ſecundum mul-
tos relatos á Boſ. & Clar. d. locis, quia reſp. quod
ad minicula hic ceſſant, vt patet ex predictis, &
que mox ſequentur.

49 † Tertio (Quod hoc inditium radicitus euellit)
reſpondeo aſſertionem mandatarij minime proba-
ri. Nam Baldus Sebaſtiani vnus ex his, qui depo-
nunt de d. aſſertione, dicit audiuiſſe ab Ange-
lo eo die delicti, dum aufugit. Antonius Grilli
poſt menſem, item ille in agro prope Ciuita-
50 tem, iſte in Caſtro Reſchij, † teſtes autem duo,
pluresue deponentes de confeſſione, & aſſer-
tione extra iudiciali alicuius eam non probant,
ſi vnus de vna, alius de alia atteſtetur Ant. But.
c. licet ex quadam col. 3. de teſti. Abb. c.
cum cauſam col. 4. de probat. Ancha. conſ. 271.
viſa diligenter Franc. Cur. qui alios etiam citat
tract. de teſti. concluſ 57. nu. 94. Alex. conſ 68.
viſo nu. 8. lib. 5. Hipp. d. l. de minore nu. 115. Pa-
riſ. conſ. 153. nu. 28. lib. 4. Bero. c. at ſi clerici nu.
148. & ſeq. late de iud.

Quæ quidem concluſio in preſenti caſu nullam
habet difficultatem, cum neuter iſtorum teſtium
per ſe aliquid probet.

Nam Baldus preterquam quod ſingularis eſt,
vilis, & laborator, arctiſsima coniunctione coniũ-
ctus d. vulnerato, ac nil deponit preciſe, & in ſpe-
cie de Iulio, eſt etiam ualde ſuſpectus, & mendax
ex quo in primo eius examine interrogatus de cau-
ſa mandati, dixit, Angelum ſibi non dixiſſe,
poſtea neſcio quo pacto repetitus poſt multos dies
& veriſimiliter inſtructus a parte, rurſus interroga
tus, an Angelus dixerit ſibi cuius mãdato id feceri,
reſpondit, mandato cuiuſdem ciuis inſerendo noui
ter cauſam, quam primo loco dixerat ſibi a d. An-
gelo minime allegatam.

Antonius uero Grilli ultra, quod ipſe quoque
in ſuo dicto, ſingularis eſt, vilis, reprobatus ex mul
tis notis, quia ruſticus, malæ condannationis, ſæ-
pius condemnatus uarijs delictis, etiam eum infa-
51 mantibus, nulla fides ei adhibenda eſt, † cum uo-
cet conteſtem Angelum d. il lauoratore, aſſerens
ſe illuc miſſum ab eo, ſibique reſponſum retu-
liſſe, ipſe uero Angelus examinatus id neget
* ad not. pro Gram. dicentem * comunem conſ.
coin-

comunem conſ. 26. nu. 20. & ſeq. & conſ. 38.
nu. 28. propterea iſte teſtis eſt mendax & periurus
quod caput eſt, cum primo & ſecundo examine
iureiurando affirmauerit non fuiſſe alloquutum d.
Angelum, in ultimo uero dicat aceſsiſſe ad caſtrum
Reſchij, ibique eum alloquutum, & ab eo audiuiſſe
52 qualiter d. Nicolaũ uulnerauerit mãdato Iulij. † quo
caſu ſibi, nec etiam ad indicium creditur etiam ad
inquirendum Rol. conſ. 16. nu. 9. & ſeq. li. 1. poſt
53 Sali. Ruy. Alex. & alios ubi per eum, † & ad tortu
54 ram uidetur indubitatum, † quia periurium non
purgatur tortura in criminalibus, quicquid ſit in
ciuilibus Dec. conſ. 188. nu. x. Aym. conſ. 6. nu.
16. Ruy. conſ. 146. nu. 3. & 4. lib. 5. Io. Cepha.
conſ. 234. nu. 2. 3. 29. lib. 2. Rol. d. conſ. 16. nu.
7. & ſeq. precipue nu. 17. 22 & 23. & conſ. 73.
nu. 6. & 29. Lud cat. inter conſ. crim. per Zilett.
conſ. 99. nu. 20. & ſeq. par. 1. Ant. Gab. conclus.
26. nu. 15. de criminal. Bos. de ind. nu. 156. ubi
verſiculo eſt uerum &c. dicit de hoc eſſe tex. c. ſi-
cut de teſt. quod hic difficultatem non habet,
cum priuſquam tortus ita depoſuerit, hic Antoni-
55 us bis contrarium dixerit, † quæ geminata contra-
ria aſſertio magis afficit argumẽto l. ballista ad treb.
glo. fin. c. ſiquis inuentus 2. q. 3. & in proprijs
terminis ita arguit Dec. d. conſ. 189. col. 6. & Rol.
56 d. conſ. 73. nu. 6. & 20. † Accedit, quod iſte An-
tonius eſt uilis, ruſticus, pauper, alijſque uitis la-
borans, quo caſu ſine dubio primum dictum atten-
ditur, non ſecundum etiam interuiuenta Aym. d. conſ.
6. nu. 54. in 6. reſp. Gab. d. conclus. 26. nu. 12.
57 Non obſt. quinto indicium mendacij, ut ſupra
deducti, quia reſp. primo quod mendacium ipſius
rei non facit indicium ad torturam, cum liceat ſibi
dicere etiam falſum ad ſuam ſalutem l. nemo de ex
cep. tradit. Iſer. ad conſti. inci. damna col. x. ver.
item nota, ſequitur Gram. Vot. 30. nu. 16. & 17.
vbi dicit comunem.
58 † Non obſt. Bar. d. l. fin. quia certe Bar. ibi nõ dixit
mendacium facere inditium quicquid contendat
Bos. de indi. nu. 36. ut late deducit Clar. d. §.
fin. q. 21. uer. mendacium, &c. & dato quod Bar.
id dixerit, non probat ſuam opinionẽ, nec tenentes
eam ſententiam reſpondent fundamento Iſerniæ.
Secundo quicquid ſit de veritate iſtarum opini
onũ, reſp. † quod mendacium ſecundum opinionẽ
59 etiam eorum qui tenent affirmatiuam, indicium
facit quando eſt circa negocium principale ſecus
alias, ut hic, vbi tantum fuit circa illud, an
loquutus fuerit in carceribus ad feneſtram alicui
Bos. d. tit. de indi ſub. nu. 36. uerſiculo. & tale
mendacium, Clar. d. q. 21. uer. mendacium,
ibi, an ſit circa ſubſtantialia &c. ſentit aperte
Mandel. conſ. 56. nu. 31. ibi ualde ſubſtantia-
le &c. & dicunt alij paſſim.
Non obſt Sexto quod licet ſingula per ſe
non ſufficiant inditia hæc tamen unita prodeſſe
60 ad torturam poſſunt per ſupra allegata † quia reſp.
primo regulam predictam, quod quæ non poſ-
ſunt ſingula multa ſimul iuuant, non proce-
dit in criminalibus Hipp. conſ. 20. nu. 48. Ant.
Gal. Mal. in terminis d. conſ. 110. nu. 15.
61 † Secundo Reſp. illud procedere, quando in-
ditia ſunt in ſuo quolibet genere perfecta, tunc
n. quamuis in ſe leuia videantur, coniunguntur
& faciunt vnum indicium ſufficiens, ſecus quan
do ſingula per ſe ſunt imperfecta, tunc .n. non
cumulantur, & etiam ſi mille eſſent, non con-
ſtituerent vnum indicium ſufficiens Hipp. d.
conſ. 20. nu. 47. & conſ. 88. nu. 22. idem An.
Gal. d. conſ. 110. nu. 16. & vltra eum probat
id Aym. de anti. tẽp. par. 1. ſectione vidimus abun
de nu. 25. Ias. l. admonendi nu. 253. ff. d. iureiur.
Paris. conſ. 15 nu. 37. lib. 2. conſ. 79. nu. 54. & ſeq.
lib. 3. & conſ. 59. nu. 29. lib. 4. Caccia. l. ad-
monendi nu. 205. ff. de iur. iurando.
62 † Tertio Reſp. quod illa regula non procedit quã
do illa ſingula indicia ſunt eliſa. & per contrarias p
ſumptiones ſublata, vt hic .j. oſtendetur vltra ſupra
allegata vt poſt Bru. vbi per eum idem Ant. Gal.
d. conſ. 110. nu. 17.
63 † Quarto Reſp. quod illa regula & quæ non
proſunt ſingula &c. procedit, quando illa ſin-
gula veniunt ad integrandum vnum totum, &
ad illud proprie tendunt, puta ſi vnus teſtis de-
ponit ſe vidiſſe Titium percutere Seium reper-
tum mortuũ cum enſe, alius vidiſſe eũdem Titium
in loco parum diſtante á loco homicidij cum
enſe euaginato, alius vidiſſe eu fugientem, quia
iunguntur ad indicium, quod occiderit ipſe Ti-
tius, ſecus ſi veniunt ad perficiendũ diuerſa facta
vt ſi vnus teſtis dicat uidiſſe Titium occidentem
Seium, alius dicat vidiſſe percutere Sempronium
alius aliud diuerſum, quia tunc iſta ſingula non
coniungutur, vt not. dicit Bal. de contro. inueſti.
in rub. & c. licet cauſam nu. x1. de probat. ubi Dec.
col. 4. in fin. & ſeq. in princ. Marc. Blanc. clarius in
terminis tract. de indi. nu. 366. idem Paris conſ. 15.
nu. 37. lib. 2. & hoc in ſimili cõprobatur, quia duo
uincula non ſtringunt fortuis, quam unum quando
tendunt ad diuerſa Bar. l. admonendi nu. 49. & ibi
moder. Bono col. antepe. uer. non obſt. quod duo
uincula ff de iur. iuran.
Non obſt. ſeptimo ꝙ ſimus in mãdato occulto
& conſequenter, ubi leuiores probationes ſufficiunt
quia reſp. primo aduertendũ, quod hic non agimus
de probatione ipſius mandati, ſed indicij ſcilicet ip-
ſius, ut inimicicijs, allocutione palam, aſſertione
mandatarij palam etiam alijs preſentibus, ut pretẽ
ditur facta, & huiuſmodi alia, quæ a comuniter ac
64 cidentibus notę poterant eſſe etiam pluribus, † quo
caſu etiam in occultis teſtes inhabiles non admittũ-
tur Feli. c. tertio loco nu. 3. uer. in tex. ibi fratres de
probat. c. ueniens nu. 21. de teſti. Rol. qui alios mul
tos allegat conſ. 7. nu. 15. & conſ. 24. in cauſa nu.
67. lib. 1. Gram. conſ. 45. nu. x1. cum ſimil
65 † Secundo reſp. allegata in contrarium procede-
re, quando Fiſcus probat alias probationes deficere
ſecus alias ut hic, quia id Fiſcus nec quidem proba
re tentauit ita declarat Gram. d. conſ. 45 nu. 9 & ſeq.
Alci. reg. 1. preſump. 47. nu. 4. Rol. alios allegans d.
conſ. 7. nu. 16. & d. conſ. 24 nu. 68. lib. 1.
66 † Tertio Reſp. predicta in contrariũ allegata proce
dere poſſe in teſtibus, qui unicum tantũ defectum
patiuntur, ſecus ſi plures, quem admodum ij, de qui
bus agitur ut ſupra Gram. d. conſ. 45. nu. 22. & 23.
Cephal. conſ. 65. nu. 27. lib. 1. Lud. cat. inter conſ.
crim. per Zilett. par. 1. conſ. 99. nu. 26.

67 Non obſt ultimo quod indicia ſint arbitraria † quia reſp. quod arbitrium Iudicis debet eſſe iuri a que æquitati conſonum Hipp l. quæſtionis tandũ nu. 68. ff. de queſt. Dec. c. ne iniuriaris col. 1. de conſt. & c. de cauſis: col. 2. de off. deleg. ubi late Bero. multa nu 18. & tale arbitrium datum Iudici intelligitur, ut debeat Iudex facere, ꝙ in rebus & perſona ſua faceret, & ſibi fieri uellet Bar. l. 1. ſol. mat. doct. l. in perſonam §. 1. in fin. de reg iur. Aym. qui etiam alia congerit conſ. 190 nu. 5. Meno. de qq. arbi. iud. q. 9. nu. 3. alias ſi ex ceruice ſua procederet huiuſmodi arbitriũ non ualeret Rom. conſ. 376. col 4. ubi ad eum Mand. late cumulat Bal. diſput. ſtatuto cauetur fœnerator col. fin. Foll. pract. crim. 2. par. 2. part. princ. tit de tur. cap. nu. 25. Carr. in pract. crim. in princ. n. 107. col. 3. ver. & licet inditia Bru. de indic. in princ. Paris conſ. 151 nu. 14.
68 & is lib 4 † Quin immo Iudex arbitrari debet ſemper in benigniorem partem Carre. vbi ſupra Iaſ. conſ. 175. ver. 40. accedit lib. 2. & l. 2. nu. 40. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. facit tex c. fin. diſt. 9. glo. c. pen. ver benignior de reg. iur. in 6. vbi illa digniora ſunt imitationi, quæ excellantiora
69 ſunt prolata, † & in ſpecie indicia talia debent eſſe ꝙ eis ſola confeſio torquendi deeſſe videatur quando ex eis Iudex aliquem ſubijcere queſtioni deliberat, vt aduertit magnus practicus Gandi. col. 1. ver. tertium not. Io. de ani. con. 127. nu. 27. Bari. Bert. conſ. 70 nu. 26. 2. thē. crim diuerſ. Hipp.
70 Rim. d. conſ. 88. nu. 25 † Alias ſi ex capite ſuo Iudex procederet, verificaretur, & appareret periculoſum eſſe relinquere aliqua arbitrio iudicantium & plurimum multoties grauari conſcentias ipſorum, vt alias poſt Ariſt. dicebat Bal. conſ. 421 quædam mulier ante fin. lib. 5. vt refert Aym. de antiq. temp. par. 1. ſex&io, quid in libro in fine.

Ex quibus cũ predicta indicia neque perſe ſing. neque etiam ſimul iuncta ad torturam ſufficientia fuerint manifeſtiſsime ſequitur predictum D. Iudicem inique, & iniuſte d. Iulium inquiſitum queſtioni ſuppoſuiſſe &c.

CONSILIVM XXVIII

Argumentum.

Partus mulieris quando mortuus, vel viuus quoad iuris effectum dicatur? Et quatenus in huiuſmodi materia Teſtibus de vita, vel morte portus credatur, precipue oſiſtetrici, late, & ſubtiliter declaratur.

SVMMARIVM.

Partus mulieris nullum penitus habens ſpiritum, nihilque diuerſum à mortuo, dum ab aluo mulieris in lucem editur, abortiuus eſt, nulloſque habet iuris effectus nu. 1.

Partus mulieris, qui dum editur, vagitum emiſit, & quantum per ætatem licet ualide membra mouet, quoad iuris effectum non omnino, & ſemper pro nihili habetur nu. 2.

Nam.

Si editus eſt ante ſeptimum menſem, vel octauo menſe ſecundum.

Plinium & quoſdam alios, pro viuo habetur nu. 3.

Contra ſecundum comunem nu. 4.

Etiam ſi illico moriatur nu. 5.

Quia natura ipſa notorium hoc eſt nu. 6.

Notorium natura quomodo dicatur d. nu. 6.

Si ſeptimo, nono, vel decimo menſe per rerum naturam vitalis eſt nu. 7.

Et omnes iuris effectus conſequitur nu. 8. ibi qũ impoſſibile hoc probari.

Si ad ſenſum hominis omnino clare non apparet partum editum eſſe viuum, difficilior eſt caſus, ſecundum aliquos recurritur ad coniecturas nu 9.

Secundum Auctorem, ſi ſpirauit, anhelauit, licet illico, paulo poſt moriatur, viuus natus cenſetur nu. 10.

Mors quid ſit nu. 11.

Si partus nullam vocem, nec aliqua alia ſigna emiſit, nec apparet, quod mortuus fuerit in aluo, per ſenſum hominis, vel intellectum percipi non poteſt, an viuus edatur nu. 12.

Separatio animæ a corpore, ex qua mors ſequitur, fit in inſtanti, quod inſtantaneum ſenſus hominis non percipit nu. 13.

In inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſſe nu. 14.

Momentum à breuitate temporis dicitur nu. 15.

Poſſeſio momentanea non dicitur proprie poſſeſſio nu. 16. & 17.

Teſtes deponentes, partum editum mortuum, quia nullum motum faciebat vocem non emittebat, membra ſpiritu deſtituta habebat & pallebat, concludenter deponunt nu. 18.

Aqua profluens ex aluo mulieris, dum partus editur, arguit partum edi mortuum nu. 19.

Contra nu. 95.

Fama, quod partus mortuus editus ſit, probat ſaltem ſimipiene nu. 20.

Cum depoſitione aliorum Teſtium probat plene nu. 21.

Signum urinę triplicatę, & depoſitionis oneris aluei, euidentiſſima ſigna ſunt in partu nu. 22.

Color rubeus labiorum in partu, ſignum uitę eſt nu. 23.

Motus labiorum in partu eſt ſignum vitę nu 24.

Obſtetrici de uita partus credendum eſt, præſertim Peritę nu. 25 & 28.

Maxime bonæ uitæ, & famæ nu. 29.

Dicto periti in artę credendum eſt d. nu. 25. 26. 27.

Teſtes bonæ uitę, famę, & conſcientię admittuntur, ubi alias non admitterentur nu. 30.

Laycis permiſſum eſt baptizare tantum in caſu neceſſitatis nu. 31.

Baptizari partum ab obſtetrice perita non eſt credendum, niſi uiuus editus ſit nu. 32.

Vbi penuria eſt obſtreticum, creditur teſtimonio unius nu. 33.

Sic uni medico, ubi de eis penuria eſt nu. 34.

Teſtimonium periti in arte prępualet alijs non peritis 35.

Proprium obſtetricum eſt mentiri nu. 36.

Contra uerius nu. 37 & 38.

Teſti falſo in uno, in ceteris non creditur nu. 39.

Dictio, in circa, quomodo capiatur nu. 40. & 41.

Teſti

Teſtis in facto proprio etiam ſoli creditur nu. 42.
Contra nu. 43.
Teſtis dictum ſemper ſaluandum eſt, ſi poteſt nu. 44.
Teſtis dicens mulierẽ certam manibus geſtaſſe aliquid non concludit, aliam non geſtaſſe idem nu. 45.
Falſum, ſeu mendacium Teſtis in incidenti, non nocet in principali nu. 46. & 47.
Tria luminaria eſſe debent in partu ſuſpecto nu. 47.
Non creditur teſti in facto, ex quo reſultare poteſt ſibi laus, uel uituperium nu. 49.
Partus non datur in ſtatu medio, qui nec niuus, nec mortuus ſit, & ſi datur, ſenſu humano comprehendi non poteſt nu. 50.
Verbum ſtramortito, uulgo accipitur pro eo, qui ita laxatus eſt, ut mortuus uideatur, uiuus tamen ſit nu. 51.
Quis ſtatim ſibi contrarius, aut ſe corrigere non creditur nu. 52.
Mater in cauſa filij teſtis non admittitur nu. 53.
Nec etiam ſoror nu. 54.
Fallit in ijs, quę domi ſecreto geſta ſunt nu. 55.
Etiam ſi in alienu domo ſubrogata in locum proprię ſimus nu. 60.
De parentibus nu. 56.
De ſorore, & Tranſuerſalibus nu. 57.
De alijs domeſticis nu. 58.
Maxime quando ij ſunt honeſtę, & bonę conditionis, & famę nu. 59.
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur nu. 61.
Identitas rationis facit identitatem iuris nu. 62.
Vbi certę perſonę tantum ad actum adhibitę ſunt, alię ad illum probandum examinari non poſſunt nu. 63.
Domeſtici teſtes plene probant, quando aliquis alius cum eis concurrit nu. 64.
Inhabilitas unius Teſtis ſuppletur habilitate alterius nu. 65.
Frater in cauſa fratris admittitur teſtis cum alio nu. 66.
Teſtis non reddens ſufficientem rationem ſui dicti, non probat nu. 67.
Partus poteſt illico mori nu. 68.
Teſtis dicens, partum natum mortuum, nil probat, ſi dicat, os ſuum aperuiſſe, quod eſt ſignum uiuentis. nu. 69.
Teſtis deponens negatiuam non probat, niſi dicat, non potuiſſe eſſe, quin ipſe ſciuerit nu. 70.
Teſtis nimis audax eſt ſuſpectus nu. 71.
Fama, ut ſuppleat defectum alterius probationis, probanda eſt per Teſtes diſcretos, idoneos, & qui ſufficientem cauſam ſcientię reddant nu. 72.
Singula etiam ſimul iuncta non proſunt, quando ſpecies ſunt imperfectę nu. 73.
Teſti deponenti de uita partus aſſiſtit iuris pręſumptio, ideo magis probat nu. 74.
Qualitas, quę naturaliter ineſt homini, ſemper in eſſe pręſumitur nu. 75.
Partus in aluo mulieris uiuens, præſumitur etiam natus uiuus nu. 76. & 77.
Argumentum à communiter accidentibus ualet nu. 78
Vt plurimum partus uiui eduntur nu. 79.
Teſtibus, deponentibus ſecundum iuris pręſumptionem magis creditur nu. 80.
Maxime ſi concurrat cum eis pręſumptio naturę n. 81.
Teſtibus deponentibus de uita magis creditur, quã deponentibus de morte partus nu. 82.
Teſtibus deponentibus uerſimiliora magis creditur nu. 83. & 84.
Teſtibus duobus deponentibus affirmatiuam magis creditur, quã mille atteſtantibus negatiuam nu. 85.
Teſtes, qui non patiuntur exceptionem, pręferuntur ijs, qui aliquam habent exceptionem nu. 86.
Teſtibus deponentibus de uita magis creditur, quã deponentibus de morte nu. 87.
Maxime ſi inter eos ſit aliquis peritus in arte nu. 88.
Teſtibus ſuſpectis minus creditur nu. 89.
Maxime ſi omnes per eundem ſermonem deponant ibidem.
Teſtibus pluribus numero magis creditur nu. 91.
Fallit, ſtantibus coniecturis multis pro ijs, qui pauciores numero ſunt nu. 72.
Idem, ſi plures deponant non ueriſimile nu. 93.
Idem ſi pauciores digniores ſint nu. 94.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

IN cauſa partus D. Pompilię, cuius reſolutio a tuo Doctiſsimo, conſumatiſsimoque, Iudicio propediem expectatur, Preſes integerrime, agẽdum videtur eſſe de duobus principaliter.

Primum eſt, quando partus mulieris, natus mortuus, dicatur quoad iuris effectus.

Secundum, An in caſu noſtro, partus, de quo agitur, viuus, vel potius mortuus natus intelligatur quoad effectum ſuccedendi?

Quoad primum conſtituendi ſunt quattuor caſus Principales, † Primus caſus eſt, quando clare
1 patet ad ſenſum hominis partum ab aluo Mulieris mortuum, in lucem edi, vt quia putridus eſt, vel langueſcit penitus, nullum penitus habet ſpiritum aut virtutes vitales, aut aliqua ſigna vitę, quinimmo iacet omnino palidus, ſqualidus, & nihil denique diuerſum habet á mortuo & tunc ſine dubio abortius dicitur nulloſque habet iuris effectus l. vxoris abortu. C. de poſth. hęred. inſtit. & omnes communiter * admittunt.

2 Secundus caſus eſt, quando ad ſenſum hominis conſtat, omnino clare, partum in lucem viuum edi, pone, quia Vagitum, ſiue inarticulatam vocem emittit, (articulatam enim non niſi miraculoſe, emittere poteſt) & quantum per eam ętatem liceet, valide membra mouet, vel aliqua alia ſimilia certa ſigna vitę oſtendit, & tunc non protinus, & indiſtincte omnes Iuris effectus habere dicitur, ſed diſtinguntur plures alij caſus.

3 Primus eſt, quando is, qui certe viuus natus eſt, reperitur ęditus immaturo tempore, puta, ante ſeptimum Menſem, vel octauo Menſę, & tunc licet Plin. nat. hiſto lib. 7. cap. 5. octimeſtres in Italia viuere. & Ariſt. lib. 7. de hiſto. ani cap. 4. Idem in egipto, alijſque nonnullis in locis accidere dicant
4 † verior tamen, & magis communis ſententia eſt, quod partus ante ſeptimum Menſem editus, ſiue Octauo Menſe, vitalis per rerum naturam minime ſit Gell. noct. acti. lib. 3. cap. 16. Plut. de placitis philo.

philo. lib. 5. c. 18. Celi. lecti. antiq. lib. 22. cap. 14.
videtur à contrario tex. l. ſeptimo Menſe ff. de
5 ſtat. homi. & eſt de mente omnium comuniter *,
† Vnde iſto caſu, ſiue illico partus moriatur, ſiue
tempore aliquo interiecto, ſemper pro mortuo
quoad iuris effectus habetur. Pau. Caſtr. d. l. vxor
abortu. col. prima verſiculo circa legem. Afflic. de
cis. 236. referens bis ita iudicatum in concilio Nea-
politano ex relatione Phiſicorum, dicentium hu-
iuſmodi partum per rerum naturam viuere non
poſſe, ſentit aperte Bal. l. ea quidem col. 3. de ac-
6 cus. † dicens reperi quoddam notorium neceſſari-
um natura ipſa, puta inquiens, ſi viuus quis dicatur
notorium erit natura, illum natum non eſſe
ante ſeptimum Menſem, neque in Octauo, quia
ij neceſſitate nature ita nati non viuunt, refert, &
ſequitur Paris. conſ. 56. nu. 15. lib. primo Ti-
raq. l. ſi vnquam glo. ſuſceperit liberos nu. 205.
Franc. Mar. deciſ. 168. nu. 6. cum alijs per predi-
ctos fuſius ad id allegatis.

7 Secundus caſus eſt, quando tempore maturo
partus ęditus eſt, vt ſeptimo, Nono, vel Decimo
Menſe, tunc partus per rerum naturam vitalis eſt
ſine dubio, vt de ſeptimeſtri probatur d. l. ſeptimo
Menſe, & ex Hippocra. ſententia, tradit Ariſt. de
natu. anima. lib. 1. cap. 4. Plut. de Placit. Philo.
lib. 5. c. 18. Tiraq. d. glo. ſuſceperit liberos nu.
210. Iac. Meno. de queſt. arb. iud. cas. 89. nu. 34.
De Nouimeſtri fatētur omnes * dubium aliquod
non ſupereſſe, ſecundum Meno. d. loco. nu. 39.
De Decimeſtri uidetur tex. l. inteſtato §. fin. ff. de
ſuis & legit. l. Gallus in princ. de lib. & poſth. tra-
dit Gell. noct. acti lib. 3. c. 16. quomodo autē hoc
intelligatur, latius explicat Meno. d. caſu 89. nu. 40.
8 & ſeq. † Ideoque omnes iuris effectus conſequitur,
ſecundum omnes * comuniter, teſte Paris. d. conſ.
56. nu. 2. & rurſus nu. 5. & uere ſentiunt omnes
locis pręcitatis, & probatur d. l. ꝙ dicitur de lib. &
poſth. & d. l. uxoris abortu & l. quid certarum in
quibus habetur clare, partum ęditum dici viuum
licet uocem non emittat, quoad iuris effectus, dū-
modo perfectus editus ſit, & ad monſtrum, uel por
tentum non decliuet, ita ſubdiſtinguendum puto
ſecundum caſum principalem. Sed ſecundum co-
muniter accidentia probari partum editum eſſe ma
turo tempore, dificile ac pene impoſſibile eſt, cum
teſtes aliquam rationem ſuę depoſitionis aſſignare
non poſſint, quandoquidem nec parentes ipſi id
ſciunt, glos. c. cum enixa. 25. diſt. & ipſas matres
latet conceptionis initium Ariſt. d. c. 4. Cag. l. ſ.
nu. 194. & ſeq. ff. ſi cer. pet. & licèt ipſe ibi nu. 198.
primum dicat ſe alias in occurentia ſacti dixiſſe id
poſſe probari oſtendendo partum organizzatum
fuiſſe, ex quo ante ſeptimum menſem partus non
eſt perfecte organizzatus ſecundum Ariſt. d. loco.
non tamen propterea id probatur, quia in vltimis
duobus diebus ſexti menſis, & in octauo menſe or
ganizzatus eſt, & tamen non eſt vitalis, vt ipſe
met ibi melius ſentiens advertit nu. 204. Vnde in
praxi ſecūdus iſte caſus principalis parū deſeruire
poteſt, ſi reſtringatur ad hos duos caſus pcedentes,
videlicet ꝙ probetur quot menſium natus ſit.
9 † Tertius Principalis caſus eſt, quando ad ſenſum
hominis omnino clare non apparet, partum edi-
tum eſſe viuum Organizzatus tamen, & articulatus
membraque ſua perfecta habēs natus eſt puta quia
antequam vagitum emittat, occubuit, tunc, quia
deeſt ſignum illud manifeſtum vocis, & vagitus,
caſus eſt difficilior. Pro reſolutione recurritur ad
alia ſigna, an videlicet aliqua adſint ſigna vitę Frā.
Mar. decis 168. nu. 55. par. 2. ponit quatuor ſigna
quorum quędam, & ipſe reſpuit, recte quidem,
ideo circa illa non inſtabo, Mihi videtur, quod
10 Puer, licet vagitum non emiſerit, ſi tamen ſpirauit
anhelauit, reſpirauit, membra aliquantulum mo-
uit, licet debilius, quod is viuus natus ſit, licet il-
lico, aut paulo poſt moriatur, quia ad ſenſum ho-
minis apparet animam à corpore ad huc ſeparatam
perfecte non eſſe, cum virtus vitalis ad huc ſuper-
11 ſit, atque ideo mors non aduenit. † Mors. n. diſſo-
lutio vitę eſt, & ſecundum Dioniſ. de hierarch.
cęleſti. eſt ſeparatio anime a corpore, Quouſque
ergo aliqua etiam minima ſigna vitę, & vitalis ſpi
ritus in puero edito ſunt, viuus eſt ſine dubio, &
quoad iuris effectus pro viuo habendus, Quę qui-
dem ſententia optime probatur (ni fallor) ex d. l.
quid certatum. vbi Iuſti. ſedando antiquorum con-
trouerſias in hoc iuris articulo, inherenſque ſabi-
nianorum ſententię, non curat, an puer vocem
emittat, ad hoc, vt pro viuo habeatur, licet, illico
moriatur, ſed ſolūmmodo quod totus naſcatur,
requirit, & conſequenter quelibet alia ſigna vitam
ſignificantia, citra vocem, vt ſuperiora ſigna admit
tit.
12 † Quartus Principalis caſus conſiderari poteſt,
quando nec vocis, nec aliqua alia ſuperiora ſigna
apparent, ſtatim atque in lucem ęditus eſt, nec ap-
paret mortuus forte per aliquot dies in aluo matris
ex aliquibus ſignis, puta quod fetidus ſit, ſed for-
te natus eſt moriens, & hic caſus, licet per rerum
naturam cōtingere poſſit, attamen ſenſu hominum
percipi non poteſt, immo vix intellectu conſidera-
13 ri, quia, † ſeparatio animæ à corpore, ex qua mors
ſequitur, vt dixi, fit in inſtanti, quod Inſtanta
neum ſenſus hominis non percipit, vt innuit Bar.
d. l. qui duos §. hec conditio ff. de ma. teſt. vbi con-
ſiderat hominem viuentem mori. & inter diem
& noctem non dari medium 53. conſiderabile
quod verum eſt vt oſtenditur ex tradita per Aug.
de Ciuit. Dei lib. 13. c. 11. vbi dum ſubtili-
ter differit, an quis quam ſimul, & viuus poſſit
eſſe, & mortuus, difficillime inquit, eam queſtio-
nem, poſſe diffiniri, quia antequam mors veniat,
non eſt moriens, ſed viuens, cum mors venerit mor
tuus erit, non moriens, quandiu anima eſt in cor-
pore, proculdubio viuit homo, qui cōſtat corpore
& anima, cum anima abſceſſerit mortuus perhibe-
tur, vbi ergo inquit, erit illud inter vtrunque,
quod dicitur moriens? Clarius ibi, id exemplificat
Commentator, proprie propterea dici creari, &
14 creatum eſſe, morientem, & mortuum, † quia in
inſtantaneis, ſimul eſt fieri & factum eſſe, cum nul
la in eis detur ſucceſſio, pro quo ego dico optime
15 facere, quia, momentum á Temporis breuitate,
dicitur, vt, nec in eo ulla mora haberi poſſit, & tā
cito, quam ſtatim, ſaluo negotio, reformetur, &
tam breuis eſt Temporis punctus, vt in aliquam mo-
ram nullo modo perducatur Iſid. etimo lib. 5. c. 25.

† Vnde

16 † Vnde, qui poſſeſſionem momento tantum detinet, poſſidere proprie non dicitur, nec momentanea poſſeſſio, vero poſſ. ſm omnes d. l. vnica ſi de
17 Moment. poſ. fuer. app. † volentes, eam poſſeſſionem, non dici, ab eo, quod de preſenti fit, quia poſſeſſio verè non eſt, per predicta, ſed ab eo dici potius, quod aptum eſt de preſenti, eſſe in futurum poſſet. n. accidere, quod ab illo momento, illo tranſacto, poſſeſſio non auocaretur, quo caſu poſſeſſio fieret, & hac ſola ratione admiſſum eſt, quod momentanea poſſeſſio dicatur, vt poſt aliorum ſententiam declarat Conta. ad l. vnicam prędictam in Rub. nu. 15. ſicuti igitur, actus ille momentaneus, poſſeſſio dici non poteſt, quando certum eſt non poſſe continuari, ita, quando homo eſt in inſtanti mortis, vere viuere non dicitur, ſed mortuus, cum ille punctus vitæ (ſi vita eſt) inſtantaneus, vere vitæ aſcribi non poteſt pręſupradicta.

Cum ergo ratione, atq; intellectu humano, difficillimum ſit, hoc dignoſcere, & diffinire, ſenſu autem per quem teſtis deponit impoſſibile, quando quis moriens ſit, hunc caſum Iureconſulti, & doct. noſtrates, non habuerunt in conſideratione, ſed tantummodo explicarunt, quid ſtatuendum ſit, quando quis mortuus, vel viuus natus eſt.

Ex hac caſuum prenotatorum diſtinctione, liquet (ni fallor) clare, quando partus mulieris, quoad iuris effectus viuus, mortuus, vel etiam moriens natus ſit, quod pertinet ad primum dubium propoſitum.

Circa ſecundum, quid in præſenti noſtro caſu ſtatuendum ſit, ex qualitate facti pendet, cuius ſtatus, veritaſq; à teſtibus pro vtraq; parte inductis haurienda eſt.

Primo quidem (vt aiunt) aſpectu, videtur dicendum, prædictum partum mortuum editum fuiſſe, quia, octo mulieres, quæ partui preſentes fuerunt, pro parte Nardi. inducte, id clare deponere videntur per hoc verba. Ho viſto detta Citta morta ſubito, che vſci dal vaſe della natura della Madre & che caſco ſopra il ſacco &c. Quibus quidem mulieribus ſtandum videtur, quia allegant rationem viſus, & vlterius rationes rationis concludentes, ſubdentes, quia partus, nullum motum faciebat, vocem non emittebat, imo habebat membra ſpiritu deſtituta, erat pallidus, nec aliquem ſignum vitæ
18 habebat, † Hæ .n. rationes, ſunt concludentes ad dictum teſtis de morte deponentis Bar. de Teſti. nu. 4. Franci. Baldi. conſilio 69. lib. 5. Bal. de Teſti. pac. 3. nu. 15. & l. conuenticulam nu. 9. C. de epiſ. & cleri. vbi dicit, probari quem mortuum, probato, quod non habet ſpiritum, neq; motum, nec quidem mirum, quia ſi motus, & reſpiratio, probant quem viuere, non reſpirare, neque moueri, à contrario probant quem mortuum Archi. c. ſci
19 endum 8. q. 1. † Clarius, quia dd. mulierum, aliquæ deponunt, partum editum, mortuum fuiſſe in Aluo materno, paulo antequam ederetur, dum apparuit eius caput ad naturam matris, quo tempore recæpit aqua ex aluo profluere, & in eo aquæ profluuio partus obrutus eſt, vt preſuponitur per eas eſſe clariſſimum ſignum d. mortis, Confirmari videtur hæc ſententia, ex fama in loco. partus exorta, cum xij. Teſtes deponant, famam eſſe in eo
loco, partum prędictum mortuum editum fuiſſe,
20 † quæ ſola in facto recenti, vt hic, facit ſaltem ſemiplenam probationem Dec. c. dilecti il primo nu. xj. de Appel. dicens communem Hyppol. Rimi. conſilio 6. nu. 44. quæ coniuncta cum depoſitione
21 dd. teſtium, plene videtur probare Ceph. conſilio 140. nu. 16. lib. 1.

Ceterum, ſingulorum Teſtium vtriuſque partis atteſtationibus, ac illorum qualitatibus diligentiore cura, ac ſolidioribus noſtratium doctorum in preſenti materia traditionibus trutinatis, ſupradictis non obſtantibus, Tenendum cenſeo, predictum partum, viuum natum fuiſſe, & pro tali, quoad Iuris effectus reputandum eſſe.

Ad hoc autem tenendum, precipue Adducor, ex atteſtationibus plurimorum teſtium, maxime autem trium Dominicæ obſtetricis, Diamantis, & Caſtoræ, Dominica .n. ſuper decimo Interrogatorio, dicit, parturi vna puita femina viua, clarius eadem ſuper quinto articulo. Quando raccolſi la Citta del corpo di detta Pompilia, d. citta era viua, & reddit rationem viſus, perche io gl'ho viſto fare li ſegni, che vi hò detto di ſopra, quæ ſigna efficaciſſimam rationem rationis, oſtendunt, dixerat
22 .n. ſupra In xij. interrogatorio partis, † & cognobbi, che d. Citta era viua, perche alitaua, & inferius, mentre, ch'io la teneua in braccio, retiro il fiato è dopò vrinò, cioè fece tre ſquizzate, & ando anche del corpo, & quando li taliai l'ombelico, fece vn poco di ſangue, que ſigna depoſitionis vrine triplicate, & per modum expulſionis, & depoſitionis oneris aluei, cui deuotiſſima ſigna vitę ſunt cum pertineant ad virtutem expultricem (vt appellant) ſiue expulſiuã, quam mortui non habent, & ſuper 16. Interrogatorio, non haueua ſegni d'eſſere nata morta, anzi haueua li labri roſſi, & vermigli quę omnia ſunt ſigna viuentis ſine dubio ex ſupradictis
23 † maxime color ille labiorum rubeus quia mortuus non habet colorem, neque mutat Vero conſ. ciui. 50. ſub nu. 2. verſiculo item frater petrus. Coad
24 iuuatur dictum obſtetricis, † quia puella mouit etiam os, vt deponunt aliæ, de quibus infra quod eſt clarum ſignum vite, Idem Veco d. loco verſiculo, Nam Aloiſius, & melius verſiculo item, & mater.
25 † Cuius obſtetricis atteſtationi, ſtandum eſt omnino, primo propter peritiam artis, & experientiam longam, quam in ſimilibus habebat, non ſolum propter regulam que eſt ab omnibus communiter receptã, ſtandum dicto periti in arte l. gallus in princip. vbi Bar. & alij communiter not. ff de lib. & poſth Bar. prolie. ff. in prin. col. pen. & fin.
26 Idem l. 2. ff. de teſta. † vbi, quod, an quis ſit ſane natus mente recurritur ad peritos Medicos Abb. & alij c. prepoſuiſſi de probat Dec. conſilio 144.
27 nu. 7. Beco. conſ. 122. nu. 2. libro 3. quia, † vnus quiſque eorum, quæ cognoſcit, bonus eſt Iudex, vt poſt Ariſto. tradit Soci. conſilio 144. viſa bulla col. 9 verſiculo ex parte facit per gloſ. c. veterum 9. diſtin. quæ dicit in diſputationibus plus credi Au-
28 guſtino, in moralibus Gregorio, In Hiſtorijs, & tranſlationibus Hieronimo, Verum etiam, † quia in terminis dictum oſtetricis circa partum plene probat Tex. eſt vbi Bar. & cæteri l. 1. §. 1. ff. de ventr.

inſpi.

inſpi. c. pen. c. fin. vbi Cano. deſtrig. & maleficia.
c. propoſuiſti. c. cauſam matrimonij, vbi pariter
id not. doc. de probat, & tradit Pariſ. d. conſilio 56.
nu. 11. & ſeqq.
29 Secũdo credi debet omnino dictæ obſtetrici, † qa
eſt bonę conditionis, vitę, famę, & cõſcientię & pe-
ritiſſimę in arte obſtetricũ, vt plene deponũt nouẽ
Teſtes cluſini, plenam de ea notitiam habentes, ab
experientia, vt In proceſſu cauſæ fo. 38. & ſeqq.
30 clariſsime apparet, † quia quando tales ſunt Te-
ſtes admittuntur, licet alias recipiendi non ſint, vt
de domeſticis tradit Bal. c. in locis col. 1. verſiculo
dicit l. vni, & ibi But. verſiculo, qui dicantur, &
Feli. col. 2 lim. a. de Teſti.
Tertio quia, cum dicta obſtetrix, in multorum
conſpectu d. puellam editam Baptizzauerit vt tam
ipſa fatetur, quam alij Teſtes deponunt, nemine
ibi preſente reluctante, credendum eſt ſine dubio
31 ex ſignis puellam fuiſſe viuam, laicis. n. licet per-
miſſum ſit tantum in caſu neceſsitatis Baptizzare
c. quod quidam. verſiculo quod ſi laycus 1. q. 1. c.
limina 30. q. 1. c. conſtat. c. in neceſsitate de conſe-
crat. diſt. 4. Hoſti. de Bapt verſiculo quis poſsit nu.
32 4. Sum Angel. verſiculo Baptiſmus nu. 38. † mor-
tuum tamen non licet cuiquam glo. c. á nobis il ſe-
cundo & ibi Abb. ſub nu. 8. de ſenten. excom. Vnde
non eſt credendum prędictam obſtetricem ad
Baptiſmum peruenisſe, niſi eo viuo, faciendo a-
ctum ſibi illicitum, ſtante maxime eius optima in
Arte peritia, bona conditione, & fama, probitate
vitę, & conſcientia vt ſupra ac etiam conſpectu
plurimorum, cum, qui male agit odio habeat lu-
cem, & licet de hoc ſigno ſimpliciter & ſine alijs
qualitatibus adhibito dubitet Franc. Mar. d. q. 168.
ſub nu. 15. ad finem, de eo tamen hic non eſt ex-
hitandum concurrentibus tam multis ſupradi-
ctis.
Quarto prędictæ obſtetrici omnino credendum
eſt, quia ſumus in loco, in quo obſtetricum penu-
ria aderat, ideoquod ad Ciuitatem Cluſinam pro
33 perita in Arte, tranſmiſſum fuit, † quo caſu ſufficit
ad probandum Teſtimoniuum unius peritę in ar-
te §. quod autem Auth. de non alien. aut permu.
reb. eccleſ. per quem textum ita tradit Bar. l. 1. in
prin. nu. 4. de ven. inſp. ponit pro regula Soci. in-
ter ſuas fallen. nu. 294. poſt Bar. d. loco Imo. & alios
deincepſ locis per eum citatis, ſic, quando in lo-
34 co vnicus tantum reperitur Medicus, ſufficit eius
depoſitio tantum ad probandum vulnus lhetale An
cha. c. ſignificaſti nu. 14. in fin. de hom. Iul. Clar.
ſent. recep. lib. 5. §. homicidium, verſiculo ſuas au-
tem &c.
Quinto attendendum eſt Teſtimonium d. ob-
ſtetricis habentis etiam alios in contrarium atteſtan
tes, quia Teſtimonium periti in arte, pręualet Te
35 ſtimonio non peritorum, & propterea, † ſi commu-
niter imperiti vnius profeſsionis, firmant vnam ſen
tentiam, peritus vero eius profeſsionis aliam, eius
opinio prefertur opinioni illorum, vt in ſimili tra-
dit Neuiz. in tract. ſil. nup. libro 5. nu. 69. in 5.
limit. Bolog. l. 1. nu. 43. ad finem ff. ſi cert.
pet. Moder. Corto. de comuni opi. lib. 2. titulo 9.
caſ. 12.
Et licet multa ex adverſo dicantur ad tollendum
aut ſaltem debilitandum dictum iſtius obſtetricis,
tamen remanet pœnitus inconcuſſum, & validiſ-
36 ſimum, † Nihil enim facit, quod proprium obſte-
tricum ſit mentiri c. ſi quelibet & ibi Archi. 22. q.
37 2. † quia id non eſt verum, nec probatur per pre
allegata, licet. n. in caſu ibi, obſtetrices mentitæ
fuerint, & de eorum peccato dubitetur, tamen,
nec Tex. nec Archi. bene viſi dicunt, proprium
obſtetricum eſſe mentiri, fatemur, quod oculus, &
manus obſtetricis falli poteſt ſecundum Tex. d. c.
38 pen. † quia humanum eſt errare l. 2. §. omnium de
vet. iur. enucle. preſumptio tamen eſt pro ea, quod
non errauit, cum ſtandum ſit eius aſſertioni, tan-
quam in arte peritæ, vt ſupra.
Nec eius Teſtimonium de falſo redargui poteſt,
ex eo, quod dixerit, partum illum vixiſſe per ſpa-
tium dimidiæ horę, & preſuponatur probari con-
trarium, & propterea in aliquo ei non credatur, ad
39 not. per Aymo. conſilio 6. nu. 19 † quia primo ve
re contrarium eius, quod dicit obſtetrix, non pro-
batur Secundo, quia, dato, quod partus editus,
non vixiſſet dimidia hora, nihil eſt, quia obſtetrix
non depoſuit de dimidia hora preciſe, & ſimplici-
40 ter, † ſed cum adiectione, in circa, quæ facit, vt
verificetur vita illa in minori ſpatio etiam, per eam
n. dictionem oſtendit mulier prudens, ſe neſcire
certum tempus illud ad vnguem, ſed non ad mo-
dum ab illo per ſe deſignato recedere, de
quo autem Tempore intelligatur dictio, circa,
41 Doct. ambigunt, † tandem concludere videntur
remitti arbitrio Iudicis Ruy. conſilio 130. nu. 5.
lib. 1. Rebuffu. in prax. benc. titu. de diſp. ratio-
ne ætat. verſiculo ſeu circa nu. 3.
Minus ad falſitatem, quæ noceat dicto principa-
li obſtetricis facit, quod ipſa depoſuit, Tempore
d. partus Antheam habuiſſe in manibus candelam
ceræ Albę. accenſam, In quo, videtur deponere
falſum, cum eam haberet Caſtora vt teſtatur ipſa
42 met. Caſtora, ſup quinto Interogatorio, † cui ſoli
in facto ꝓprie deponẽti credendũ videtur l. ſeruos
vbi Paul. Caſt. C de Teſtib. Gozza. conſilio 13. nu.
60. Soci. Iuni. conſilio 31. nu. 33. lib. 2. & multo
magis huic, quæ habet conteſtem D. Diamantem
idẽ deponenẽ ſup ſexto Interogatorio, quia omiſ-
ſo, an verum ſit credi vni Teſti in facto proprio,
43 † multi. n. contrarium tenent, vt congerit Gab.
de Teſti. conclus. prima nu. 20. Ruy. conſilio 65.
col. 2. lib. 5. Boer. decis 221. circa finẽ. vbi dicũt hoc
* magis comuniter * teneri, quia hic non eſt diſce-
ptandum hoc, cum duę pretendantur idem depo
nere Caſtora, & Diamantes. Reſp. primo vere hoc
obſtetrici mendacio aſcribi non poſſe, cum depoſi
tio ſua, non ſit contraria depoſitioni illarum dua-
rum, & vtraque ſaluari poſsit, diuerſis tempori-
bus, vel diuerſis candelis preſupoſitis, Potuit. n.
vtraque mulier Caſtora, & Anthea habuiſſe ac-
cenſam candelam ceræ Albæ, & eandem diuerſis
temporibus, modo vnam, modo alteram, ac etiam
44 vna vnam, alia aliam candelam, † dictum autem
Teſtis ſemper ſaluandum eſt, quando fieri poteſt
Bar. l. labeo de ſupp. legat. Alex. conſilio. 42. col.
fin. libro 4. Dec. conſilio 595. nu. 5. & alij alijs in
locis.
Secundo Reſp. poteſt, quod illę duæ mulieres
non

non ſunt contrariæ dicto obſtetricis. licet .n. dicant
Caſtoram geſtaſſe manibus Candelam ceræ albæ,
45 † non propterea dicunt, Antheam non geſtaſſe ar
gumento l. non hoc C. vnde legit.
46 Tertio eſto, quod falſum dixerit in hoc, ea de-
poſitio non eſt circa factum principale, ſed extrin-
ſecum, dubitatur enim principaliter de vita, &
morte partus, depoſitio de geſtatione candelæ quæ
nil habet commune fere cum partu, quo caſu da
to quod falſum dictum ſit, non vitiatur depoſitio
* in facto principali ſecundum communem * de qua
teſtatur Imo. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter nu. 35. ff.
de verb. oblig. Alex. conſilio 88. nu 19. libro 5.
Soci. Iuni. conſilio 102. nu 6. lib. 3. Dec. conſilio
505 nu. 2. & conſilio 602. nu. 9. & alibi paſsim.
Et licet per Aduocatos ex aduerſo contendatur
47 † in cauſa partus naſcituri poſt mortem patris habe
re luminaria accenſa, & ſimilia, eſſe de pertinen
tibus ad partum, ac cauſam principalem l. 1. §.
mittantur, & §. tria ff. de ven. inſpici. & propterea
cum cauſam tangere dicantur, falſitas in vno com
miſſa, vitiet totum, ſecundum Ruy. conſilio 149.
nu. 28. lib. 5. Attamen pro clara reſponſione, con
ſiderandum eſt, quod lex exigit in cauſa partus
48 prædicti Tria tantum luminaria d. § tria, & quo-
ad hæc, quæ a lege exigebantur, nullum menda-
cium, nulla falſitas, aut variatio d. obſtetricis, &
aliorum teſtium reperiatur, omnes .n. concordes
ſunt, quod aderant tria luminaria, quod autem di
citur de candela ceræ albæ detentæ in manibus, di-
ctum eſt de quodam alio lumine ſuperabundanti,
& vltra numerum requiſitum, propterea dici po-
teſt depoſitionem hanc, cauſam principalem non
tangere, ſed id tantum, quod occaſionaliter, & ac-
cidentaliter ibi factum fuit, & remanet communis
concluſio inuulnerata, quod falſitas in vno, non
tangente negotium principale, non vitiat depoſi-
tionem principalem vtſupra. Nec de fide obſtetri
cis detrahitur ex eo, quod ei non videatur creden
49 dum quod deponit ſuper facto, ex quo ſibi reſul-
tat laus, ſi partus editus ſit viuus, vituperium, ſi
mortuus argumento not. per Abb. c. dilecti nu. 12.
de elect. Ias. late l. ſenium C. qui teſta. facere
poſſ. cum ſimil. quia, cum tractatur de morte par-
tus, antequam in lucem editus ſit, nihil laudis, vel
vituperij obſtetrici adſcribi poteſt, ſed ſoli Deo la
us, & gloria, ſi viuus naſcatur, laus vel vituperi-
um conſiderari poſſet poſt editum partum, quo
tempore ipſa illum manibus tractat, & certe ſi ve
rum eſſet, quod dicitur, redargueremus Iure con
* ſultum d. l. 1. §. 1. & ibi Bar. & alios communiter *
volentes obſtetrici, tanquam peritæ in huiuſmodi
plene credi vtſupra dictum fuit.
Minus repelli poteſt teſtimonium ipſius mulie
50 ris, quod ſuper 14. Interogato Nardi, † dicere
videatur puellam natam ſemimortuam, illo verbo
ſtramortita, quæ pro mortua habetur l. qui duos de
manu teſta. ſecundum Rolan. conſilio 37. nu. 23.
quia Reſp. errare Rolandum, & qui eius auchori-
tate nituntur, præſuponentes, dari partum in ſta-
tu tertio, nempe, qui ſit, nec viuus, nec mortuus
& ſi datur, eſt in tam breui momento, vt ſenſu hu-
mano comprehendi non poſsit, ſecundum Diuum
51 Auguſtinum & alios de quibusſupra. † Intelligitur
ergo verbum illud obſtetricis, ſtramortita, prout
vulgo accipimus, quod ita laxatiua eſt, vt videatur
mortuus, viuus tamen ſit, maxime, cum pluribus
alijs in locis eadem mulier, puellam viuam ortam
52 clare atteſtetur, † ne ſibi ſit contraria, & ſtatim ſe
corrigat contra l. nam ad ea de cond. & demonſt.
Ex quibus apparet (ni fallor) facile remoueri,
quæ per aduerſarios obijciuntur dicto obſtetricis
ad eius teſtimonium penitus infringendum,
aut ſaltem debilius reddendum, & conſequenter
illud plenum, validum, & inconcuſſum rema-
nere.
Quod vlterius eo validius adhuc redditur, quo
magis confirmatur atteſtatione duarum aliarum
mulierem Diamantis, & Caſtoræ, quæ idem ſu-
per vita illius partus deponunt.
Non obſt. quod vna ſit mater ipſius Pompiliæ,
53 † quæ ad teſtificandum in cauſa filiæ non admitti
tur pro ea l. Parentes C. de teſti. Altera ſit ſoror,
54 † quæ pariter á teſtimonio reddendo in cauſa ſo-
roris pro ea repellitur glo. r. l. lex Iulia ff. de teſti.
55 Auf. de teſti. nu. 25. quia reſp primo, † quod eum
ſimus in his, quæ domi ſecreto geſta ſunt, & quæ
magis ab his ſciri poſſunt, quam alijs, tam mater,
56 quam ſoror, & cæteri, qui in ea domo ſunt, depo
nere poſſunt, de parentibus eſt Tex. c. videtur,
vbi But. 3. & 5. not. & Archi. col. fin. verſiculo pa
ter, & mater, qui mat. accus. poſ. Aut. Gab. de
57 Teſtib. concluſ. 16. nu. 18. † De ſorore, aut fratre
videtur clarum quia contenditur inter doct. an
gulariter in teſtes admittantur in cauſa ciuili, & ſoc
re magis communis eſt, quod admittantur, vt patet
ex congeſtis per Gab. de teſti. conclus 14. ſub nu. 1.
verſiculo contrarium, ſed quatenus non admittan-
tur regulariter. reſp. ad mitti hoc caſu ſpecialiter,
58 per ſupredicta in matre, † De alijs domeſticis pro
batur l. conſenſu §. preterea C. de repudijs c. veni-
ens in fin. de teſti. Felio. c. in literis col 3 verſiculo
fallit tertio de teſti. vbi Henci. Boic. col. 2. verſicu-
lo hoc fallit, cum alijs fuſe citatis per Gabr. de te-
ſti. conclus 10. nu. 33. & pluribus ſeqq. tum vel
59 maxime, † quando ij, qui deponunt, ſunt hone-
ſte vitæ & bonæ conditionis, & famæ, vti iſtæ mu
lieres probantur per plures teſtes Bal. d. c. in litteris
col. 1. verſiculo dicit. Imo. & ibi Feli. col. 2. verſi-
culo fallit ſecundo, cum multis alijs, qui ſine con
* trouerſia communem * conſtituunt, citatis per Gab.
dicta conclu. decima nu. 19.
Nec releuat, quod partus editus non fuerit in
domo Pompiliæ, aut matris, vel ſororis ipſius, ſed
aliena á Iudice deſtinata ad ventrem cuſtodien-
60 dum, & partum deponendum, quia, † perinde
eſt, ac ſi domi dd. mulierum partus editus eſſet,
cum aliena illa domus fuerit ſurrogata in locum
61 propriæ, & ſurrogatum ſapiat naturam eius, in
cuius locum ſurrogatur l. ſi eum §. qui iniuriarum
62 ff. qui ſatis. cog. † & certè cum ſit eadem ratio in
vtraque domo, non debet diuerſum ius ſtatui l.
cum ratio ff. de bon. dam. eſt autem eadem ratio
ſine dubio, quia, vt domeſtici admittuntur in his
quæ domi fiunt, quia melius, quam alij ſunt infor-
mati, & preſumuntur geſta domi nouiſſe, ita iſtæ
mulieres in illa domo aliena preſentes, & deputatæ
maxime, cum ipſæ ſolæ, non aliæ, quæ ad eſſe pro
hibentur

hibentur, illius partus notitiam, & quę circa eum
63 acciderunt, habere poſſent; † quo caſu alię non
poſſunt examinari Io. And. ad ſpecul. de teſti. §. 1.
verſiculo item excipitur, qui eſt domeſticus cum
alijs congeſtis per Gab. dicta conclus. 10. nu. 47.
64 Et ſine dubio iſtæ mulieres admittuntur, † quia
cum eis concurrit alia teſtis Dominica obſtetrix
omni exceptione maior, quo caſu etiam domeſtici
plene probant Io. And. ad ſpecul. d. §. 1. verſiculo
quid ſi vaſſallus Hippo. l. de minore §. tormenta
col. 3. verſiculo, ſed vltra ibi dicta de queſt. vbi
id aſſerit, etiam quando vnicus adeſt alius teſtis
omni exceptione maior, vt hic, Gab. d. conc. 10.
65 nu. 48. Et ratio eſt clara, † quia inhabilitas vnius
teſtis ſuppletur habilitate alterius Bal. l. ſi quis ex
argentarijs §. cogentur in princ. ff. de eden. l. 1. col.
66 2. verſiculo interdum de teſta. † Et in fratre quod
admittatur in cauſa fratris ciuili, quando habent ali
um conteſtem, vt hic dicimus in ſorore habente
conteſtem obſtetricem non conſanguineam, tradit
Bal. conſ. 10. col. 2. lib. 4.

Non obſt. quæ in contrarium adducta fuere, pci
pue teſtes deponentes, partũ ortũ eſſe mortuũ, quia
ij teſtes, aut nihil pbant aut vincuntur alijs qui-
buſdã deponentibus, partũ natũ eſſe viuum. Quod
primum diſcurrendo ſingulorum teſtium dicta, de
inde conferendo cum alijs, facile apparebit.

67 Nam Lucretia prima teſtis, nihil probat, † quia
non reddit ſufficientem rationem ſationis, dum
ait ſup 20. Interrogatorio *credo, che detta Citta, nõ
ſia nata viua, perche, ſe foſſe nata viua, non ſaria mor-*
68 *ta coſi preſto, & ſubito*, † preſuponit enim his ver
bis, illico non potuiſſe mori poſt partum quod eſt
contra tex. expreſſum l. 2. C. de poſth. hęred. In-
ſtit d. l. quod certatum l. ex facto §. pen. cum glo.
ff. ad Trebel. in quibus aperte dicitur, quem naſci
viuum, & illico mori poſſe & eſt contra ea, quæ
tradidimus ſupra, dum diximus mortem in puncto
& momento accidere, dum anima á corpore ſe-
69 paratur, † Secundo quia ſibimet contra dicit dicens
eam natam mortuam, & ſuper 14. inter. tradit il-
lam impoſitam poſtea ſuper cules, os ſuum aperuiſ
ſe, quod eſt ſignum viuentis, cum mortui os clau-
ſum teneant, non ſeſerent, vt experientia docet &
patet ex ſupra dictis.

70 † Roſa Secunda teſtis, vltra quod eſt valde ſuſpe
cta, propter verba altercatoria, ea die partus pre-
dicti habita cum fratre, & ſorore d. Pompilię iux.
depoſitiones teſtium, non dicit ea ſigna fieri non
potuiſſe, quin ipſa vidiſſet, quia interogata an illa
puella, potuerit facere illa ſigna vitę abſque eo,
quod ipſa teſtis vidiſſet, reſpondit, ſe neſcire, quo
caſu deponens negatiuam, vt hic non probat Bar.
l. 1. §. hoc interdicto il primo ff. de itine. actuque
priuat. Bal. l. cum hi. §. nihil, & l. 2. in fin. de ſe-
cund. Tab. Dec. conſilio 6. nu. 6. & conſilio 173.
ſub nu. 3. verſiculo & ratio illa congrua eſt &c. ma
xime cum vere id accidere potuiſſet, quia ipſa di-
cit ſe nõ vidiſſe puellam exeuntem e natura matris
quo momento potuit feciſſe ſigna vitę, & fuiſſe vi
uam, & poſtea occubuiſſe, quod ſufficeret d. l. ꝙ
certatum.

Altera Lucretia pariter non eſt integra teſtis, &
habuit verba altercatoria cum Diamante matre &
cum fratre ipſius Pompiliæ, & quia in redditione
cauſæ ſcientię eſt ſibi met contraria cum fateatur d.
puellam os ſuum aperuiſſe, quod eſt ſignum vitę
vt ſupradictum fuit.

Franciſca quarta teſtis nihil concludit, cum non
deponat de eo momento temporis quo puella nata
eſt, ſed interiecto aliquo temporis ſpatio, dicit .n.
*io non viddi il parto del corpo ma ſolamente dopò che
fu vſcito, & li fù tagliato l'ombelico*, & cum ante
potuerit eſſe viua puella, etiam quod poſt dictam
inciſionem mortua eſſe, iſta teſtis non probat eam
mortuam tempore quo in lucem edita fuit, Quin
immo a comuniter acciden ibus viua nata fuit cum
predictam inciſionem obſtetrices facere non ſoleãt
mortuo partu, ſed viuo. vt viuere perſeuerent.

Heliſabet & Anthea } pariter nihil probant conclu-
denter, quia illa aſſerit, *non poſ
ſo giudicare s'ella foſſe viua, ó morta*, iſta vero, non
deponit de tempore partus, ſed de poſteriore, nem
pe de eo, quo Diamantes detinebat puellam ad ignẽ
inquiens *quando la Diamante haueua la putta al fuo-
co, era morta.*

Idem dicẽdum eſt de Baldutia ſeptima teſte tam
propter inimicitias inter eius fratrem, & fratrem
71 Pompiliæ, quam etiam, † quia nimis audacter de
ponit, ideo ſuſpecta eſt Rocha. conſ. 227. col. 3.
Alex. conſilio 154. col. fin. lib. 5. Grati. conſilio
12. nu. 14. Aymo. conſilio 2. nu. 6. vbi reprehen-
dit animoſitatem teſtis coarctantis negatiuam, quã
alij teſtes non ſunt auſi coarctare, vt etiam accidit
hic.

Famæ quoque, de morte dictę Puellæ, probatio
non videtur ſufficiens, vt coniuncta cum alia pro-
batione per teſtes facta plene probet quia ad hoc
vt fama ſuppleat defectum alterius probationis,
72 probanda eſt per teſtes diſcretos, idoneos, & qui
ſufficientem cauſam ſcientiæ reddant, Bar. l. de mi
nore §. plurimum, nu. 19. de queſt. & eſt comu-
nis ſecundum Corn. conſilio 232. lib. 2 Item,
quod audiuerint a maiore parte popula Bar. d. nu.
19. Hipp. nu 46. atteſtans de comuni, & quod
audiuerint publice dici Corn. conſilio 221. lib. 3.
Item nominare perſonas, á quibus audiuerint Bar.
d. §. plurimum nu. 23. quod procedit etiam ſi non
ſint interrogati, vt ſeruari ait Io. And. c. cum opor
teat de Accuſ. Hipp. d. §. plurimum nu. 50. Quæ
omnia, cum hic non concurrant, probatio famæ
remanet imperfecta & non probat.

Ex quibus, cum appareat euidenter, nullam di-
ctarum mulierum nec etiam famam per ſe ſuficien
ter probare d. puellam natam mortuam, nec etiam
ſimul vnitæ mulieres, aut etiam fama, probare poſ
73 ſunt, † quia quæ non proſunt ſingula per ſe, nec
vnita iuuant, quando illa ſingula, ſunt in ſe ſpecies
imperfectę l. 1. C. qui nume. tutel. ſe excus. Bal. &
alij l. ſi quis ex argentarijs §. 1. ff. de eden. ratio quia
plura imperfecta vnum perfectum conſtituere non
poſſunt c. tam literis de teſti. Ias. l. admonendi nu.
253. de iur. iur. Aymo. de Antiq. temp. part. pri-
ma ſect. vidimus, & abunde nu. 25.

Quatenus autem qualem qualem probationem
cõficerent dicendum eſt ſine dubio ei preponi pro
bationem vitę d. puellæ factam vt ſupra pro parte
ipſius pompiliæ ex multis, precipue ex infraſcrip

tis quę

tis, quę probationem uitę dictæ Puellę ualidiorem
uerioremq; preſe ſerunt.

74 † Primo quidem quia teſtibus Pompiliæ depo-
nentibus de uita puellę, aſsiſtit preſumptio iuris,
quæ eſt quemlibet preſumi uiuere l. fin. ubi not.
C. dę Sacro. Eccle. Bar. & doct. l. 2. §. ſed ſi dubi-
tetur ff. quemad. teſt. aperian. & ſi non centum an
nis, at ſaltem ſecumdum omnes aliquo alio nota-
bili ſpatio temporis, ut not. Moder. l. ſi emancipa
75 ti C. de collat. & ratio eſt, † quia qualitas, quæ na
turaliter ineſt homini ſemper ad eſſe preſumituc
donec contrarium probetur glo. c. ſi forte de elec.
libro ſexto glo. & doct. c. is qui fidem de ſponſali-
bus Alci. de preſump. reg. 1.

Et licet doct. uideantur loqui de eo, qui iam na
76 tus, uixit aliquandiu, † regula tamen procedit ſi-
ne dubio etiam in eo, qui naſcitur eadem ratione,
quia, cum pactus in aluo matris xl. die, vel ſecun
dum alios 60. a die conceptionis, ſpiritus uitales ae
77 cipiat, ea qualitas preſumitur durare ut, ſupra, † &
in terminis regulariter pręſumi partum naſci uiu-
um tradit pro claro Franc. Baldi. d. conſilio 69.
nu. 4. prima q. facit ultra iam ſupradicta in euita
78 bilis ratio, ac ulterius etiam † argumentũ a comu
niter accidentibus iux. l. neq; natales C. de pro-
79 bat. l. ideo, ubi glo. de legi. † quia, ut plurimum
mulieres partus ſuos uiuos edunt maxime quando
nono menſe, & alijs congruis temporibus pariunt
80 ut Pompilia peperit. Quibus ſtantibus, † cum ma-
gis credatur ijs teſtibus, quibus preſumptio iuris
aſsiſtit, quam illis quibus contradicit ſecundũ glo.
l. ſi duo patroni ff. de iure iur. Aym. conſilio 6. nu.
66. & conſilio 73. col. 9. Gab. de teſti. conclus. 4.
nu. 89. Rol. conſilio 27. nu. pariter 27. libro 3. ubi
81 id pro in dubitato tenent † quando concurrit præ
ſumptio naturæ per ea, quę ipſe ibi allegat, ſequi-
tur quod preferantur teſtes Pompiliæ. teſtibus
Nardi, quia illis preſumptio iuris naturæ aſsiſtit,
non iſtis.

82 † Secundo quia teſtes Pompiliæ deponunt de
uita, Nardi uero de morte, ad probandum au
tem uiuum ſufficiunt leuiores probationes, ideo-
q; admittuntur etiam teſtes ſingulares Vero. d.
conſilio 50. col. 4. Aymo. conſilio 73. ſub nu. 33.
in fin.

83 † Tertio quia, cum teſtes Pompilię deponant ſu
per veriſimile, cum Iuris preſumptio eorum dictis
aſsiſtat, ut dixi, Nardi uero contra, eis magis cre-
ditur c. ſi teſtes 4. q. 3. l. ob carmen §. ſi teſtes ff.
de teſtibus c. licet cauſam de prob. glo. Io. And.
Abb. & Alij c. in noſtra de teſti.

Quarto quia teſtes Nardi deponunt non ueriſi,
84 milia multipliciter, † primo in principali dicto
dum dicunt puellam natam mortuam cum ueriſi-
mile ſit uiuam ortam eſſe ut ſupra, ſecundo In his
que acciderunt in partu, uidelicet ipſos uidiſſe pu-
ellam ſtatim atque ſupra culeum cecidit, quia, ut
experientia rerum magiſtra docet, nemo aſtanti-
um partui, id uidere poteſt eo momento, quo par
tus editur, cum honeſtatis gratia obſtetrices ſole-
ant tenere manus ad vuluam mulieris parientis, ex-
cipere partum ſupca culeum coopertum, & te-
ctum ita veſtibus mulieris, ut nemo aſpicere poſsit
& demum poſt partum natum ſuis manibus ſu-
pra culeum aſtantibus oſtendere, & certe uix ad-
mittendum eſſet, quod obſtetrix ipſa caſum pu-
ellæ ſupre culeum uiderit, ne dum aſtantes mu-
lieres, tertio inueriſimile deponunt, dum id om-
nes uidiſſe dicunt, dato .n. quod una, aut alte-
ca magis diligens obſeruatrix forte prona in loco
aſpiciens id uiderit, impoſsibile tamen eſt, quod
tot id uiderint ob numerum ita deponentium,
ſunt .n. 8. pro morte examinete, obſtetrix, &
tres aliæ pro uita, quę conficiunt numerum xij.
tot autem mulieres, non potuiſſnet etiam conſul-
to diſponi, & ordinari ita, vt caſum puellæ naſ-
centis ſupra culeum videre poſſent. Quibus ſtan-
tibus, cum teſtibus deponentibus non veriſimilia,
non credatur, imo pręſumantur falſum deponere
Abb. c. quia veriſimile in fin. de preſump. Dec.
conſilio 634. nu. 5. ſine dubio, ijs preferri debent
teſtes Pompiliæ.

85 † Quinto quia teſtes Pompiliæ adponunt affir-
matiua, Nardi vero negatiua, & magis credi-
tur duobus probantibus affirmatiua, quam ne-
gatiua mille glo. l. proferre §. ſi plures ff. de Ar-
bit. & c. primo glo. fin. de preſcripl in ſexto Alex.
conſilio 148. col. 1. libro 2. & conſilio 169. col.
fin. libro 5. Ruyn. conſilio 12. col. 1. libro 5.
Guid. Pap. ſing. 616. Boc. deci. 100. & alij alijs
in locis, & licet quando ſuper negatiua deponen-
tes, dicunt aliter non potuiſſe accidere, quin ipſi
uidiſſent, hoc forte non procedit ſecundum mul-
tos, in caſu tamen noſtro, non omnes ita depo-
nunt, ſed pauciores, aut ſaltem non plures, quam
ſint pec affirmatiua, Ideo preualere non teſtibus
Pompiliæ, maxime eum illi Pompiliæ ſint dignio
res, vt ſupra.

86 † Sexto quia teſtes Pompiliæ de uita depo-
nentes, non patiuntur aliquam probabilem exce-
ptionem, Nardi vero multas vt ſupra deductum
fuit.

Septimo quia inter teſtes Pompiliæ adeſt ob-
ſtetrix, cui credendum eſt magis etiam ſi ſola eſſet,
tum, quia magis informata eſt iuris præſumptione
ideoque ei magis creditur glo. c. quoties de teſti.
& c. fin. de offi. Archi. Alex. conſilio 10. col.
pen. libro 6. Bal. c. primo §. ſi tres. de pace. tenen.
Feli. c. in noſtra. col. 3. de teſti. tum quia in arte
perita eſt, quo caſu preualet eius teſtamentum
etiam pluribus in contrarium, ut dixi ſupra de ar-
te peritis.

87 † Octauo Quia teſtes de uita deponunt iuri com
muni magis conformia, quam deponentes de moc
te, vt ſupra, quo caſu eis magis creditur Dec. c.
licet cauſam nu. 9. de probat Paris. conſilio 67. col.
ante pen. & conſ. 88. col. 4. lib. 3. poſt Imo. c.
auditis, de preſcripti. vbi etiam alij doctores, &
eſt ratio, quia eorum atteſtatio eſt ueriſimilior, &
ueriſimiliora preſeruntur d. c. licet cauſam c. pre-
terea de teſti. & l. ob carmnem §. ult. ff. de teſti.
& in teſtibus ſemper quod ueriſimilius eſt con-
ſideratur Abb. c. quia uariſimile de præſump. cum
ſimil.

88 † Nono Quia pro uita adeſt obſtretrix, cui
non ſolum uti peritæ in arte magis creditur, ut
ſupra, quia erat partui magis vicina, vt veriſimi-
le eſt ob officium ſuum & deponit Baldu-

Palduria teſtis Nardi ſuper octauo Interrogatorio tum etiam, quia excepit puellam exeuntem ex aluo materno, & ad pulſum, tactumque potuit etiam percipere, an eſſet viua, antequam ſe preſentaret oculis aſtantium, & uериſimiliter prima fuit ad inſpiciendum, nec pręſumitur baptizzaſſe mortuam, per ſupradicta.

89 Decimo, † quia tot teſtes de morte deponentes ſunt valde ſuſpecti, cum deponant omnes per eundem præmeditatum ſermonem, quaſi omnes eandem cantilenā memoria didicitam canentes *perche la uiddi ſubito, chè cadde nel ſacco, & era morta*. quo caſu redduntur ſuſpecti, quod inuicem ſe fuerint alloquuti, & ita ſe compoſuerint ſubornati Bar. per illum tex. l. 3 §. ideoque ff. de teſti. Bal. l. teſtium col. 2. C. de teſti. Alex. conſ. 137. col. 2. lib. 2. conſilio 120. col. pænult. libro. 5. Dec. conſilio 448 nu. 24. conſilio 827. nu. 3. cum ſimilibus.

90 Vndecimo grauiter etiam facit, † quia obſtetrix puellam illam natam uti viuam baptizzauit alijs videntibus, & non contradicentibus, quod arguit eas non contradicentes, aut admonentes habuiſſe pro uiua, vt ſupra dictum fuit.

91 † Non obſtat, quod teſtes Nardi de morte ſint plures, quibus regulariter magis credendum uidetur l. ob carmen. §. ſi teſtes. & ibi, glo. ff. de teſti. c. in nr̃a de teſti. Alex. conſ. 64. col. prima lib 2. quia,

62 † regula p̄dicta non procedit indiſtincte, ſtantibus maxime tot ſupraſcriptis coniecturis, quibus adducimur ad credendum puellam ortam uiuam, & magis credendum teſtibus eam uiuam deponentibus

93 † & in ſpecie non creditur pluribus deponentibus non uериſimile, vel ſuper negatiua, ut ſupra Ant.

94 Gab. d. conclus 4. de teſti. nu 51. & 55. † ſtante etiam precipue, quod teſtes Dominę Pompilię ſunt digniores teſtibus dicti Nardi, cum illi ſint probati omnes optimę uitę, conſcientię, conditionis & famę per plures teſtes, iſti uero contra, quo caſu pręferuntur teſtes etiam pauciores Alex. conſilio 43. col. 1. in fin. libro 7. Rolan. conſilio 24. nu. 52. lib 1. & conſ. 27. nu. 26. lib. tertio.

Nec obſtat, quod aliquæ dicāt, puellam mortuam in aluo materno profluuio illo aquę ſuffocatam paulo ante partum, quia aduerſarij non probant hoc ſignum neceſſarium mortis ipſius puellæ in

95 uentre, † immo totum contrarium reperio a peritiſſimis obſtetricibus, quas ego diligenter interrogaui, & his ſtantibus omnes mihi dixerunt, & comprobarunt, eam puellam potius laxatam in utero, ſiue materno ſermone, ut ipſę loquębantur, alargata, & ſic uires maiores ſumpſiſſe ad uitam.

CONSILIVM XXVIIII.

Argumentum.

An renunciatio facta patri per filiam, dum nuptui traderetur, in ampliſſima forma, & cum iureiurando reſcindi per eam poſsit, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum pretextu enormiſsimę lęſionis, & de intellectu c. quamuis de pac. lib. 6.

SVMMARIVM.

Pactum cum patre per filiam, quod ſit dote contenta cum iuramento ualet, & obſeruari debet nu. 1. & 12.
Etiam in filiam in poteſtate, non in mancipata tantum ut uoluit Odof. errone e nu. 2.
Maxime ſtante decreto Iudicis nu 9.
Et clauſula omni miliore modo nu. 10.
Et certioratione beneficii minoris ętatis nu. 11.
Quod procedit etiam ſi filia minor ſit nu. 23.
Et renunciet hereditati paterna nu. 17.
Pater preſumitur capere ſalubre conſilium pro filia nu. 3.
Etiam, quod actus prima fronte uideatur filiæ inutilis nu 4.
Quod procedit in dubio non alias nu 62.
Item ſecus quando contractus utilis eſt patri nu. 64.
Item ſecus ubi adeſt lęſio nu. 69.
Quod patri competens uiſum eſt, non debet alteri uideri incompetens nu. 7.
Amor nullus uincit paternum nu. 8.
Supplementum legitimę peti poteſt per dotatam, minus quam ſit in legitima per fratres nu. 5.
Secus ſi per patrem nu. 6.
Iuramentum ſubſtinet actum, etiam quod mulier de ſuo beneficio non ſit certiorata nu. 12. contra nu. 70.
Præſumitur pro decreto Iudicis nu. 9.
Maxime ſtante clauſula omni meliori modo nu. 10.
Fallit ſi ſine cauſę cognitione nu. 65.
Iuramentum facit eum, qui minor eſt maiorem, & actum inretractabilem nu. 13.
Etiam in donatione nu. 4.
Etiam impubere doli capace ſecundum aliquos nu. 18.
Contra uerius nu. 19.
Fallit concluſio ſtante lęſione enormiſſima nu. 34. & nu. 71.
In donatione non cadit lęſio nu. 15.
Quando ſcilicet eſt rei certę nu. 72.
Donatio pretextu lęſionis non poteſt reſcindi nu. 16.
Quando eſt quantitatis certę nu. 72.
Secus ſi incertæ nu. 73.
Renunciatio filię hereditatis paternę cum iuramento non poteſt reſciendi pretextu doli re ipſa interuenientis propter enormem læſionem nu. 20.
Contra nu. 36.
Renunciari poteſt dolo nu 22.
Abſolutio à iuramento ad effectum agendi non prodeſt filię minori renuncianti nu. 23.

Fides

Fides, & promiſſio non adimplenti poteſt non ſeruari nu. 24.
Etiam ſi non adimplens non ſua culpa impeditus fuerit nu. 25.
Etiam ſtante ſtatuto, quod contra inſtrumentum nulla exceptio opponi poſſit nu. 26.
Etiam ſi fideiuſſor hac exceptione ſe iuuare uelit nu. 27
Etiam ſtante iuramento nu. 28.
Maximè quando conuentum eſt, quod una parte non obſeruante altera obſeruare non teneatur nu. 86.
Fallunt hęc in contractu nominato, quia tunc datur actio obſeruanti nu. 29 & 30.
Vt.j mox.
In contractu nominato altera parte non obſeruante non eſt locus penitentię, ſed datur actio ad obſeruandum nu. 29.
Secus in contractu in nominato nu. 30.
Filius, & filia ſuccedunt parentibus ab inteſtato iure cõmuni uxitim nu. 31.
Etiam iure naturę nu. 32.
Donatio eſt impropria, & reſoluenda ſub conditione quando pactum in ea eſt, eam factam non intelligi, niſi tale quid per donatarium factum fuerit nu. 33.
Alienationis prohibitio non impedit tranſlationem dominij in eum, in quem alienatio facta fuerit nu. 34.
Niſi ad ſit pactum reſolutiuum alienationis nu. 37.
Filia renuncians enormiſſime leſa dicitur, quando reſpectu dotis promiſſe de bonis paternis renunciat etiam maternis, auit.s, &c. nu. 37.
Et poteſt uenire contra iuratam renunciationem nu. 38.
Saltem petita abſolutione ad agendum nu. 42.
Enormiſſima leſio eſt quando quis leditur in tertia parte, ſecundum aliquos nu. 39.
Siue in minori, ſecundum alios nu. 40.
Siue ſecundum arbitrium Iudicis ſecundum alios nu. 41.
Paciſcens, & renuncians non cenſetur conſentire lęſioni enormiſſimę nu. 43.
Iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis nu. 44.
Imo debet habere tres comites, ueritatem, Iuſtitiam, & Iudicium nu. 45.
Iniquitatis apparet ex enormi lęſione nu. 46.
Enormiſſima lęſio arguit dolum ſaltem re ipſa nu. 47.
Dolus re ipſa aequiparatur dolo ex propoſito nu. 48.
Intellect ad c. quamuis de pactis lib. 6. dum excipit pactum iuratum dolo aduerſarij quia intelligitur de dolo arte decipiendi uel etiam re ipſa nu. 49.
Renunciationi poteſt contrauenire, etiam ſi renunciatum ſit expreſſe, quando adeſt enormiſſima leſio nu 50. & 74.
Nec cautela ulla excogitari poteſt, ne contraueniatur tali caſu nu. 51.
Nec prodeſt, ſi renunciatum ſit etiam leſioni enormiſſime nu. 52.
Rota Romana non curat de renunciatione tali caſu nu. 53.
Laudum quod ledit enormiſſime, cautela ſubſtinetur nu. 54.
L. a de reſcin uend remedium non datur iuranti neu uenire contra nu. 55.
Etiam in maiore nu 57.
Multo magis in minore nu. 58.
Fallit data enormiſſima leſione nu. 56.
Iuramentum non trahitur ad incognita nu. 59.
Enormiſſima lęſio in minore arguit dolum ex propoſito nu. 60.
Iuramentum effectum ſuum non operatur, ubi lex praeſumit dolum, ſimulationem; uel fraudem nu. 61.
Iudex, cui commiſſum eſt aliquid explicandum, cum cauſę congnitione actum nullum facit, ſi procedit ſine cauſe congnitione nu. 66.
Decreto, & aſſertioni Iudicio non creditur ſi proceſſit ſine cauſę cognitione nu. 67.
Cauſe cognitio non dicitur adhibita, quando decretum ſtatim interpoſitum eſt nu. 68.
C. quamuis de pactis lib. 6. quod mulier non obligatur iuramento renunciatione dolo extorta procedit in dolo ex propoſito, non re ipſa nu 21.
Fallit ſi enormiſſime leſa ſit nu. 42 & 74. ratio ut nu. 43. & ſeq.
Saltem obtenta abſolutione à iuramento nu. 77.
Immo ſine abſolutione ſecundum aliquos nu 78.
Fallit in renunciatione extorta metu uel reuerentia eius cui ſit nu. 75.
Dolus re ipſa ex leſione enormiſſima aequiparatur dolo ex propoſito nu. 76.
Donatio an contractus ſit nominatus, vel innominatus, ualde dubitatur nu. 79.
Videtur innominatus nu 80.
Potius nominatus nu. 81.
Quando eſt gratuita, & mera liberalitas nu. 82.
Contra quando non gratuita nu 83.
Et aliquid adimplendum eſt per donatarium nu. 84.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

SVPPOSITIS ſtatutis Placẽtinis, quę permittunt cõtrahentibus ſuper lucro ãtifacti & donatione propter nuptias paciſci, dotatione Illuſtriſ. Dominę Barbarę Scottę per Illuſtriſ. Dominum Comitẽ Franciſcũ Mariam eius patrem in ſumma ſcutorum decem millium, dum illa matrimonio iungeretur Illuſtriſ. Domino Frãciſco Gentili; Ac etiam renunciatione facta per Illuſtriſ. Dominã Barbaram in ampliſsima forma de hereditate paterna, materna, bonis allodialibus, feudalibus, legatis, fideicommiſsis, auitis, paternis, maternis & quibuſcunq; iuribus, & actionibus, ſibi cõpetentibus ſuper pdictis iure inſtitutionis, ſubſtitutionis, hęreditatis tã ab inteſtato, quã ex teſtamento predictorum, falcidię, trebellianicæ, legitimę iuię naturę debitę, & quolibet alio iure, uia, modo, & forma, qua dici poſſet, uel aliqualiter excogitari, Iuramento, & renunciationibus, deceptioni, ſeu læſioni dimidię & ultra, doli, & alijs quibuſcunq;, Ac etiam pacto, quod de ſupradicta dote, per Illuſtriſ. patrem coſtituta, debeat eſſe contenta, Videtur, quod, d. Illuſtriſ. Comite, Franciſco, materna, patre uita functo ab inteſtato, d Illuſtriſ. Domina Barbara ultra dotem pfatam ei conſtitutam, aliquid aliud in prędictis bonis, & hereditatibus pretendere ullo modo non poſsit.

1 In primis quidem, quia ipſa iureiurando pacta eſt cum patre, quod deberet eſſe dote con-

tenta, & nullum poſſet habere ad alia bona
ſibi quomodocunque peruenitra regreſſum,
quod pactum iuratum, cum non vergat in æter-
næ ſalutis diſpendium, nec in alterius præiudi-
cium, validum eſt, & obſeruari debet c. cum
contingat. de iureiuran. & eſt caſus in c. quam
uis. ubi omnes id uot. de pact. libro 6. Bar. l.
ſtipulatio hoc modo cōcepta nu. 4. de verb. oblig. &
* ibi omnes comuniter * ſequuntur, prout etiam
in l. pactum quod. & in l. fin. C. de pact. & in
l. pactum C. de collat. Paul. Caſtrenſ. conſilio 311.
Viſo puncto. in anti. Caſſa. conſilio 28. col. 2.
* Pariſ. de communi * & omnium ſententia atteſ-
tans conſilio 69. Dominus Ambroſius nu. 54. &
ſeqq. & conſilio 94. Viſo inſtrumento nu. 9. &
ſeqq. libro tertio Bello. conſilio 15. quotidianus
nu. 1. Nec refert, quod hæc filia eſſet in patris
poteſtate, propter quod videbatur pactum hoc
inter patrem & filiam non valere, vt in terminis
2 dicebat Odo. in d. l. pactum, † Quia exploſa
* eius opinione, Docto. * voluerunt, diſpoſitio-
nem d. c. quamuis. procedere etiam in filia non
emancipata, vt tradit Dec. d. l. pactum C. de
collat. col. 1. & 2. Crot. d. l. ſtipulatio hoc mo-
do nu. 47. Paris. conſilio 26. nu. 12. libro 3. Di-
dac. late d. c. quamuis par. 3. § 11. ſub. nu. 3. ver-
ſiculo hæc ipſa conſtitutio.

His pro validitate actus in præſenti caſu acce-
dere videtur duplex præſumptio. Prima quidem,
quia cum negocium huiuſmodi geſtum ſit cum pa-
3 tre, † qui præſumitur capere ſalubre conſilium
4 pro filia. l. nec in ea ff. de adult. † etiam ſi ac-
tus prima fronte non videretur filiæ vtilis, vt re-
nunciatio, exhæredatio, & ſimiles Bart. l. 2.
col. 5. de vulg. & pup. & l. iuriſiurandi §. ſi liberi
col. vlt. de oper. libert. cum congeſtis per Alciat.
de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 1. & 2. non vi-
detur præſumi filia aliquo modò læſa. In terminis
videtur conſilium Paul. Caſtrenſ. 275. alias 278.
5 in ſeptimo dubio libro 1. † vbi tenet, quod ſtanti-
bus ſtatutis excluſiuis fœminarum, dotatarum pro
pter maſculos, ſi fœminę fuerint a fratribus dota-
tæ in minori quantitate, quam ſit earum legiti-
6 ma, licet agere poſsint ad ſupplementum, † quan-
do tamen a patre dotatæ reperiuntur, ſupple-
mentum legitimæ petere non poſſunt, ex quo,
7 lex pro patre præſumit d. l. nec in ea, † & quod
patri viſum eſt competens, non debet alteri videri
incompetens l. ſi furioſo puberi in fi. ff. de cur.
8 furio. † cum nullus amor paternum vincat l. vlt.
in princ. C. de cur. furio. cum congeſtis cumula-
tiſsime per Tiraq. ad l. ſi vnquam. in præfat. nu.
9. cum ſeq. C. de reuoc. dona. Et deciſionem
Paul. Caſtrenſ. d. loco videtur ſequi Alciat. vbi
ſupra, & alij innumeri citati per Tiraq. d. præ-
fat. nu. 36.

Secunda præſumptio prædictam renunciatio-
nem adiuuat, quæ elicitur ex decreto Iudicis, ad
9 eam adhibito, † cum pro eo præſumatur l. ab ea
parte ſecundo reſp. ff. de probat. Alex. l. ſciendum
ff. de verbo. oblig. conſilio 80. col. 2. & conſilio
92. col. 3. libro 5. Felyn. qui multos ad id conge-
rit c. quoniam contra ſub nu. 37. verſiculo ſeptima
concluſio. de probat. Alciat. de præſumpt reg.
10 tertia præſumpt. decima, † maxime cum in inſtru-
mento prędicte renunciationis adſit clauſula omni
meliori modo &c. ex qua ſine dubio pro decreto
vehementius præſumitur. Alex. d. conſilio 80.
& poſt alios Alciat. d. tract. reg. 3. præſumpt. deci
ma ſub. nu. 2. verſiculo ſed tu aduerte.

Accedit pro validitate contractus iſtius, quia
(vt præſupponitur) Illuſtriſ. Domina Barbara
11 † fuit certiorata de beneficio minoris ætatis, & vi-
ribus inſtrumenti, iux. conſ. Bart. & alio-
rum aut. ſacramenta puberum C. ſi aduer. ven-
dit. vbi ſuadent adhiberi debere cautelam certio-
rationis ultra iuramentum, vt contractus mino-
12 ris omnino valeat, † quamuis etiam ex ſola vir-
tute iuramenti, non adhibita d. cautela, huiuſ-
modi contractum ſuſtineri dicant. Archidia. Io.
Andr. Gemi. Franc. & Geor. Nat. d. c. quamuis
Ang. Rapha. Com. Rom. Alex. & Ias. in l. ſcien-
dum. de verb. obblig. Guid. pap. deciſ. 226. Dida.
d. loco nu. 4. & Tiraq. qui cæteros congerit ad l. ſi
vnquam in præfat. nu. 135. & ſeq.

Nec repugnare videtur, quod Illuſtriſ. Domi
na Barbara renunciationis tempore minor fuiſſet,
13 † quia perinde eſt ac ſi maior fuiſſet propter vim
iuramenti, quod facit eam maiorem, & actum
reddit irretractabilem aut. ſacramenta puberum.
14 C. ſi aduerſ. vendit. † quæ locum habet in dona-
tione facta per minorem ſine dubio, ſecundum
glos. ibi verſiculo contractibus. vbi etiam Bart.
col. ult. verſiculo quæro utrum &c. Bal. col. pen.
verſiculo alterius quæritur & ſequitur Corn. Curt.
* Iuni & alij ibi Dec. aſſerens communem * & alioa
etiam allegans conſilio 180. 181. & 232. col. 2.
* Rip. de donat. reſpon 4. in princ. pariter de comm. *
atteſtans. Rim. iuni. inſtit. quib. alien. lic. vel
non in princ. nu 208. & eo tit. §. 2. nu. 24 Anto.
Gabr. de mino. conclus. 5. nu. 5. vbi ad id quam-
15 plurimos congerit, † In donatione enim læſio
non cadit, cum fiat ex mera liberalitate l. 1. ff. de
16 don. † Ideoque eius prætextu quod non eſt,
reſcindi non poteſt, Anchar. conſ. 425. in fin.
Alex. conſilio 125. nu. 21. libro 1. conſ. 83. nu. 21.
lib. 3. Aret. l. qui ſuperſtitis col. pen. ff. de acqui.
17 hęre Soci. Iuni. conſ. 67. col. 4. lib 2 † In terminis q
prouiſio. d. c. quamuis procedat in filia minore renun
ciante, tradit ibi Geor. Nat. limit 4. Aret. in c. in p-
* ſentia nu. x. vbi Bero. aſſerens eſſe comunem * nu.
168. Pariſ. late conſ. 26. lib. 3. & Dida. pariter com-
* munem * atteſtans in relect. d. c. quamuis part. 3. §.
18 1. nu. 3 † Quinimo multi tenuerunt in propoſito,
iuramentum ligare impuberem doli tamen capa-
cem, inter quos Bart. Corn. & Ias. d. aut. ſacramen-
ta puberum col 4. glos. Abb. & Doct. in c. ex literis
ſecundo de ſpons. idem Abb. conſ. 108 lib. 1. Dec.
19 l. pupillum ff. de reg. iur. † licet hoc vltimum non
videatur verum, imo contra text. in d. aut. ſacramen
ta ibi puberum &c. ac etiam contra magis commu-
* nem * opinionem, vt poſt Cyn. Alex. Alciat. & ali
os deducit Didac. d. loco ſub nu. 3. verſ. ego vero
&c. ſed de hoc curandum, cum d. Illuſtriſ. Do-
mina Barbara tempore d. contractus iam eſſet pu-
bes, ut Præſupponitur.

Nec etiam reſcindi poſſe prædicta renun-
ciatio prętextu doli, re ipſa interuenientis pro-

pter

20 proptee enormem lęſionem, † Tum quia licet id
permittat tex. in d. c. quamuis eeſpectu doli ex
21 propoſito, † non tamen idē eſt in dolo ee ipſa tan-
tum interueniente. Alex. conſ. 42. ſuper premiſſo.
col. 1. lib. 1. & conſ. 83. col. 7. & ſeq. vbi dicit
* communem * lib. 3. Aretin. l. qui ſuperſtitis col.
pen. de acqui. hæred. Corn. conſ. 36. col. 2. in fin.
& col. vlt. lib. 1. Soci. Iuni. conſ. 67. col. 4. lib 2.
cum alijs allegatis per Gabr. de iuc. dot. conclus 1.
22 nu. 20. † Tum etiam quia exceptioni doli, omni-
que ll auxilio eenunciatum hic fuit, quę renun-
ciatio videtur nocere ſecundum Alex. d. conſ. 42.
col. 7. verſiculo nono quia fuit &c.

Nec conſultū videri poteſt Illuſtriſsimæ Domi
næ Barbaræ, obtinear abſolutionem á iuramento
23 ſaltem ad effectum agendi, † cum deciſio. d. c.
quamuis. procedere videatur etiam petita d. ob-
ſolutione. Ang. l. ſi is, qui pro eo verſ. item addo.
ff. de fideiuſſ. Archidia. Io. Andr. & Domi. in d.
c. quamuis. Alex. conſ. 221. viſa facti. col. 2. in
fin. libeo ſecundo conſilio 59. Viſo libro primo &
conſilio 39. libro quarto.

Nec ab Illis defendi poſſe videtur Illuſtriſsima
Domina Barbara ex eo, quod pater non obſerua-
uerit ex parte ſua promiſſa in inſtrumento renun
ciationis, cum defeceeit in ſolutione promiſſorum
Illuſtriſsimæ que Geneeo, pro dote agenti, ſe op-
poſuerit, & nunquam ſatisfacere quoquo modo
voluerit, vt in facto tranſmiſſo præſupponitur,
24 † quo caſu ſuccedère videtur regula, quod non
adimplenti quis adimplere non tenetur, iuxta l.
cum proponas ſecunda vbi Dec. tertio nor. C. de
pac. Docto. comuniter in rubr. & l. ſiue acta. C.
eo. Rom. conſilio 204. pro diſcutienda nu. 9. vbi
vult, quod ex quo vnus contrahentium non dedit
ſ ea, quę dare promiſerat, alter non tenetur quic-
quam ex parte ſua adimplere ex illo contractu,
quia vt ſubdit ibi nu. 10. qui promittit quid reſpe-
ctu eius, quod ſibi futurum eſt implendum, ipſe
ex ſua peomiſsione correſpectiua non obligatur,
ſi ſibi non impletur. l. Titius. ff quæ res pign.
25 oblig. poſſ. l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. † quæ
quidem exceptio inobſeruantie adeo fauorabilis
eſt, vt opponi poſsit, & inſtrumenti executio-
nem impediat, etiam ſi implere debens nulla ſua
culpa fuerit impeditus Dec. d l. cum proponas nu.
4 Imo etiā parte non opponente. poteſt ipſam Iu
dex ex ſuo officio in conſideratione habere Corn.
conſ. 79 col 3. lib. 3. Crauett. conſ. 151. nu. 10.
26 vbi multa ad rem allegat poſt Rom. conſ. 244. †
ac etiam opponi poteſt ſtante ſtatuto, quod contra
inſtrumentum non poſsit oppon. aliqua exceptio.
Feiy. Dec. & cæteri communiter in c. ex parte. ſe-
27 cundo de offi. deleg. † Ac etiam per fideiuſſorem,
principali iurato. Pariſ. conſ. 96. prima facie. col.
4. nu. 39 libro 5. Rolan. poſt alios, quos ibi alle-
gat, conſ. 53. nu. 27. lib. 1 & conſ. 69. nu. 14. lib.
4 Galles. ad form. Com. oblig. in 5 par. q. 1. nu 7.
28 Menoch. conſ. 55. lib. 1. Becc. conſ. 45. nu. 5. †
Ac etiam ſtante iuramento, vt bic c. 3. & c. ſicut
l'vltimo de iureiur. Alex. conſ. 105. col. 3. lib. 5.
Dec. d. l. cum proponas nu. 5.

Quia ad hæc omnia reſpondetur, quod cum ſi-
mus in contractu nominato, nempe in donatione
inter viuos irreuocabili, data inobſeruantia ab vna
29 parte, contractus non deſtruitur, † ſed obſeruanti
datur actio aduerſus inobſeruantem, ad compllen-
30 dum eum, ad obſeruandum per eum promiſſa, † li
cet ſecus ſit in contractu innominato, qui in totum
reſcinditur, volente altera parte, & fit locus pœ-
nitentię. Bal. l. 1. C. de rer. permut. & l. ex placito
C. eo tit. Bart. & alij l. Iuriſgentium in princ. ff. de
pact. cæterique Docto. varijs alijs in locis com-
muniter. In euentū igitur nō ſeruatarū, conditionū
& promiſsionū p patrem Illuſtriſsima Domina Bar
bara non videtur amplius conſequi poſſe, quam vt
decem millia numerentur, & contenta in inſtrumen
to obſeruentur, non tamen propterea ſequitur,
quod contractus ipſe geſtus reſcindatur, & tolla-
tur, cum ſimus in contractu nominato, vt ſupra.

Cæterum diligentius & maturius inſtrumento
renunciationis, verioribus Iuris concluſionibus * to
taque facti ſerie perpenſa, cenſemus Illuſtrſs.
Dominam Babaram ſine dubio d. ſuę renunciatio-
ni contrauenire poſſe, eaque reſciſſa, ipſam ſuc-
cedere tam Illuſtriſs. ſuo patri, quam etiam matri in
dimidia totius hęreditatis, nec poſſe ab altera ſoro-
re prætextu d. renunciationis excludi a uirili por-
tione prædictarum hæreditatum paterne, & ma-
ternæ.

Mouet quidem nos in hanc ſententiam, quia
ipſa haber fundatam intentionem ſuam tam ad par
tem hæreditatis paternæ, aſcendentis ad valorem
quinquaginta millium ſcutorum & vltra (vt præſu
ponitur) quam etiam dotis maternæ ſcutorum ſep
tem millium, & portionis ſucceſsionis auunculæ ad
eam delatæ millæ quingentorum ſcutorum ad mi-
31 nus, In diſpoſitione Iuris cummunis; † quod ſine
dubio vocat primo loco filios & filias ad ſucceſsio-
nem parentum, ab inteſtato decedentium, in viri-
32 les, † cum eis huiuſmodi ſucceſsio etiam iure natu-
ræ debita videatur l. ſcripto ff. vnd. lib l. cum ra-
tio. ff. de bon. damn. l. nam & ſi parentibus ff. de
inoffi. teſtam. §. 1. inſtit de hæred. quæ ab inteſt.
defer §. 1. aut. de hære ab inteſt. venien. & §. 1. aut.
vt cum de app. cogno.

Secundo mouet nos, quia in prędicta donatio-
ne, ſiue renunciatione animaduertimus ad eſſe pac
tū expreſſum, quod ea facta eſſet, ſi pater mulieris
promiſſa eius Viro adimpleuiſſet, ibi omnibuſ-
que promiſsis d. Illuſtriſs. Generis ſortientibus
ſuum plениſsimum effectum, & non aliter nec
alio modo &c atque ita pactum reſolutiuum con-
33 tractus, quo caſu impropríe dicitur donatio, †
ſed donatio ſub conditione reſoluenda l. 1. §. 1.
& ibi glos. Bart. & alij ff. de donat. Vnde cum
d. Illuſtriſ. Comes, Illuſtriſs. Dominæ Barba-
rę, non ſoluerit vnquam dotē, per eum promiſſā
minuſquam alia, ex parte ſua adimplenda, ad-
impleuerit, vt præſupponitur, perinde eſt ac ſi
donatio, & renunciatio, & non eſſet facta d. l. 1. §.
1. & ibi omnes ff. de donat. ſimile quod not.
docto. per illum tex. in l. 1. & per tot. præci-
34 pue l. vltima ff. de leg. commis, † ſimile etiam
quia licet prohibitio alienationis in contractu non
impediat dominij tranſlationem. Bart. l. filiusfam.
§. diui. q. 4. de leg. 1. Didac. variar. reſolut. libeo
3. c. 8. nu. 2. Tiraq. de vtroq. retract. part. 1. §. 1,

P 3 glos.

35 glos. 7. nu. 32. vbi alios citat, quando tamen adeſt
pactum reſolutiuum, impedit. Bar. d. q. 4. verſi-
culo aliud ponit. & l. ſi ita quis § ea lege. de verb.
oblig. & l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. Rip. d §.
diui. nu. 88. Crott. 100. Opizzo. 154. Fer. 172.
* qui dicit communem * Ias. conſilio 128. ad fin. lib.
* 4. vbi idem * teſtatur, & conſilio 221. col. 6. in fin.
lib. 2. Rub. conſilio 146. col. 3. Dec. 187. nu. 4.
Rolan. conſilio 62. nu. 17. & ſeq. libro 2. Sola dif-
ficultas conſiſtere videtur in ſummouendis in
contrarium ſupra allegatis, & præcipue in tollen-
da ipſa renunciatione iuramento vallata per ip-
ſam Illuſtriſsimam Dominam Barbaram, id quod
dilucide (ni fallimur) fieri putamus ex infraſcri-
ptis.
36 † Etenim renunciationi prędictę per reſtitutio-
nem in integrum occurri poſeſt aduerſus eam ex
capite enormiſsimę læſionis, cum ſine dubio Illu-
ſtriſsima Domina Barbara in ea fuerit enormiſsimę
37 læſa pluribus modis. Primo quidem, † quia pro
vnica dote, & quidem conſtituta ſibi ex ſolis bo-
nis paternis renunciauis non ſolum hæreditati pa-
tris, qui dotem conſtituit, verum etiam aui, ma-
tris, fratris, ac inſuper conceſsit omnia iura ſibi
competentia ſuper dictis bonis, & hereditatibus
auitis, paternis, maternis, fideicommiſsis, inſtitu-
tionibus, ſubſtitutionibus, nullo iure ſibi reſeruato
vt in inſtrumento predicto, quo caſu dicitur ſine
dubio enormiſsimè læſa, cum reſpectu dotis pro-
miſſę ex bonis paternis, non debuerit remittere
38 materna, auita, fraterna, & alia, & † ex hoc ſo-
lo ſi inuenitur lęſa poteſt venire contra d. renuncia
tionem, etiam iuratam, vt voluit not. Anchar.
conſilio 38. Pro clariori. col. 2 ſequitur Dec. con-
ſilio 180. col. 3. verſiculo ſed cum etiam. & ver-
ſiculo accedit etiam, Vbi loquitur in donatione
facta in manibus fratris. Idem Dec. in renuncia-
tione facta in manibus patris, ſeu eius procurato-
ris. vt hic, dotantis de bonis vnius, vt non valeat
in bonis alterius, de quibus non dotatur, tradit
idem Dec. poſt Anchar. Bal. Paul. Caſtren. & ali-
os per eum citatos in l. pactum dotale nu. 8. C.
de collat. Corn. conſilio 247. libro 4. Geor. Natt.
d. c. quamuis in limit. 9. & ibi Didac. pro indu-
bitato. par. 3. § 4. ſub. nu. 7. conclus. x. & Ce-
phal. conſilio 142. nu. 24. libro. 1.

Secundo manifeſtiſsimè læſa reperitur in am-
pliſsima quantitate Illuſtriſsima Domina Barbara.
quia predicta renunciatio vltra quod comprehen-
dit auitam ſucceſsionem fideicomm. & multa alia,
prout in ea, ſine dubio amplectitur ſummam ſcu-
torum trium milium quingentorum pro dimidia
ſibi tangente ex 7000. dotium maternarum.
Item ſummam ſeptingentorum & quinquaginta
pro alia dimidia. 1500. ex ſucceſsione auunculæ
Item vigintiquinque millium ſcutorum pro dimi
dia quinquaginta milium ſcutorum hæreditatis pa
ternę, atque ita circiter 3000. ſcutata, Vnde cum
ipſa renunciauerit tam magnę quantitati pro de-
cem millibus tantum, enormiſsimè lęſa reperitur,
39 † ſiue læſio, vt enormiſsima dicatur, eſſe debeat in
tertia parte ſecundum Alex. conſ. 92. col. 2. lib. 2.
poſt Abb. c. 2 dereſtit. in integr. & c. quintauall.
40 nu. 39. de iureiuran. † ſiue in minori quantitate, vt p
Bar. l. ſi ſocietatem §. arbitrorum verſ. p declaratio
ne predictorũ per Cuma conſ. 50. verſ. ad id autem
41 quo quæritur &c. † Siue id remittatur iudicio, &
arbitrio iudicis ſecundum Bal. l. cum antea C. de
arbitr. & late comprobat Soci Iuni. conſ. 48. nu.
* 25. & conſ. 144 ubi hanc tanquam * communem
ſequitur, lib. 1. & conſ. 98. lib. 2. & Menoch. de
qq. arbitr. iudi. cat. 73. 74. & 75 qui huius opini-
onis recenſet Alciat. Didac. Neuiz. Tiraq. & alios
* congerit pro iſta opinione communi: * nullus autem
Iudex, qui idem uir bonus dicatur, non arbitra-
bitur, Illuſtriſs. Dominã Barbaram enormiſsimè lęſã,
qui conſideret, prout in ueritate eſt. quod ipſa per
d. renunciationem, & pacta conuenta, non ſolum
ſcutata uiginti millia, ſed etiã uſumfructum earum
rerum, & ſummarum quę ad eam iure proprietatis
pertinebant, conceſsit priuando ſe ipſam fauore,
& beneficio ſtatutorum Placentinorum de dona-
tionibus, & antiphacto ſolito fieri per uiros uxori-
bus addendo pacta iniqua, inoſficioſa, & inſolita
42 prout in d. inſtrumento apparet. † Quando autem
mulier minor apparet enormiſsime læſa in contra
ctu aliquo etiam iurato, ſemper petita ſaltem
prius abſolutione à iuramento ad effectum agendi
poteſt contrauenire. Ant. Butr. c. cum contingat. 4.
caſu ibiq; Abb. nu. 23. de iureiuran. Ancha. c. 2.
col. 1. uerſ. & ego conſului. de conſtit. in c. acceſſo-
rium. col. 6. de reg. iur. Cald. conſ. 8. de iureiur.
Felyn. c. in preſentia, & ibi Dec. nu. 36. deprobat
idem Dec. conſ. 45. conſ. 180. conſ. 281. & conſ.
351. & 380. Rip. reſp. lib. 3. c. 15. & ſub. tit. de
donat. reſp. 4. Soci. iuni. conſ. 53. & conſ. 144. nu.
10. & nu. 25. lib. 1. Pariſ. conſ. 12. nu. 8 lib. 2.
Cepo. cauſ. ciuil. conſ. 17. Cephal. conſ. 34. nu.
20 conſ. 237. nu. 60. & conſ 142. nu. 2. lib. 1. &
latius conſ. 207 nu. 74. lib 2. Cagn. alios referens.
& hanc opinionem defendens in l. 2 nu. 98. & ſeq.
C. de reſcind. vendit. Burſatt. conſ. 75. ſub. nu. 5.
lib. 1. concludens, hanc opinionem æquiorem, ve
* riorem, & magis comunem * moder. Callien. de
decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 18. nu. 232. cæterique
pene infiniti, qui citantur in dictis locis, præcipuę
per Port. Imol conclus. lib. 4. conclus. 32. & per
Gabriel de iur. dot. conclus 1. nu. 8. & 11. qui
* omnes atteſtantur hanc eſſe magis * communem
43 opinionem multis quidem rationibus, † pręcipuè
quia veriſimile non eſt, paciſcentem tantæ læſioni
conſentire voluiſſe, iniquumque eſſet quem obliga
44 ri vltra conſenſum ſuum etiam iuramento, † cum
iuramentum nõ debeat eſſe vinculum iniquitatis c.
45 inter cætera 22. q. 4. c. quanto de iureiur. † Imo de
beat habere tres comites, veritatem, Iuſtitiam, &
46 iudicium. c. animaduertendum 22. q. 2. † ſed ex
enormiſsima læſione apparet iniquitas, maxime in
muliere ob fragilitatem ſexus. Dec. d. conſ. 180.
col. 4. verſiculo ſed tamen &c. & conſ. 519 col. 1.
47 † & talis læſio arguit dolum ſaltem re ipſa l. omnes
l. Lucius ff. quę in fraud. credi. Bar. l. vlt. ff. de pręto.
ſtipu. & in l. ſi ſuperſtite in fin. ff. de dolo Soci. Iun.
* conſ. 144. nu 10. lib. 1. qui de communi. * teſtatur
48 † & dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito l.
ſi quis cum aliter, vbi omnes comuniter, de verbo
obl. Dec. d. conſ. 180. Coro. conſ. 189. col. 3. lib.
8. Caſſa. deciſ. 2. de empt. & uendit. Soci Iuni. d.
conſ.

conſ. 144. nu. 51. Ideoque dum text. in d.c. qua-
muis ab eius regula excipit pactionem iuratam do-
49 lo aduerſarij,† intelligitur de dolo vel arte decipien
di, vel re ipſa contingente ratione læſionis enor-
mis, & enormiſsime ſecundum magis commu-
50 nem * opinionem, vt infra dicetur, † Quinimo ra
tione d. læſionis enormiſsimę contraueniri poteſt
contractui, etiam quod renunciatum ſit expreſſe
51 d. lęſioni, † nullaque cautela verborum excogi-
tari poteſt, qua tali caſu d. reſtitutio tollatur. Dec.
conſ. 26. & diligenter d. conſ. 180. nu. 3. & conſi-
52 lio 203. Grammat. deciſ. 101. nu. 52. † Nec pro-
deſt, quod renunciatum ſit etiam enormiſsimę læ-
ſioni expreſſe, & patet ex ſupradictis, & expreſſe
tradit Abb. c. quintaualls. vbi Imo. ſub nu. 56.
de iureiur. Alcia. qui alios adducit c. cum contin-
gat nu. 88. eo tit. Soci. conſ. 263. col 5. Noni. con
ſilio 21. nu 5. cum ſeqq & conſ. ſeq. nu. 5. Cagno.
d.l.2.nu.87. & ſeq. ſubdens, quod ita ſe habet com-
munis obſeruantia, & practica, Caſſad. deciſ. vni.
53 ſub tit. de empt. & vendit, † atteſtans, quod Rota
Romana, quæ æquitati innititur, non curat de iu-
ramento in caſu enormis, aut enormiſsimę læſionis
54 † Sic data enormiſsima læſione in laudo, nulla cau
tela impediri poteſt reductio ad arbitrium boni
viri. Dec. c. ad hęc il ſecundo de appell. conſ. 6. vi
ſo themate. conſ. 15. nu. 6. conſ. 39 nu. 6. conſ. 587.
ad fin. Guid. pap. deciſ. 519. Claudius nu. 21. &
ſeq. Crot. l. qui Romæ §. duo fratres nu. 34. de ver
bo oblig.

55 † Sic licet tollatur remedium l. 2. de reſcind. vēd.
quando maior iurauit non venire contra ſecundum
56 gloſ. Bart. Saly. & omnes, ibi, id tamen, † non
procedit ſtante enormiſsima læſione ſecundum
* omnes comuniter * ibi, maxime Hieronny. Cagno.
nu. 98. qui alios etiam allegat. Caſſa. d. deciſ. 1.
aſſerens ita iudicatum fuiſſe ſæpiſsime in audito-
rio Rotę Rom. Dida. ita firmans, in terminis d. c.
quamuis. par. 3. §. 4 ſub nū. 5. verſ. tertia conclu
57 ſio, † quæ ſimilia cum procedant in maioribus ſe-
* cundum prędictos comuniter *, multo magis lo-
58 cum habebunt in femina minore xxv ann. vt hic. †
quę præſumitur ignorare Ius ſibi competens ſpeciali
pęrogatiua, ideoque videri non poteſt ei iura-
59 mento ſuo renunciaſſe, † cum iuramentum ad in-
cogitata non trahatur. c. quintaualls. de iureiur.
cum ſimil. vt in ruſtico, muliere, & ſimilibus tra-
dit Alex. conſ. 1. ponderatis. lib. 6 Dec. conſ. 203.
vt vera reſolutio. col. vlt. Bar. conſ. 176. Crauett.
60 conſ. 45. nu. 28. vbi alios citat, † ſubdens in huiuſ
modi perſonis ex enormiſsima læſione ſine dubio
argui dolum ex propoſito, cum facilius decipian-
tur, ſequitur Alciat. in tract. pręſumpt. reg. 1. pre-
61 ſumpt. 42. † Vbi autem lex pręſumit dolum, ſi-
mulationem, vel fraudem, vt hic, ex prędictis, iu
ramentum effectum ſuum non operatur, vt multos
allegans pro comuni refert & ſequitur Bello. conſ.
47. In cauſa nu. 7. & conſ. ſeq. nu. 4.

Nec iſta tolluntur ex illa regula, quę eſt, quod
pręſumitur pro patre, vt conſilium ſalubre capiat
62 pro filia d. l. nec in ea, cum ſimil. † quia iſtud pro-
cedit in dubio, non vbi luce clarius apparet, vt
hic, quod filia enormiter, & enormiſsime læſa
eſt, quia in tali caſu ceſſat pręſumptio, l. continuus
63 §. cum ita. de verbo oblig. † Quinimo quando pa
ter ſua calliditate facit, vt filia opulentiſsimę here
ditatis renunciet, magis predo eſt, quam conſultor
& eius cōſilium nullo modo ſequendū eſt Soci. cōſ.
163. circa tertiam col. 3. verſiculo vnde conclu-
dendum eſt. refert & ſequitur Gramm. d. deciſ.
101 nu. 31. & ibi nu. 37. oſtendit, quod lex multo-
ties non confidit de patre l. ſi cum dotem §. eo au-
tem tempore ff. ſol. matr. Brun. de ſtatu. exclus. fœ
min. 9. arti. & quod pro eo pręſumitur in dubio,
non autem vbi cōtrarium apparet, vt hic.

64 Secundo reſpondeo quod illa præſumptio non
procedit, quando contractus vel obligatio filię ten
deret in vtilitatem patris, vt hic argumento l. 1. vbi
Bar. ff. de aut. tut. cum concordan. per Alex. conſ.
106. lib. 1. Soci. conſ. 23. lib. 4. in terminis ita limi
tat d. regulam Alciat. in tract. pręſumpt. reg. 1. pręſ
ſumpt. 2. ſub nu. 7. verſ. vnde iſta deciſio &c.

Nec etiam tolluntur ex pręſumptione, quæ re-
65 ſultat ex decreto Iudicis, † quia illa pręſumptio
ex decreto inſurgit, quando Iudex proceſsit, cau-
ſa cognita, ſecus alias, quia tunc omnia acta nulla
cenſentur l. magis puto §. ne paſſim & l. prætor ff.
de reb. eor. l. ne quicquam §. vbi decretum ff. de
66 offi. pro conſ. & lega. † & quando aliquid commit
titur explicandum Iudici cum cauſę cognitione, vt
hic. ſi cauſe cognitio omittatur, actus nullius mo-
menti eſt l. cum hi. §. ſi Pręter. ibi, Prætori enim ea
res quærenda commiſſa eſt, non negligenda. de
tranſact. facit optime quod tradit Cyn. l. vni. q. 15.
67 C. de confeſ. † dicens, quod eſſet inuenta via ſpo
liandi pupillos, & minores, ſi crederetur eorum aſ
ſertionibus, & ſine cauſę cognitione decretum in-
terponeretur, late Rimini. Iuni. conſ. 5. nu. 180.
lib. 1. Anchar. conſ. 330. ſub. nu. 10. Ruyn. conſ.
95 nu. 7. lib. 5. mod. Callieu. de decret. lib. 3. tit.
68 7. inſpectione ſecunda nu. 46. † Cauſę autem cogni
tio hic adhibita videri non poteſt, cum decretum
interpoſitum fuerit, ſtatim atque Iudex aditus fuit
ideoq; inuallidum. Bart. l. ſententiam C. de ſen
tent. & inter. omni iudi. & pro eo nulla reſulta
re poteſt pręſumptio, nec aliquid operari poteſt.
Pariſ. conſ. 98. nu. 18. lib. 5. Alex. conſ. 118. nu.
58. lib. 2. Alciat. d. præſumptio. decima nu. 8. Celſ.
Hugo. conſ. 22. nu. 21. late poſt Anchar. Soci. Dec.
& alios Hieronym. Gabriel conſ. 22. nu. 31. vbi
* etiam de communi * teſtatur.

Secundo dato quod cauſę congnitione eſſet in-
terpoſitū decretum, licet pro decreto pręſumatur,
69 ut ſupra, † Iſtud procedit, quando non apparet de
læſione, ſecus alias, ut hic ex ſupradictis, late Paris
d. conſ. 95. nu. 7.

Prout nec etiā tolluntur ex eo, quod Illuſtriſs.
Domina Barbara fuerit certiorata de uiribus. d. cō
tractus, & beneficio minoris ætatis, quia uere ex
informatione facti ad nos tranſmiſſa non apparet
70 iſta certioratio quoquomodo. † Et licet, ubi adeſt
iuramentum, non deſint, qui uolunt non requiri
certiorationem prædictam, ut ſupera apparet; ue-
* rior tamen & magis communis * uidetur ſententia
quod ea requiratur, ut uoluit Cyn. l. 2 q. 6. C. de
reſcienden. uendit Bald. l. ſi duo. §. idem Iulianus,
primo not. ff. de iureiur. ubi Rom. in fin. & Aret.
* primo not. qui teſtatur de communi * Abb. d. aut.
ſacra-

ſacramenta puberum. col. 3. & ſeq Soci. Iuni. conſ.
48. col. 7. & ſeq. lib. 1. & quamplurimi alij idem
tenentes, congeſti per Ant. Gabr. de iureiur. con-
clus. 3. inprinci. & per Tiraq. ad l. ſi unquam in
prǫſatio. nu. 155. quamuis modo hoc non firme-
mus omnino, nec ſuper hoc ulterius diſceptemus
cum non magnopere interſit, tum quia certioratio
non adfuit, tum quia, dato, quod iuramentum
tolleret defectum certiorationis non appoſitǫ non
ſupplet alios defectus, præcipue enormiſſæ læſio-
nis, ut ſupra dictum fuit.

Non obſt. quod iuramentum, in d. contractu
adhibitum, fecerit Illuſtriſs. D. Barbaram maiorē
ideoq; contrauenire contractui non poſsit d. aut.
ſacramenta. cum ſupra allegatis quia ad hoc multis
71 modis reſponderi poſſet, † ſatis tamen eſt, ut reſ-
pondeamus, iuramentū non operari, quando minor
eſt enormiſsime læſus, ut ſupra plene deductum
fuit.

Non obſt. q. d. aut. ſacramenta locum habeat ſine
dubio in donatione ſecundum gloſ. & Bart. ibi.
72 ac etiam alios ſupera allegatos† Quia reſpōdetur
q illud procedit in donatione rei, & quanti tatis
certǫ quǫ irreuocibiliter iuramento confirmatur,
quia in ea nulla læſio conſiderari poteſt. cum enim
conſtet donantem fuiſſe certum quantitatis, &
qualitatis rei, quam donat, & donatio procedat ex
mera liberalitate donantis l. 1. inprinc. ff. de donat.
lǫſio autem preſupponat quid datum contra uel
prǫter uoluntatem eius, qui dicitur lǫſus; hǫc duo
ſimul in uno eodēq; ſubbiecto ſtare nō poſsūt l. ubi
repugnantia ff. de reg. iur. Bar. l. 2. nu. 14. C. de
reſcind. uendit. Alex. l. Stipulatio hoc modo con-
cepta nu. x. de verbo. oblig. & conſ. 125. nu. 10.
lib. 1. Docto. communiter l. ſi quis cum aliter ubi
Ias. nu. 17 de uerbo obl. Bero. conſ. 49 nu. 24. &
rurſus, nu 32. lib. primo ubi aſſerit in d. donatione
ſecundum comunem non procedere. l. 2. C. de
reſcinder. vend. ſicut d. aut. ſacramenta procedit
indiſtincte in tali donatione abſq; eo quod reſcindi
poſsit pretextu lǫſionis, idem dicit Mandell conſ.
11. nu. 6. & ſeq. Cephal. conſ. 131. nu 52. & conſ.
73 142. nu. 71. lib. 1. & alij paſsim; † ſecus uero quādo
donatio ſiue renunciatio eſt rei incertǫ, quia tunc
rectiſsime conſiderari poteſt lǫſio, & eius prǫtextu
non obſtante iuramento reſcindi poteſt p ſupradi
cta, ut in terminis declarās egregie diſtinguit Felyn.
c. in prǫſentia ſub. nu 8. ad ſin. de probat. vbi poſtq;
cōcluſit ob lǫſionem enormiſsimā dari reſtitutionē
in integrum etiam aduerſus donationem iuratam,
ſubdit, iſtud procedere, quando donatur res in-
certa, non ſi certa, ſequitur Grammat. decis. 103. ſub
nu. 55. & ſeq. atteſtantes ambo ita communiter
teneri ratione manifeſta de qua ſupra.

Non obſt. eodem pacto, quod promiſſio. d. c.
quamuis procedat contra filiam minorem renun-
ciantem cum iuramento, ut hic Geor. Natt. ibi
limit. 4. & alij communiter, ut ſupra dictum fuit
74 † Quia reſpondetur non procedere, ſtante enor-
75 miſsima lǫſione, ut ſupra. † ſecundo reſpondetur
pdicta non procedere in renunciatione facta metu,
uel reuerentia eius, cui fit, ſtante lǫſione enormi-
ſsima. Dec. l. pactum quod dotale. nu. 7. C. de pact.
c. cauſam matrimonij nu. 6. de offi. deleg. ubi
alios citat. Rom. l. ſi cum dotem §. eo autem tem-
pore & in l. quǫ dotis ſolut. mat. Paul. Caſtren.
conſ. 177. lib. 1. Corn. conſ. 140. in hac prope. fin.
lib. 3. Soci. conſ. 263 capio primum. nu. 3. & 4.
lib. 2. ubi optime loquitur. Curt. Iuni conſ. 141.
nu. 11 Mandell. conſ. 77. ſecundum nu. 21. & conſ.
100. ſi uera ſunt nu. 4. vbi dicit communem Cæ-
phal. conſ. 34. nu. 31. conſ. 62. nu 30. & conſ. 142.
nu. 4. & ſeq. lib. 1. vbi aſſerit, quod ſi renunciatio
facta ſit per mulierem ad prǫſentiam patris, matris
fratris maioris natu, quibus reuerentia per eam de-
betur, prǫſumitur facta metu reuerentiali, ſi immo-
dice lǫſa reperiatur. Et licet in caſu noſtro Illuſtriſ.
Comes, pater Illuſtriſs. Dominǫ Barbarǫ nō fuerit
prǫſens donationi, cum tamen ea facta fuerit patris
procuratori ad hoc conſtituto, prǫcedente contra
ctu ſponſalitiorum pactis & capitulis factis per ip-
ſum Illuſtriſsimum patrem cum futuro marito Il-
luſtriſsimæ Dominæ Barbaræ, de quorum ratifica
tione ipſa Illuſtriſsima Domina Barbara requireba
tur, videtur hoc æquipollere præſentiæ patris; ſi-
cuti enim filia ob reuerentiam non audet contra di-
cere patri præſenti, ita nec eius conuentionibus
factis & promiſsis in publica ſcriptura requiſita
per illius procuratorem ad hoc conſtitutum.

Non obſt. quod deciſio d. c. quamuis, dū permit
tit reſciſsionem prǫtextu læſionis ex dolo perueni
entis procedat tantum reſpectu doli ex propoſito
non re ipſa tantum, ſecundum Aret. l. qui ſuperſti
tis col. pen. ff. de acqui. heredi. cum alijs ſupra ci
76 tatis, † Quia reſpondetur, contrarium verius eſſe,
quando læſio adeſt enormiſsima tunc enim dolus
re ipſa dolo ex propoſito æquiparatur per ſupra
77 latius allegata, † Et ideo in dolo re ipſa tunc ſine du
bio d. c. quamuis deciſio locum habet, ſaltem pe-
tita abſolutione a iuramento, ad effectum agendi,
78 vt fuſe ſupra fuit oſtenſum, † Imo ſunt qui dicunt
tali caſu non eſſe neceſſariam abſolutionem aliquā
prout firmat Ant. Butr. d. c. cū contingat. col. 8. uerſ.
quartus caſus. & idem conſ. 41. Alex. conſ. 125.
& ſeq lib. 1. Paul. Caſtrens. conſ. 196. col. 3. lib.
2. Corn. conſ 258. col. fin. lib. 2 Iaſ. conſ. 160. col.
ult. lib. 2. & conſ. 133. col. 6 lib 4. & alij alijs in
locis.

Non obſt. quod Illuſtriſs. Domina Barbara nō
videatur poſſe contrauinire, ſub prǫtextu, quod
pater ei in multis promiſſa non obſeruauerit, prǫ
cipue non ſoluendo dicta decem millia pro dote
eius viro, ex quo in donatione, quia eſt contra-
ctus nominatus, non videtur habere locum regula
d. l. cum proponas 2. C. de pact cum ſupra allega
79 tis. Quia reſpondetur Primo quod queſtio iſta, †
An donatio ſit contractus nominatus, vel innomi-
natus, eſt valde controuerſi Iuris, vt patet ex locis
infra allegandis, & ideo non poteſt ſolidum in ea
80 conſtitui fundamentum, Et primo dici poteſt, † q
imo donatio ſit contractus innominatus tam olim
quam hodie, ex quo non parit actionem ſui nomi-
nis Bal. in. l. 2. ſub. nu. 2. C. quan. lic. ab empt.
diſce. & in rubr, C. de rer. permut. nu. 4. in quibus
locis Bald. egregias rationes adducit. Idem tenet
Imo. ſequutus Franc. de Ramponibus ibi in l. 2. ff. de cond.
ob cauſ. Idem voluit ibi Iac But. quem ibi allegat
Bar. in l. in edibus §. 1. ff. de donat. Fulgos. d. l. 2.

Ias. d. l.

Ias. d. l. iurisgentium Cuma. Rom. & Imo. d. l. in edibus §. 1.

81 Secundo † dato quod donatio ſit contractus nominatus, prout forte uerius eſt regulariter, & firmat Bart. & alij l. iurisgentium in princ. ff. de pact.

Reſpondetur, id quidẽ procedere poſſe in pro-
82 pria, uera, & ſimplici donatione, † nempe quando
83 eſt gratuita, & mera liberalitas iuxta l. 1. ff. eo. † ſecus quando fit, ut aliquid aliud è contra fiat, detur, aut præſtetur, ut hic, ubi Illuſtriſ. Domina Babara renunciat & donat, ut patet eã dotet in decem millibus, tunc enim licet in cortice uocabuli appelletur donatio, attamen in ſubſtantia inſtrumenti eſt cõtractus innominatus, facio, ut facias, uel do ut des; debet autem attendi ad denominationem propriam inſtrumenti eius ſubſtantia, non cortex uerborum Bar. l eotem ferro. §. qui maximos ff publie. Tiraq: de utroq. retract. par. 1. §. 1. glos. 14. nu. 87. & §. 32. glos. uni. nu. 34. late etiam Aymo conſ. 20. quod contractus albergamenti. fere per tot. lib. 1. Debemus igitur dicere, quod hic ſumus in contractu innominato, do, ut facias, uel facio, ut des, uel facias, & ſic locum habet pœnitentia altera parte nõ adimplente, merito &c. Et ita in terminis inter ſimplicem, & ob cauſam donationem, ut illa contractus ſit nominatus, hęc uero innominatus, diſtinguit Bart. in l. 2. C. de cond. ob caus. & tenuit Iac. But Pet. Cin. & Fulgos. ibi. Corn. conſ. 349. nu. 7. lib 1. Bertach. de gabb. tertio membr. 8. par. nu. 22. Ias. l. qui Romæ nu. 12. de verbo. oblig. & videtur
84 uerisſima opinio ex ſupradictis † Ac etiam quia dato quod donatio iſta eſſet contractus nominatus principaliter per ſe, nihilominus ex reſpectu, quẽ habet ad alia adimplenda. & obſeruanda à parte donatario, negari nõ poteſt, quin reſultet cõtractus innominatus, facio, ut des, uel facio, ut facias uel des; ſicut in ſimili ex reſpectu, quem habet emptio cũ pacto de retrouendendo, reſultat ſimilis contractus innominatus, ut in l. 2. C. de pat. int. empt. & uendit. ubi Caguol. & alij. & Doct. l naturalis §. 1. ff. de prę ſcript. uerb. & hoc reſpectu non poteſt negari, quin altera parte non adimplente, alteri ſit licitum non obſeruare.

Tertio reſponderi poteſt, ꝙ in articulo principali, de quo quęritur, an donatio ſit contractus innominatus, non eſſet ab re firmare eſſe contractũ innominatum, ut ex aduerſo contenditur, ſed hoc intelligendum eſt, quando conſideramus ipſam
85 donationem in ſpecie, † ſecus ſi conſideremus in genere, ita in terminis declarat Ruyn. in rub. de uerbo. oblig. nu. 28. & ſequitur Rimin. Iuni. in rub. inſtit. de donat. ſub nu. 73. verſ. quinta fuit opinio. In caſu noſtro conſideramus hanc renunciationem eſſe donationẽ in genere quidem, non in ſimplici ſpecie merito &c.

Quarto dato mihies, quod donatio hæc noſtra eſſet contractus nominatus ſimpliciter, & in eo regulariter non detur pœnitentia, etiam altera parte non implente ex parte ſua, Id procedere poſſet quando aliter inter partes non eſſet conuentum,
86 † ſecus ſi pactum appoſitum ſit, quod ſi vna pars non obſeruet promiſſa, altera non teneatur obſeruare, imo promiſſio & obligatio ex parte alterius intelligitur pro non facta. tunc enim non ex diſpoſitione legis, quia pars non ſeruat, altera á contractu diſcedit, ſed ex pactione inita, quę ſeruari debet l. 5. ff. de pact. Hic Illuſtriſ. Domina Barbara dixit ſe facere illam renunciationem ſiue donationem, ex quo Illuſtriſ. ſuo futuro viro fuerat promiſſa dos decem millium ſcutorum, & attentis alijs promiſsis, & quod plus eſt, omnibus promiſsis ex parte patris ſortientibus effectum pleniſsimum & non aliter nec alio modo, vt in ſpecie facti tranſmiſſa pręſuponitur merito.

Poſtremo quicquid ſit de iſto capite inobſeruantiæ patris, dato quod Illuſtriſ. Domina Barbara iuuare ſe non poſsit ex hoc (quod non concedimus) Poterit nihilominus à d. renunciatione recedere remedio reſtitutionis in integrum ex capite enormiſsimę lęſionis, vt pleniſsime ſupra deductum fuit, verſ. ſola difficultas. ac etiam vigore pacti reſolutiui contractus, vt pariter deductum fuit ſupra verſ. ſecundo mouet nos.

Marcus Antonijus Eugenijus I. C. communicato conſilio cum D. Io. Paulo Lancellotto I. C.

CONSILIVM XXX.

Argumentum.

Appellationes quæ fiunt in temporalibus à miniſtris, vel delegatis Epiſcopi qui in illis temporalibus iuriſditionẽ habeat an deuoluantur, & pertineant ad epiſcopum?

Vel potius ad Archiepiſcopum, plene diſcutitur in quæſtione vertente inter Illuſtriſ. Cardinalem Borromeũ Archiepiſcopum Mediolanen, & Reuerendiſſ. Franc. Boſsium. Epiſc. Nouarien.

SVMMARIVM.

Nouarienſis Epiſcopus habet Iurisditionem in temporalibus in comitatu Ripariæ Orentæ & Guadiam, in dominio Soriſij cum pluribus oppidis nu. 1.

Pium relictum dicitur quando ſit in honorem Beatę Virginis & pro anima nu. 2.

Nouarienſis Epiſcopus conſtituit Iudices, & officiales in dd. comitatu, & dominio, & oppidis nu. 3.

Epiſcopi non habent iure comuni iuriſditionem in temporalibus. nu. 4

Ex conceſsione, & priuilegio poſſunt habere nu 5.

Appellatio deuoluitur ad Archiepiſcopum in his, quæ exercet epiſcopus accidentaliter, & iure ſpeciali 6. & 36.

Etiam, quod Epiſcopus habeat iuriſditionem illam titulo donationis ab Imperatore nu. 7.

Ratio nu. 9.

Iuriſ-

Iuriſdictio conceſſa Epiſcopo per Imperatorem in temporalibus eſt exempta ab Imperatore, & dicitur eſſe Epiſcopi, & conſequenter Archiepiſcopi. cui, & Epiſcopi & quę ipſorũ ſũt ſubijciũtur 10. contra multi nu. 16. clarum ſi ſibi reſeruauit Imperator nu. 15.

Appellatio in temporalibus deuoluitur ad Imperatorem, qui temporalia conceſſit Epiſcopo, non ad Archiepiſcopum quando Imperator ſibi ſuperioritetum reſeruauit nu 15.

Superioritas per Imperatorem non poteſt abdicari ſecundum plurimos nu. 16.

Confeſſio Iudicialis plena preiudicat nu. 11.

Et habet vim ſententie nu. 52.

Confeſſio prelati non habentis capitulum preiudicat Eccleſię, ſi confeſſio emanauit per uiam contentioſe iuris con dictionis nu 13.

Contra nu. 14.

Fallit quando emanauit incidenter nu. 43.

Fallit ſi non acceptata nu. 44.

Fallit ſi aliter rei ueritas ſe habeat nu. 45.

Declara, quod per reſtitutionem in integrum prouidetur Eccleſie nu. 47.

Appellatio dirigi ſolet ad eum, qui ſuperior eſt nu. 14.

Prior tempore potior in iure nu. 17.

Cauſa proximior attenditur nu. 18.

Pręſcriptio immemorabilis, & conſuetudo pręſcripta habet uim priuilegi nu. 19.

Etiam in reſeruatis principi nu. 20.

Habet que etiam uim tit. nu 21.

Etiam non allegati nu. 22.

Et undequaque iuſti nu. 23.

Nec in ea requiritur ſcientia nu. 24.

Equiparatur autoritati Imperatoris nu. 26.

Ius appellandi ad aliquem acquiritur per eum ex priuilegio, & conſuetudine nu. 25.

Appellatio in temporalibus Epiſcopo conceſſis deuoluitur ad Archiepiſcopum nu. 6. & 36.

Fallit ſi concedens ſibi reſeruauit nu. 15.

Fallit ſi conſuetudo ſit ut appelletur ad Epiſcopum nu. 19. & ſeqq. maxime nu. 27. & ſeq.

Fallit à delegato Epiſcopi nu. 35. & 38.

Fallit ab officiali conſtituto per Epiſcopum nu. 37.

Appellatio regulariter fit gradatim nu. 28.

Fallit ſi aliter ſit conſuetudo nu. 29.

Pręſcriptio immemorabilis nõ operatur contra ſuprę mam poteſtatem Imperatoris, & app. nu. 30.

Contra multi nu 31.

Prima reſtsa fallit in feriore a principe ſupremo, nu. 32.

Inferior non habet autoritatem in ſuperiorem nu. 33.

Statuta ordinaria Iudicij eius loci, in quo cauſę aguntur, attendenda ſunt nu. 34.

Conſeruantia ius cauſe magis admittuntur quã quę contra ius cauſa ſunt nu. 40.

Confeſſio non pręiudicat ei, qui confitenti mandatum non dedit nu 41.

Confeſſio procuratoris facta in uno Iudicio non preiudicat omnino in alio in diuerſa cauſa inter alias perſonas nu 42.

Nullum parit effectum, quod nullum eſt nu. 48.

Appellatio alicuius priuat. hominis ad alium Iudicem nõ habentem iuriſdictionem non nocet ei, qui habet ſi ſit ignorans nu. 49.

Maxime ſi pręſcriptio ſit interrupta nu. 50.

Spiritualis cauſa trahit ad ſe non ſpiritualem nu. 51.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

1 REVERENDISSIMVS Franc. Boſsius Epiſcopus Nouarienſis inter alia ſui Epiſcopatus bona obtinet Comitatũ Ripanę Orcię, & Gandiani, & dominium Soriſij vna cũ pluribus Oppidis, & Villis, cum facultate plęniſsima exerecendi Iurisditionem in ſpiritualibus, & temporalibus meri, & mixti Inperij ab annis cccccc & ultra ex conceſsione multorum Imperatorum, & apparet diploma Otto. Imper. Anno Milleſimo primo qui ad honorem Beatæ Mariæ
2 Virginis, † & remediũ animę ſuę &c. ſic ex pia cauſa §. ſi unũ de predictis auth. ut cum de appel. cogno. Glo. Bart. & alij l. ſiquis Titio. ff. de leg. 2. cũ alijs late cõgeſtis per Tiraq. in trac. pię cau. in pręf. uel ſ. iuẽ relictum pro anima &c. dicta Caſtra, & loca Nouarienſi Reuerendiſ. Epiſcopo donauerit cum omnimoda poteſtate meri, & mixti Imperij, & ſucceſsiue eandẽ largitionem Imper. Henricus Anno Domini 1025. Alius Henricus 1024. Alius 1060. Federi. 1155. & alij alijs deinde tẽporibus approbauerint, & auxerint, ut colligitur ex ampliſsimis Cõſilijs Iac. Mand. Alb 62. 63. & 64. ędiiis per eum, dum lis penderet inter Regnũ, & ducalem fiſcũ Mediolani prętẽdentẽ huiuſmodi loca ſubiecta eſſe Dominio mediolani, & d. Reuerendiſ. Epiſcopũ Nouarienſẽ, dicentẽ ſuę ditioni ſubiecta uigore dd. Priuilegiorũ
3 † In his locis Epiſcopi Nouarien. à dicto tẽpore citra conſtituerunt, & conſtituũt Iudices, & officiales quoſcunq; quorũ primarium Inſulę Caſtellanum appellant.

EXORITVR modò noua controuerſia inter Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Archiepiſcopum Mediolanũ cuius Eccleſię vti Metropolitanę ſubiectus eſt Reuerẽdiſ. Epiſcopus Nouarien. & ipsũ Nouarien. Epiſcopum etenim d. Illuſtriſ. Archepiſcopus pretendit cauſas omnes appellationis á ſententijs Iudicum dictorum locorum prolatis, ſiue in prima, ſiue in ſecũda forte ab ijs, qui Iudices appellationis cõſtituti reperiuntur late eſſent ſententię in tẽporalibus ad ſe uti Metropolitanum, & Superiorẽ deuolui.

Contrarium uero prętendit Reuerendiſ. Epiſcopus Nouarienſis, nempe appellationes prędictas ad alios á ſe deputatos, & deputandos Iudices Appoſtolicum, uel ad ſe ipſum, nõ ad Metropolitanũ faciendas. Queritur quid Iuris?

PRIMA quidem fronte uidetur pro Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Archiepiſcopo reſpon-
4 dendum, † quia licet iuriſdictio in temporalibus Epiſcopis non competat Iure Communi c. conque-
5 rente de offi. ordi. † ſed Iure acidentali, & ex priuilegio, & conceſsione, ut in preſenti caſu? Et propterea non uideatur apellatio in huiusmodi ca-
6 uſis deuolui ad Archiepiſcopum, † Videtur tamen eſſe tex. pene in terminis in c. Romana §. debet de appell lib. 6. determinans mirabiliter Archiepiſcopũ eſſe Iudicem appellationis á ſententijs Epiſcopi ſuffraganei in his quę exercet Epiſcopus etiam Iure ſpeciali, & in temporalibus, prout ibi not.

Io. Mona-

Io. Mona. ſub. nu. 14. poſt med. Gemi. in tertio
7 not. Fran. in primo & alij omnes † Nec obeſſe uide
tur, quod Eccleſia Nouarienſis eam iuriſdictionē,
& loca habeat titulo donationis ab Imperatoribus,
quia etiā tunc id locum habet; Immo in his termi
nis proprie loquitur tex. ille ut not. aduertit Gemi.
ibi ſub. nu. 3. uerſ. Et tunc aut iſta iuriſdictio &c.
Dicens, quando iuriſdictio tēporalis eſt tranſlata
in Epiſcopū donatione, uel alio modo, apellatur
ad Archiepiſcopum, ſubdens formaliter, Et ita
8 proprie loquitur is textus. † Huius deciſionis ratio
fuit ſecundum Io. Monac. ubi ſupra. Inno. Hoſti.
9 Archi. & Domi. ibi tertio not. nu. 3. ac alios, quia
tunc huiuſmodi temporalia ſeparata ſunt á iuriſdi-
ctione Imperatoris, & conſtituuntur ſub poteſtate
Epiſcoporum, quibus conceduntur c. nouerint. x.
q. 1. c. uidentes 12. q. c. Volterrana & c. omnes
10 Baſilicę 16. q. 7. c. iudicatum 89. diſtinct. † Vnde
quia Epiſcoporum ſunt, ut ipſi Epiſcopi, Archie
piſcopo ſubijciuntur ad inſtar ſpiritualium in iſtis
temporalibus ratione ſuperioritatis, appellationes
ad Archiepiſcopum deuoluuntur.

Secundo pro eadem ſententia adduci poſſe uide
tur, quia in dicta cauſa inter Regium fiſcum ex una,
& Nouarienſem Epiſcopum agitata, Epiſcopi
Nouarienſes hoc fundamento nitebantur, cauſas
uidelicet prędictas appellationū deuolui ad Metro-
politanum, ut hac ratione docerent prędicta loca
eſſe prorſus ſeparata à tēporali iuriſdictione Domi-
nij Mediolanenſis; De hoc eorum fundamento
manifeſte apparet apud Alba. d. conſ. 64. nu. 8.
Ex qua aſſertione, in iudicio facta, elici uidetur iudi
11 cialis coſeſsio, † quę plene prętudicat confitenti c.
ex parte ubi Abb. ponit pro hoc regulam de con-
12 feſſ. Bella. decis. 691. confeſsio &c. † Quinimmo
huiuſmodi confeſsio habet uim ſententię, & facit
notorium Bart. l. ictus fuſtium ff. de inſa. Afflict.
deciſ. 182. ſub nu. 8. verſ. Item per dictam, Quod
uidetur procedere etiam in Prelatis, & Epiſcopis
13 † quia Prelatus, non habens capitulum, confiten-
do, pręiudicat ſuę Eccleſię, & ſucceſſori, quando
confeſsio emanauit per uiam contentioſe iuriſdic-
tionis c. dilectus de capp. mo. Fely. c. ultimo col.
pen. verſ. ſed quoad præcedentia dicta dico &c.
de pręſcript.

Tertio eadem opinio probari uidetur, quia ap-
pellatio huiuſmodi, alias cum caſus accidiſſet, pro-
batur deuoluta ad Metropolitanum, vt aſſertur
exemplum inſtrumenti de anno 1312. de quo me-
minit Alba. d. loco, eſt argumentum efficax deuo
lutionem iſtarum appellationum pertinere ad Me-
14 tropolitanum, † cum appellationes dirigi ſoleant
ad illum, qui ſuperior eſt in iuriſdictione l. à pro-
conſulibus l. pręcipimus C. de appell. Nec creden
dum ſit Epiſcopum eius temporis, aut ipſius Aduo
catos tunc temporis fruſtratorie uoluiſſe appellare
ad eum, qui appellationis Iudex non eſſet.

Caeterum diligentiori cura, & ſtudio, ut par
eſt in tam Illuſtri cauſa, priuilegijs Summorum
Imperatorum Nouarienſi Eccleſię conceſsis, Iuris
comunis, pręſertim Canonici, diſpoſitionibus in
materia loquentibus, & loci conſuetudine in ter-
minis dictarum appellationum conſideratis ac tru-
tinatis, cenſeo reſpondendum, non ad Illuſtriſ.
Archiepiſcopum Mediolanen. ſed ad Reuerendiſ.
Epiſcopum Nouarien. huiuſmodi appellationes
deuolui.

Primo quidem quia ſuppoſito, vt ſupra factum
fuit, & perſpicue apparet ex dictis Conſilijs Albę.
62. 63. & 64. Regium fiſcum Mediolanenſem iam
multis retroactis annis litem habuiſſe cum Reuerē
diſ. Epiſcopo Nouarienſi, eamque ad huc ſopitam
non eſſe, in qua pręteditur pro parte d. Fiſci
non fuiſſe tranſlatam omnem ſuperioritatem dicto
rum locorum in dictum Reuerendiſ. Epiſcopum
per pręfatas conceſsiones Imperatorum, Illuſtriſ.
Archiepiſcopus ſuper Iure deuolutionis dictarum
appellationū audiri non debet, cum ſuper hoc nul-
lum ius, nullamque actionem prætendere poſsit
15 † Clarum eſt enim, quod ſi Imperatores per illas
eorum conceſsiones ius omne, & ſuperioritatem
omnimodam in Nouarien. Eccleſiam non tran-
ſtulerunt, ſed ſibi reſeruarunt appellationes hu-
iuſmodi circumſcripta conſuetudine ad Imperi-
um, non ad Archiepiſcopatum deuoluuntur Glo.
eſt in c. ſolite, vbi Abb. Fely. & alij de ma-
ior. & obedi. Archi. §. is ita in fi. xi. q. 1. Io. And.
Mona. Domi. Franc. & alij d. §. debet, & alij uarijs
* alijs in locis comuniter.* cum ergo ad huc ſub Iudi
ce lis ſit, an ius omne omniſque ſuperioritas dicto
rū locorū tranſlata ſit in Epiſcopū; Illuſtriſsimoq;
Archiepiſcopo circumſcripta conſuetudine vt ſci-
licet competat ius ſolummodo ſi tranſlata eſſet, &
facile reſolui poſsit negatiue ſemota conſuetudine
non uidetur ius, & actio ſibi competere modo ad
16 agendum, † pręſertim cum grauiſsimi auctores non
deſint, qui defendant ſupremam poteſtatem, ſiue
maioriam, vel maioratum (ut appellant) a ſe per
Principem abdicare non poſſe & ſi poteſt, in dubio
pactum non uidetur quibuſcunque verbis, & cla-
uſulis pręgnantiſsimis forte inſertis. Quinimo ſem
per intelligi reſeruatum, vt appellationes ad eum
deuoluantur, ut tradit Luc. Pinnen. in l. quicun-
que de omni agro. deſe. & l. in ſacris de proxi. Sac.
Scri. C. lib. x1. & late proſequitur Dida. Couar. pra.
qq. lib. 1. c. 4. Quinimo licet hec cauſa prędictum
Illuſtriſ. Archiepiſcopum tangat, non tamen con-
gruere videtur, quod queſtio iſta, an per dictas cō
ceſsiones Imperatorum tranſiuerit ſuprema ſupe
rioritas illorum locorum in Nouarien. Epiſcopum,
determinari debeat nunc inter Archiepiſcopum
Mediolanum ex vna, & Epiſcopum Nouarien.
ex altera, Vel quod Regius fiſcus iam diu vt di-
ctum eſt pręuenit in ſupradicta cauſa mota non
17 dum deciſa. † & prior tempore potior eſt in Iure,
c. qui prior. de reg. iur. lib. 6 l. potior in princ. qui
pot in pigno. habe. l. quoties utriuſq ff. de reg. iur.
Vel quod licet hęc cauſa ſecūdario tangat Archie-
piſcopum ratione deuolutionis appellationis, vt
ſupra, principaliter tamen tangit Imperium, & dic
tum Regium fiſcum, cum agatur, an ſuprema au-
18 thoritas Imperatoris conceſſa reperiatur, † Certum
eſt autem potius attendi eos, quos principaliter
cauſa tangit, quam quos ſecundario arg. l. ſi quis
nec cauſam ff. ſi cert. pet. lib. 1. §. denunciari ſibi
quos proxima cauſa ſucceſsionis contingit ff. de
uent. inſpi. Vnde Illuſtriſ. Archiepiſcopus tan-
quam nimis propere dictam cauſā inſtituens omni

no repel-

no tépellendus eſt.

Secũdo cauſa Nouarien. Epiſcopi in tuto cõſtitui uidetur. Quia per ccccc annis, & vltra á tempore primę conceſsionis, factę p Imperatorem dictorum locorum Epiſcopo Nouarienſi, ſemper huiuſmodi cauſę appellationis deuolutę, cognitę, & deciſę fuerunt per dictum Epiſcopum Nouariẽſem, uel appellationũ Iudices per eũ ad id conſtitutos, & deputatos (ut mihi pro claro in facti ſpecie pręſupponitur, & uidetur aperte collegi ex ſtatutis, & conſtitutionibus dictorum locorum, infra allegandis; Quo caſu fundata eſt intentio Epiſcopi Nouarien. pręſcriptione immemorabili) atq; conſuetu-
19 dine pręſcripta, † quę ſinedubio habet uim priuilegij c. ſuper quibusdam §. preterea, ubi glo. uer. nõ extat. in princ. & Hoſti. uerſ. Nota diligenter de uerb. ſignifi. Alex. conſ. 6. col. 1. lib. 1. conſ. 70.
20 col. 1. lib. 4. & conſ. 123. col. 1. lib. 5 † etiam in reſeruatis Principi d. §. preterea. Abb. conſ. 94. col. 1. lib. 1. & in d. §. preterea. gln. ad c. innouamus uer
21 regum de cenſi. † ſicuti etiam habet uim tituli. l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua. quot. & eſti. c. 1. de pręſcript. lib. 6. & ideo alius titulus non eſt probandus Archi. & Domi. d. c. 1. Ant. But. c. puenit col. 20 uerſ. aduerte quia. de cenſi.
22 † Nec etiã (quod plus eſt) allegandus ſecundũ
23 Honſt. d. §. pręterea, † quia pſumitur titulus undequumq; iuſtus, ſecundum eundem Ant. But. d. c. peruenit col. 8. uerſ. Credo tamen Abb. conſ. 7. col. 2. lib. 2. & Feli. c. nobis col. 3. de preſcript.
24 † Nec in ea requiritur ſcientia eius, cõtra quem preſcribitur glo. d. §. ductu aquę uer. memoriam Alex. conſ. 7. col. 2. uerſ. Verior tamen. lib. j. qui
* aſſerit hanc ueriorẽ, & frequentiorem * opinionẽ prout reſtatur etiam Balb. in tract. preſcript. 6. q. 2. par. 3. par. princ. col. 3. & rurſus prima q. 2. par. 4. par. princ. nu. 12. & Rui. conſ. 105. col. 3. lib. 5. Quibus ſtatutibus, uidẽtur ſine dubio huiuſmodi appellationes ad Epiſcopũ Nouarien. nõ ad Archiepi
25 ſcopum Mediolanẽ. deuolui. † Clariſsimum enim eſt ius appellandi iudici, & alicui acquiri ita ut alteri non competat, tam priuilegio Superioris, q̃ etiã conſuetudine locorũ d. c. Romana §. ab Archidiaconis, ubi id not. Doct. ac etiam d. §. debet ubi poſt. glo. & Io. andr. locis per eum citatis, id in ſpecie tradit Franc. nu. 2.

Nec mirum, quia ut ſupra dictum fuit, conſuetudo, & pſcriptio tanti temporis habet uim priui
26 legij, tituli, & cõceſsionis, † ac ulterius equiparatur authoritati Imperatoris, ita ut ipſa tantum poſsit quantum Imperator in ſuo Imperio, quando cum cauſa concedit Bal. l. licet un. 9. C. de naut. feno. Iſer. c. 1. ſuper ver. flumina nu. 7. quæ ſunt rega. Ias. l. quo minus nu. 42. de flumi. Afflict. deciſ. 324. nu. 6. Rub. Alexandri. conſ. 13. nu. 7. & Balb. dicto tract. 2. par. 3. par. princ. q. 6. ſub nu. 28.
27 verſ. Et dicit Andreas, † Et ultra predictas rationes efficaciſsimas in conſuetudine, & præſcriptione non tam longeua, & immemorabili in hiſce pro prijs terminis appellationis a ſententijs Epiſcopi, etiam in temporalibus, quod appellatio non deuoluatur ad Archiepiſcopum ſtante conſuetudine in contrarium, pro Epiſcopo, eſt tex. ita decidens in d. c. Romana §. debet, ibi niſi forte de conſuetudine &c. de appell. lib. 6. vbi id not. Hoſti. Io.
28 Mona. Domi. Franc. & omnes communiter*, † ſic in ſimile licet gradatim appellandum ſit ad ſuperiorem l. Imperatores ff. de appella. ſpeculat. eo tit. §. nunc tractemus q. 2. & Franc. c. dilecti col. 3. eo
29 tit. † quando tamen aliter extat conſuetudo a dicta regula receditur, & appellatur ad ſuperiorem, omiſſo medio, ita conſuetudine ſtante d. c. Romana §. 1. Franc. d. c. dilecti col. 4. in ſecunda limit.
30 Nec dicatur, † quod contra ſupremam poteſtatem ſuperioris, prout de ea videtur agi hic, etiam preſcriptio immemorabilis non habet vim priuilegij, & conceſsionis, ut tradit Ab. c. quoad tranſlationem. 2. not. de offi. de leg. Aret. l. more. nu. 4. ff. de acquir. hęred. Ias. l. imperium col. 8. verſ. limita iſtam communem ff. de iuriſd. omni iudi.
31 Quia preterquamquod, † non deſunt, qui in hoc contrarum aſſeuerent, inter quos fuit Lap. alleg. 85. col. 2. verſ ſed nec ſecundum Fely. c. cum nobis col. 1. & c. cum non liceat col. 4. verſ. & di-
32 cit optime de preſcript. & alij alibi, † Illud procedit, quando agitur de pręſcribenda ſuprema poteſtate contra Pontificem, non contra inferiorem Pręlatum a Summo Pontifice, quia contra hunc poteſt libertas pręſcribi dummodo pręſcribens remaneat ſubditus Sedi Apoſtolicę Oldrad. conſ. 172. col. 1. & conſ. 258. verſ. Primo quidem. de quo in terminis noſtris nullo modo hæſitandum eſt, cum id probet tex. contra Archiepiſcopum, & quidem in fortioribus terminis in conſuetudine non tam longeua, vt dixi in d. §. debet.

Non obſt. quod de anno 1312. ſemel appellatum fuerit in terminis quęſtionis noſtrę ad Archiepiſcopum Mediolanen. vt ſupra tertio fundamento pro Archiepiſcopo dictum fuit, quia apparebit reſponſio pluribus modis infra ſuo loco.

Tertio idem probatur ex quampluribus ſtatutis dictorum locorum ęditis diuerſis temporibus in materia appellationum, maxime de ordinatorijs Iudicij, Nẽpe de appellationibus. De termino primę, & ſecunde inſtantie appellationis. De termino probandi, & reprobandi in cauſa appellationis. De commiſsione facienda ſuper appellatione interpoſita. De commiſsione appellationis. De acceptatione commiſsionis faciendę per commiſſarium deputatum, vel deputandum. De publicatione ſententiæ in cauſa appellationis. De terminatione cauſę appellationis abſque Commiſsario deputando partibus conſentientibus Quando appellari ulterius poſsit, aut non poſsit. Quomodo Caſtellanus Riparie, ſiue Gaudiani conſtitutus ſit Iudex appellationum per Epiſcopum Nouarienſem, uti Iudex delegatus, & ſimi. Quæ omnia, & ſingula diligenter inſpicienda, legenda, percunctandaq; ſunt, quia multiſariam ſententiam pro Reuerenſ. Epiſcopo Nouarien. comprobant, & multa ad eius fauorem ex his colliguntur.

Pręcipue autem (omiſsis cęteris religioni iudicare debentis) confirmatio ſuperioris argumenti de conſuetudine cum nunquam in eis mentio fiat ipſius Metropolitani, vel quod ad eum recurreretur pro ſtatuendis illis, vel pro confirmandis, vel pro emendandis, vel pro conſtituendis iudicibus appellatio-

appellationum, vel aliquo alio ad id, vel medio-
criter pertinent, contra uero iudices appellatio-
num conſtituti reperiantur per Epiſcopum No-
uariens. ad commoditatem, & utilitatem ſubdi-
torum eius loci, pro illorum emendatione, &
declaratione habitus fuit recurſus ad dictum
Epiſcopum, & per eum emendatio ſequutá re-
periatur, eaque ſtatuta ſemper fuerint in uiridi
obſeruantia, ut præſupponitur, etiam non con-
tradicente Metropolitano, non poteſt negari
conſuetum fuiſſe huiuſmodi appellationes ad Epiſ
copum Nouarien. non ad Archiepiſcopum Medio
lanen. deuolui conſueuiſſe.

Accedit, quia uериſimile non eſt huiuſmodi ſta-
tuta facta fuiſſe per Nouarien. Epiſcopum impu-
dentee in preiudicium Metropolitani ſuperioris,
ſi ad Metropolitanum huiuſmodi cauſę pertinu-
33 iſſent, † cum optime ſcire debuerint inferiorem
non habere authoritatem in ſuperiorem c. cum in
ferior de maio. & obedi. c. inferior ſedes 21. diſtin.
& habetur etiam in clementi. ne Romani de ele-
ctio & c. 1. § præterea ducatus. de prohi. alie
pri Feder. Meno. conſ. 75. nu. 30. & conſ 90. nu.
7. libro 1. Minusq́ frustratorie noluiſſe ſtatuere cre-
34 dendum eſt, cum ſcirent ſtatuta ordinatoria Iudi-
cij qualia pro maiori parte illa erant, attendenda
eſſe ea tantum, quæ ſunt eius loci, in quo cauſæ
appellationum agitari debent, non quæ alibi iux.
not. in l. cunctos populos C. de ſum. trin. & fid.
catho. glos. in c. quod Clericis, & ibi Abb. nu.
20 Imo. nu. 2. Mari. Soc. nu. 4. Egi. Bella. nu. 2.
de for. comp. Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu.
42. de conſti. Anea. conſ. 18. nu. 1. Paris conſ.
48. nu. 19. lib. 1. & alij communiter pluribus in lo-
cis Et conſequenter Mediolanenſia, ſi ibi cauſæ
appellationum per Metropolitanum cognoſcendę
fuiſſent.

Secundo colligitur huiuſmodi appellationes ad
Epiſcopum Nouarienſem deuolui, quia Iudices a
quibus ſunt ipſius delegati, ac etiam Iudices. ad
quos, ut patet pluribus in locis dictorum ſtatu-
torum, & ſignanter in Conſtitutione illa in-
ſerta inter prædicta ſtatuta cuius initium eſt
Præterea volentes, & in alia ſubſequenta edita
ad ſupplicem libellum hominum Ripariæ, anno
Domini 1420. die. 18. Iulij In quarum prima, Caſ-
tellanus Ripariæ, & Gaudiani fuerat conſtitu-
tus ad dandum Iudices appellationum confidatos
á partibus nominandos. In ſecunda uero abſolute
conſtituitur Iudex delegatus ad uniuerſitatem cau-
ſarum appellationum tam ipſe idem Caſtellanus,
quam eius locumtenens, pro ut poſtea obſerua-
35 tum præſuponitur ſemper, † quo ſtante ſine dubio
ab eo ad Epiſcopum Nouarienſem delegantem
appellatio deuoluitur, ſecundum Gloſam c. ſæpe,
ver. ſupplicij 23. q. 8. & tradunt in terminis Ge-
mi. Franc. & cæteri d. §. debet. Nec mirum, quia
eſt regula generalis, quod á ſententia delegati ap-
pellatur ad delegantem l. 1. in princ. & ibi glos.
ff. quis, & á quo l. Imperatores §. 1. & ibi pariter
Glo. ff. de app. id quod traditur etiam in c. dilecti.
huius initij, ſecundo. tit. de appell. ubi quod ap-
pellare ad Principem omiſſo medio regulariter
non licet, late per Barto. Socci. in ſuis regulis Iu-
ris. reg. 23. Et quod appellare á ſubdelegato ad Pō
tificem non liceat ſed ad delegantem, not. in c.
ſuper queſtionum §. porro. de officio delega. ubi
late proſequitur Felin. col. 5. & alij doct. ibi &
uarijs in locis facit tex. in l. præcipimus § hęc ſi. vbi
etiam not. per glo. & alios C. eo Bart. l. 1. §. ab
eo, & Doct uarijs alijs in locis.

Ex quibus abunde patet de optimo Iure Reue-
rendiſsimi Epiſcopi Nouarien. in propoſita que-
ſtione, prout etiam clarius conſtabit ex diſolutio-
ne in contrarium ſupra allegatorum.

36 Non obſt. igitur Primo, † quod Archiepiſco-
pus fundatam intentionem habeat de Iure commu
ni per tex. in d. §. debet, in quo di incide habetur
quod appellatio á ſententijs Epiſcopi in his, que
exercet Iure ſpeciali, etiam in temporalibus de-
uoluitur ad loci Archiepiſcopum. Quia reſpon-
37 detur primo, † cum tex. loqui de appellatione a
ſententijs Epiſcopi, non autem officialium ab eo
conſtitutorum in cauſis temporalibus, ut hic,
quia ab iſtis, ut gradatim appellatio procedat d.
l. Imperatores cum ſimil. ad Epiſcopum, non ad
Archiepiſcopum deuoluitur ut ſupra.

Secundo quatenus modo aliquo iſthęc prima
reſponſio aliquam pateretur difficultatem reſpon
38 detur, † quod d. §. debet non procedit in ſenten-
tijs delegati ab ipſo Epiſcopo, quia a ſententijs
iudicis dati, appellatur ad dantem l. 1. in princ.
vbi Glos. ff. quis & á quo cum alijs, que ſupra
citauimus, Hic dubitatur de appellatione a
ſententijs Iudicum conſtitutorum per Epiſco-
pum, ut ſupra, Merito non habet locum d. §.
debet.

Tertio eſto quod ij Iudices non eſſent delegati
ab Epiſcopo, clara reſponſio ſumi poteſt ab eo-
39 dem § debet, † Ponitur enim ibi primo regula,
de qua obijcitur, nempe huiuſmodi appellationes
deuolui ad Metropolitanum, deinde ea poſita,
ſubijcitur ad eam exceptio, ut ea non procedat,
ſtante in contrarium conſuetudine, id quod veriſ-
ſimum eſt iam aſſertione Pontificis ibi, quem ef-
ficaciſsimis rationibus, de quibus abunde ſupra.
Vnde cum ex conſuetudine, & vſu quidem lon-
geuo, immo temporis cuius initij memoria non
exiat, ut diximus, hę appellationes deuolutæ,
& cognitę ſemper fuerint in Tribunali Epiſcopi
Nouarienſis, non Archiepiſcopi Mediolanenſis
diſpoſitio d. §. debet nihil detrahit authoritati
ipſius Nouarien. Epiſcopi.

Fortius adhuc, quia ſi conſuetudo operatur
ibi, ne appellatio gradatim fiat ab Epiſcopo ad
Archiepiſcopum contra regulas Iuris communis,
40 de quibus ſupra, quanto magis operabitur in præ-
ſenti caſu, in quo agitur de conſeruanda dicta
regula, & iure communi, quo diſponitur faci-
endam gradatim appellationem, & ad immediate
proximum ſuperiorem, & delegantem, iſta
reſponſio ſummopere adnotanda eſt, quia ſi
coſuetudo prędicta eſſet etiam in appellatio-
ne á ſententijs Epiſcopi Nouarien, quod di-
cimus de appellatione á ſententijs Miniſtro-

Miniſtrorum, & delegatorum p Epiſcopum, idem
dicendum eſſet de appellatione a ſententijs ipſius
Epiſcopi ſine dubio per d. §. debet, qui loquitur in
his terminis, & per rationes ſupra allegatas.

Non obſt. ꝙ Epiſcopi Nouarienſes, dum litẽ ha
buerunt cũ Regio Fiſco Mediolanen. p eorum fun-
damento aſſumpſerint pdictas appellationum cau-
ſas deuolui ad Metropolitanum, vt habetur apud
Alb. d. conſ. 64. nu. 8. & talis confeſsio in iudicio fa-
cta uideatur confitenti plene piudicare d. c. ex par-
te vbi Abb. Bella. d. deciſ. 91 cũ ſim. ſupra citatis. qa
reſpondetur primo non conſtare Epiſcopũ Noua-
rienſem, aut ipſorum aliquem in iudicio id confeſ-
ſum fuiſſe, aut allegaſſe inſtrumentum illud appel-
lationis, de quo meminit Alb. d. loco. nec id quidem
beneuiſus dicit Alb. ſed tantũ in eo facit fundamen
tum ad excludendam intentionem Regij Fiſci Me-
diolanen. aſſerens, ꝙ ea eo arguitur iuriſdictionem
temporalem illorum locorum eſſe Eccleſię Roma.
non autem alicuius Principis ſecularis, cum appel-
lationes dir g ſoleant ad illos, qui ſuperiores ſunt
in iuriſdictione l. a p cõſulibus. de appella. cũ ſimil.
unde in cõfeſsione Epiſcopi uis nulla fieri poteſt.

Nec dicatur negari non poſſe, quin ſaltem ſit
confeſsio aduocati Epiſcopi, quia non probatur
41 habuiſſe mandatum, † & confeſsio nõ habentis
mandatum non pręiudicat Bart. & alij in l. certum
§. ſed an ipſos ff de confes. Ant. Bu. & Abb. c. 1.
col. 7. verſ. uenio nunc ad tertium ut lit. non con-
teſtata ubi dicunt, quod ſi aliquis eſt defenſor ca
uſæ ſine mandato confitendo aliquid non preiudi-
cat uero domino. Item tenet Aret. conſ. 13. viſo
diligenter col. pen. in fi. Dec. conſ. 146. col. pen.
vers. tertio non obſtat. Paris. conſ. 115. nu. 18.
42 lib. 1. † Quinimmo etiam ſi confeſsio fuiſſet pro-
curatoris, non pręiudicaſſet, cum fuerit in alio iu-
dicio, inter diuerſas perſonas, & ad alium effectum
iux. not. per compoſt. & Abb. c. per inquiſitionem
de elec. Fely. c. 1 ad. fi ut lit. non conteſt. Afflict.
deciſ. 14. nu. 16. ratio eſt, quia licet confeſsio in
uno iudicio etiam ſummario noceat confitenti in
alio propter rationem c. per tuas de proba uideli-
cet, ut non audiatur uolens uenire contra id quod
propria uoce firmauit. Illud tamen fallit ut proce-
dat in confeſsione principalis, non in confeſsione
procuratoris, quia iſta in uno iudicio facta nunquã
preiudicat domino in alio iudicio, ſecundum Fely.
in ſupra citato loco ſub. nu. 18. vers. iſtud autem
reſtringitur &c. & licet ibi ſubdat hoc eſſe forte in-
diſtincte uerius, potuiſſet tamen omnino fir-
mare, cum illud c. per tuas. in quo ratio contraria
ponitur reſtringatur ad confeſsionem proprij ris
& nos loquimur de confeſsione procuratoris.

Secundo dato quod illa aſſertio, ſiue confeſsio
43 fuiſſet ipſius Epiſcopi, † reſpondetur, quod non
pręiudicat, quia facta fuit incidenter, in alio iudi-
cio. cum alijs perſonis, & ad alium finem, quia etiã
ꝙ ex huiuſmodi confeſsione ſequeretur notorium
tamen quia iudicium illud non erat ad hoc ordina-
tum, non poteſt ex ea ſequi nunc in iſta inſtantia
condemnatio contra principalem, ex not. per
Afflict. deciſ. 176. nu. 3. & ſeq. poſt. Bar. Bal. Abb.
Fely. & alios ibi per eum citatos, referens ex voto
Conſilij Neapolitani mulierem quandam in carce-
ribus pro furto detentam, incidenter confeſſam
adulterium, cum nihil de furto contra eam pro-
baretur, fuiſſe etiam de adulterio liberatam a car-
ceribus, cum non poſſet ex illa ſua confeſsione in-
cidenter facta condemnari.

Tertio dato etiam quod eſſet in eodem iudicio
illa confeſsio facta, reſpondetur eam non præiudi-
44 care, † ex eo quod non fuit acceptata á parte, quo
caſu non nocet confitenti l. iubemus. ubi Sal. c. in fi.
C. de libe. caus. Iaſ. l. qui. Romę §. cohęredes nu. 4.
de uerb. oblig. Abb. c. mulieri nu. 10. de iur. iur. Alex
conſ. 11. Viſo. nu. 7. lib. 3. conſ. 20. In cauſa nu. 1.
lib. 4. & conſ. 153. Viſis nu 12. lib. 5. Hippol. Rimi.
qui alios plures allegat conſ. 213. nu. 27. & ſeq. lib. 2.
45 Quarto. reſpondetur ꝙ † confeſsio nunquam
pręiudicat, quando aliter rei ueritas ſe habet Bal.
l. alia C. de his qui ut indig. Afflict. deciſ. 25.
ad. fi. hic rei ueritas aliter ſe habet, quia ex ſupra
dictis conſtat huiuſmodi appellationes non deuolui
ad Metropolitanum merito. &c.

Poſtremo quoad hoc, quicquid ſit in alijs, nos
ſumus in Epiſcopo, cuius confeſsio ſuæ Eccleſię
46 non pręiudicat, † cum Pręlatus confitendo Eccleſię
ſuę pręiudicium afferre non poſsit c. ultimo ubi
glo & alij. maxime Fely. nu. xj. ubi pro regula
id ponit. de pręſcript. c. Conſtantinopolitana ubi
Domi. 21. diſtinc. Et quatenus modo aliquo noce-
47 ret † docto de errore, & læſione, quę docetur, ex
quo per ſupra allegata iuriſdictio iſta uere pertinet
ad Epiſcopum, daretur ſaltem reſtitutio in inte-
grum Domi. d. c. Conſtantinopolitana. & poſt
eum Abb. Paul. Caſtr. & Ang. tradit Fely. d. c.
ultimo col. penul. verſ. ſed competeret &c. & rur-
ſus uerſ. & ibi dicit de pręſcript.

Non obſt. quod alias de anno 1312 eueniẽte hu
iuſmodi caſu ad Archiepiſcopum fuerit appella-
tum, quia primo reſpondetur, ex hoc nullum ius
Archiepiſcopo quæſitum, cum non oſtendatur
(ut pręſupponitur) niſi inſtrumentum illud appel
lationis, quod non ſtringit. Potuit enim ille,
quiſquis fuerit, qui appellauit, appellare ad incõ-
petentem, ut quandoque accidit, Deinde cogno-
ſcens ſe perperam ad Archiepiſcopum appellaſſe,
cauſam appellationis aliter coram eo non introdu-
xiſſe, atque appellationem illam effectum ſuum
48 minime ſortitam fuiſſe. † Vnde ab ea nullo mo-
do licet per Archiepiſcopum argumentari arg l.
4. §. condemnatũ ff. de re iud. cũ alijs ibi allegatis.

Secundo dato quod ea cauſa appellationis corã
dicto Archiepiſcopo iure introducta fuiſſet, reſpon
detur ex hoc non inferri aliquid contra caſum, de
quo quæritur, Hic enim diſceptatur, an Archiepiſ
copus ſit iudex ordinarius appellationum prędi-
ctarum, Vnde cum non doceatur, illo in caſu ap-
pellatum fuiſſe ad Archiepiſcopum iure ordinario,
ac uti ad ordinarium; Immo potuerit ad eum pro-
uocari, ut ad delegatum, aut aliquo alio iure ſpe-
ciali, ea appellatio non probat contra Epiſcopum
Nouarien. ſimpliciter prædictas appellationum
cauſas deuolui ad Archiepiſcopum.

Tertio in eo actu appellationis fundamen-
tum fieri non poteſt; quia non conſtat, quod
Epiſcopus Nouarienſis habuerit illius ſcienti-
49 am, † Actus autem appellationis priuati hominis

Epiſcopo

Epiſcopo ignoranti nocere non potuit ad amitten
dã iuriſdictionem Bart.l.1.§.deniq̃ ff. de aqua. plu,
50 arcẽ.& l.ſi publicanus §.ult.ff. de publi. † maxime
poſtea interrupta p̃ſcriptione cũ alię appellationes
fuerint factæ ad Epiſcopũ Nouarien.ut diximus,&
ſic Archiepiſcopus non continuauerit p tempus ſal
tẽ immemorabile,quo caſu conueniunt Doct. cum
Bart.dd.locis,licet multi ſe ꝑbeant in preſcriptione
immemorabili ut p Iaſ.l.Imperium col.2.de iuriſd.
omni iudi. & Alex. conſ. 6.lib.1.

Quarto dato quod eo in caſu appellatum extite
rit ad Archiepiſcopum uti ordinarium, Epiſcopo
etiam ſciente, preterquãquod allegatur ſolũmodo
unicus iſte actus appellationis ad Archiepiſcopum
per ſpacium quingentorum annorum, & ultra,
nec unicus actus inducit conſuetudinem, ſicut una
hirundo non facit Ver, ut notiſsimum eſt, reſpon-
detur quòd caſus ille fuit ſpecialis ut ex reſp. Regij
Fiſci ad illum colligitur,qui Fiſcus in predicta cau-
ſa excipiens, dicebat eam cauſam habuiſſe annexã
cauſam ſpiritualitatis, quę ad ſe trahebat non ſpi-
51 ritualem, † Et ideo ad Archiepiſcopum deuoluta
fuit arg. c. quanto & ibi not. de iudi.

Vltimo ut cumq; ſit de ea appellatione, etiam ſi
per eam ius aliquod queſitũ fuiſſet Archiepiſcopo,
cum ſpacio 260. annorum, & ultra ab eo tempore
hucuſq; quãplurimi acciderint caſus, & nunquam
amplius ad eum fuerit in illis appellatũ, ſed ſemper
ad Epiſcopũ Nouarieñſem, Ius illud Archiepiſcopi
dici debet p̃ſcriptione ſublatũ, ex his quę ſuperius
fuſius de p̃ſcriptione immemorabili allegauimus.

CONSILIVM XXXI.

Argumentum.

Quando quis dicatur turbare iuriſdictio
nem. Iudicis plęne declaratur.

Quomodo intelligatur tit. ſi quis eum
qui in Ius uocatus eſt ui eximat.

Quę penę conſtitutę ſunt contra eximẽ-
tem.

Quomodo puniatur trahens aliquẽ co-
ram Iudice non ſuo.

Contumax, qui ex forma ſtatuti habe-
tur pro confeſſo poſt ſententiam, an
ſtatim torqueri poſſit.

Quando, & quibus caſibus audia-
tur.

Quomodo probentur animo conſiſten
tia.

An Iuramentum ſit legitima probatio.

SVMMARIVM.

Eximens aliquem à iudic o tenetur parti ad intereſſe nu 1.
Et iudici,à quo eximit iniuriam facit nu 2.
Et quidem atrocem nu. 8.
Etiam, quod citatio tranſmiſſa tantum fuerit nu 10. & 12.
Etiam.quod non fuerit impedimento iuriſdictioni nu.11.
Dumodo adſit contemptus iudicis nu. 58.
Vel aliter turbata ſit iuriſdictio puta per citationem executam in territorio alieno nu. 59.
Et criminaliter puniri poteſt nu. 3. & nu. 9.
Maxime ſi coram eò iudice exemptus ualide conueniebatur nu. 4.
Iudex de facto, & de iure poteſt ſuam iuriſdictionem tueri nu. 5.
Etiam criminaliter puniendo nu. 6.
Turbãs minis, & terroribus iuriſdictionem puniri poteſt criminaliter nu. 7.
Statutum, quod contumax habeatur pro confeſſo ualet nu. 13.
Et confeſſio trahitur ad qualitatem delicti nu. 15.
Turbatio includit quamcumq; moleſtiã, & eſt ſpecies quedam delicti nu. 16.
Et pluribus modis & per quam plures actus fit nu. 17.
Dumodo per illos actus moleſtia fiat nu. 19.
Et fiat . ne libere iuriſdictionem exerceat nu. 36.
Ideo iuriſdictio Iudicis alicuius turbata ex eo non dicitur quod quis citet ſuppoſitum illius iuriſdictioni corã alio Iudice, quia non impedit quominus ille ſuam iuriſdictionem exerceat nu 20.
Citans aliquem coram pluribus Iudicibus punitur in expenſis ſecundi & ulterioris iudicij, non tamen turbat primum nu 21. & nu 37.
Iuriſdictio turbari poteſt pluribus modis nu. 18.
Nempè per contumaciam, quia impedit quominus Iudex officium ſuum exerceat nu. 22.
Siue in non ueniendo nu. 23.
Siue in non reſtituendo, ſi iuſſus ſit reſtituere nu. 24.
Siue in non reſpondendo nu 25.
Fallit, ſi contumacia Iudicem non afficit nu. 37.
Item per calumniam quando quis audet calumniari corã Iudice, offendendo eius maieſtatem nu. 26.
Item per uerum delictum, ut inuadendo eius teritorium. quia infert iniuriam nu 27.
Item faciendo reſiſtentiam non obtemperando Iudici, nuncio, ſiue miniſtris nu. 28.
Item eximendo aliquem à iuriſdictione nu. 29.
Et is turbator teneatur l. iul. maieſtatis nu 30.
Si exemptus erat ad mortem condemnatus eo.nu.
Si pro debito ciuili tenebatur eximens tenetur ad illud perſoluendum nu. 31.
Siue eximatur quis, quando pecunia ducitur nu. 32.
Siue quo alio modo nu. 33.
Itẽ q minis motu terrore conpellit aliquẽ ſilere corã Iudice aliquò ſiue pars ſiue tertius.ſiue potentior ſit nu.34.
Etiam ſi is Iudex delegatus ſit nu. 35.
Titulo ne quis eum, qui in ius uocatus eſt ui exi. intellectus uerus, quando quis ui eximit à iudicio nu. 38.
Et exemptio ſequuta eſt re ipſa nu. 40.
Maxime hodie cum Affectus non puniatur niſi ſequuto effectu nu. 41.
Varię penę conſtitutę ſunt contra eximentem à Iudicio

aliquem remiſſiue nu. 39.
Minę & terrores ꝑmiſcue uno ꝓ alio uocabulo utimur n 42
Terror proprie atrocitate facti dicitur nu. 43.
Minę proprie uerbis uulsu nutu fiunt nu. 44.
Intell. c. 1. de off. dele. nu 45.
Quis ſit Iudex uetitus nu 47.
Incompet ens Iudex quis nu. 48.
Pro'ib:to uno aliud permittit ur nu. 49.
Trahens aliquem coram Iudice non ſuo punitur criminali ter nu. 9.
Intellige, ſi ille Iudex. coram quo trahit, ſit a lege probi bitus, ſecus ſi tantum ſit incompetens nu. 46.
Intellige ſi comparuit, non alias nu. 54.
Intellige ſi nō penituit, ſaltē ante litem conteſtatum nu. 35.
Vel etiam ante ſententiam nu. 56.
Intell l. 1. C. de iur. omn. iud. nu. 51. & ſeqq.
Iudex quilibet incompetens poteſt fieri competens proro gatione nu. 50.
Intellige in incōpetenti ſimpliciter, nō in uetito nu. 51.
Vel in uetito prorogabili conſenſu partiū expreſſe uel ta cite nu. 52.
Intellige de pena amiſsionis cauſę quoad actorē & quoad reum, quod pro condemnato habeatur nu. 53.
Stante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo ſe quuta ſententia in contumaciam, talis contumax non auditur nu. 14
Etiam ſi reuocet confeſſionem pretextu erroris eo. nu. 14.
Imo talis confeſſus habens indicium contra ſe poteſt tor queri ſtatim eo. nu 60. & nu. 75.
Niſi modus abſētię, & qualitas pſona aliud ſuadeat nu 60
Et niſi ſentētia huiuſmodi per aliam ſit reuocata nu. 61.
Et niſi factū nō negatur, ſed delictū non reſultare nu. 76
Auditur is contumax ſi opponet exceptionem talem. quę ſi a principio ante ſententiam eſſet oppoſita, iudicium illud ſuſcipere non fuiſſet coactus nu. 62.
Item auditur in ſuis defenſionibus, ſi habeat nu. 63.
Item auditur quādo contumax factum non negat, dicit tamen illud ſibi licuiſſe facere nu 64
Item auditur in defenſionibus per indirectum nu. 65.
Itē auditur quando allegat defenſionē quam incontinēti uult ꝓbare nu. 66. Vbi multa de in cōtinenti faciēd's.
Item auditur. qui non eſt contumax uerus. i. perſona liter citatus, uel ad quem uenit notitia citationis, nu. 67.
Item auditur ſi reſtitutus ſit ad ſuas defenſiones
Animo conſiſtentia probantur iureiurando nu. 69.
Innocentia probatur coniecturis. preſumptionibus & ali is minus idoneis probationibus nu. 70.
Iuramenti probatio non dicitur legitima nu. 71.
Fallit in caſibus in quibus iure communi iuramentum facit plenam probationem.
Niſi ſpecialiter diſpoſitio requirat legitimam probatio nem nu 74.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVAMVIS primarij Iureeōſulti tēpeſtatis, noſtrę ad defenſionē, Barbedorij, & ſocij Mercatorē Florentinorū ita ipſorū allegationibus rē claiā effecerint, vt nihil āplius de eorū bono Iure ambigendū uideatur, ad hue iñ ex iñſraſcriptis Excell. D. Locūtenens Vrbini in ſuis motiuis tranſmiſsis hæſitare videtur.

Primo quidem quia predicti Mercatores, cum eorum cauſa apud Prętorem Senogalienſem agere tur, precepto, ſiue citatione, Ghelphium ad Conſulem Anchonę reſidentem in eadem cauſa accedere, atq; ita a Iuriſdictione Poteſtatis illius, & conſequenter Sereniſsimi Ducis Vrbini eximere, & ſub Iuriſdictione Magni & Sereniſsimi Ducis Æthiurię a quo Conſules illi ibi conſtituti ſunt, inter ſubditos ipſius Magni Ducis, ponere curauerūt
1 † Eximens autem aliquem a Iudicio non ſolum tenetur parti ad intereſſe l. 1. & toto tit. ff. ne quis eū
2 qui in ius, uo. eſt ui. exi. † uerum etiam Iudici eximendo iniuriam facit Ideoq; criminaliter puniri
3 poteſt Bar l. ſed eximendi §. item ſi quis, tt. eo, † maxime ſi ualide corā eo Iudice exēptus conuenie
4 batur ſecundū Bald. & Alex. & Soccd. 1. nu. 10 verſ. tertio &c. eod. tit. & tit. de citatione art. pen. nu. 34.
5 † Iudex. n. de iure, & de facto ſuam iuriſdictionem
6 defendere poteſt etiam bellum indicendo, † & criminaliter etiā turbantes puniendo Bart. l. 1. §. is uidetur ad fin. ff. ſi quis ius dic. non obt.

Secundo quia cum in dicto precepto, ſiue citatione Conſulū appoſita fuerit pœna capitulorum & indignationis d. Magni Ducis, uidetur incuſſus timor Ghelphio citato, ut is retraheretur a iuriſdi-
7 ctione d. Prętoris ſenogalienſis, † qui autem minis vel terroribus facit, ne quis coram iudice ſuo pſiſtat dicitur turbare eius iuriſdictionem, & criminaliter per eum iudicem puniri poteſt c. 1. vbi id notant omnes de offi. deleg. Bart. d §. is videtur in ultimis verbis & l. 1. §. huius interdicti ff. uti poſſ. merito &c.

Tertio quia cū ex predicta citatione Ghelphius corā Iudice uetito traheretur. Mercatores predicti
8 cāt ad eum Iudicē trahentes iniuriā affecerunt atro
9 ci pretorem ſenogalienſem † & ab eo criminaliter puniri poſſunt, ut uidetur tex l. in Criminali C. de Iuri. omn. Iudi. cuius diſpoſitione licet trahens ita non puniatur ratione intereſſe partis, niſi exercitium Iuriſditionis Iudicis, à quo quis eximitur, impeditum fuerit d. l. in criminali, ubi glos. & om-
10 nes l. ſi per alium §. docere ff. ne quis eum &c. † reſpectu tamen Iudicis pœna committitur ſtatim atq; citatio tranſmiſſa eſt, cum ipſe iniuria afficiatur, & delictū conſumatum ſtatim citatione pręſentara dicatur, d. l. in criminali in fin. ſecundum ultimum intelect. ita in terminis uoluit Foll. ad conſt. Reg. incipiente caueant nu. 3. & plurib. ſeqq.

Quarto quia clarum uidetur quod Iudex contumacem mulctare poſsit criminaliter etiam quod non fuerit impedimento ſuę Iuriſdictioni pone quia fuerit citatus quis ad uidendum, Iurare teſtes
11 & non comparuerit, † licet. n. teſtibus Ius iurando delatum extiterit, poteſt tamen contumax ob contēptum Iuriſdictionis puniri Gem. c. 1. §. fin. col. 2. in fin. de elec. lib. 6. Alex d. § is uidetur. in fin. & ibi Socc. nu. 9. vers. ex quibus & nu. 10. verſiculo limit. tamen uidetur facere cap. 1. de pœn. in 6. vbi inferens iniuriam Archidiacono ſeu eius nuncijs vel familię, punitur, licet exercitium Iuriſdictionis ipſius impeditū nō fuerit. licet ergo hic ceſſare uideatur partis intereſſe, & exercitium Iuriſdi

ctionis

Iuriſdictionis non fuerit impeditum, Iudex tamen
ſenogalienſis ratione ſuę iniurię videtur quod mul
ctare poſsit per ſupradicta.
Quinto quia uidetur in terminis conſiliũ Bru. 60.
22 lib. ſecundo, † vbi dicit per ſolam citationem
Iuriſdictionem turbari.
Sexto contra predictos Mercatores uigere uide-
tur ſententia contra eos lata in contumaciam per
Iudicem ſenogalienſem, quia contumacia ex for
ma ſtatuti dicti loci habetur pro mera confeſsione
23 † quod, eum valeat, Bos. de ban. nul. nu. 3. &
alibi paſsim, nihil uidetur contra eam dici poſ
24 ſe cum etiam ſi probetur de errore huiuſmodi con
feſsio reuocari non poſsit Clar. Sent. recep. lib. 5.
25 §. fin. q. 44. verſ. qro nunc, † Immo ſtante huiuſmo-
di ſtatuto Mercatores predicti vidẽtur confeſsi etiã
qualitates delicti, & ſic dolum Bos. d. loco nu. 4.
poſt Aret. & Anch. locis per eum citatis.
Cæterum p̃dicta Conſulum Anchonę citatione
ſiue p̃cepto, materia turbationis, pręcipue quoad Iu
riſdictionem Iudicis alicuius, ac uniuerſa re ipſa
diligentiore trutina ppenſa, his, & quibuſdam alijs,
latius, & ſubtiliter per D. Iudicem ad quẽ excitatis
nõ obſtantibus, Cenſeo p̃dictos mercatores omni-
no abſoluendos, ſententiaq; contra nos p Prętorem
ſenogalienſem lata, exploſa ſententiã locumtenen-
tis Vrbini ultimo loco latam ſine dubbio cõfirman
dam ex multis q̃ doctr, ſubtiliter, & uere allegarũt
Excell. Domini, dd Mercatorũ, Aduocati D. Malate-
ſtę de Malateſtis, q primo loco ſcripſit, & ſubinde
Celeberrimi Ceph. Decia. Menoc. Barigna. & alij
nonnulli qui in eandem ſententiam allegauerunt.
Pręcipue autẽ, qa uere nulla turbatio iuriſdi. Prę
toris ſenogalienſis, aut Ducis Vrbini, ex illa citatio
26 ne p Cõſules Anchonę facta fuit, † quamuis etenim
turbatio includat omnem moleſtiam, & impedimẽ
tum io re, & ſit q̃dam ſpecies delicti plures habens
27 differentias, † fiatq; per q̃; plures actus, qui in Iure
explicari non poſsunt, cum plura ſint negocia q̃ uo
cabula l. ſi qs tu fundi voc. ff. de leg. 1. l. natura ff. de
p̃ſcrip. verbis, vt tradit eleganter Bart. cõſ. 1 t a. nu. 2
28 2. † & interminis Iuriſdictio etiam turbatur ut poſt
Bald. vbi per eũ tradit Caſſa. ad conſuet. Burg ĩ ſub
§. 8. nu. 5. & pluribus ſeqq. & propterea in caſu
noſtro aliquo modo moleſtia, & impedimentum al
latũ uideatur Iuriſdictioni Prętoris ſenogalienſis p
29 p̃dictam citationem, † Attamen qa turbatio pręſu-
ponit moleſtiam & impedimentum aliqd fieri ei, q
ſe turbatum aſſerit, ſm̃ Bart. d. loco, & omnes quot
quot de turbatione locuti ſunt, & tex. & ibi glos. l.
vim facit, ff. de ui. arma. vbi ita demum turbationem
fieri dicitur, ſi libera poſſeſsio aduerſarij nõ relinquit
20 otur, † & p̃dicti Mercatores, citando ſolũ Ghelphium
corã d. Conſule, non tetigerunt iuriſdi. Prętoris ſe
nogalienſis, nihilq; fecerunt, quo d. D. Poteſtas libe
se exercere potuerit ſuã Iuriſdi. in d. cauſa immo co
rã eo eam cauſam ſemp proſequti fuerunt, merito
pęna aliqua turbatę Iuriſdictionis affici non debẽt
ideo uerisſimũ arbitror, q in primis allegationibus
verſ. t. nullibi &c aſſerit Excell. D. Malateſta, nulli-
bi Iure cautum reperiri, eum, q plures adit Iudices,
& aduerſarium coram eis p eadem cauſa citat, Iuriſ
21 dictionũ turbatorem eſſe, † ſed tantum puniri in ex
* penſis 2. Iudicij ſecundũ Glos. communiter* receptã c.
ex tenore verbo careat de reſcriptis, vbi Abb. d. nu-
* vij. de com.* teſtatur, & ſeq ur Imol. ibi pariter nu.
7. & Dec. nu. 9. Socc 41. nu. 1. lib. 1. Pau. Caſtr. Socc.
Iu. & alij l. nulli C. de Iud. cũ p eũdẽ latius allegatis
Et id qdem luce clarius apparebit, ſi pcurar ĩ mo
di turbatæ Iuriſdictionis relati p Caſſa. poſt Bald.
loco ſupra citato, & alij ſi qui excogitari poſſunt.
22 Ecce, † p contumaciam alicuius turbari dr̃ Iuriſ-
dictio, adeoq ille tãquam turbator puniri poteſt, qa
impedit Iudicis partes, quominus ſortiantur effe
23 ctum ſuum ſm̃ Bal. d. l. 1. in fin. princ. † ſiue in non
veniendo conſiſtat, vt ipſe inqt l. contumacia ff. de
24 re Iud. † ſiue in non parendo l. ſi qs miſſum ff ne uis
fiat ei, † ſiue in non reſtituendo ſi reſtituere iuſſus.
ſit l. q reſtituere de rei uend. l. Creditor § miſſus ff.
25 de app. † ſiue etiam in non reſpondendo. quia licet
Aduerſarij intereſſe nunc nõ vertatur, cũ nõ reſpõ
dẽs habeatur p confeſſo l. certũ, vbi glos. in princ.
ff. de confeſſ. l. 1. § ex hoc reſcripto ff. de uent. inſpi.
quia tñ per comptentum Iudex offendĩtur. non reſ
pondens mulctari poteſt ſm̃ Bal. d. loco ſub nu 4.
verſ. ſed reuoco in dubium, & Caſſa. d § 7. nu 1 t.
26 Secundo, † p calumniam turbatur Iuriſdictio ali-
cuius, qa offenditur eius Maieſtas, dũ qs audet calu
mniari coram eo Iudice, ſm̃ glos in proheuio inſt.
verb. calumniantiũ. Ideoq; dicit Bal. d. loco poteſt
iudex nemine excipiente Calumniantẽ expellere l.
qui eum maior §. patris ff. de bon. libert.
27 Tertio, † p uerum delictum turbatur Iuriſdictio
vt ſi qs teritorium Iudicis inuadat, quo caſu ob in
iuriam illatam, licitum eſt Iudici quomodocunq;
ſuam Iuriſdictionem tueri, r. ex parte Chriſto. vbi
Innocentius, & alij, de uerb. ſigni. c. dilecto de ſent.
ex com. in ſexto Innoc. c. olim. 1. de reſtitut. ſpoli. c.
dilectus de pen.
28 Quarto, † turbatur Iuriſdictio, ſi fiet reſiſtentia,
ſiue Iudici quod clarum eſt tot. titulo ſi quis iuſ.
dicen. non obtem. ſiue etiam nuncijs. ſiue Curię exe
quenti, pro qua grauiſsime pœne hodie impoſite
ſunt vbiq; terrarum edictis, ſiue bannimentis, vt
appellant ad id ſpecialiter propoſitis.
29 Quinto ultra Bal. & Caſſa. dd. locis, † turbatur Iu
riſdictio eximendo aliquẽ a Iuriſdictione ſui Iudi
30 cis ſiue è carceribus cũ extrahendo, † quo caſu tene
tur eximens l. Iulia maieſtatis C. de epis. aud. l. addi-
ctos, ubi id notat Bald. poſt. Hier. Grif. dummodo
31 exemptus eſſet ad mortẽ condemnatus, † ſi autem
p debito ciuili tenebatur, tenetur ad debitũ tantũ
ſecũdum eundẽ Bal. l. pen. §. io eũ in lect antiqua ff.
neqs eũ &c & declarat Socc. rub ff. eod. in princ. &
32 larius uagatur las §. pęnales nu. 104. inſt. de act. † ſi-
ue eximatur manibus Curię ducẽtis, ut loquitur d. ti
33 tulus nequis eũ &c. & declaratur p Socc. d. loco, † ſi
* ue quo alio modo eximat ſecundũ communiter* alios
d. loco tunc omnes cõueniunt, q quia iſte uim facit
& eximit á Iuriſdictione Iudicis, Nõ ſinit libere eũ
exequi eius Iuriſdictionem, eum afficit iniuria &
ideo criminaliter punit.
34 Sexto pariter vltra predictos. † turbare Iuriſdi-
ctionem dicitur is q ſiue pars, ſiue tertius, ſiue potẽ
tior, ſiue non, minis, metu, & terroribus compellit
aliquem ſilere, & ad Iudicium non accedere Iu. in-
35 tię complementum aſſecuturus, † Ideoq; Iudex aiã
delegatus poteſt iſtus mulctare c. 3. vbi Abb. Fel.

Der. & omnes de officio delega.
Omnibus .n. iſtis caſibus, & ſimilibus apparet cla-
riſsime aliquid fieri per aliquem, qui turbare dici-
tur, quæ moleſtia, & impedimentum, tale præſta-
36 tur Iudici ut libere ſua Iuriſdictione uti poſsit †
quando autē nihil fit, quo libere uti non poſsit iuri-
dictione, turbari non dicitur ſecundum mentem
omnium in ſupradictis exemplis, quæ regulam de-
clarant § hactenus Inſt. de gradi. Cōprobatur hoc
clariſsime quia licet per contumaciam turbetur iu-
37 riſdictio, ut ſupra primo exemplo dictum † eſt, hoc
tamen procedit, quando contumacia aliquo modo
Iudicem afficit, ſecus aliás, ut ſi ſit in non probando
quia tunc Iudex nō offenditur, ſed ipſemet non ꝓ-
bans, ideo punitur ſolu m exclusione probandi am-
plius l. nō ex omnibus ff. de arb. c. corā fęlicis, de re-
ſti. in integ. ſicuti etiā, ſi contumacia ſit in nō agen-
do, uel accuſando, quia non mulctatur, ſed a Iudicio
repellitur, l. diffamari C. de inge. mu. l. titia. ff.
de accus. & ſimilibus caſibus, ut uoluit Bald. d. l.
c. nu. 3. & 4. prima lect. & hanc puto ipſam ue-
ritatem. unde, cum in preſenti caſu, per dd. Merca-
tores, nil tale factum fuerit, quo libere Iuriſdicti-
onem ſuam exercere potuerit Prætor Senogali-
enſis, non poſſunt ob illam citationem aliter mul-
ctari, ut ſupra dictum fuit, quod in diſſolutione
contrariorum adhuc clarius apparebit.

Non obſtat igitur primo quod eximens aliquem
à Iuriſdictione Iudicis ſui criminaliter puniatur,
iux. not. per Bart d. l. ſed eximendi §. item ſi quis.
in fin. cum alijs ſupra allegatis; Quia reſpondetur
primo materiam ędicti illius, ſiquis eum &c non
facere ad caſum noſtrū. uarij .n. termini plurīū titu-
lorum ſunt, & prout uarij etiam caſus accidunt,
38 ita uarij tituli, uel edicta conſtituta fuerunt, † Nam
aut quis eximit aliquē á Iudicio, ut, & loquitur ꝓ-
prie edictum illud ſub titulo ne quis eum, qui in ius
uocat. eſt, ut. exi. ut patet, in rub. ibi, ut eximat, & l. 1.
in fine princ. ibi, ut eripuit, & l. 3. §. quod Pretor
& ibi not. omnes ff. eod. & alibi paſsim d. titulo,
& ita loqui illud edictum, & intelligi proprie illum
titulum tradit glo. ad rub. illius remiſsiue loquens
& clarius ad rub ff. de eo per quem fac. &c. inſtit.
de act. §. pęnales uers. item aduerſus eum Socc poſt.
alios, d. rub. ff. ſiquis eum &c. nu. 1. Ias d. §. penales
* nu. 101. & ibi. Gom. nu. 54. qui omnes * ita tenere
atteſtatur, & in his terminis loquitur Barr. in cōtra
39 rium allegatus, arg. l. Imperator ff. de iudi. adiec. †
quinimmo ſi uis fiat in eximendo quem a carce-
ribus, aut á Curia ducēte capiū, uarijs, atq; uarijs mo
Legitimā filius detrahit, ut ſibi debitā iure naturę, Trebellianicam uero, ut extraneus nu. 32.

L. iubemus. non corrigitur per auth. ſed cum teſtator nu. 33.

Quando plures leges concurrunt ad idem, una ſublata, effectus alterius remanet nu. 34.

Maior ratio in liberis primi gradus eſt, ne p̄hibeatur trebellianica, quam in alijs nu. 35.

L. correctoria non corrigit, ubi minor eſt ratio corrigendi nu. 36.

L. iubemus ſpecialis circa liberis primi gradus eſt Auth. ſed cum teſtator eſt generalis de hęredibus, ideo non corrigit illā nu. 37. 81. 115. 120. 133. & 146.

Generi per ſpeciem derogatur, non ē contra nu. 38.

Lex generalis poſterior non derogat, anteriori ſpeciali nu. 39.

Leges antiquę per nouas declarātur, & nouę per ueteres, ut legum correctio euitetur nu. 40.

Prouiſio ſpecialis in priuilegium certarum perſonarum nō tollitur per legem generalem nu. 41.

Priuilegium clauſum in corpore iuris, non tollitur per legem generalem, etiam cum clauſula, non obſtantibus priuilegijs nu. 42.

Quando lex noua correctoria aliquid etiam in modico operatur, reſtringenda eſt ut minus per eam ius antiquum reſtringatur nu. 43.

Correctio legum quantum fieri poteſt euitanda eſt nu. 44 & 147.

Legitima debetur liberis primi gradus libera abſq; aliquo onere, etiam imputationis fructuum nu. 47.

Lex non debet eſſe ſine effectu aliquo operandi nu. 48.

In liberis primi gradus nō datur caſus, quo Trebellianica ſolum poſſit detrahi nu. 49.

Intellectus ad d. L. iubemus in vers. dodrans nu. 50. 77. & 119.

Argumentum non ualet, Pater relicta filio legitima, de reſiduo diſponere poteſt, ergo trebellianicam poteſt, prohibere, contra Ruy. & Marza. nu 52.

Teſtator uidetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris nu. 55.

Teſtator hodie cum poſſit trebellianicā prohibere, ſi non prohibet, uidetur conſentire, quod detrahatur nu. 56.

Hęres app̄bans teſtamentū non uidetur renunciaſſe trebellianicę non prohibitę nu 57.

Quando eſt grauatus hęres hęredis, non uidemur eſſe in liberis primi gradus, & non habet locum d. l. iubemus quoad trebellianicę detractionem nu 59.

Quod procedit inſtitutione directa, ſecus in fideicomiſſaria nu. 60.

Et ſecus, quando onus eſt iniunctum poſt mortem hęredis quia non dicitur grauatus hæres hęredis nu. 61.

Honoratus grauari poteſt nu. 62.

Hęres grauari non poteſt in his, quę ad eum ueniunt ex diſpoſitione legis nu. 63

Fęminę excluſę à ſtatuto propter maſculos faciunt numerum ad augendam legitimam de triente ad ſemiſſem nu 64.

Frater, & ſoror coniuncti ſunt coniunctione legali, cum à lege ijs legitima decernatur nu. 65.

Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali, quando de hęreditate non agitur nu. 66.

Legitima eſt quota bonorum nu 67.

Ius accreſcendi locum habet in legitima, & eius ſupplemēto, ſecundum magis comunem nu. 68.

Sine dubio inter plures ſimul inſtitutos, licet aliqui ſint inſtituti uniuerſaliter, aliqui non nu. 69.

Portio legitimę debita fœminis excluſis per ſtatutum propter maſculos, debetur maſculis per obſtaculi remotionem, quia maſculorum legitimam impugnat nu. 70.

Feminę excluſę per ſtatutum prędictum, faciunt numerū & partem quoad maſculorum commodum, & ad partem non admittuntur nu. 71.

Prę̨ſeruatum a ſtatuto excluſiuo fęminarum, & pro dote traditum ipſis, non connumeratur in uniuerſitate bonorum, ſed uelut quoddam ęs alienum detrahitur quoad legitimam colligendam nu. 72.

Legitima eſt debita de reſiduo hæreditatis detracta quantitate, quam feminę excluſę ex forma ſtatutorum pro dote haberent nu 73.

Trebellianica eſt quarta pars reſidui hęreditatis, detracta legitima nu. 74.

Etiam quod legitima ſit dimidia totius, quia tunc etiā trebellianica detrahitur, contra Baldum, & ſequaces, uolentes legitimam, & trebellianicam non tranſcendere dimidiam hæreditatis nu. 75.

Laudatum fuiſſe per Excell. D. Philippum Vbaldum duas detrahi poſſe quartas per filios primi gradus, nec per patrem prohiberi, nec perdi per non confectionem inuētarij, & laudum acceptatum fuiſſe nu. 76.

Lex derogatiua tunc extenditur identitate rationis quando continet caſum fauorabilem, alias ſecus nu. 78.

Interpretatio illa ſumenda non eſt, per quam lex illuditur nu. 80.

Trebellianica, quę detrahitur per filios. differt ab illa quę detrahitur per extraneos nu. 82.

Trebellianica quæ detrahitur per filios, participat de natura legitimę nu 83.

Eccleſiarum parochialiū app. non uenit Eccleſia parochialis collegiata nu. 84.

Clericum app. in materia ſtricta, non ueniunt clerici in dignitate conſtituti, neq; canonici nu. 85.

Filij ſunt domini bonorum paternorum in uita patris nu. 86. 117. & 155.

Filijs iura magis fauent in retinenda ſubſtantia patris q̃; alijs hęredibus nu. 87.

Trebellianica fauore pię cauſę, in fideicommiſſo uniuerſali prohiberi non poteſt nu. 88.

Intellectus legis accipiendus eſt, qui minus lędit ius commune nu. 89.
Et per quem ius antiquum conſeruatur nu. 90.
Et qui benignior eſt nu. 91.
Et qui pupillis fauet nu 93.
Et qui pro Reo eſt nu. 94.
Benignior interpretatio dicitur, per quam minus quis obligatur nu 91.
Conſuetudo eſt optima legum interpres nu. 105.
Interpretatio uſu recepta, ſeruanda eſt d nu. 103.
Doctori atteſtanti de conſuetudine, creditur nu. 105.
Mater non petens tutorem filijs, non priuatur hęreditate, ſi minor ſit 25. annis nu. 107.
Nemo priuatus diſponere poteſt contra legis diſpoſitionẽ nu. 113.
Trebellianicę diſpoſitio facta eſt cauſa hęredis nu. 114.
Aditio hęreditatis in ſuis non eſt neceſſaria nu. 116.
Filius inſtitui hęres ſub conditione non poteſt, niſi poteſtatiue nu. 118.
Vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius nu. 123.
In correctorijs etiam a maioritate rationis non fit extenſio nu. 124.
Niſi quando unum lata ſignificatione uocabuli alterũ comprehendit nu. 125.
Vel redimus ad ius antiquum nu. 127.
Et ubi eſt ratio ſcripta in lege, quia ab ea fit extenſio nu. 128. & 152.
Et ubi aliqua ſunt ęquiparata per legem antiquam nu. 129.
Hęc tamen non procedunt, quando minor eſt ratio in eo ad quem extendere uolumus nu. 549.
Falcidię appellatione large continetur etiam trebelianica 126.
Intellectus l ſi. ut allegat C. ad falcid. ut loquatur etiam de trebellianica nu 131.
Quod non corrigitur, ſtare non prohibetur nu. 132.
Lex intelligitur ſecundum naturam tituli nu 134.
A uerborum proprietate in dubio non eſt recedendum nu. 135.
Vniuerſalis loquutio in uno falſa, in toto falſa cenſetur nu. 180.
Ius publicum priuato prefertur nu 141.
Lex prohibens imputationem fructuum in trebellianicam multo magis prohibet eius prohibitionem directam nu. 141.
Legis mens, non ſolum uerba attendũtur nu. 143.
Circuitus inutilis euitandus eſt nu. 144.
Qualitas non ſtat ſine ſubiecto nu 145.
fideicommiſſarius uniuerſalis cogere poteſt, heredem adire & reſtituere, non legatarius particularis nu. 150.
Falcidię appellatione proprie non uenit trebellianica nu. 151.
Auth. ſed cum teſtator loquens de falcida, trahitur ad trebellianicam, pręterquam in liberis primi gradus nu 153.
Bona patris iure antiquiſſimo omnia debentur filijs nu. 154.
Ratio, qua introducta fuerit falcidia, & trebellianica nu. 155. 156. & 157.
Falcidia, & trebellianica in multis differunt nu. 158.
Etiam hodie nu. 159.
Legitima non datur filijs in proprium priuilegium nu 160.
Sed ne fructus imputentur in trebellianicã, & ne trebellianica prohibeatur d. nu. 160.
Primogenitus in regno ſuccedit 161.
Lex poſterior generalis non tollit priuilegium ſpeciale prius conceſſum nu. 162.
Nec trebellianica nec falcidia olim poterat a teſtatore prohiberi nu. 163.
Falcidia hodie poteſt prohiberi nu. 164.

Angelus

Angelus Martellinus.

Thomas. Io:Batiſta:

Angelus. Imperia. Ludouica. Margarita. Luciana. Anna. Camilla. Baldaſſar.

Mariana. Iacoba. Thetius.

Dei Opt. Max. Ope Implorata.

IO. Baptiſta Martellinus decedẽs in ſuo ultimo teſtemẽto relictis dotibus iure Inſtitutionis Margaritę, Lucianę, Annę. & Camillæ ſuis filiabus, Hęredem ſibi uniuerſalem inſtituit Baldaſſarrem ſuum filium legitimum, & naturalem, & caſu. quo ullo unquam tempore dictus Baldaſſar decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, eidem pleno iure, & ſine aliqua diminutione legitimę, uel Trebellianicę, ſubſtituit Angelum Thomę eius Nepotem, ac eius filios legitimos maſculos atque naturales, & caſu, quo linea maſculina d. Angeli deficeret, uoluit d. teſtator, quod eius filię. & earum hæredes poſsint & debeant reuerti ad ſuceſsionem paternam ęqualiter. Mortuo Io: Baptiſta cum prędicto teſtamento deceſsit Baldaſſar inſtitutus, nulla omnino prole relicta, prædicto Angelo ſibi hærede uniuerſali inſtituto, qui demum mortuus eſt, relicta dumtaxat Mariana filia, defecta igitur, ut ſupra linea maſculina Angeli prętendunt dictæ filiæ Io: Baptiſte uigore d. teſtamenti fideicommiſsũ ſibi deberi, & cũ illud ob defectum d. lineę denegari non poſsit, uidendum eſt ſolummodo inter eas, & Marianam filiam, & abinteſtato hęredem Angeli, heredis Baldaſſarris quota portio de bonis hereditatis d. Io: Batiſtę apud eam remanere debeat In quo enucleando tres quæſtiones alto pelago exagitatæ, & uarijs modis ob earum non modicam difficultatem a noſtris determinatæ, preſentem conſultationem admodum difficilem reddentes diſcutiendæ ſunt.

Prima eſt, An ſtante prohibitione, de qua ſupra Baldaſſar potuerit detrahere legitimam, & Trebellianicam, de eis ad libitum in ſuo teſtamento diſponere?

Secunda S. ante municipali lege excluſiua feminarum propter maſculos, an d. filiæ faciant partẽ & numerum ad finem, ut legitima augeatur de triente ad ſemiſſem?

Tertia Dato, quod faciant numerum, & partem ad effectum prędictum, An admittantur ad partẽ, & ſic quota portio remaneat in dicto caſu legitima Baldaſſarris?

Quoad primam difficultatẽ uidetur, ꝙ Baldaſſar
de Trebellianica non potuerit diſponere, quia
ei fuit in teſtamento paterno detractio huiuſmodi
1 prohibita, † & hodie Trebellianica poteſt prohiberi
auth. ſed cum teſtator C. ad l. falcid. vbi Bart. col.
2. idem in l. Marcellus. §. quod autem ff. ad Trebell.
* ubi Imo. dicit comunem *Aret. Inſtit. de fideicomis.
hæred. §. ſed quia, Alex conſ. 5 circa primum
2 col. 2. lib. 3. Dec. conſ. 81. in caſu col. 2. † Et licet
in liberis primi gradus, ut hic ſumus, magna, & pene
inextricabilis inter Docto. fit hæſitatio, multi n.
eandem opinionem extendentes idem in ipſis concludunt,
inter quos Bal. in l. quoniã in prioribus in
fine C. de inoff. teſta. in aut. res ꝗ C. commu. de leg.
Alex. & Soci. in d. l. Marcellus §. quod autem. Paul.
Caſtr. in l. iubemus C. ad Trebell. Dec. conſ. 480
col. pen. & ult. & alij uarijs in locis congeſti late p
Marzari. ad fid ſubſt. par. 2. q. 49. uerſ. ſed pro
parte affirmatiua.
3 † Primo Quia diſpoſitio antiqua, quę erat, quod
Trebellianica non poſſet prohiberi l. de bonis §. 1.
4 & fin. ad l. Facid. † hodie eſt correcta per d. aut.
ſed cum teſtator, & in corpore unde ſumitur, & ſicut
illa diſpoſitio antiqua generaliter loquebatur in
quibuscunque hęredibus, ita iſta noua illius ueteris
5 correctoria intelligenda eſt, † argumento l. 1. §.
& generaliter de leg. præſt. l. de precio de public.
& licet diſpoſitio noua d. auth. loquatur de Falcidia,
6 † & in correctorijs non uideatur extendenda ad
7 Trebellianicam, † tamen huiuſmodi extentionem
admittunt quia lex antiqua ęquiparat falcidiam,
8 & Trebellianicam d. l. Marcellus §. cum autem. †
& lex noua loquens in uno ęquiparatorum etiã correctorie,
intelligitur diſponere in alio glo. l. ſi quis
ſeruo perſuaſerit C. de furt. cum vulg. Doct. communiter
in d. aut. ſed cum teſtator.
9 † Secundo Principaliter quia quando detrahuntur
duæ Quartæ, ut hic etiam in liberis primi gradus
Trebellianica poteſt prohiberi, Paul. de Caſtr.
conſ. 92. quia dubium ad finem uers. nec obſtat,
quod erat etiam in d. l. iubemus. uers. tertiam
limitationem, in d. l. quod de bonis §. fructus
in fine, Dec. d. conſ. 480. nu. 13. ubi alios congerit,
Pariſ. conſ. 17. ex lectura nu. 25. & conſ. 93.

potuit nu. 50. lib. 2 Cepha. alios allegans, & ma
gis communem * aſſerens conſ. 153. nu. 67. lib. 2.
Nicol. Bello. conſ. 80. ſub. nu. 20. & non nulli alij,
moti præcipue per textum in d. l. iubemus,
ubi dodrans reſtituendum eſſe dicitur, quod non
accideret, ſi duę Quartę detraherentur ſecundum
eos.
10 † Tertio Quia ſi teſtator relictis filio tantum legi
tima poteſt ad libitum ſuum de reſiduo patrimonij
diſponere, quare eſt, quod Trabellianicam non
poſsit prohiberi? non uidetur poſſe allegari ratio
concludens ſecundum Ruy. allegatum poſt Rob.
ubi per eum per Marza. vbi ſupra ſub uers. & quę-
re nouiſsime &c. & per Rot. Rom. in manu ſcrip-
tis per Creſcen. deci. 129.
Quarto Idem uidetur, quia per hanc affirmati-
11 uam ſubſtinetur teſtamentum, † cui in dubio ma-
gis fauendum eſt, quam filio exhęredato l. ſi pars
iudicantium ff. de inoff. teſta. ubi id not. Bal. & cō
mendat Cuma. conſ. 166. in fin. & Marza dicto
loco.
12 † Quinto Quia fauorabilis uidetur illa inter-
pretatio, quæ impedit detractionem Træbelliani
cę, quę uidetur contra uoluntatē teſtatoris Corn.
conſ. 182. libro 2. Fab. aut. nouiſsima q. 24. C. de
innoff. teſta.
Sexto dato, quod prohibitio in caſu præſenti
non operetur amiſsionem Trebellianicę, de ea
13 tamen Baldaſſar diſponere non potuit ex eo † quod
eam amiſit propter non confectionem inuentarij
in aditione hęreditatis paternę, Cyn. d. aut. ſed cū
teſtator q. 8. ubi Bal. col. j. & alijs in locis citatis
per Dec. conſ. 236. non parua difficultas nu 5.
verſiculo alia eſt opinio, & conſilio 495. viſo col.
5. Nicol. Bello. conſilio 19. in cauſa Iac. nu. 12.
conſilio tertio. in caſu nu. 6. conſilio 64. proponi-
tur, ſub nu. 4. verſiculo quarto. & Steph. Aufrer.
ad capp. Tholoſ. q. 315. & alij alijs in locis comu
niter. * ut enumerat quamplurimos, & atteſtatur
Meno. conſ. 164. nu. 32. lib. 2.
Septimo Quia eſto, quod in liberis primi gradus
nec prohiberi, nec per omiſsionem inuentarij per
di Trebellianica potuerit, ea tamen hic detrahen-
14 da non erit, † quoniam ſi recte aduertamus, ſumus
in extraneo, quod oſtenditur, Primo quia Baldaſ
ſar Filius fuit grauatus reſtituere poſt mortem, quo
caſu hęres ipſius grauatus cenſetur, & ſic Angelus
ſubſtitutus, qui extraneus eſt iux. not. per. Bar. in
l. qui duos ff. de vulg. p Imo. in l. cohęredi § cum
filię ff. eod. Secundo quia hic non agitur de fidei-
commiſſo reſtituendo Angelo primo ſubſtituto p
Baldaſſarrem filium d. Io. Baptiſte, ſed per hęre-
des Angeli filiabus Io. Baptiſtę teſtatoris ſecundo
loco in defectum lineę maſculinę ſubſtitutis, quo
caſu, cum Mariana ſine dubio ſit extranea Io: Bap
tiſtę, non ſolum uidetur, quod Trebellianica po-
tuerit prohiberi d. auth. ſed cum teſtator, cum ſu-
pra allegatis, uerum etiam eam omiſsione inuenta
rij perdi, cum in extraneis uerius uideatur quod p-
datur, ſecundum Doct. in dictis locis.
Ceterum his nō obſtantibus, uerius eſſe cenſeo
quod Baldaſſar etiam Trebellianicam potuerit de-
15 trahere, & tam de legitima, quam de ea diſponere
nam cum ſimus in compendioſa facta a Io: Baptiſta
pagano poſt aditam hęreditatem per d. Baldaſſarrē
puberem, ſubſtitutio non poteſt ualere, niſi uti
* fideicommiſſaria ſecundum comuniter * omnes
in l. precibus. C. de impub. eueniente igitur caſu
fideicommiſsi debebatur Baldaſarri uti filio legiti-
16 ma ſine dubio † uti grauato trebellianica, iux. tot.
tit. ad Trebell. & licet magna ſit altercatio inter
Doct. An duę quartæ detrahi poſsint per graua-
27 tum, magis tamen comunis * eſt ſententia, quod de
* trahantur ab eo filio, qui grauatus eſt reſtituere
ſub. conditione, quia ueniunt detrahendę diuerſo
tempore Bar. in l. quaq; C. ad l. falc. Doct. comu-
* niter, * in c. Rainutius. de teſta. & Dec. d. conſ.
81. conſ. 102. 238. 320. & 480. Paris. conſ. 17. nu.
26. lib. 2. conſ. 1. nu. 78. lib. 3. Curt. conſ. 75. col. 4.
Catell. Cotta. memor. filius grauatus Paul. pic. in l.
in quartā nu. 244. ubi Ruij nu. 71. & Berēg. Fernād.
* nu. 325. dicit comunem, * prout. etiam. Ias. conſ.
146. nu. 3. lib. 4. & alij alibi paſsim, firmantes
hanc opinionem pro comuni, & in dubitata, ſicu-
ti autem D. Baldaſſar uiuens poterat has duas qua-
18 rtas de detrahere, † ita eius hæredes, ad quos huiuſ
modi ius tranſmiſſum eſt, Dec. poſt. multos d. conſ.
81. nu. 1. & conſ. 203. eſt uera nu. 3. latius Paris.
conſ. 9. olim dominus nu. 80. conſ. 26. ex themate
nu. 4 conſ. 45. nu. 80. conſ. 47. nu. 6. omnibus lib.
2. conſ. 1. vulgatum nu. 79 & ſeq. conſ. 30. uiſo
teſtamento lib. 3. Soc. Iuni. con 64. reſolutio. nu.
24. lib. 2. Aymo conſ. 312. de principalibus nu. 5.
Non obſtat primo, q liberis primi gradus Tre-
bellianica poſsit prohiberi, ut multorum fuit opi-
nio, de quibus ſupra, quoniam licet nō diffitear nō
nullos eam affirmatiuā opinionē contendere eſſe co
19 munem. † uere tamen illa ſententia damnatur
& magis comunis uerior, & æquior eſt ſententia,
quod non poſsit prohiberi, quam tenuit glo. d.
aut. ſed. cum teſtator in uerb. ceſſat; ubi Iaco. buti.
* & Iac. beluis. in aut. de hæred. & falcid. §. hinc no-
bis col. 1. q. 16. Io And & archid. in c. ſi pater de
teſta. in ſexto. Bal. d. aut. ſed cum teſtator Rom. d.
aut. ſimiliter C. ad l. Falc. Imol. in d. l. marcellus §.
quod autem. & ibi Rom. aſſerens ita iudicatum
Florentię. nec non Alex qui dicit hanc eſſe de iure
ueriorem, & cum eo tranſit ibi Ias. Lud. Bolog cōſ.
29 petrus col. 2. Bal. & Salic. in d. l iubemus. p illū
textum, idem ibi Corn. & Fulg Rom. conſ. 206.
licet ex comuni And. Sicul. d. c. Rainutius col. 114.
Alex. conſilio 5. circa primum lib. 3. Bar. Soc. reg.
432. fallent. .j. Crot. in l. nemo. poteſt nu. 34 & ſeq.
de leg. 2. ubi dicit hanc ueriorem eſſe opinionem,
& quod ſi caſus accideret ſecundum eā conſuleret
& iudicaret, idem ibi Ruy. nu. 18 & Rip. nu. 53.
Paul. Pic. l. in quartam nu 101. & Torniel. nu. 72.
Gali. l. centurio. nu. 88. & 101. Rip. l. in fideicō-
miſſariam nu. 130. ad trebel. Fab. aut. nuiſsima nu.
297. in fin. C. de Inoff. teſta. Couar. c. Rainutius
§. 1 nu. 7. Io. Dilect. de art. teſtan. cau. 31. tit. de
teſta. Alcia. conſ. 178. lib. 9. tit. 3. Ant. de prato
ueteri d. l. in quartam col. 134. in fin. Claud. Seiſ.
* d. l. Marcellus, vbi dicit comunem * Guido Pa-
pæ conſ. 132. 140. & deciſ. Si ubi pariter dicit co-
munem, & ita ſeruari in curia parlamenti Dec. d.
coſilio 81. col. 2. uerſiculo recte conſideranti, &
conſilio 228. in caſu ad me tranſmiſſo col. 2. con-

filio

ſilio 279. conſultus col. fin. Pariſ. inter conſilia Soz. Iuni. conſilio 132. ad corroborationem nu. 1. libro 1. ubi hanc eſſe æquiorem ait, ſubdens ſe eandem ſententiam pluries ſequutum legendo, & conſulendo, idem latius defendit Soc. Iuni. conſilio 131. q. propoſita nu. 58. libro 1. ubi aſſerit hanc eſſe magis comunem * & ueriorem, ac æquiſsimam opinionem, & conſilio 28. nu. 2. libro 2. ubi atteſtatur Veronæ iudicatum fuiſſe ſecundum hanc ſententiam per illud ſuum conſilium 131. libro 1. de quo ſupra, & idem in conſilio 112. negare nu. 3. libro 3. vbi non ſolum teſtatur hanc eſſe comunem *, ſed grauiter aſſerit errare eos, qui huic ſententię contradicunt, & Hier. Cagnol. in l. Papinianus § meminiſſe nu. 11. ff. de inoff. teſtam. ubi aſſerit hanc opinionem eſſe ueriorem, æquiorem, magis comunem * & uidiſſe eam ſemper in practica obſeruari. & ita teſtatur * etiam Iul. Clar. Sent. recept. libro 4. § teſtamentum q. 63. idem Mant. conſilio 103. Rub. conſilio 143. col. 7. Gozs. conſilio 81. & 92. Alb. conſilio 1. nu. 14. Mand. conſilio 7. nu. 6. idem atteſtatur Cepha. conſilio 434. nu 3. libro 3. idem latius Port. Imol. conſ. 95. nu. 31. & pluribus ſeqq & ibi Mantua, qui ei ſe ſubſcribit. Rolan. conſ. 12. libro 1. & conſilio 26. nu. 24. lib. 3. ubi dicit magis communem, & latius conſilio 5. nu. 15. & ſeqq. libro 4 aſſerens probabiliorem, æquiorem, ueriorem, & frequentiori * calculo comprobatam, ac etiam pro ea ſæpiſsime iudicatum, & contrarium tenentes ualde aberrare, iſtamque eſſe ipſam ueritatem, cōtrariumque dicere eſſe ſolem offuſcare, idem Rolan. ſequitur conſilio 9. nu. 13. eo libro 4. Ant. Gab. in ſuis communibus opinionibus de Treb. concluſ. prima nu. 6. in fin. Mando. ad Rom. conſ. 206. nu 6. uer. non poſsit. Burſ. conſ. 23. nu. 44. & latius, & clarius de magis comuni atteſtans conſ. 44. nu. 19. And. Piſsigna. inter conſ. ult. nolo. diuerſorum conſ. 152. nu. 6. vbi pariter communem aſſerit Gerar. Mazzo. conſ. 9. nu. 109. conſ. 104 nu. 32. conſ. 108. nu. 105. vbi plures allegat aſſerens comunem * & in ea ſua Ciuitate obſeruatam, & conſilio 115. nu. 53. ubi dicit comunem & ſe ſecundum eam ſæpe iudicaſſe Bero. conſilio 79. nu. 43. conſillo 95. nu. 6. conſilio 137. nu. 8. conſ. 145. col. ult. lib. 2. c. in præſentia nu. 445. de prob. & c. Raynutius nu. 150. de Teſta. Neuiz. conſ. 1. aſſerens ita conſueuiſſe iudicare magnum conſilium Pedemontanum Ducis Subaudię. Celſ. Hugo. conſilio 24. nu. 18. ubi idem teſtatur, & ſequitur Hypp. Rim. conſ. 9. nu. 118. & ſeq. pluribus, ubi hanc negatiuam magis communem & æquam, ſemperque ſeruatam, & in iudicando tenendam, etiam ſi duę quartę detrahente ſunt audacter aſſerit, & probat & conſ. 110. nu. 12. lib. 1. conſ. 1. nu. 35. lib. 2, conſ. 379. nu. 160. lib. 4 & Meno. ſibi contrarius conſilio 88. nu. 20. & nu. 52. libro 1. & conſ. 177. nu. 29. lib. 2. & ut cæteros omittam omnium latiſsime, qui multos allegat, multos autem horum omittit Hyer. Gab. (cuius conſilium editum fuit non nullis annis poſtquam ego ſcripſiſſem in hac cauſa, prout ſunt etiā non nullorum aliorum hic addita poſtea conſilia) conſ. 93. fere per totum, precipue ſub nu. 26. ueerſiculo contraria uero, ubi enumerando Doctores, qui hanc negatiuam tenuerunt hanc magis communem, docet Phanu. de inuenta par. 7. nu. 124 ubi dicit ita Senis per Rotam iudicatum fuiſſe Viui. commu. opi. 142. uerb. rogatus lib. 1. Suar. libro primo uerb. Trebellianica nu. 12. Io. Pet. Surd. conſilio 77. nu. 4. ponens pro indubitato hoc in liberis primi gradus, licet contrarium dicat in illis ſecundi gradus, ut ſunt nepotes, latius Io. Botta. conſ. 63. nu. 6. ubi quamplurimos á nobis ſupra citatos congerit, & pro magis communi *, ueriore & ęquiore ſequitur Cotta uerb. Tribellianica Nat. conſ. 145. nu. 23. conſilio 528. nu. 35. Laur. Chirco. cent. 4. concluſ. 89 in fi. Decia. conſilio 59. nu. 17. libro. 2. Et iſta opinio non ſolum magis communis, ęquior, & uerior eſt aſſertione Doctorum, de quibus ſupra, uerum etiam nititur ſolidioribus argumentis, quam contraria, collectis à ex uerbis, quam ex mente d. l. iubemus & quidem ex uerbis ibi omnibus modis quartam retineri &c. quibus uerbis complectitur, ibi Zeno omnes caſus qui conſiderari poſſunt argumento l. Iulianus de leg. tertio c. ſi Romanorum 19. diſtin. l. 1. iuncta glos. ff de alienan. iud. mut. cau. fact. ſiue per patrem fuerit retentio quarte permiſſa ſiue expreſſe prohibita, ſiue de ea nihil expreſſe dictum, &c.

Ex mente autem multis modis.

20 † Primo quia ſi Zeno eius conſtitutionis au-
thoe de hoc ſuiſſet interogatus, ita eſſe de ſua inten
tione omnino reſpondiſſet, cum ratio diuerſitatis
allegari non poſsit, cur magis d. quarta minui non
poſsit p imputationem fructuum, quam per omnimodam prohibitionem tolli, ergo, & nos idem dicere debemus, l. tale pactum § fi. cum not. ibi per glos. & Doct. ff. de pact.

21 † Secundo quia ſi pater grauando filium non po
teſt ordinare quod fructus percepti per eum impu
22 tentur in quartam, ut ibi conſtituitur, † licet alia
per alios hęredes regulariter imputentur l. in fideicommiſſariam in princ. ff. ad Trebel., multo minus uidetur Zeno uelle, quod pater poſsit in to-
23 tum per ſuam prohibitionem tollere, † cum quod
eſt maius ſine dubio ei denegetur, cui quod eſt minus denegatū eſt l. cum pacto ff. de ſeru. export and. l. qui indignus ff. de ſenat. l. non debet cui. vbi Dec.
24 ff. de reg. iur. † Nec dicatur d. l. iubemus correctā
eſſe quoad imputationem fructuum in Trebellianicam, ut nonnulli uoluerunt, quia contrarium comuniter * tenent Doct. d. l. iubemus & l. in fideicommiſſariam, ubi Rip. nu. 281. Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu. 31. & alij alibi paſsim.

25 Tertio Quia tempore Zenonis eius legis autoris
regulariter Trebellianica poterat minui, ſi Teſtator uoluiſſet fructus in eam imputari d. l. in fideicō miſſariam in princ. in totum autem prohiberi minime poterat d. l. de bonis §. 1. & fin. uidens igitur Imperator has duas regulas, & uolens ſua conſtitutione aliquid inducere fauore filiorum in hęreditate paterna; limitauit regulam, quę in ſui generalitate erat etiam contra filios, ſtatuens eam non procedere in liberis primi gradus, ſecundam uero regulam de prohibitione Trebellianicę generali expreſſe non tetigit, quia cum ea eſſet negatiua, non poſſe, uidelicet, in totum prohiberi, & per conſequens etiam in ſui generalitate in fauo-

rem

rem filiorum cederet, non fuit neceſſe, ſicut in prima, quę tendebat in detrimentum filiorum, quibus ipſe ea conſtitutione conſulebat, ſed ſatis fuit eam non taugendo tacite confirmare, ſaltem argu endo de minori ad maius, ut ſupra, prout etiam ſentit Claud. Seis. d. l. Marcellus in princ. nu. 11. & Soc. Iun. d. conſilio 131. ſub nu. 24. aliter tamen deducendo, dum conantur rationem reddere cur Imperator Zeno ibi, non diſpoſuit de prohibitione Trebellianicę, ſicut diſpoſuit de prohibitione imput. fructuum.

26 Quarto Conuincitur identitate rationis, † nam ſpeciali fauore liberorum primi gradus fuit cautum id omne, quod ea conſtitutione continetur, ut apparet etiam ipſe Zeno in fine eius l. nolens eam exten

27 di ad alias perſonas, † ergo fauore eorum tantum fuit inducta argumento l. 2. in fi. de conſt. princip. & ita expreſſe tradit Bal. d. l. iubemus col. 2. verticulo fallit in filijs, & ibi Salic. 2. col. verſiculo ſed Cinus. Ad hoc autem priuilegium concedendum

28 filijs ſpecialiter potuit moueri Zeno, † quia magis debetur hereditas liberis primi gradus q; alijs, cum eis debeatur in uita, & dominium in eos continuetur

* mortuo patre l. in ſuis ubi communiter * omnes ff. de lib. & poſth. & nominatim tradit Guido papę d. deciſ. 51. uers. quia extraneis non tanto iure &c. ſicuti ergo ratio effecit, ut ſpeciali fauore filiorum teſtator non poſſit Trebellianicam minuere p fructuum imputationem, ita, & multo magis, ut eam in totum tollere non poſſit, nec dicatur cum Bar. Socc. in d. l. Marcellus § 1 col. 5. uers. hoc autem, q Trebellianica, &c. quod illa lex cum loquatur de imputatione fructuum, non trahatur ad prohibitionem Trebellianicę, quaſi de uno ad alterū non poſſit fieri argumētatio, quia falsū eſt, ut nominatim reprehendit Soc. Nepos. de conſ. 131. nu. 54.

29 & ſeq. † Nec uerum eſt, quod d. l. iubemus ſit correcta hodie etiam in eo, quod principaliter diſponit de imputatione fructuum ſecundum Cyn. ibi prima oppo. & Cuma. in l. coheredi §. cum filiæ de vulg. & ideo correcta ſit multo magis quoad Trebellianicę prohibitionem, quę in conſequentiam uenit argumento l. 1. §. hunc igitur C. de Iuſt.

* cod. confirman. Quia immo communiter * indubita

30 ta concluſio eſt, eam quoad illud principale incorrectam, ut poſt Bal. Salic. Cora. & alios, quos citat, teſtatur & cōuincit Soc. Iun. d cōſ. 131. nu. 26 & ſeq.

31 † Quinto Quia ſi prohiberi Trebellianica non poteſt extraneo, ut omnes admittunt, multo minus prohiberi poterit liberis primi gradus, quibus naturalis coniunctionis, & ſanguinis arctioris contēplatione iura multo plura concedunt, etiam contra iuris regulas, ut late deducit Port. Imo. d. conſ. 92. nu. 31. uſque ad 39. incluſiuè.

32 † Sexto Quia cum filius detrahat legitimam, ut filius ſibi iure naturę debitam, l. cum ratio. de bon. donat, Trebellianicam uero ueluti extraneus ff. ad ſenatus conſult. Trebell. per totum, extraneo cum ea prohiberi non poſſit, nulla ratione uidetur dicta prohibitio aduerſus filium, ut uidetur arguere Portius Imo. d. conſilio 92. nu. 47. & ſeq. uſq; ad nu. 51. incluſiue.

Non Obſtant allegata ſupra in contrarium, & Primo non obſt. d. auth. ſed cum teſtator, quę in ſui generalitate uidetur corrigere generaliter quoad omnes perſonas antiquam diſpoſitionem, quæ erat, quod Trebellianica prohiberi non poterat,

33 ſtatuens eam prohiberi poſſe, † Quia reſpondetur negando, quod corrigatur d. l. iubemus, quia uerius eſt eam nōn corrigi, ut quinq; urgentiſſimis argumentis late deducit Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu. 25. & pluribus ſeqq. & præcipue.

Vt ſumatim referam, alio tamen ordine, quia cū eſſent ante ius aut. duę diſpoſitiones circa prohibitionem Trebellianicæ, una generalis, in d. l. q de bonis. § 1. in fi. Altera ſpecialis in d. l. iubemus quę uoluit in ſpeciale priuileg um filiorum non poſſe d. quartam minui per fructuum imputatiō & minus tolli, ut ſupra dedixi, poſterior pronſio d. aut. ſed cum teſtator, correctoria tollit priorem & generalem diſpoſitionem d. l. quod de bonis, non autem ſpecialem, & poſteriorem d. l. iubemus ideo filij poſſunt detrahere Trebellianicam non

34 obſtante prohibitione teſtatoris, † arg. l. & ſi non ſex. ff. de here. inſtit. ubi quando plures ll. concurrunt ad idem, licet una tollatur, ſi alia remaneat effectus eius diſpoſitionis durat, ut ibi not. cum late congeſtis per tiraq. in tract. ceſſ. caus. in 2. part. limi. 22.

35 † Secundo Quia maior ratio in liberis primi gradus erat ne eis poſſet prohiberi Trebellianica, quā in alijs, ut ſupra, ideo fuit minor ratio corrigendi

36 in eis, q; in alijs, † ubi autem minor eſt ratio corrigendi lex correctoria generalis non corrigit, glo. & Doct. in c. conſtitutio. de elect. in 6. Alex. l. ſi cō ſtante. in princ. l. ſi uero §. de viro. ff. ſol. matr. & Doct. in auth. quis actiones C. de ſacros Eccleſi.

37 † Tertio Quia diſpoſitio d. l. iubemus, fuit ſpecialis circa liberos primi gradus, auth. autem, ſed cum Teſtator, eſt generalis de heredibus. ideo

38 non poteſt corrigere illam legem ſpecialem, † ſtante in contrarium regula, quod generi per ſpeciem derogatur, & non e contra c. generi per ſpeciem de reg. iur. in 6. cum vulg. etiam ſi ſpecibus precedat, ut hic, Fulg. conſ. 215. in prępoſito conſultationis in princ. Dec. l. in toto iure, ubi alios allegat ff. de reg. iu. faciunt notata per glo. & Bar. & alios

39 in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd. cogantur, † & quod lex generalis poſterior non tollat ſpecialem anteriorem eſt glo in c. officium in uer. duobus de hære. in 6. Gemi in c 1. col. 3. prima oppo. de conſti. in 6. Crau. de antiq. temp. par. 4. ſectio. abſolutis. 2. nu. 44.

40 † Quarto quia, ut legum correctio euitetur, conuenit nouam legem etiam p ueteres declarari; ſicut antiquę declarantur per nouas l. non eſt nouū ff. de legi. ideo d. aut. ſed cum teſtator uolens poſſe prohiberi trebellianicam, debet declarari non p cedere in filijs primi gradus, ne corrigatur etiam d. l. iubemus.

41 † Quinto quia per ſuperueniētē legē generalē nunquam tollitur prouiſio facta in ſpeciale priuilegium, & prerogatiuam certarum perſonarū, niſi ſpecialiter derogetur legi ſpeciali precedenti, glo eſt in l. decurionibus C. de ſile. lib. xij. ubi Bar. & alij notant, Bal. in l. placet. C. de ſacros Eccleſ. in l. dotalem ff. de teſtam. milita. c 1. §. ſancimus qu m. tempo. mi. mueſt. pct. Rom. l. ſi uero §. de uiro ſol. matr.

42 matr. † & quando eſt priuilegium clauſum in cor-
pore iuris, non ſufficit clauſula, non obſtantibus
priuilegijs, glo. aut. qua in prouincia C. ubi de ui.
agi. opport. in uer. illic. Ias. in l. 1. col. pen. de cōſt.
prin. ita ſubtiliter deducit Crot. in d. l. nemo poteſt
nu. 34. ſequitur Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu. 45. di-
cens ex hoc omnem penitus tolli difficultatem in
propoſito.

Sexto Quia d. aut. ſed cum teſtator ut noua diſ-
poſitio correctoria poteſt operari, ut Quarta Tre-
belliāica prohiberi poſsit in alijs hęredibus abſque
eo, quod corrigat d. l. iubemus, ideo eam corrige
43 re dicendum non eſt, † quia quando lex noua cor
rectoria aliquid etiam in modico operatur, reſtrin
genda eſt, ut minus per eam Ius antiquum, & cō-
mune reſtringatur l. 2. C. de noxa. lap. alleg. 34.
dominus papa. col. 5. Felinus. in tract. quan. lit.
44 apoſt. no. pat. col. 3. ampli. 3. † quia legum corre-
ctio ſemper euitanda eſt quantum fieri poteſt l. pre
cipimus C. de app. l. ſancimus C. de Teſta. cum
vulg. ex quibus apparet d. l. iubemus non eſſe cor-
rectam.

Non obſt. ſecundo quod quando detrahuntur
duæ quartæ poſsit prohiberi Trebellianica etiam
in liberis primi gradus ſecundum ſupra allegatos,
quia iſtud eſt cōtra communem & in puncto iuris fal
ſum.

45 Quod autem magis communiter dānetur, oſtē
dimr, quia contrarium tenuit Bar. ut ibi ponderat
Alex. ſuper glo. compenſabuntur, in d. l. quod de
bonis §. quod auus Ang. in conſ. 121. ſolus d. dal-
mia. Alex. d. §. quod auus col. 1. ad fin. & col. ſeq.
ubi dicit, quod propter autoritatem Bar. & Ang.
eſſet durum in practica contrarium obtinere Paul.
Caſtr. ſibi contrarius in d. l. iubemus col. 2. dicens
hanc opoſitionem ſecuriorem, licet ipſe alias con-
trarium tentauerit Bal. in l. filium, quem haben-
tem ſub nu. 26. C. fam. hercis. Sal. in d. l. iubemus.
ubi etiam Corn. & idem latius Corn. conſ. 180. mul
titudo quæſitorum col. 8. vers. alius ſcrupulus lib.
4. Barb. in d. c. Rainutius Rom. conſ. 206. licet de
communi col. pen. ad finem Claud. Seis. in l. mu-
lier §. cum proponeretur ad trebellia. adducens
in terminis d. c. Rainutius ver. in eo uero. cui non
cadit reſpon. ſecundum eum, Paul. Pic. d. l. in
quartam, ſub nu. 281. Rip. d. l. in fideicommiſſa-
riam nu. 30. & l. nemo poteſt nu. 52 ff. de leg. j. ubi
* dicit eſſe * communem Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu.
* 59. & ſeq. ubi pariter cōmunem * dicit lib. 1. & Pa
ris. qui ei ſe ſubſcribit d. conſ. 132. ubi pariter te-
* ſtatur eſſe magis * communem, & quod ab ea non
eſt in conſulendo, & iudicando diſcedendum, &
Hier. Cagno. in l. papinianus §. meminiſſe nu. xi. ff.
de inoff. teſta. Hier. Gab. conſ. 93. nu. 5. & ſeqq.
uſque ad x. incluſiue, ubi tandem dicit ita commu
* niter * receptum eſſe Burs. conſ. 44. ſub nu. 19. vers.
quæ opinio &c. ubi teſtatur de obſeruantia in ſena
tu Mantuæ. Andr. Biſsigna. inter conſ. ult. volun-
tatum diuers. conſ. 151. nu. 10. & ſeq. Hipp. Rim
d. conſ. 9. nu. 119. & alij uarijs alijs in locis.

46 † Quod autem ſit uerior probatur primo ex mē-
te Alex. d. §. quod auus, ibi eſt neceſſe ita intelli-
gere &c. per tex. in d. l. iubemus, ea enim lex
intelligitur communiter loqui in filijs ſub condi-
tione grauatis, & tali caſu, conſtituit per teſtato-
rem nō poſſe diminui trebellianicam per fructuū
imputationem, & multo minus tolli, ut ſupra, &
tamē certiſsimi iuris eſt eo caſu duas quartas poſſe
detrahi, ut ſupra ex communi demonſtratum eſt,
ergo probat non poſſe tolli, etiā quando duæ quar
tæ detrahuntur.

Secundo probatur, quia alias d. l. iubemus, uo-
lens liberis primi gradus prærogatiuam concedere
eiſdem de nihilo ſeruiret, quoniam etiam alij de-
47 ſcendentes idem ius haberent, † cum omnes debe-
ant habere ligitimam liberam, & abſque aliquo
onere, etiam imputationis fructuum l. ſcimus §.
repletionem C. de inoff. teſta. ita arguit Alex. d. §.
quod auus, & Corn. d. conſ. 180. & alij poſterio-
res, Nec dici poteſt, ut aliqui dicunt, quod illa lex
iubemus, cum ſit Zenonis, fuerat facta poſt d. l.
ſcimus, quæ eſt Iuſtiniani, ideoq; illa per hanc de
clarari non poſsit, quia ex quo eſt inſerta in com-
48 pilatione † non debet eſſe ſine effectu aliquid ope-
randi §. quibus in prima conſt. Cod. accedit, quod
d. lex iubemus, loquitur reſpectu trebellianicæ, in
qua nihil circa liberos primi gradus eſt immutatū,
ideo hodie etiam debet procedere, & ad §. reple-
tionem, qui loquitur tantum de legitima, in ea ſo-
lum procedit.

Tertio Vltra omnes, quando Doct. reſtringūt
d. l. iubemus ad caſum ſolum, in quo detrahitur
una quarta, aut intelligunt de legitima, aut de tre-
bellianica, Primo caſu iſta op. eſt falſa per ſupradi-
49 cta. Secundo caſu idem eſt, † quia in liberis primi
gradus non datur caſus, quo ſolum trebellianica
poſsit detrahi, cum eis ſemper ſit debita legitima,
& auferri non poſsit, & in ijs caſibus, in quibus
aufertur propter cauſas ingratitudinis, aut. vt cum
de app. cogn. §. aliud quoq; capitulum &c. cū ſint
exheredati, non datur detractio trebellianicæ, &
ſi aliquis caſus daretur, puta quia eſſent exhæreda-
ti a primo gradu propter ingratitudinem poſtea
ſubſtituti, & demum grauati, tunc non eſſet aliquo
pacto credendum, quod d. l. iubemus iam genera-
liter, indiſtincteque loquens, intelligatur in hoc
tantum, uel ſimili & tam ſpecialiſsimo caſu, ma-
xime cum non ſit aliquo modo credendum, quod
Iuſt. uoluerit fauere liberis ingratis, & legitime ex-
hæredatis, quos ipſe iam infeſtos habet in d. §. ali-
ud quoq; capitulum & paſsim.

Non obſtat tex. in d. l. iubemus, ibi dodrans in
ſtituatur &c. in quo teneotes contrarium precipue
50 ſe fundant, † quia pro uera reſponſione & declara
tione illius legis conſiderandum eſt, quod cum fi-
lius ſub conditione grauatus detrahat duas quartas
ſecundum communem poſt Bar. in d. l. quamque,
quælibet detractio iſtarum quartarum cōſideratur
51 de per ſe ſuo tēpore, † & ideo ſtatim atq; filius ſuc
ceſſerit patri, de tota hęreditate detrahit legitimā,
tanquam ęs alienum Bal. l. ſcimus in princ. C. de
inoff. teſta. canon. c. Raynutius, & c. Raynaldus
de teſtam. Et quod ſupereſt remanet pro aſſe hęre-
ditario. Eueniente poſtmodum conditione, ex illo
reliquo, & integro aſſe conſiderato abſq; detra-
ctione legitimæ, detrahitur quarta trebellianica,
quæ eſt dodrans iſtius reliqui aſsis, & ſic ſtant illa
ſimul, quod hęres detrahat duas quartas, & dodrā

tem

tem reſtituat, quicquid non perceperint Doct. con
trarium tenentes, cum uerum ſit, quod dicit illa
lex dodrantem reſtitui reſpectu ſcilicet iſtius aſsis,
poſt reſtitutionem legitimę conſideranti, & hic
eſt genuinus ſenſus illius legis, quem tradidit Bal.
d. l. filium quem habentem col. 9. vers. non obſtat
d. l. iubemus, & Paul. Caſtr. ibi col. 1. Alex. d. l.
quod de bonis §. quod auus col. 2. cum alijs conge
ſtis per Pau. Pic. d. l. in quartam col. 8. nu. 281. &
Soc. Iun. d. conſ. 131. nu. 59. & ſeq.

Non obſt. quod quemadmodum pater poteſt
relicta filio legitima, de reſiduo diſponere, ita ui-
deatur poſſe trebellianicam prohibere, quia non
52 eſt par ratio, quicquid non uiderit Ruy. Rot. &
Marza. ubi ſupra, quando enim pater filio legitima
relicta alium facit heredem, filius onus hereditatis
non ſuſtinet, ideo integrum eſt patri de reſiduo
diſponere, non ita quando heres filius factus eſt,
cum tunc trebellianicam conſequatur ex onere hę-
reditario, quid ſubijt l. 1. & per totum ff. ad trebl.
ideoq́, ęquius eſt tunc eum non grauari in ipſa tre-
bellianica, & ſibi imputet pater, qui hanc uiam ſibi
arctiorem elegit ad priuandum filium reſiduo patri
monij ultra legitimam, & patet iſta ratio diuerſi-
tatis ex d. l. iubemus, in qua diſponitur per Teſta-
torem pręcipi, non poſſe imputationem fructuũ
in Trebellianicã. & tamen ſi non fecisſet heredem
filium, potuiſſet nil ultra legitimam relinquere.

53 † Non obſt. quod in dubio magis faueamus
teſtamento, quam filio d. l. ſi pars iudicantium,
Quia hic non ſumus in dubio, ſtante clara diſpoſi-
tione legis, & rationibus quibus ſupra ꝑ negatiua
opinione.

54 † Non obſt. quod fauorabilis uideatur interpre-
tatio, quę impedit detractionem trebellianicę, cũ
ſit cõtra uoluntatem teſtatoris, ſecundum Corn. d.
conſ. 182. cum ſimilibus. Quia reſp. primo hoc
55 non eſſe uerum, † cum enim teſtator uideatur ſe
conformare cum diſpoſitione iuris l. hęredes mei. §.
cum ita ad trebellia. ubi Doct. & iure comunt ſit
inducta prædicta detractio tot. tit. ad trebell. non
poteſt uideri fieri contra eius uoluntatem, maxime
56 hodie, † quia cum teſtator regulariter poſsit eam
prohibere aut. cum teſtator C. ad l. Falcid. &
non prohibuerit, uidetur conſenſiſſe, quod hæres
detrahat, quo fundamento uoluerunt magis comu-
niter Doct. quod non prohibita per teſtatorem
57 trebellianica hęres approbans teſtamentum trebel
lianicę non uideatur renunciaſſe, Dec. conſ. 256.
Cag. d. §. meminiſſe nu. 17. Rol. conſ. 78. nu. 13.
lib. 1. cum alijs ꝑ comunitetatis per Pha. d. tract. de
inuenta. part. 7. nu 132. exploſo conſilio Anchar.
252. in quo contrarium uoluit.

Non obſtat, quod per non confectionem inuen
58 tarij Baldaſſar amiſerit trebellianicam, † Quia
quicquid multi dixerint circa hoc, uerior, ęquior,
• & magis comunis, • & in practica recepta ſenten-
tia eſt non perdi trebellianicã per non confectionẽ
inuentarij, etiam per extraneum, ut colligitur aper-
te ex traditis per Franc. Port. in tract. de inuenta. q.
6. in fine, per Soc. Iun. conſ. 137. uiſo, nu. 9. lib.
2. per Craue. conſ. 17. quæritur &c. ubi ita con-
uincit indiſtincte ex pluribus arg. per Calc. conſ.
37. per Bolo. in addi. ad conſ. Anania 61. per Ang.

Aret. in tractatu de teſta in glo. prohibuit deduci
trebellianicam, per Steph. Auf. deci. Tholo. 314.
ubi teſtatur de praxi. per Caſſad. in tit. de teſta. de
ci. 3. in fine. vbi, quod eſt ſecurior, & magis pia
in iudicijs, Rol. a Vall. conſ. 27. nu. 14. & ſeqq.
maxime nu. 26. ubi alios congerit & de conſuetu-
dine ſeruari dicit lib. 1. & conſ. 5. nu. 33. lib. 4. pul-
chre, & late Pha. de phanut. par. 7. nu. 31. & ſeqq.
de inuent. Laur. a Pinu. latiſsimæ conſ. 5. per to-
tum maxime nu. 77. ubi quod magis communis,
ęquior, uerior, & in praxi receptior. In filijs au-
• tem primi gradus pro indubitata, & cõmuni • opi
nione eam hodie tenent omnes, ut de ſtilo, & com
muni teſtatur Guid. Papæ decis. 53. obſeruetur,
ſentit aperte Bert. conſ. 209. preſupoſito nu. 10.
lib. 3 Ruy. conſ. 135. lib. 3. Alex pro communi
conſ. 43. ex teſt. m. nu. 9. & Hier. Cagn. in l. pa-
pinianus § meminiſſe nu. 15. ff. de Inoff. teſta. ubi
• aſſerit hanc opinionem eſſe • magis comunem,
ęquiorem, benigniorem, & obſeruatam per totũ
mundum deci. Pedemon. 147 per totam, præcipue
ſub nu 27. vers. quapropter &c. Burs conſ. 44. ſub
nu. 19. vers nec per eum &c. ubi multos adducit,
• communem, • ſerua atque Mantuæ atteſtatur Maz
zol. conſ. 320. nu. 29. ubi indiſtincte ſequitur ne-
gatiuam opinionem & omnium latiſsime Rimi.
Iuni. conſ. 187. nu. 17.
59 & pluribus ſeqq. lib. 2. Io: Botta. conſ. 63. nu. 8.
qui multos allegat ultra ſupra, ennumeratos, qui
apud eũ uideri poterũt Difficultas eſſe poſſet quia
ſtante prohibitione teſtatoris, & non confectione
inuentarij uideatur de trebellianica etiã per liberos
primi gradus Curt. Iu. conſ. 54. nu. 11. Grat. conſ.
160. nu. 26. li. 2. ſed ij nihil allegant quod urgeat,
unde eorũ limitatio tanquã ex eorum capite ſine le
ge, & ratione proueniens reiicienda eſt.

Non obſtat, quod hic non ſumus in liberis pri-
mi gradus, quia grauatus eſt hęres hęredis ex
quo poſt mortem primi instituti ſit hęres Ange-
lus in teſtamento iux. notata per Bar. in l. qui duos
ad finem de uulg & pupill. d. l. coheredi §. cum
filię. Quoniam Reſpon.

Primo quod doctrina Bar. in d. l. qui duos po-
teſt procedere in Inſtitutione directa, ut ipſe ſe ibi
60 expreſſe reſtringit, † ſecus in fideicommiſſaria,
ut hic, ubi ſumus in compendioſa, quæ poſt aditã
hęreditatem ſubſiſtetur in uim fideicommiſſariæ,
iux. comuniter tradita per omnes in l. precibus C.
de impub. & in terminis tradit Dec. d. conſ. 81.
61 col. 2. † Præterea non eſt uerum, quod quando
onus eſt iniunctum poſt mortem, dicatur grauatus
hęres hæredis, & contrarium expreſſe firmat Pau.
Caſt. conſ. 67. in præſenti caſu, quantum ad id &c.
lib. 2. & conſ. 198. in fine pro quo allegatur e. ſi pa
ter de teſt. lib. 6. ſequitur per illum tex. & q̄dam
alia Aret. l. 1. § in. in 5. & 6. col. ff. de vulg. &
conſ 255. periculoſum eſt &c. Curt. conſ. 42.
teſtatur col. 11. Mar. not. 161. nota pulcram doctri
nam &c. & Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu. 77. ubi di
citur ex uſu iſtam doctrinam apud noſtros Docto-
res receptam, quando ſi filijs ſit ſubſtitutio fidei-
commiſſaria, ſi deceſſerint ſine filijs.

Non obſt. quod hic uideatur agi de fideicõmiſ-
ſo reſtituendo per extraneum, ideſt per Angelum,
defecta

defecta eius linea maſculina, ut ſopra ultimo loco direbatur, quoniam pro uera Reſpon. ommiſsis a-lijs conſiderandum eſt, quod ad Angelum ex perſo na Baldaſſarria preſati peruenerunt bona olim Io: Baptiſte duplici iure.

Primo Quidem iure fideicommiſsi iniunti Bal-
62 daſſarri in teſtamento paterno, † in quibus quia Baldaſſar fuit a patre honoratus, potuit bene grauari l. ab eo C. de fideicom. & ideo in iſtis locum habet fidecommiſſum iniunctum in eodem teſtamento Angelo primo ſubſtitu o defecta linea maſculina ipſios, & quoad iſta poteſt prorodere argumentum, ut non potuerit prohiberi trebellianica ex teaneo.

Secundo peruenerunt ad Baldaſſarrem alia bona iure legitimæ, & trebellianicæ ſibi debitarum
63 ex diſpoſitione legis, † in quibus ipſe a patre grauari non potoit, cum ex diſpoſitione legis haberet ideoq; pater non poſsit uideri in hnc eum honorace cum ex neceſsitate faciat argumen to l. rem lega ã ff. de adim. leg & tradit Din. conſ. 9 in fin Bar. & alij l. titin centum §. titin genero ff. de cond. & demonſtrat. Marcus Antonius Baue. in cepet. l. cum filio famil. nu. 34 limit. 4. & ibi Soc. Iun. nu. 43. & Aymon. Craue. j parte ſuę cepet. nu. 174. Ideo in eis habebat liberas habenas diſponendi, & ad hæredes ſuus tranſmittendi, prout fecit in eius teſtamẽto ex ſupra latius adductis, & ideo ex iſtis, tanquam non ſubiectis fideicommiſſo non radit queſtio, an detrahatur trebellianica, & an prohiberi potuerit.

Qvoad ſecundam Queſtionem principalẽ bre-
64 uiter comunis * reſolutio uidetur eſſe, quod exclu ſę faciã: numerum quoad augendam legitimam de triente ad ſemiſſem, ut colligitur ex notatis p Bal. & Ang. l. unica §. in primo C. de caduc toll. per Ang. in l. papinianus § unde ſi quis ff. inoff. teſta in d. l plane § ſi duobus ubi Aret. & alij Paul. Caſtr. l. huiuſmodi §. ſi titio de leg. 1. ubi Iaſ. Roma l. 1. C. quando rem per pau Bal. & alios aut. nouiſsima C. le inoff. teſta. & per alios uarijs in locis in ſeqẽti queſtione allegandos. & quia in hac non conſiſtit magna uis preſentis conſultationis, ulterius non inſiſto.

Circa Tertiam Queſtionem prima facie dicendum uidetur, quod portiones excluſarum non
65 accreſcant Baldaſſarri, † quoniam frater, & ſorores præſati ſunt inter ſe coniuncti coniunctione legali, cũ a lege ijs legitima decernatur aut. de trient.
66 & ſemiſſ. & aut. nouiſsima C. de inoff. teſta., † Inter coniunctos autem coniunctione legali non habet locum ius accreſcendi, quando non agitur de hęreditate, ut hic, quia legitima eſt quota bonorum
67 hæreditatis l. papi. §. Quarte ff. de Inoff. teſta. l. proculo de leg. ſecundo.

Hoc tamen non obſtante cenſeo d. Baldaſſarri portiones legitimę dd excluſarum ſine dubio deberi, uel per ius accreſcendi, uel p remotionem obſtaculi.

68 Per ius qoidem accreſendi, † quia uerior, & ma-
* gis comunis * opinio eſt, quod in legitima, & eius ſupplemento locum habeat ius accreſcendi, ut nor Alex. Iaſ. in l. plane §. ſi duobus ff. de leg. j per Doct. in l. unica C. quando non pet. par. in l. re cõ

69 iuncti de leg. 2. vbi Rip. nu. 211. dicit comuenem*, quę qoidem opinio procedit ſine dubio inter plures ſimul inſtitutos, licet aliqui uniuerſaliter, aliqui non, inſtituti ſint. ut hic, Salic. d. l. unica q. x. Fab. de mont. auth. nouiſsima nu. 179. & ita in terminis firmat Rom. d. l. unica col. pen. uers unde pro ſolutione poſt Bat. l. Pater filium col. pen. de inof teſta. Guid. papæ. deciſ. 295. aut filios familias
* & rurſus deciſ. 599 item &c. qui dicit * comunẽ. & bis in facto ita fu ſſe iudicatum, ut ſupplementum illud cedat comodo uniuerſalis inſtituti, ſequitur Caſtan. conſ. 53. & Nic. Bello. conſ. 83 in cauſa Domini Baronis nu. 16. 17. & 18. ubi pariter de
* comuni * teſtatur, & dicit eſſe caſum in l ſine patronus §. ex duobus ff. de iur. patron. Non obſtat argumentum in contrarium deductum, quia reſpõdet Rip. d. nu. 211.

70 Per remotionem autem obſtaculi eodem pacto ſine dubio ſuccedit Baldaſſar in dictis portionibus excluſarum; cum enim dictæ eius ſorores per eum eſſent excluſæ ab integra legitima ex diſpoſitione ſtatuti Peruſijni lib. 2. rub. 45. illud, a quo excluduntur, auget, atque impinguat, (ut ipſi dicunt) legitimam Baldaſſarris, Bald. in d. l. papianus §
71 unde ſi quis Ang d. l. planẽ §. ſi duobus, † & ideo excluſæ, & incapaces faciunt numerum, & partem quoad commodum maſculorum, quorum contemplatione excluduntur, & non admittuntur ad partem, quia maſculi intelliguntur uocari ad partem quam habituræ eſſent mulieres excluſæ, ut clare ſenſit Paul. Caſt. in l huiuſmodi § ſi titio de leg j in conſ. 286 quoniam fundamentum col. fin. vers ex hoc dico &c. lib. 2. Roma. in l. 1. col. ante pen. & pen. C. quando non pet. part. Soc. conſ. 70. viſo teſtamento lib. 2. Maria. Socci. ſen. late conſ 5. præſens conſultatio per xii. fundamenta ualde notabilia, quibus concludit, quod quando quis excluditur a lucro, uel commodo contemplatione alicuius, illi debet applicari commodum, cuius contemplatione ille excluditur, idem Maria. Soc. conſ. 84. uiſa. col. 4. & Bar. Soc. conſ. 241, circa col. x. & xi. uers. ſecundum quod eſt præſuponendum, & uers. tertium, & vltimum lib. 1. vbi dicit ſe ita ter iudicaſſe & bis uidiſſe per alios pronunciatum, ut Iaſ. in l. ſeruo legato § ſi teſtare ff. de leg. 1. Curt. Sen. conſ. 5. in ſecũda oppoſitione principali Ant. Rub. Alex. conſ. 156 circa primum col. 3. vers. cõprobatur &c. ubi alios adducit ita tenentes, Nicol. Bello. d. conſ. 83. in fin. & Alb. Brun. in tractatu quod ſtant maſc. fęm. non ſucced. articulo 13. ſub nu. 45. uers. alia, & tertia opinio &c. ubi dicit, quod alias ita conſuluit Bart. Sore. Ambr. Opizzo. & de conſilio Campegij fuit iudicatum, & cuius ſub nu. 45 ad finem aſſerit, quod hęc opinio eſt
* uerior, & * communis, & quod ipſe in facto ita etiam obtinuit, prout etia latius atteſtatur Soc. Iun. conſ. 25. caſus ille &c. lib 1. ex quibus, cum appareat nephas eſſe ab iſta opinione in iudicando diſcedere.

Solum diſcutiendum eſt, An ipſa legitima, quę eſt feminis conſideretur reſpectu totius hęreditatis, etiam habito reſpectu ad dotes dictarum mulierum vel potius illę dotes præſeruatæ a ſtatuto non numerentur in vniuerſitate bonorum, & d. legitima

colligatur

colligatur ſolum ex eo toto, quod remanet deductis dotibus prędictis, in qua difficultate, tamet fuerunt uariæ opiniones, ut per Doct. in ſupradictis 72 locis, † tamen magis communis opinio eſt, quod præſeruatum a ſtatuto, & pro dote traditum non connumeratur in uniuerſitate bonorum, ſed uelut quoddam ęs alienum detrahitur, quoad legitimam colligendam, & poſtea eius totius, quod remanet dimidia dicitur legitimæ non excluſi, ut post Bal. Ang. Imo. Cuma. Anc. Sabic. Lacc Soc. Cardin. Collegium paduanum. Aret. Corn. Camp. Alb. Brun. & alios latiſsime defendit, aſſerens ueriorem, & hodie magis * communem opinionem Soc. Iuni d. conſ. 25 ſub nu 13. uers. tertia, & ultima &c. ubi exemplum ponit, & clariſsime loquitur. & ita ſine dubio concludendum, Quatenus tamen iſta opinio in dubium reuocaretur, conſiderandum eſt, quod in omnem euentum Baldaſſar pro ſua legitima habebit dimidiam omnium bonorum ſaltem computando in ea totum id, quod eius ſorores ex bonis paternis habuiſſent, & ſic erit uidendum

Quanto minus habuerint de legitima pro dote illæ quatuor filiæ feminę d. Io: Baptiſtæ ſorores d. Baldaſſaris, & de eo, quod ſupereſt uſque ad dimidiam partem totius hereditatis d. Io: Baptiſtæ 73 Igitur portio legitimę d. Baldaſſaris, eſt ita ut Baldaſſar ſit habiturus pro legitima dimidiam partem aſſis detracta tamen ea quantitatę, quam dictæ ſorores pro dote habuiſſent, ut tenuit Paul. Caſtr. Corn. Soc. & non nulli alij relati per Soc. Iuni. d. conſ. 25 ſub. nu. 13. uers. alia & ſecunda &c.

Et retenta iſta opinione, ad cautelam tamen, ſiue ſuperiore, quæ communis eſt, d. Baldaſſar debet habere ulterius de reſiduo quartam partem pro tre-74 bellianica, † quia quãdo detrahuntur duę quartę trebellianica eſt quarta pars reſidui detracta legitima, Ang. in conſ 125. ſubſtitutiones in fin. & 307. teſtatur in fin. Ias. l. centurio in princ. de vulg. & pupill. Crau in conſ. 50. alias reſpondi nu. 1. ubi dicit in hac re * neminem legiſſe diſcrepantem.

75 † Nec dicatur, quod quando legitima aſcendit ad dimidium (ut hic ex ſuprascriptis) totius hæreditatis trebellianica non poſsit detrahi, ut uidetur fuiſſe ſententia Bal. conſ. 94 punctus quæſtionis lib. 2. ne filius rogatus reſtituere habeat pluſquam honoratus; Quia illa opinio non eſt uera, & cõtra Bal. tenet Old. conſ. 172. in fin. Curt. ſeni. d. conſ. 52. col. x. in fine vers. ut nihil omittatur. conſ. 76. col. 4. in fin. uers. quid plus Ang. d. conſ. 307. in fine, & Hier. Cagno. d. l. papinianus §. meminiſſe nu. 19. ubi adducit Bal. in contrarium, & ueris rationibus hanc opinionem firmat, quicquid de hoc dubitet Crau. d. conſ. 50. in fin. & latius firmaui ſupra conſ. 54. Peraquinus.

Marcus Antonius Eugenius I. C.

Subſcriptiones pręcedentis Conſilij.

Lætor ꝙ Pręclariſsimus Dominus ſupra ſcribens, & mihi uti frater honorandus ſuo eleganti, & copioſo conſilio confirmauerit in primo puncto 76 quod alias, ut Arbiter electus laudaui, † duas detrahi per filios primi gradus poſſe quartas ſucceſsiuis temporibus, quas nec prohiberi poſſe, nec perdi dixi per non confectionem Inuentarij. quod laudum etiam a partibus acceptatum fuit, & tunc uidi ultra adductos eſſe etiam in hac opinione Ruynum in conſ. 163. nu. x. ſecundo uolumine, & ſequentibus, ac conſ. 21. no. 7. tertio uol. & ubique hoc diſcutiendo confirmat ualidiſsimis, & efficaciſſimis rationibus ubi quod nec fructus in quartã imputentur, de quo & Frãciſcus Porcellinus in tract. de Inuentario mihi ſexto Tomo tractatuum.

77 † Nec uidetur, quod ſine aliqua uiolatione poſsit adaptari ad d. l. iubemus intellectus, ut duę non detrahantur quartæ, & fructus in talibus computentur, dum dicit, ut omnibus modis, retenta quarta parte pro authoritate trebelliani §. C. non per imputationem redditutum, licit hoc teſtator rogauerit, uel iuſſerit, ſed de ipſis rebus hæreditarijs dodrans reſtituatur oportet intelligere, prout etiam ſenſit Dominus ſupra conſulens 53. remanentis hęreditatis ultra legitimam, quam conſequi, & detrahi debuiſſe præſuponit lex tempore mortis teſtatoris, ut ęs alienum, quia ſic ab omnibus conſideratur l. papinianus §. quarta. ff. de inoff. teſta, l. quoniã in prioribus C. eod. cum vulg. quia uerum eſt, quod in hac filius eſt in uita patris quodammodo dominus d. l. in ſuis Nec iſta legitima accipitur, & habetur ꝑ auctoritate §. c. trebelliani, ſed Imperatoris, cuius cura fuit, ut a legitima omne ſummoueretur onus, impedimentum, ac mora. cui accedat quod ſcribit Capi. in deciſ. Neap. 158. Nec omitto, quod licet ex authoritate legiſlatoris induci poſsit legum correctio per identitatem rationis iux. l. his ſolis C. de reuocat donat; non tamen authoritate magiſtrali ſic firmat, & adducit Roma. in d. aut. ſimiliter per glo. in aut. quas actiones C. 78 de ſacro. Eccleſ. qui Romà ſubdit, † quòd lex derogatiua per rationem identitatis tunc extenditur, quando continet caſum fauorabilem, alias ſecus, ut ibi per eum maximè quando extenſio urget in tertij pręiudicium ut proprie in caſu noſtro eſſet, ut ibi late per eum. confirmo igitur ex omnibus p d. Dominu conſulentemm, & ex his ſupraſcriptis ipſius ſententiam, & opinionem.

Philippus de Vbaldis I. V. Doct. & Canonicus Peruſinus.

Conclvsio ſupra firmata videlicet, ꝙ pater non potuerit liberis primi gradus fideicommiſſo oneratis, quando diuerſis temporibus duę Quartę ueniunt detrahendę, prohibere detractionem trebellianicę, tenenda eſt, & quia melioribus ratio-79 nibus fulcitur, quam contraria, † & plurium * comprobatur ſuffragijs, & ultra rationes copioſe, & eleganter per Clariſsimum Dominũ Conſulentẽ 80 allegatas, † facit, quia non debemus ſumere eam interpretationem, per quam facile legi illudi poſsit l. fin. §. nec autem C. de bon. quę lib. c. bonę il 2. ex de poſt. pręlat; ubi glo. in uerb. illuſerent c ſi ciuitas de ſent. ex commu. in 6. c. nullus Diſtinct. xli. At ſi diceremus, quod teſtator poſſet prohibere d. Quartam. legi. iubemus. quatenus in ea expreſſè ſtatuitur, quod teſtator non poſsit facere, quod fru-

ctus

ctus in trebellianicam imputentur, facile poſſet cir
cum ſcribi, & illa lex reddi eluſoria merito illa opi
nio, & concluſio eſt reijcienda, quod autem diſpo
ſitio d. l. iubemus poſſet facile eludi, probatur:
Nam ſtante opinione contraria teſtator uident,
quod non poteſt iubere, quod fructus percepti im
putentur in quartam Trebellianicam per d. l. iu-
bemus ad eludendam, & circum ſcribendam legis
diſpoſitionem probiberet detractionem trebellia-
nicę, per quam prohibitionem conſequeretur,
eundem, & maiorem effectum, ac ſi fructus fu-
iſſent imputati, quod eſſe non debet c. quod una
de reg. iur in 6.

Nec dicatur, quod d. l. iubemus, quatenus ex-
81 preſſe ſtatuit, quod teſtator non poſſit liberis
primi gradus per imputationem fructuum mi-
nuere Quartam trebellianicam, ſit hodie cor-
recta per aut. ſed cum teſtatoe, ut tenet Cyn.
in d. l. iubemus in prima opp. Quia hæc opi-
nio eſt fere ab omnibus reprobata, ut per Bal.
Ang. & Corn. & alios in d. l. iubemus, &
etiam ab his, qui tenent, quod teſtator poſſit
prohibere trebellianicam liberis primi gradus, ut
per Soc. patruum in l. marcellus col. 5. ff. ad Senat
conſ. trebell.

82 Ex hoc ſumitur, & ſecunda ratio, † quia iſta
trebellianica detrabenda per filios in hoc differt
ab ea, quæ detrahitur per alios, quia in eam
non imputantur fructus percepti iudicio teſtato-
ris d. l. iubemus. iuncta l. in fideicommiſſariam
ff. ad Senat. cons trebell & tanto magis differt quã
to nec uolente quidem teſtatore fructus imputari
83 poſſunt, † in hoc autem iſta trebellianica filio-
rum magis participat de natura legitimę debitę
filijs, quam de ſimplici trebellianica, ex quo
nec in legitima fructus computantur l. ſcimus §.
repletionem C. de inof. teſta. & §. prohibemus
aut. de hęre. & falcid. & not. in l. uxori meę ff.
de Vſufr. & in aut. nouiſſima C. de inoff. teſta.
cum vulgaribus. Quamuis ergo dicatur permiſſa
prohibitio falcidę & trebellianicæ d. aut. ſed cum
teſtator, quia tamen d. aut. eſt correctoria iuris
antiqui l. tetia § fin. & l. quod de bonis §. fin. ff.
ad l. falcid. non debet habere locum in trebellia-
nica, quę detrahitur per libetos primi gradus,
que in prędictis participat de legitima, & cuius
natura eſt alterata, & hoc fundamentum facit
Ruy. in conſ. 163. nu. 17. in ſecundo uol. pro quo
dicit facere c. ſtatutum de elect. in 6. cum ibi not.
84 per Io: And. † ubi dicitur, quod appellatione
Eccleſiarum Parochialium non ueniunt Eccleſię
Parochialis colligiatæ in materia ſtricta, quia ha-
bent qualitatem colligij ſupra curam; faciunt quę
not. per illum tex. Abb. in rub. de maio & obed.
85 † ubi dicit, quod appellatione clericorum in ma-
teria ſtricta non ueniunt clerici in dignitate con-
ſtituti, neque canonici, quia in eis eſt qualitas,
quæ non reperitur in clericis ſimplicibus, & idem
tenet in c. bonę il primo col. prima de poſtu.
quia ergo d. trebellianica filijs debita eſt priuile-
giata circa pręmiſſa, & qualificata pręter natu-
rã trebellianicę ideo lex noua & correctoria etiam
ſi expreſſe permitteret prohibitionem trebelliani-
cę, non deberet intelligi de ea, quę detrahitur per
filios, maxime, quod in ea agunt non tam de lu-
86 cro captando, quam de damno fugiendo, † cum
ſint domini in uita l. in ſuis de lib. & poſt c. & ſint
87 in primo gradu, † quibus iura magis uidentur faue
re maximè in retinenda ſubſtantia paterna l. ſuus-
quoque, & l. ſed & ſi ſub conditione §. nepotes
ff. de hęred. inſtit. & facit pro ſupradicta ratione
Ruini l. cum paſſam §. pręſcriptionę ff. de adulte.
& not in l. 2. ff. de uer. oblig. in princ. Additur &
tertia ratio de lege prohibente, & permiſſiua,
quam pręter alias multas ponit Soc. in d. conſ. 131.
nu. 51. ſed dato, quod ceſſarent ſupradictę multi-
plices rationes, tamen partes Iudicis deberent eſſe
in iudicando, quod filius poſſit detrahere duas
Quartas prohibitione teſtatoris non obſtante, ex-
quo iſta opinio eſt comunis, ut diffuſe probatur
tam per Soc. in d. conſ. 131. quam per Dominum
conſulentem quibus additur Rui. qui licet ſit ſoli-
tus impugnare comunes opiniones tamen tenet
eandem opinionem in d. conſ. 161. & in conſ. 21.
nu. 8. & conſ. 135. lib. 3. & conſ. 190. q. tertia lib.
2. His omnibus adiungi poteſt auctoritas maximo-
88 rum Doctorum tenentium, † quod in fidei-
commiſſo uniuerſali facto fauore piæ cauſæ non
poſſit teſtator prohibere trebellianicam, qui fue
runt Io: And. in c. ſi pater de teſt. in 6. Oldr.
conſilio 258 Fo. de lige. & Io. Cald. qui pro hac
parte conſuluerunt, ut refert Perus. in d. c. ſi
pater poſt Salic. in aut. ſimiliter C. ad l. falc.
& alios. quos refert Perus. in d. c. ſi pater, unde
ſecundum opinionem iſtorum multo minus pote-
rit prohiberi ſi iniunctum fuerit fideicommiſſum
faccere extranes, & perſonę profanę ut in caſu no-
ſtro.

Et ſi ad hoc eſſet penes iudicem aliqua dubitatio
quę nam opinio eſſet uerior, & comunior de quo
tamen per ſupradicta non uidetur dubitandum, ad
89 huc tamen deberet tenere hãc opinionem, † & quia
minus ledit ius comune d. l. quod de bonis §. fin.
cum concord. cum notatis per Modernos in l. cen-
turio nu. 552. ff. de vulg. & pup. & per Syluam nupt.
90 lib. 6 nu. 23. † & quia per eam conſeruatur ius an
tiquum arg. not. c. ſtatutum in uerb. numerandum
91 de prob. in 6. & per Sil. nupt. d. loco, † & quia
benignior l. benignus ff. de legibus c. fin. de tranſa
92 ctio & c. fin. de re. iud. † & benignior interpreta-
dicitur, per quam quis minus obligatur, ut per Syl.
Nupt. d. lib. 6. poſt Ang. in conſ. 337. & quia agi-
93 tur in pręſenti de intereſſe pupilli, † pro quo eſt in
dubio iudicandum Mathe. in tract. de elect. uerior.
94 opinio, & maxime, † quia in hoc iudicio obtinet
partes Rei, pro quo in dubio iudicandum Dyn. in
c. ex literis col. 3. de prob. cum ibi allegatis, & poſ
ſidet §. commodum Inſtit. de interdictis las l. 1.
ff. Sol matr. Dec. in d. c. ex literis, Ex quibus puto
indubitanter partes Iudicis, iam in hoc pun-
cto, quam in alijs ſupra per clariſſimum Do-
minum Conſulentem firmatis fore Iudican-
do in fauorem Baldaſſarris, & ſuorum heredum
5. 5. 5. 5.

Io: Paulus Lancellotus I. V. Doct Peruſi.

PROPOSITA Quæſtio diu exagitata
inter Doct. legentes, & Conſulentes,

95 adeo pturbauit eorum mentem † ut in eius deciſio
ne audacter uariauerint ſummi lli. ucrtices, ſic uide-
ri poteſt in Bal. Paul. Rom. Dec. & alijs quamplu-
rimis, & Rom. qui pluries tenuit negatiuam, tamen
in ſingulari ſuo 192. non ſolum firmauit, quod
filijs primi gradus poſsit prohiberi trebelliani-
ca, ſed quod falſa penitus erat opinio contraria
quicquid dixerit Bal. in l. iubemus C. ad tre-
bell. qualitas enim dubitationis preſatę, ac quan
tę dificultatis ſit ſatis copioſe demonſtrauit
Dominus Conſulens, attamen in eo conflictu
96 in eam ſententiam continon me traxi, quod
in filijs primi gradus non poſsit pater prohibe-
re trebellianicam, quando duæ quartę diuer-
ſis temporibus ueniunt detrahendæ per allegatā
l. iubemus & id plories in contingentia facti de
iure eſſe reſpondi, & quandoque pro ea iudicaui
97 † ac ob non confectionem Inuentarij, quod
non perdatur trebellianica in eiſdem liberis ob-
ſtoui, & a Doctiſsimis receptum fuit in contro
uerſa iure ex multis, & uarijs, & his maxi-
me per Dominum Conſulentem adductis; Re-
quiſitus circa iſta duo de ſubſcriptione ſimplici
& ne uidear copioſe dicta inaniter repetere,
& conſulentis & aliorum dicta fruſtratorie regi-
ſtrare, in utroque capite, illam aprobo ſenten
tiam, & opinionem, ſcilicet trebellianica pro-
hiberi non poſsit, nec impediri ob non confect in
inuentarium in liberis primi gradus ut ſupra
& ita ſalua ſemper ueriori opinione, de iure
eſſe arbitror, & ad fidem ſcripſi, & ſubſcripſi,
ſcriptumq; ie proprio meo ſigillo muniui.

Marcus Antonius Bartholinus I. C. Peruſinus

QVAMVIS requiſitus de ſubſcriptione quoad ar
ticulum duarum quartarum detrahēdarum per
liberos primi gradus, quia non uidebam me poſſe
ante ſcripti conſilij plenitudini ſubſtantiale ali
qood argumentum adnectere, nec tanti me
facio, ut ſolo nomine credam aliquid pondeſis
conſilio addere, non paucis uerbis me ex
cuſauerim, vrgente tamen amico, ne ex alte-
ra parte ſuperbiæ nomine accuſarer, ſi poſt-
quam illud legeram nollem ſubſcribere: Idcirco
auctor me rationibus, & authoritatibus per egre-
gium Dominum primum Conſulentem & ſub-
ſcriptores aſſentiri, ac pro conſtanti eam ſenten
tiam tenere, quod in liberis primi gradus detra
ctio trebellianicę non poſsit proiberi, prout ſe-
98 cundum hanc partem ante paucos menſes a duo-
bus arbitris in cauſa non modici momenti coſultor
aſſumptus, etiam deciſiue conſului.

Antonius Maſſa Galleſius V. I. D. Romanus

NEGARI non poteſt, quod non ſit ingens in-
ter Doctos contreuerſia an poſsit a teſtatore tre-
bellianica prohiberi, & precipi, ne detrahatur,
99 † Verum opinio communis eſt teſtatorem illam
prohibere non poſſe filijs ſiue liberis primi gra-
dus ut oſtendi in tractatu meo de cautelis Vl-
timarum uoluntatum in tit. de ſubſtit. c. 31. ver
ſiculo, & ignorandum, quod comprobatur per
ea, quę referunt ſupraſcripti inſingnes Domini
100 Conſulentes, † & in iudicando ab iſta Docto
rum opinione recedendum non eſt, tanquam
a pluribus, & melioribus approbata c. nouimus
de uerborum ſignificatione, cum traditis ibi per
Doct. & cum concordantibus.

Secunda Quæſtio, Vtrum hæres perdat tre-
bellianicam propter non confectionem inuenta-
101 rij, † in qua certe in iudicando ſequenda eſt opi
nio Excellentiſsimi d. Conſulentis, quia hæ-
res eſt de liberis primi gradus, ut ipſe ſupra,
102 probauit. Aut etiam, quia in ambiguis ſenten-
tia eſt ferenda pro reo. c. ex literis de pba. & licet
alias iſta opinio ſit adeo dubia ſecundum ius ſcrip
tum, ut facile ueritas diſcerni non poſsit, ut ſcri-
bit Caſſad. in tit. de teſta. deci. 3. in fin. in pro
poſito tamen caſu ſine dubio tenenda eſt ſaltem ra
tionibus infraſcriptis.

Primo Quia conſuetudo eſt optima legum in-
103 terpres, & † quoties lex ſcripta eſt dubia,
ſeruanda eſt illa interpretatio, quæ vſu recepta
fuit l. ſi de interpretatione ff. de legi. & ibi Doct.
c. cum dilectos de conſu. & ibi Abb. & alij Doct.
104 † & conſuetudo eſt, quod trebellianica dedu-
ci poſsit etiam Inuentario non confecto, ut affir
mat Bal. prout refert Caſſad. in d. decis. 3. in
105 princ. † & ſtandum eſt dicto Doctoris dicen-
tis aliquid de conſuetudine ſeruari, ſi ex aduer-
ſo non probetur contrarium arg. l ſeptimo men-
ſe ff. de ſtat. homi. Bar. in l. de quibus in repet.
in 4. q. princ. ff. de legi. & hoc communiter re-
netur ſecundum tradita per Deci. in l. 2. §. mu-
tui datio col. 2. in 2. lect. ff. ſi cer. pet. cum relatis
ab eodem in conſ. 472. teſtator col. 2. cum cęteris
quę inferri poſſent.

106 † Secundo quia d. hęres tempore faciendi d.
inuentarij erat minor 25. annis, ut proponitur,
& d. pæna priuationis non habet locum in mi-
107 nore 25. † prout dicitur in matre, que ſi non
petat tutorem filijs ſuis pupillis, priuatur eorum
hæreditate, tamen hoc locum non habet in ea
quæ minor ſit 25. annis l. matres C. ad trebell.
& a d. pæna priuationis minores ipſo iure ſunt
tuti, ut ibi dicit glo. cum qua tranſeunt ibi Doct.

Tertio Quia etiam ſi non eſſent minores tu-
ti ipſo iure, & incurrerent in penam d. priua-
108 tionis ob non factum inuentarium, † tamen
aduerſus talem priuationem opa reſtitutionis in
109 integrum eis ſuccurrendum eſſet, † etiam ſi di-
ceretur, quod d. pena incurritur ob dolum præ-
ſumptum iux. §. Hinc nobis in aut. de hæred. &
falcid. etenim aduerſus etiam damnum, quod paſ-
ſus eſſet minor ex eo dolo preſumpto, competit
ei in integrum reſtitutio Bar. & alij Doct in l. etiam
ff. de mino. & in l. ubi ff. de ede. q̄ tranſit ad mino
res ſucceſſores l. non ſolū ff de reſtitut. & ibi Doct.

Io: Dil. Durantes Gualdens. ſcripſi. &c.

DE ſimplici ſubſcriptione requiſitus attentis
ualidis rationibus, & auctoritatibus per Excel-
lentiſsimos dd. conſulentes, & Subſcriben-

tes

Subſcribentes adductis ita ut ſupra concluſum fuit
iuris eſſe dico, ego Bernardus Lauinius I. V. doct.
& ad fidem me ſubſcripſi, & proprio ſigillo muni
ui ſaluo ſemper &c.

Ber. Lauinius I. V. Doct. Rom.

CONCLVSO per d. conſultorem, & ſubſcribentes, ut
ſupra firmata ex eis, quæ adeo copioſe, & elegan
ter deducta ſunt, ut nullus addendi ſit relictus lo-
110 cus, de iure uera, & firma eſt habenda, † & ſe-
cundum eã iudicari in noſtra hiſpalen. Prouincia,
& alij in partibus uidi, Propterea de ſubſcriptio-
ne requiſitus, illi tanquam ueriori, & ęquiori adhę
reo, & ita ad fidem me ſubſcripſi, & proprio ſi-
gillo communiui.

Io: Laſchr. hiſp.

CONCLVSIONEM ſupra per Dominum Conſulẽtem
ſubtiliter, & ad plenum firmatam, & per DD. ſub
ſcribentes approbatam iuridicam eſſe ſentio, Ideo
de ſimplici ſubſcriptione tantum requiſitus, ita iu-
ris eſſe arbitror Ego Io: Paulus Venerius Imol.
I. V. D. & ita ad fidem me ſubſcripſi, & proprio
ſigillo communiui.

Io: Paulus Venerius Imol.

SVPRA Conſulta, & a tot. Excellentiſsimis Iure con-
ſultis mihi perhonorandis comprobata, ut iuri ra-
tionibus, & ęquitati conſona mihi quoq; placent,
& ideo de ſola ſubſcriptione requiſitus concurrens
in eandem ſententiam ſubſcripſi, & ſolito ſigillo
ſignare feci, ſaluo ſemper ſaniori conſilio &c. &
111 † ita etiam me prætore iudicatum fuit in Rota
Florentina omnibus ad idem uotis concurrentibus

Petrus Philippus Matteus I. V. Doct. Peruſinus.

ADEO copioſe, & eleganter per Dominum Con-
ſulentem, & poſtea per alios ſubſcribentes fuit cõ
112 ſultum in fauorem dominę Marianę, † & in utro
que dubio communis opinio, quę eſt, quod in fi-
lijs primi gradus trebellianica ꝓhiberi non poſsit,
& ea non perdatur per non confectionem inuenta-
rij, defenſata fuit ab obiectionibus factis per tenen
tes contrariam opinionem, quod nihil remanſit in
tactum, ut utar proprijs uerbis quibus uſus fuit Vl
pi. in l. 1. infi. ff. de dot. pręleg. quod rei ſatis de-
monſtratę non eſt addenda alia demonſtratio, Ideo
requiſitus de ſimplici ſubſcriptione, libentiſsime
ad eam accedo, & ut ſupra conſultum, & conclu-
ſum fuit iuris eſſe cenſeo, & ad cuius corroboratiõ
nem me propria manu ſubſcripſi, & ſolito ſigillo
muniui, ſaluo. &c.

Io: Danzetta I. C. & ęques Peruſinus.

CVM diffuſe per Conſulentem, & alios ſuę ſenten
tię per ſubſcriptiones aſſentientes demonſtratum
ſit, quod teſtator in filijs primi gradus beneficium
ſenatus treb. non poſsit prohibere, non obſtante
113 quod illud ꝓhibuerit, equidẽ ipſe arbitror, † quia
priuatus cautionem refragantem legibus non po-
teſt conſtituere, & hoc non ſolum reſpectu totius
proprietatis, ſed etiam partis l. quod de bonis § r.
114 & final. ff. ad l. falcid. nec mirum, † quia ea lex
lata eſt cauſa heredis l. poteſt heres ff. eod. & hoc
nouiſsime comprobatum eſt non ſolum per uerba
Imperatoris, ſed etiam per eius mentem in l. iube
115 mus C. ad trebelli. † Qui illam conſtitutionem
edidit in prerogatiuam, uel filiorum primi gradus
priuilegium, non ſolum in propoſito caſu, ſed
etiam in computationem reddituus, uel ſatiſdatio-
nis pręſtationem, quorum cauſa & alia conſtituta
ſunt, & etiam hodie ſubſiſtunt, quia ratio natu
ralis, quaſi lex tacita parentum hereditatem adi-
mit l. cum ratio. ff. de bon. dãnat, & eſt ex eorum
116 uoto l. ſcripſi ff. unde lib. hinc eſt, † quod in ſuis
heredibus aditio non eſt neceſſaria l. in ſuis ff. de
117 ſuis uel leg. hered. † & iſti filij ſunt domini in ui-
ta parentum, & poſt mortem conſequuntur admi-
118 niſtrationem l. in ſuis de lib. & poſth. † & ſub
conditione, niſi poteſtatiua, non poſſunt inſtitui
l. ſuus l. ſed ſi ſub conditione ff. de hæred. inſtit.
Cum ergo illud beneficium prohibere non poſſit
teſtator, non obſtant ea uerba in d. l. iubemus do-
119 drans reſtituatur, quia Bal. in l. filium quem ha-
bentem C. fam. hercis. & Paul. Caſtr. in l. iube-
mus. eum ſequendo reſpondent, quod deducta le-
gitima ex aſſe, poſtea eueniente conditione con-
ſideratur, ut alia hereditas, & ſic retenta quarta
pro Senatus conſulti trebelliani ſuctor rate dodrãs
120 reſtituitur, † Hec aut. ſed cum teſtator, & in
corpore unde ſumitur C. ad l. Falc. corrigit di-
ctam legem iubemus, & tollit priuilegium filio-
rum primi gradus (& in hoc ſtatuis illius conclu
ſionis) ſed eſt certi iuris, quod illam non corri-
git, dum loquatur de falcidia, & ſi ex commu
ni Doctorum calculo, per interpretationem in-
telligatur in trebellianica ad id, quod in priui-
legium filiorum primi gradus ibi, cautum eſt,
non trahitur, & quia ſatis eſt, quod d. aut. lo-
cum habeat in alijs, qui ſunt in inferiori gra-
du, vel extranei, & in iſtis iura corriguntur
& ita promptum eſt iura iuribus concordare l. ſi
C. de inoff. dot. c. cum expediat de elect. in
6. Vlterius circa hoc non inſiſto, Quia de
ſubſcriptione tantum requiſitus ſum; quę-
renti ergo ſatisfaciam ſequendo ueritatem, Et
quia Dec. hanc ſententiam ſequutus eſt conſ.
81. in prima parte Socc. Iuni. conſilio xxviij. in
tertia part. Idem conſilio 131. in prima parte,
ubi omnia fere, quæ ſuper hac concluſione di-
ci poſſunt altius examinando poſuit, adducen
do hincinde fundamenta, ll. rationes quam plu
res, & plures auctoritates, ideo libentius Con-

Conſulentis, & ſubſcribentium in hoc articulo,
approbo ſententiam, ut ſupra dixi, & potiſsime,
221 quia hæc eſt communis, * uerior de iure, & æqui
tati conſona, & eſt legibus, pluribus rationibus
fulcita, & etiam pluribus, & pluribus, & qui-
dem claſsicis Auctoritatibus comprobata ut cla-
riſsime conſtat ex citato conſ. Soc. Iuni. 131.
Vnde concludo ex iuris diſpoſitione, quod
Domina Mariana ex iure tranſmiſſo ex perſo-
na ſui patris per ſucceſsionem Baldaſſarris de hę
reditate olim Ioannis Baptiſtæ poſſe, non obſtan-
te eius prohibitione, duas quartas detrahere, & ad
fidem præmiſſarum &c.

Lucas Herculanus I. C. Peruſinus.

CONTROVERSVM ius in hac cauſa poſitum eſſe
222 facile conſtat ex copioſa, & docta diſputatio
ne, quā de ea ſupra habuiſſe legitur pſtantiſsimus
I. C. qui, tum plurimorum ueterum, tum eorum
met ſumma authoritate eam ſententiam confirma-
uit, ut pater nequa liberis primi gradus trebellia-
nicę detractionem prohibere, quod ego, cuius nul-
la fere eſt authoritas, rationibus quibuſdam dunta
xat confirmando contrariæ quoque opinionis dil-
uam argumenta, Quorum illud uidetur potiſsimū,
quod ſalcidiam a teſtatore poſsit prohiberi, hodie
aperto iure ſancitum extat, auth. de hæred. & fal-
cid. §. hinc nobis cum ſeq. auth. ſed cum teſtator
C. ad l. falcid. id quod generaliter accipiendum
eſſe de quibuſcunq; etiam liberis primi gradus
Doct. paſsim atteſtantur. ergo idem de trebellia-
223 nica ſtatuendum, † cum ſit eadem ratio, ex l. il-
lud ff. ad l. aquil. l. a titio ff. de uer. oblig. cum ſi-
224 mil † Nec mouet ſi dicatur in correctorijs ubi uer
ſamur, nec a maiori quidem ratione licitum eſſe,
extendendo, argumentari Bal. ad. aut. quas actio-
nes C. de Sacros Eccles. ubi Ias. nu. 21. aſſerit
* hanc * eſſe communem opinionem, nam ex multis
cauſis ab hac regula receditur, quarum aliquę huic
ſpeciei uidentur conuenire.

225 † Prima quando unum lata ſignificatione uocā
buli, alterum compræhendit, tunc fit extenſio l.
filium habeo ff. ad maced. l. Senatus Conſultum ff.
226 de rit. nupt. cum materia † At large loquendo,
falcidię appellatione continetur & trebellianica l.
titia. & l. filius ff. ad l. falcid. l. ſi ut allegas C. ad l.
227 ſalcid. Ias. ad l. marcellus nu. 42. ff. ad trebel. † Item
quia ubi reditur ad ius antiquum, lex etiam cor-
rectoria extenditur, Alex. ad l. ſi conſtante col. 5.
in fin. princ. ff. ſol. matr. Ias. ad d. auth. quas actio
nes nu. 27. ſed hac prohibitione redimus ad ius an
tiquum ll. duodecim tabul. uti quiſq; legaſſet rei
ſuæ, ita ius eſto. l. 1. in princ. ff. ad l. ſalcid. et Inſtit.
228 eod. in princ. † huc accedat, quod lex producitur
de uno caſu ad alium etiam in correctorijs, ubi in
ea eſt ſcripta ratio l. his ſolis. in princ. C. de reuoc.
donat. Ias. ad d. aut. quas actiones nu. 22. & in d.
aut. ſed cum teſtator, eſt ſcripta ratio, quæ etiam
229 conuenit trebellianicæ, merito extendi poterit, †
demum cū inuicem æquiparata ſint falcidia, & tre-
bellianica l. marcellus §. quod autem ff. ad trebel.
quod ſtatuitur poſtea in una, debet & in alia obti-
nere l. ſi quis ſeruo C. de furt. Ias ad d. aut. quas
actiones nu. 19. quæ omnia comprobantur ea ra-
tione, quod filius habet portionem debitam iure
naturæ ex ratione ſanguinitatis, trebellianica uero
tam filio, quam extraneo communis eſt: Non igi-
tur debet in ea aliquod priuilegium conſequi arg.
l ſingularia, ubi not. ff. ſi cer. pet.

230 † Cęterum contrariam ſententiam ueriorem,
& crebriorem eſſe exiſtimo, ne pater poſsit libe-
ris primi gradus hanc trebellianicam auferre, &
hoc, ſiue leges id aperte diffinientes expendamus,
ſiue rationibus, & coniecturis ſtare malimus, ſi
quidem hoc cauetur in l. ſi ut allegas C. ad l. fal-
231 cid. † quæ licet ſit ſub illo titulo, & de falcidia
nominatim loquatur, tamen in ſpecie ibi poſita in
telligenda eſt de trebellianica, ut ibi Accurſ. expo
nit: Nam cum hæres eſſet oneratus reſtituere por-
tionem hæreditatis, in qua erat inſtitutus, ergo tre
bellianicam detrahebat § nihil inſt. de fideicom.
hæred. Idemque, & melius comprobatur eodem
tit. Inſt. de fideic. hęred. in §. ſed quis; ubi Accur.
ad uerbum liceat, interpretando, ſuppler, etiam
contra uoluntatem teſtatoris, & de trebellianica
ibi dicit abſq; dubio, quod ex ſuperioribus quoq;
uerbis colligi poteſt, nulla autem lex eſt, quæ hanc
232 ſanctionem ſpecialiter abroget, † ergo non po-
teſt dici mutata, uel correcta l. præcipimus C. de
appell. l. ſancimus C. de penis. cum ſimil. quod ſi
233 dicatur, † immo ab ea receſſum ex auth. ſed cum
teſtator C. ad l. falcid. Reſp. eam de falcidia pro-
prie accipiendam, non autem de trebellianica,
234 † quod natura quoque tituli ſuadetur not. ad l. Im
235 peratores ff. de in diem adiecti, † uerbiq; proprie
tate, a qua in dubio non eſt diſcedendum l. 1. § 15.
qui nauem ff. de exercit. Si Interpretum moueat
authoritas, qui ex eadem, ut ijs uidetur ratione
frequentius conueniunt de trebellianica quoque
idem eſſe intelligendum, eorundem ex aduerſo
moueat crebrior ſententia, ut id non generaliter
pateat, ſed in liberis primi gradus limitetur non
procedere ex l. iubemus C. ad trebell. quæ ut ſpe-
cialis derogat d. auth. ſed cum teſtator generaliter
loquenti l. ſanctio legum ff. de pęnis c. generi per
236 ſpeciem de reg. iur. in 6. † præſertim quia ſolum
nititur Doctorum authoritate illa opinio trebellia-
nicam poſſe prohiberi extendentium d. aut. ſed
237 cum teſtator; de falcidia ad trebellianicam, † Sed
quod non poſsit trebellianica prohiberi primum
iure aperto eſt conſtitutum d. l. ſi ut allegas & d. §.
ſed quia deinde iure magis ſpeciali in liberis pri-
238 mi gradus ſancitum extat in d. l. iubemus, † quam
ego, ne aliorum dicta penitus referam, uehemen
ter expendo, & in hanc ſententiam induco in illis
uerbis, ſimul ut decet, coniunctis, dodrans reſti-
tuatur modis omnibus retenta quarta pro authori-
239 tate trebellianici Senatusconſulti † Ea etenim uer
ba omnibus modis exponuntur, uel ipſo iure, uel
ideſt neceſsitate ſemper imminente, vel alias in
auth. ut de ſuct. ſeu ſuue. ratio §. ſancimus ergo
coll. v. & auth. de hęred. & falcid. §. ſiqs uero nō im
plens vers. ſi uerò nullus ſ pri. ibi omnibus modis.
& ita

& ita proprie declarat Alber. in dict. in uer. omni bus; Eſt illa igitur cõſtitutio generaliter accipienda etiam in eo caſu, quo teſtator prohibet, alias non recte Imperator fuiſſet loquutus ita generaliter, †
140 cũ oratio ſumpta ex uniuerſo, ſi in uno redd tue falſa tota falſa cenſeri debeat l. ſi is qui duerna §. utrum ff. de reb. dubi. Nec temere tor ſan eſſet exiſtimare Imperatorem ad eius ſanctionis confirmationem ſubiceiſſe illa uerba, pro authoritate Senatus Conſultu Trebelliani, quaſi ijt unluerit ſignificare tantam eſſe illius publici iuris uim, ut impediat teſtatorẽ, ne poſsit Quartam prohibere non ſolum directo, & penitus, ſed nec per obliquum, nec in parte, iubens in ea fructus imputari, dum inquit non per imputationem redditũum, licet hoc teſtator rogauerit, uel iuſſerit, ſecus pugnare inuicem teſtatoris uoluntatem prohibentis, & Senatus Conſulti authoritatem, quę preualet, quaſi uelit
141 Imperator, † plus iuri publico, quam priuatorum uotis ſatisfieri, ut l. ius publicum ff. de pact. & l.
142 nemo poteſt de leg. j. cum materia, † Quod ſi nec per obliquum imputandu fructus, ergo, nec directo, eam auferendo, arg. l. fraus legis ff. de legi, & c. cum quid una uia. de reg. iur. in 6. cum ſimil. idemque in l. final. ad fin. C. eod. ad trebel. ibi ſecundum Senatus Conſulti authoritatem reſtitui oſtenditur multi fieri hanc authoritatem a iuriſlato ribus, Nec mouet ſi dicatur, ergo nunquam deberet teſtator homo priuatus habere facultatem prohibendi, quod tamen ſecus eſt d. auth. ſed cum teſtator, tunc reſpondeo ſumus in iure aperto, ubi poſteriores Imperatores legi faleidie ex cauſa deroga runt; nec miru n eſt, vel nouum legis legibus abrogari, quod autem extra ſpecies expreſſas trahendum ſit, id ius ad alias, uel quod ex ſe ipſo poſsit teſtator huic Senatus Conſulti authoritati non obtemperare, id arguimus: Sed iterum poſſet dubitari, cur dilucidius Imperator in d. l. iubemus non dixerit trebellianicam prohiberi non poſſe, ſicut de imputatione redditũum expreſsit. Aduertendum eſt, quod aut concedi oportet id penitus fuiſſe cõprehenſum his verbus omnibus retenta quarta, ut ſupra dixi, quod puto verum, uel tanquam mihus dubium, non curaſſe magis perſpicue declarare, cum extarent adhuc aliç leges id ipſum ſancientes generaliter de omnibus hæredibus, ne poſſent prohiberi a teſtatore, quin trebellianicam detraherent d. l. ſi ut allegas & d. §. ſed quia, vnde neceſſarium non erat id dilucidius declarare cum ſatis eſſet qui buſcumq; uerbis tueri, nolle ueterem illam ſan
143 ctionem abrogare, ſed immo potius cõfirmare † in iure enim expreſſum dicitur quod non ſolum uerbis, ſed etiam mente, & ſententia legũ continetur l. nominis, & rei §. uerbum ff. de uer. ſignif. Hanc aute fuiſſe ibi Imperatoris mentem ſatis conſtat ſi quidẽ leges cum effectu ſunt accipieodę l. 1. §. hæc autem uerba ff. quod quiſque iuris, dicere autem teſtatorem poſſe prohibere trebellianicę detractionem, & nequeat facere, quod fructus in ea computentur eſſet lex uerbis, non rebus impoſita, contra l. ij. C. com. de leg. facile enim ſibi eſſet prohibendo hanc partem efficere, ut heredes pari, uel maiori damno afficerentur, quam ſi fructus in ea computaſſent, &

præſertim, quod trebellianica, & quarta pars totius hereditar ę portionis reſtituendę, quæ nũquam poteſt deficere, at fructus interdum poſſunt eſſe ualde exigui, uel fere nulli, ut ſi illam heres poſt teſtatorem decedat, fructibus aliquibus interim nõ
144 perceptis † Præterea circu ius inutiles ſunt euitandi, adeo ut ab hanc cauſam a communibus regulis iuris diſcedamus l. eum fundus §. ſeruum tuum in prudens, ubi Doct. ff. ſi cer. per. circuitus au em fuiſſet, & quidem inutilis ſtatuere teſtatorem non poſſe tubere ut fructus imputentur in quartam, ſi eidem quartæ detractionem prohibere licuiſſet. Demum fruſtra quæritur de modo ſoluendi, ubi
145 nullum eſt debitum † cum qualitas non ſit ſine ſubiecto l. eius qui, ubi not. ff. ſi cer. pet. at ſi teſtator prohibẽdo trebellianicam, poſſet hoc debitum quartæ penitus extinguere, ut ex aduerſo dicitur, perperam laboraſſet Imperator in d. l. iubemus pro uidere hæredi, ne præcibus, uel iuſſu teſtatoris cogeretur fructus in quartam computare, auc enim fingamus teſtatorem uelle hanc quartam cõcedere hæredi, aut prohibere, ſi concedat, tunc aut ſimpliciter, & ceſſat diſputatio fructuum computationis ob apertam teſtatoris uoluntatem, ſi iubeat cõputari fructus nõ poteſt, cũ ſit aperte ſanctũ in d. l. iubemus, quod ſi trebellianicę detractionem fieri uetet, & ſi dicamus id fieri ſibi permiſſum non erit opus, ut confugiat ad fructuum computationem, cum poſsit id debitum, idest quartam ſola ipſius uoluntate extinguere; itaq; ut ius eſt, tum ex uerbis tum ex mente d. l. iubemus nõ poſſe hanc quartam prohiberi, & licet Cyn. & quidam alij itenaue rint dicere correctam eſſe hodie d. l. iubemus ex
146 §. ſi uero expreſsim, & auth. ſed cum teſtator, † ta men id falſum eſſe ſubtiliter differendo contendit Soc. Iuni. d. conſ. 131. nu. 25 cum ſeq. lib. primo, & ego præter ipſum compro bo eius ſententiam alia coniectura ſumpta a § his igitur a nobis preordinatis. in aut. de hered. & falcid. ubi Imperator ſanciẽdo inquit generaliter, uelle ut hæredes uel alij ſuceeſſores omnino exequãtur uoluntatem teſtatoris, dummodo aliquid non iubeat, quod ſit contra aliquam legem, ex quibus uerb s coniicio nolle Imperatorem in hac materia tacite abrogare antiquas leges, quaſi ſi eſt ut a d. l quod de boo s. & ad l. falcid. & aliæ de falcidia loquentes, tamen id expreſſe eſt dictum, ut non propterea trahendum ſit ad ipſam trebellianicam, de qua ſpecialiter, &
147 nominatim non tractatur, † eum omnes iuris regu lę clament uitandam legum correctionem, & inde bio non præſumendam, nec ex contractuis, uel ſignis, nec tacito intellectu colligendam Ang. de Perus. tractat. de ſuit. in princ. nu. 19. Tum. 2. Ang. Aret. in tract. de Teſt. glo. 11 2. nu. 15. Thom. ij. Laur. de Pala. in tract. quod ſtant. mas. ſemi. non ſucced. nu. 99. Corn. conſ. 115. nu. 17 & 19. lib. 2. conſ. 21. nu. 8. lib. 1. Paris. conſ. 2. i u. 105. lib. 4. & alij paſsim. Et quo facilius ceſſent, quę ſupra obiecimus, aduertendũ eſt duas babere regu as iuris in hac materia ſimul uel pugnantes, uel ſaltim
148 diuerſas, ſed unam alia latiorem, † prior ex d. l. iubemus, ut hodie liberis primi gradus non ualeant parentes prohibere detractionem trebellia-

trebellianicę. Aletra ex d. aut. ſed cum teſtator, ꝙ
falcidia poſsit a teſtatore prohiberi, quam & ſi con-
cedatur intelligi etiam de trebellianica, non prote-
rea uerum eſt, quod corrigat d. l. iubemus; quę eſt
ſpecialis in liberis primi gradus, illa uero eſt gene-
ralis de quibuſcumque hęredibus, cum certi iuris
ſit ſpecialem diſpoſitionem anteriorem derogore,
generali etiam poſteriori, & nouiſsimæ, ut Accur.
Bart. & Doct. ad l ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd.
cog. quæ cum ita ſint ſtat firmiſsima, & uetiſsi-
ma concluſio d. l. iubemus non corrigi ex d. auth.
ſed cum teſtator, immo potius illius generalitatem
a d. lege iubemus declarari, ac limitari.

Nec mouet aliquando extendi legem etiam cor-
rectoriam, ut in caſu d. l. filium habeo, cum ſimil.
ergo & hic ob ſalcidiæ ac trebellianicę proximita-
149 tem † Nam reſpondeo id procedere, ubi ſit om-
nino eadem ratio in utroque caſu, ſecus ſi maior
ſo uno, quam in altero, & ut not. in clem. 2. in uerſ.
eiſdem de ęta. & qualit. ſed maior eſt ratio in
trebellianica, ut non poſsit prohiberi, quam in fal
150 cidia, † cum fideicomiſſarius uniuerſalis poſsit
cogere hęredem in uita adire, & reſtituere, non au
tem legatarius particularis l. quia poterat, & l. nam
quod §. fin. cum l ſeq. ff. ad trebell. merito in uno
oneratum, ſubleuatur in altero, ex l. cum qui in
princ. ff. de iureiura. & l. ſecundum naturam ff. de
151 reg. iur. † Item Reſp. quod in d. l. ſi uero expreſ
ſim ponitur falcidia ſtricte ſumpto uocabulo, ut
non cōprehendat trebellianicam; Præterea Reſp.
152 quod not. ad l. filium habeo. cum ſimil, † proce
dant, ubi ratio non ſit expreſſa in lege, alias ſecus
ut declarat Imol. ad l. ſi uero §. de uiro. ff. ſol.
matr. & Roma. ad auth. ſimiliter C. ad l. falcid. &
refert Alex. ad l. marcellus. col. 5. ſub nu. 8. ff ad
trebell. Demum Reſp. argumentum procedere
de falcidia ad terebellianicam, ideſt, ut d. auth. ſed
cum Teſtator loquens de falcidia, trahatur etiam
153 ad trebellianicam, ubi ſit eadem ratio, † & cum nō
tractet de liberis primi gradus, in quibus eſt ſpe
cialiter facta alia conſtitutio in d. l. iubemus, &
ſit propriā ratio, quæ liberis tantum primi gradus
conueniat, non autem extraneis, argumentum nō
procedit, ut mox dilucidius declarabitur, & ad il-
lud, quod redeatur ad ius antiquum, ergo fiat extē
154 ſio, reſpon. primo † ſi ad ius uetuſsiſsimum in
ſpiciamus id natura ipſa huiuſmodi eſſet, ut filijs
omnia ex uoto parentis debeantur ſcripto in fin. ff.
vnd. libe. l. nam & ſi parētibus in princ. ff. de inoff.
teſta l. cum ratio ff. de bon. damnat. Alci. reg. pri
155 ma pręſump. 8. in princ. † l qui uiuo quoque
patre dicuntur quaſi Domini l. in ſuis ff. delib. &
poſth. magis igitur conueniet hoc ius antiquum
cum d. l. iubemus, quam cum d. auth. ſed cum
teſtator: pręterea id haberet locum, ſi eſſet ea-
dem ratio, at hic diuerſa eſt. Nec obſtat ſi dica-
tur immo eſſe eandem, & quidem ſcriptam in d.
auth. ſed cum teſtator, ergo extendendam, Quia
Reſp. primum non eſſe rationem finalem, & poſſe
in propoſito duas rationes conſiderari, unam in d.
156 aut. ſed cum teſtator, alteram in d. l. iubemus † ſi
quidem Imperator in d. auth. ſed cum teſtator, quę
fuerat cauſa inducendi falcidiam, & trebellianicam
ne ſcilicet teſtatorum uoluntates corruerent contē-
dentibus ſcriptis hæredibus adire, abſque lucro,
ut inſtit. de fideicom. hæred. in princ. hoc inquam
remouet Imperator in d. auth. ſed cum teſtator de-
cernēs alijs per ſucceſionem hereditatem deferri a-
deo, ut timor ceſſet, ne teſtamentum deſtruatur
ergo ratio l. antiquę correcta eſſe uidetur, ut lex
ipſa obrogari, & ex hac ratione ſcripta lex quoq
ad alium caſum extendi, ut quidam argumen-
tantur; ego uero contra reſpondendo primum
hanc non eſſe rationem in l. ſcriptam, cum non ui
deam inde auth. ſed cum teſtator, nec in corpore
unde ſumitur aliqua uerba, quę ſoleant rationem
legis demonſtrare, & licet uideatur forſan correcta
ratio legis antiquæ, uel ex remedio, quod Impe-
rator ibi adhibuit, uel hodie ex pietate Chriſtiana
ut putabat Bar. ad d. aut. ſed cum teſtator col. 2. in
157 prin. † tamen hæc non eſt propria, & finalis ra-
tio d. l. iubemus, quę reſpicit proprium quēdam
fauorem, & priuilegium librrorum primi gradus,
quorum gratia noluit licere parentibus iubere in
quartam computari fructus eam diminuendo, ne
dum penitus auferendo, hec autem ratio non inue-
nitur hodie correcta, & propterea eius diſpoſitio
debet perdurare de l. pręcipimus C. de appell. cum
ſimil. & maxime, cum ſit fauorabilis, & rationi na-
turali maxime conueniens d. l. fin. ff. de bon. da-
mnat. cū ſimilibus. Nec obſtat ſi dicatur trebellia
nicam, & falcidiam ęquiperari d. l. marcellus § ꝙ
autem, ergo ſtatutum in una, intelligitur in alia d.
158 l. ſi quis ſeruo, nam reſpondeo imprimis, † non
eſſe uerā hanc generalem ęquiparationem, immo
in pluribus differunt, ut duodecim regulis ipſarū
declarat Bereng. Ferna. in repet. l. in quartam
nu. 44. ff. ad l. falcid. & num hodie ſint hę differen
tię ſublatę diſputat Mattes ad l. in quartam nu. 25
159 & 26. † ubi concludit ueriorē eſſe, & magis co-
* munem* ſententiam, ut hodie quoque differant, &
in ſpecie noſtra oſtendunt Iaſ. Alex. Doct. ad d.
l. marcellus, quod hęres poteſt cogi inuitus á fidei-
commiſſario generali, non particulari, ut ſupra
diximus: nec mouet quod aliqui obiciant filio de-
beri quartam iure naturæ ob ſanguinis coniunctio-
nem, at in trebellianica haberi tanq; extraneum,
160 quia reſpon, † portionem iure naturæ non eſſe
proprium priuilegium liberorum primi gradus, cū
debeatur etiam liberis alijs deſcēdentibus, & eorū
aſcendentibus in infinitum auth. ut cum de app. co
gno. § aliud quoq; capitulum, unde id tantum eſt
ſpeciale, & proprium liberorum primi gradus,
quod eſt conceſſum in d. l. iubemus, in priuilegiū
filiorum, illud .n. de ligitima eſt commune cum
multis, ut dixi, nec eſt mirum ſi quid plus tribua-
tur liberis primi gradus, quam alijs, cum proximi
accedant aſcendenti, & tanquam cauſæ proximio-
ri magis fauetur, ut in ſuitate, quę prius datur filio
quam nepoti inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. §. ita
demum & in aut. de hæred. ab inteſt. in princ. ſic
& in sui inſtitutione prius ueniāt filij, quam nepo-
tes ex ordinata teſtatoris charitate, Doct ad. l. gal-
161 lus §. 1. ff. de lib. & poſth. † ſicut in regno admit
titur primogenitus c. licet. extra de uoto; quaſi ſic
beneficium naturæ prius in lucem edi, & quod ca-
uſa proxima fauorabilior ſit quam mediata, nam
propter unumquodq; tale, & illud magis, quo ſit,

ut ex generali noua ſanctione d. auth. ſed cum teſta
162 tore ea abrogari non potuerit, † quod lex poſte rior generalis reuocatoria nunquã aufert fauorem uel priuilegium aliquibus ſpecialiter conceſſum Accur. ad l. de decurionibus c. de ſilent. lib. 12. ubi Bar. & refert Picus ad d. l. in quartam nu. 280. Iam uero, cum ſatis diſputando ſimus euagati, & materię, & ſpeciei propoſitę ueritas dilucido ordine habeatur.
163 † Prima ſit concluſio olim nec trebellianicam, nec falcidiam potuiſſe a teſtatore prohiberi l. quod de bonis §. fin. & l. titia ff. ad l. falcid. & d. l. ſicut allegas.
164 † Altera, quod hodie falcidia poteſt prohiberi d. aut. ſed cum teſtator.
165 † Tertia, quod trebellianica etiam poteſt prohiberi comunis opinio teſtatur Alex. ad d. l. Marcellus in princ. nu. 8. licet diſputando, & ipſe, & alij ad d. l. in quartam reprehendantur, & merito, ut arbitror.
166 † Quarta, quod liberis primi gradus nequeat ꝓ
167 hiberi, ex d. l. iubemus, † cuius ſanctio procedit,
168 quando unus filius, alio filio debet reſtituere, † ergo longe magis, quando extraneo, ut in ſpecie noſtra, nec eſt correcta ex d. aut. ſed cum teſtator ut diximus, eſtq; comunis * opinio teſte Ias. ad d. l. Marcellus nu. 55 & quidẽ uera quãplurimi Doctores & interpretando, & reſpondendo confirmarunt, qui ſupra a Domino Conſultore, & alijs ſunt citati, ſed omnibus alijs exactius diſputando eam cõfirmat Soc. Iuni. d. conſ. 131. ubi uidendum, & Docto ad d. l. in quartam pręſertim Paulus Picus, & Bereng. Fern. Alex. Soc. & Ias. poſt Bar. & antiquos ad d. l. Marcellus, ad d. l. iubemus, & ad d. auth ſed cum teſtator, & ſi quid addi poteſt acervo immenſo authoritatum, que ſuper in medium ſunt adducta uideantur relata a Cagnolo in repet. § meminiſſe nu. 11. de inoff. teſta. cuius uerba ſunt hec, nihilominus ꝙ prohiberi nõ poſsit infiniti pro
169 pe tenuerunt, & conſuluerunt, † & iſta opinio * eſt magis ęqua, uera, & comunior, * & uidi eam ſemper ſeruari, quod filij ſub conditione grauati, indiſtincte pro legitima, & trebellianica capiunt dimidiam partem hæreditatis, ex d. l. iubemus. hec ille, & ibidem ſub nu. x. teſtatur eſſe opinionem Canoniſtarum ad c. Raynaldus & c. Raynutius ex.
170 de teſtam. † quod filij hoc modo grauati detrahũt duas partes, id eſt legitimam, & trebellianicam; quam opinionem aſſerit eſſe æquam, & benigniorem in ſcholis, & Curijs Iudicum approbatam ex generali quoque conſuetudine in toto orbe ſeruari, ut ex Doctorum rationibus eſt uidere, quarum ego paucas recenſui, malui enim quedam uel leuiora meo marte in medium afferre, quam perperam hęc ſcribere, que poſsit typis excuſa ante oculos omnium poſita Doctiſsimi uiri causam hanc iudicaturi diurna, nocturnaq; manu continue uerſantur.

Raynaldus Rodulphus I. C.

CONSILIVM XXXIIII

Argumentum.

Rurſus An liberis primi gradus Trebellianica prohiberi poſſit, precipue, quando reſtitutio facienda eſt extraneo. Circa quod explicatur intellectus l. iubemus C. ad trebel.

Portio excluſarum fęminarum a ſtatuto propter maſculos an maſculis accreſcat, uel potius eis excluſis debeatur?

SVMMARIVM.

Trebellianica liberis primi gradus non poteſt prohiberi, nu. 4.

Siue expreſſe, ſiue tacite prohibitio fiat nu. 5. & 6.

Fallit, ut procedat, quando reſtitutio eſt facienda fratribus nu. 1.

Secus, ſi extraneo nu. 2.

Contra ſecundum communem nu. 8.

Ac etiam ſecundum ueriorem nu. 9.

Portio excluſarum feminarum a ſtatuto propter maſculos non accreſcit maſculis, quando feminę ſunt excluſę ſub qualitate dotationis nu. 3.

Contra nu. 30. & 31.

Si eam tenemus, fallit, quando dotatę ſunt a patre nu. 15. & 32.

Quia pręſumitur pro patre, ut competenter dotauerit nu. 16.

Maxime ſi dotatę, & nuptui traditę ſint nu. 18.

Vel earum qualitas, uel dotationis immutata non eſt, antequam nubant nu. 19.

Vel pater ei aliquid in teſtamento reliquit nu. 20.

Vel conſenſerunt uoluntati patris nu. 21. & 33.

Vel congruenter dotatę fuerunt, iux quantitatẽ patrimonij, & ipſarum conditionem, attento tempore dotationis, & mortis patris nu. 25. & 34.

Regulę ſtandum eſt, niſi limitatio probetur nu. 7.

Intellectus ad l. iubemus C. ad trebell. nu. 10. dum ibi prohibet extenſionem.

Alius intellectus ad d. l. iubemus in princ. dum loquitur de extraneo nu. 14.

Communis opinio non attenditur, quando ratio melior in contrarium apparet nu. 11. 12. & 13.

Nullus Amor uincit paternum nu. 17.

Eligens unum contrarium, aliud repudiat nu. 22.

Agens reiuendę dicit ſe poſſidere nu. 23.

Et uidetur renunciare rei uendicationi contrarię eod. nu. 23.

Legitima non augetur ex augumento facultatum paternarum cauſato poſt dotem filię, & mortem patris nu. 26.

Etiam ſi facultates auctę ſunt propter fętus animalium uel augumentum rerum hereditariarum nu. 27.

Precia rerum aucta ſunt in Ciuitate Peruſina ab annis ſuperioribus ad tẽpus redditi conſilij ultra dimidiũ n. 28.

Dotes a patre conſtitutę pręſumuntur congruę ad qualitatem perſonarum, patrimonij, & temporum nu. 29.

Diuina

Diuina Ope Implorata.

SCRIPSI iam uti ſupra in
fauorem Dominę Maria
næ Martellinę concludē
do inter alia, quod in li-
beris primi gradus non
potuit per Io: Baptiſta n
ꝓhiberi trebellianica ſe-
cundum ueriorem, &
magis comunem opi-
nionem.

Secundo quod filię feminę d. Ioannisbaptiſtę cō
ſequi nō poſsint aliud ſupplementum legitimę ſed
ad omne accreuerit portioni Baldaſſaris, & per
conſequens remanere debeat apud Marianam hęre
dem eius herrdes, & conſilio noſtro ſe ſubſcripſe-
runt multi celeberrimi Iure Conſulti.

Nunc per Rotę Peruſinę cōſumatiſsimos Audi-
tores pręſentis cauſę Iudices illud conſilium in his
duobus capitibus indubium reuocatur.

1 † Nam primum ſecundum eos procedere poteſt,
quando reſtitutio fideicomſsi facienda eſt per libe-
ros primi gradus fratrib. grauati ut loquitur l. iube
mus C. ad trebell. ſuper qua fundatur noſtra com-
2 munis opinio, † ſecus quando facienda eſt extra-
neo, vt hic, quia tunc limitatur d. l. iubemus, ſe-
* cundum magis comunem * teſte Claud ſeis. in l. in
fideicommiſſariam col. 1. ff ad trebell. Paris. conſ.
25. uidi teſtamentum nu. 57. lib. 2. & conſ.
21. requiſitus nu. 55. lib. 3. Ruy. conſ. 84. ultimū.
pariter lib 3. Rip. reſpons. 134. Catt Cot. in ſuis
memo. in uerb. trebellianica.

Secundum uero licet procedere poſsit regulari-
3 ter, tamen & illud † fallit, quando fœminæ ſunt
excluſæ a ſtatuto ſub qualitate dotationis ut in ſta-
tuto noſtro Peruſino, quia eo caſu admittuntur ad
* ſupplementum legitimę, ſecundum. cōmunem *opi
nionem, de qua poſt multos per Paris. conſ. 53. do
minus Hieronimus nu. 77. eod. lib. 3.

His tamen nō obſtantibus in utraq; difficultate
adhuc cenſeo idem concludendum eſſe.

Et quoad primam dificultatem conſiderandum
4 eſt pro ſoliddiſsimo fundamento, † quod regula eſt
pro nobis in liberis primi gradus trebellianicam
prohiberi non poſſe etiam expreſſe, vt alias conclu
5 ſum fuit, † ergo multo minus tacite, ſolum ex ge-
6 neralitate uerborum, vt in caſu noſtro, † cum ex
preſſa plus uirium, & roboris habeant, quam taci
ta l. ſi ex pluribus de ſuis, & legit l. pęn. ff. de ini-
uſt. teſta. cum late congeſtis per And. Tiraq. de le
7 gi. connu. glo. 5. nu. 48. & ſeqq. pluribus. † &
ideo niſi limitatio probetur, ſtandum erit regulæ
l. omnis diffinitio, ubi glo. & Mod. ff. reg. iur. tota
ergo difficultas conſiſtit in tollendo d. limitationē
quam quidem in propoſito non obſtare facile demo
ſtrabimus.

Nam ſi nitamur authoritate Doctorum primo
Reſponderi poteſt negando, quod illa limitatio
8 ſit comunis, quicquid aliqui dicant, † contrarium
enim tenuit glo & Bar. d. l. in fideicommiſſariam
cum indiſtincte loquantur, & ita eos ſentire aſſerit
Rip. ibi ſub nu. 29. idem glo. in l. quod de bonis
§. quod auus. in uerb. compenſabuntur, & ibi Bar.
quoq; ff. ad l. facid. idem ſequitur ibi Io. de Imo.
aſſerens hanc opinionem benigniorem, & ideo te-
nendam. ſequitur etiam ibi Alex. dicens ſibi quoq;
hanc opinionem placere, quia benignior, & ęquior
eſt, & idem Alex. in addi. ad Bar. d. l. iubemus &
l. quod de bonis §. quod auus Ber. conſ. 21 col. pen.
idem expreſſe tenuit Sali. & Paul. Caſtr. in d. l. iu-
bemus C. ad treb. & idemque quoque bene uiſus ſenſit
Bal. in d. l. iubemus § fin. in ſummario dicens pri-
uilegium conceſſum filijs non extenditur ad Ne-
potes, quia lex prohibet, oſtendens aperte per
hæc uerba, quod prohibitio extenſionis, de qua
ibi intelligitur reſpectu perſonarum grauatarum,
non autem honoratarum, idem uoluit etiam Corn.
conſ 108. ſimilitudo quęſitarum col. 1. lib. 4 &
per Corn. d. loco, allegat. Rip. d. l. in fideicom-
miſſariam nu. 29 Paul. Pic. l. in quartam col. pen.
ff. ad l. Falc Paris. conſ. 25. col. 10. lib. 2. Ruy.
conſ. 163. col. 5. & 6. lib. 2. & conſ 21. col 6. lib.
3. & Hier. Gab. conſ. 93. nu. 3. & multi alij, quos
breuitatis cauſa ommitto, qui concludunt d. l. iube
mus procedere etiam quando reſtitutio facienda eſt
extraneo.

9 † Secundo dato, quod d. limitationem multi ſe-
quuti ſint, fundantes ſe in d. l. iubemus, in fin ubi
prohibetur extenſio de perſonis ibi expreſsis ad a-
lias, tamen eſt pęnitus falſa, & erronea, ſi .n. d. l.
iubemus ſecundum ueriorem, & magis comunem
procedit, quando filius grauatus eſt reſtituere fra-
tri, & ſic non extraneo, quem magis diligit teſta-
tor arg. not. in l. cum auus. de cond. & demoſtrat,
quanto magis procedit, quando grauatus eſt reſti-
tuere extraneo, ne magis ſit priuilegiatus extrane-
us, ſi ei fiat reſtitutio integra ſine dicta detractione
quam proprius filius teſtatoris, ſi ei fiat reſtitutio
cum d. detractione, & huic rationi dicant alij quic-
quid uelint, non poteſt reſponderi.

Non obſt. d. l. iubemus in fin. in qua erronee ſe
10 fundant alij precipue Claud. Seis. d. loco, multis
modis eam ponderando: Quia omiſsis ſuperfluis
Reſp. quod ille tex. loquitur de perſonis grauatis,
& ideo prohibet extenſionem reſpectu perſona-
rum grauatarum, non honoratarum, ut prefati
Doct. argumentantur, & iſta reſp. eſt de mente Bal.
in d. l. iubemus § fin. in ſumma, inducendo, ut ſu-
pra, & eam expreſſe ponit Rip d. l. in fideicommiſ
ſariam ſub nu. 29. & ſi aliter diceretur, illa prohi-
bitio extenſionis careret omni pænitus ratione, &
eſſet iniqua ex ſupradictis, quod non eſt aliquo pa
cto dicendum c. erit 4. diſtinct.

Non obſt. quod in contrarium ſit comunis ſe-
cundum Claud. Seiſ. & alios ſupra citatos, quia hoc
negari poteſt.

Vel Secundo illa comunis eſt falſa, & fundatur
in d. § fin. qui non probat, & eſt contra rationem
11 ut ſupra, † quo caſu comunem ſequi non debemus
l. 1. §. ſed neque C. de uet. iur. enucl. l. Plautius ff.
12 ad l. falcid. † ubi unius Caſsij ſententia rectius ſen-
tientis probatur contra opinionem trium Iuriſcon-
ſultorum, & per illum textum in d. § ſed neque,
13 omnes fere admittunt diſcedendum eſſe a comuni,
quando apparet alia opinio uerior, ut late conge-
rit And. Tiraq. in xj lege connu. nu. 3. & ſeq. Aym.
Crau. de antiq. temp. par. 3. in princ. nu. 14. ubi

grauiter

grauiter donant aliter facientes Hier. Cagn. in l. 1.
nu. 37. C. quando non pet. part. pet. accres. & Socc.
Iuni. conſ. 158 abunde nu. 75. lib. 2. & coſ. 107. nu. 40
lib. 3. ubi dicit per illum tex. poſt multos, quos ibi
allegat, quod etiam contra comunem opinionem
poteſt, & debet iudicari, quando illa bonis ratio
nibus conuincitur, ut hic.

Tertio dato quod d. limitatio ſit magis comu-
nis, & vera, quod negatur ex ſupra dictis, pro clara
reſponſione conſiderandum eſt quod ea loqitur
14 in diuerſis terminis arg. l. papi. exul. ff. de minor. †
recte .n. conſiderando Doctores, qui ponunt
eã, loquuntur ad limitationem illius regulę, quæ eſt
ꝙ fructus non imputantur in legitimam per liberos
primi gradus d. l. iubemus in princ. fallit .n. quan-
do reſtitutio per eos facienda eſt extraneo, ita be-
ne niſi Doct. loquuntur, pręſertim Paris. d. conſ. 25.
nos loquimur de totali prohibitione detractionis
trebellianicę, inter quę diuerſa eſt ratio, ſi ſubtili-
ter, & recte conſideretur: Nam tempore Zenonis
authoris illius legis iubemus, & antequam eam
conſtitutionem ipſe promulgaſſet, duę erant regu-
lę contrariæ, una afirmatiua, quod trebellianica
poterat per imputationem fructuum minui d. l.
in fideicommiſſariam in princ. Altera negatiua.
quod trebellianica non poſſet in totum per teſta
torem prohiberi l. de bonis. §. 1. in fin. ff. ad l. falcid.
& licet hę regulę in ſpecie non loquerentur in libe-
ris primi gradus, tamen in ſui generalitate etiam
eos comprehendebant, & per conſequens prima li-
beros primi gradus grauatos de reſtituendo graua-
bat fructus imputare: ſecunda uero etiam eis pro-
derat, quia etiam ipſo in totum detrahere trebelli-
anicã ꝓhiberi non poterant & ſic illa eis dannoſa,
illa erat fauorabilis, Zeno igitur, qui in ea conſti-
tutione intentus erat ſolum aliquid inducere in fa-
uorem liberorum primi gradus, uidens dictas duas
regulas contrarias, eam, quę contra eos faciebat
limitauit, ſtatuens, quod liberi primi gradus non
tenerentur fructus in trebellianicam imputare,
aliam, quę pro liberis faciebat relinquens intactam
& tacite confirmans, prout etiam dixi in prioribus
meis allegationibus uers. tertio quia tempore &c.
poſt. claud. Seia. d. l. Marcellus nu. xj. & Soc. Iuni-
orem conſ. 131. nu. 24. lib. 2 ubi ita melius intel-
ligunt d. l. iubemus.

Hoc igitur retento, dato, quod illa prohibitio
extenſionis in §. fin. d. l. iubemus intelligenda ſit
etiam reſpectu perſonarum honoratarũ (quod ne-
gamus ex ſupradictis in ſecundo fundamento) iſtud
poſſit habere aliquem colorem rationis in caſu ex-
preſſo in ea lege uidelicet quod liberi primi gradus
non imputarent fructus in trebellianicam, quando
ſunt reſtituturi fratri, ſecus ſi extraneo non autem
reſpectu prohibitionis in totum. Primo qa illa con-
ſtitutio erat correctoria, aut ſaltem exorbitans a
prima regula, de qua ſupra dixi mentionem fieri
in d. l. in fideicomiſſariam, quo autem ad ſecun-
dam regulam d. l. de bonis §. 1. in fin. non erat cor
rectoria, aut exorbitans, ſed confirmatoria tacite:
ſecundo quia in primo caſu reſpectu d. primę regu
lę agitur de diminutione trebellianice per fructuũ
imputationem, in ſecunda de ea tollenda in totum
per prohibitionem, & ſic de maiori pręiudicio fi-
liorum, ideo dificilius concedi debet, Ex quibus
patet non eſſe omnino indiſtincte arguendum de
una ad aliam.

Vltimo poſſet dici, quod hic non ſit reſtitutio
extraneo, ſed filiabus ipſius teſtatoris, uenit enim
caſus, quo facienda eſt reſtitutio filiabus, & ipſę pe-
tunt fideicommiſſum, non Angelus.

Qvoad Secundã difficultatem cenſeo ſine du
bio dictas mulieres agentes non poſſe conſequi ali
quod ſupplementum legitimę, ſed illud, ſi quod eſt
impinguare (ut dicunt) portionem Baldaſſarris, &
hoc ex pluribus.

Primo per ius accreſcendi, ſecundo per remo-
tionẽ obſtaculi, ut alias deduxi latius in prioribus
meis allegationibus.

Tertio Vlterius nunc illis addendo, quia licet
quando fęminę dotatę ſunt a fratre, aut alio extra-
neo de bonis patris, poſsint petere ſuplementum
legitimę, ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum pro-
15 ter maſculos, †, ſi tamẽ ſint dotatę a patre, ut hic, in
teſtamento Io: Baptiſte uidere eſt, eis dictum ſup-
plementum non debetur, quia cenſentur congru-
16 enter dotatę, † ex quo lex pręſumit pro patre
l. nec in ea ff. de adulte. & quod patri uiſum eſt cõ-
petens, alteri non debet uideri incompetens l. ſi
furioſo puberi, in fin. ff. de curat. furios, nec redar
17 gui pater poteſt ab aliquo, † cum nullus amor uin
cat paternum l. fin. in princ. C. de cura. furio. & ita
in ſpecie conſulendo tenuit Paul. Caſtr. conſ. 275.
ſuper primo queſito in ſeptimo dubio lib. 1. ſequi-
tur Alex conſ. 32. uidetur nu. 4. lib. 4 Curt. conſ.
27. col. 13. & conſ. 80. col. final. & Dec. conſ. 26.
& diligenter nu. 2. & rurſus conſ. 180. uiſa renun-
ciatione nu. 1. & nouiſsime Laun de Pala. in tract.
quod ſtant. maſcu. fęmi. exclud. nu. 133. & licet
aliqui contradixerint, tamen non ſunt magnę au-
18 ctoritatis, † & iſta opinio in fauorem maſculorum
procedit ſine dubio, quando fœminę á patre dota-
te ſunt, & nuptui traditę, prout ſaltem aliquę fue
runt in caſu noſtro, & ideo quoad eas non eſſet
19 dubitandum, † uel ſaltem antequam nubant fęmi-
nę, non eſt earum qualitas, aut dotationis immuta
ta, ut hic, prout eſt de mente Alciati. in tract. pręſ-
ſump. reg. prima præſump. ſecunda in fine.

Quarto ulterius, quia licet magna ſit hæſitatio
inter Doctores, An filia excluſa propter maſculos
a ſtatuto dicatur excluſa etiam a legitima, aut eius
20 ſupplemento, † Tamen quando, eſt excluſa, &
pater ei aliquid in teſtamento reliquit, minus ta-
men legitima ſupplementum petere, non poteſt,
ut hic, ita poſt Ang. Pet. Ancha. Paul. Caſtren.
Bart. Soc. & non nullos alios, latè concludit Ruy.
in repet. l. Gallus §. & quid ſi tantum nu. 127. ff.
de lib. & poſthu. ubi rationes adducit, & ad con-
traria reſpondet.

21 Quinto Vt tollatur omnis difficultas, † quia iſtę
mulieres ſe ipſas proprio conſenſu a dicto ſupple-
mento, ſi quod eſt, ſaltem tacite excluſerunt, ac-
ceptãdo relictum dotis in teſtamento paterno ipſis
factum, & ulterius in pręſenti iudicio, fideicom-
miſſum petendo, prout petunt, nam in dicto teſta
mento paterno grauatę fuerunt non petere plus ul
tra dotem relictam, & ſi peterent, additum fuit quod
cadant ab omni relicto, & ſic etiam á fideicõmiſſo

petendo

petendo ergo dictum fideicommiſſum, quod pe-
tere non poterant, ſi plus relicto dotis pro ligitim
petijſſent, tacite ſine dubio renunciant d. ſupple-
22 mento, ſi quod eſt, † quia eligens unum contrarium
aliud repudiat l. poſt diem ff. de leg. commiſ. ubi
petens precium poſt diem, renunciat legi commiſ
ſorię. not. Bar. & omnes cōmuniter in l. naturaliter §.
nihil commune. in tertia lect. glo. ff. de acqui. poſſ. di
23 centes per hoc, † quod agens retinendę poſſeſsio-
nis, quia dicit, ſe poſsidere l. 1. §. interdictum ff.
uti. poſsi. uidetur renunciare rei uendicationi con-
trarię, quę non datur poſsidenti, ſed contra poſsi
dentem l. in rem ff. de rei. uendi. §. 1. Inſtit. de actio
item per hoc dicentes comuniter * teſte Rip. ibi
24 nu. 126. † quod agens petitorio primum, quia dicit
aduerſarium poſsidere. d. l. in rem, uidetur poſſeſ-
ſioni, ſi habeat, renunciare.

Sexto conſiderandum eſt, ut tollatur omnis dif-
ficultas, quod dd. mulieres fuerunt congruenter do
25 tate, iux. quantitatem patrimonij, temporum, &
conditionis ipſarum, attento tempore dotationis,
& mortis patris & eo attento, nullum adeſt ſupple
mentum petendum, & licet hodie ſint aucta ualde
pręcia rerum hęreditariarū, tamen hoc non debet
26 attendi, † quia augumentum poſtea ſuperueniens
non auget legitimam, ita ut ſupplementum debe-
ri poſsit, ut eſt tex. in l. ſi patronum exlibera §. fin.
ff. de bon. lib. per quam Paul. Caſt. in l. ex ratione
la a. in princ. ff. ad l. falcid. ita dicit etiam quod au
gumentum fiat ex cauſa, quę fingatur fuiſſe retro
ad tempus uitę patris, & idem ibi ſequitur Alex.
ſub nu. 6. poſt Nico. de Neap. & quoſdam alios ra
tionibus, quibus ibi per eos, & ultra predictos ita
determinat Laur. de Palati. d. tract. nu. 13 a. & ſeq.
loquens explicite, etiam quando hęreditas eſſet
27 aucta propter fętus, & propter auctum ualorē re-
28 rum hęreditarium, ut in caſu noſtro, † Compro-
batur hoc, quia ſi aliter diceretur omnes fere mu-
lieres dotatę annis ſuperioribus poſſent petere ſup-
plementum legitimę, aut congruę dotis habito reſ-
pectu ad legitimam, cum hodie creuerit ualor re-
rum ultra dimidiam ꝓpter qualitatem temporum
29 quod eſſet abſurdum, † Secundo comprobatur in
caſu noſtro, quia dotationes fuerunt facte a patre,
ut ſupradixi, quo caſu pręſumptio eſt quod con-
gruę conſtitutę fuerint ad patrimonium, & quali-
tatem perſonarum, & temporum ex ſupra dictis
Tertio comprobatur, quia uidetur hęc opinio con-
formis menti ſtatuentium, qui lib. ſecundo rub 45.
de dot. & dot. muli. &c. uers. item ſi aliquis pater,
uel alius &c. dum loquuntur de condecentia dotis
ad legitimam dicunt filiam competenter dotatam
in quantitate legitimę, & ſic contentantur dota-
tionem fieri in quantitate, quaſi commenſuratio fie
ri debeat ad quantitatem, quę tempore dotationis
reduci poſſet ex ualore bonorum hęreditariorum,
& cum ibi loquantur ſtatuentes quando mulier do-
tata eſt a fratre, patruo, & alijs tranſuerſalibus,
multo magis procedet, quando dotatur a patre per
ſupradicta.

Ex quibus patet reſponſio ad allegata in contra
rium, Nam ultra quod falſo a Paris. d. conſ. 53. ea
30 limitatio dicitur eſſe comunis, † cum ſolum fuerit
ex capite paucorum Modernorum, quos ipſe ibi al
31 legat, † immo alia opinio in fauorem maſculorum
ſit ęquior, & magis comunis indiſtincte ſecun-
dum Aret. in l. plane §. ſi duobus de leg. 2. & ſecun
dum Brun. d. tract. de ſtatut. exclus. femi. arti. 13.
ſub nu. 46. ubi teſtatur, quod ipſe ita obtinuit, &
quod Mart. Soc. bis uidit pronunciatum, & ipſe
etiam ter iudicauit.

Si teneremus opinionem ipſius Pariſij. d. loco,
32 † ea nō procedit in dotata a patre, ut ſupra in tertio
33 † & quarto argumento, uel quando ſe ipſas exclu
dunt, acceptando aliud relictum, ut ſupra in v.
34 fundamento, † uel quando uellent augeri legitimā
ex augumēto poſtea ſuperueniēte ex allegatis ſupra
in ultimo fundamento.

CNOSILIVM XXXV

Argumentum.

Quota portio hęreditatis ſit legitima fili
orum, ſtante ſtatuto exclusiuo fœmi-
narum?

Et an ſtante d. ſtatuto fœminę faciant
partem, & numerum quo ad augen-
dam legitimam?

Et an admittantur ad partem?

Et an trebellianica prohiberi poſſit li
beris primi gradus?

Et an trebellianica amictatur per non
confectionem inuentarij tam in libe-
ris primi gradus, quam in extrane-
is?

SVMMARIVM.

*Statutum excludens fęminas propter maſculos, licet ex-
preſſe eos non nocet, uocare tamen intelligitur nu. 1.*

*Legitima filiorum, quando ſunt ultra quatuor eſt ſemis
nu. 2.*

*Etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum preſeruāte
aliquid fęminis nu. 4. & 5.*

*Fęminę non uidentur eſſe in rerum naturę ſi excluſę ſunt
a ſtatuto propter maſculos nu. 3.*

*Frater, & ſoror in legitima ſunt inter ſe coniuncti coniun
ctione legali nu. 6.*

*Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniun-
ctione legali nu. 7.*

*Ius accreſcendi locum habet in legitima, & eius ſupplemē
to, maxime inter plures ſimul inſtitutos. nu. 8.*

*Legitima fęminarum excluſarum á ſtatuto accreſcit maſ-
culis per obſtaculi remotionem nu. 9.*

*Quod aufertur fęminis a ſtatuto impinguat legitimam ma
ſculorum nu. 10.*

*Quando quis excluditur a lucro uel commodo contempla-
tione alicuius, illi lucrum, & commodum applican-
dum eſt cuius contēplatione ille alius excluditur nu. 11.*

*Pręſeruatum á ſtatuto excluſiuo fęminarum, & pro dote
traditum*

traditum, non connumeratur in uniuerſitate bonorum, ſed ueluti quoddam ęs alienum detrahitur quoad legitimam colligendam, & poſtea eius totius, quod remanet, legitima eſt nu. 12.

Trebellianica liberis primi gradus prohiberi non poteſt, ſecundum ęquiorē, ueriorem, & frequentiorem opinionem nu. 13 & 24.

Etiam ſi facienda ſit reſtitutio extraneo nu. 14. & 15.

Intellectus ad l. iubemus C. ad trebell. in illis uerbis, omnibus modis quartam retineri nu. 15.

Prohibens imputationem fructuum in trebellianicam, multo magis prohibet totale eius prohibitionem nu. 16.

Diſpoſitum uidetur id, de quo Princeps uerisimiliter ſtatuiſſet, ſi interrogatus fuiſſet, nu. 17.

Trebellianica poterat minui per imputationem fructuum, ante l. iubemus C. ad trebel nu. 18.

L. iubemus C. ad treb. facta eſt ſpeciali fauore filiorum nu. 19.

Argumentum ualet de prohibita imputatione fructuum in trebellianicum, ad prohibitionem totalem trebellianicę prohibitam, contra Bart. Soc. nu. 20.

L. iubemus C. ad trebell. incorrecta eſt ſecundum communem nu. 21.

Nec corrigitur per Auth. ſed cum teſtator nu. 22.

Trebellianica non perditur per non confectionē inuentarij nu. 23.

Indubitata in liberis primi gradus nu. 24.

Et eſt communis etiam in alijs nu. 25.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

DVBIA nouiter in cauſa Dominę Marianę excitata circa merita cauſę, in quibus ſubmouendis ſolum inſtabo, duo principaliter eſſe uidentur.

Primum quota portio hęreditatis Io. baptiſtæ ſit legitima Baldaſarris, in quo pro reperienda ueritate uidentur duæ difficultates explicandæ.

Prima An ſtante ſtatuto Peruſino excluſiuo fęmmarum propter maſculos, fæminę faciant partē, & numerum quoad augendam legitimam de triente ad ſemiſſem?

Secunda Dato, quod faciant numerum ad effectum prędictum, An admittantur ad partem, & ſic quota bonorum remaneat legitima Baldaſarris filij maſculi.

Quoad primā, dico, quod legitima eſt ſemis totius in præſenti caſu concurrentibus tribus in facto prout concurrunt,

Primo quod ſunt quinq; filij Io. baptiſtæ Vnus Maſculus, & quatuor fęminę.

Secundo quod ſtatutum prędictum nō excludit ſimpliciter, ſed aliquid præſeruat filiabus, uidelicet Dotem.

Tertio quod continet duo capita, Vnum excluſiuum fęminarum, Alterum incluſiuum maſculorum, & hoc ſecundum non ſolum tacite, dum ex-
1 cludit eas, donec extent maſculi, † quia per hoc cenſentur uocati illi maſculi tacite Guid. pap. decis.
184. Dec. conſ. 270. in ſecundo dubio Iac. Nig. l. 1. nu. 35. uers. mihi uero. de offi. eius &c. Soc. Seni. conſ. 5. Soc. Nepos. conſ. 67. in fin. lib. 3. Brun. in ſtat. exclus. fæmi. art. 13. q. 1. uerum etiam expreſſe d. ſtatuto sub. 645. col. 1. ad fin. uers. quod preſens &c His autem tribus concurrentibus legiti-
2 ma filij eſt ſemis totius hæreditatis, † Nam clarum eſt, quod quando numerus filiorum eſt ultra 4. ut hic, legitima eſt ſemis. auth. de trient. & ſemiſſ. per totum, & licet difficultatem faciat in pręſenti caſu ſtatutum excluſiuum, quod eo exiſtente fæminæ
3 non uideantur eſſe in rerum natura, † & propterea remanente ſolo maſculo eius legitima uideatur eſſe triens d. auth. de trient. & ſemiſſ. prout dicit Ang. in aut. nouiſsima in fin. C. de inoff. teſta. Imo. Paul. Caſtr. & Aret. qui dicit communem in l. plane. §. ſi duobus col. 5. de leg. 1. & idem tradit Alb. Brun. in tract. d. ſtat. eſclus. fæmi. art. 13 q. 3. nu. 31
4 & ſeq. † iſtud tamen non procedit, quando ſtatutum aliquid præſeruat fęminis, & habet duo capita, unum excluſiuum ipſarum, alterum incluſiuū maſculorum, ut hic, quia iſto caſu, cum fęminę faciant numerum, & partem quoad commodum
5 maſculorum uocatorum, † nec habeantur quoad hoc ut mortuę ſecundum magis communem, ut late teſtatur & ſequitur idem Alb. Brun. d. loco ſub. nu. 45. uers. Alia & tertia opinio eſt &c poſt quam plurimos per eum citatos, legitima eſt ſemis, ut aperte firmat hac eadem ratione idem Alber. Bru. d. loco nu. 44. uers. nam ſecus eſt quando &c.

QVOAD ſecundum, an fęminę excluſe admittātur ad partem d. legitimę, uel potius earum portiones accreſcant filio, uidetur, quod non accreſcant
6 † quia frater, & ſorores in legitima ſunt interſe coniuncti coniunctione legali lege eis legitimam ſimul deferente d. aut. de trient. & ſemiſſ. & d. aut. nouiſſi-
7 ma, † inter coniunctos autem coniunctione legali non habet locum ius accreſcendi, quando non agitur de hereditate, ut hic, quia legitima eſt quota bonorum l. papi. §. quarta ff. de inoff. teſta. l. proculo ff. de leg. 2.

Hoc tamen non obſtante, cenſeo filio, & ſic in caſu noſtro Baldaſſarri portiones excluſarum in legitima deberi altera ex duabus vijs, vel per ius accreſcendi, vel per remotionem obſtaculi.

8 Per ius quidem accreſcendi, † quia uerior & magis communis opinio eſt, quod in legitima & eius ſupplemento locum habeat ius accreſcendi ut not. Alex. Ias. d. l. plane §. ſi duobus Doct. in l. unica C. quando non pet. part. in l. re coniuncti de leg. 1. ubi R. p. nu. 211. dicit communem. Quæ quidem opinio procedit ſine dubio inter plures ſimul inſtitutos, licet aliqui uniuerſaliter, aliqui non inſtituti ſint, ut hic, Salic. d. l. unica q. x. Fab. de Gioc. d. aut. nouiſsima nu. 176. & ita in terminis firmat Rom. d. l. unica col. pen. uers. unde pro ſolutione, poſt Bar. in l. pater filium col. pen. de inoff. teſta. Guid. papę. decis. 295. an filius fam. & rurſus decis. 399 item etiam qui dicitur communem & bis ita fuiſſe judicatum, ut ſupplementum illud cedat commodo uniuerſalis inſtituti, ſequitur Caſſa. conſ. 55. & Bello. conſ. 83. in cauſa Domini Baronis nu. 16. 17. & 18. ubi pariter reſtatur de communi, & dicit eſſe caſum in l. ſiue patronus

nus §. ex duobus ff de iure patron. Ad argumen
tum in contrarium aductum reſpondet Rip. d. lo-
co nu. 211.
9 † Per remotionem autem obſtaculi eodem pacto
ſuccedit Baldaſſar in dictis portionibus excluſarũ
quia cum eius ſorores propter eum ſint excluſæ a
10 ſtatuto, † illud a quo excluſæ ſunt auget, atque im
pinguat (ut Doct. dicunt) legitimam maſculi, Bal.
in d. l. papi. §. unde ſi quis. Ang. in d. l plane §. ſi
duobus Paul. Caſtr. l. huiuſmodi §. ſi titio de leg. 1
in conſ. 253. quoniam fundamentum col fin. uerſ.
ex hoc dico lib. primo Rom. d. l. uni col. anrepen
& ſeq. Soc. conſ. 76. uiſo. teſtamento lib. 2. Maria
ſoc. ſen conſ. 5. præſens conſultatio, ubi per xij.
11 fundamenta ualde notabilia concludit, † quod quan
do quis excluditur a lucro, uel commodo contem-
platione alicuius, illi commodum applicari debet
cuius contemplatione ille alius excluditur, idem
Maria Soc. conſ. 84. uiſa col. 4. Bar. ſoc. conſ. 241.
circa col. x. uerſ. ſecundum quod, & uerſ. terti
um, & ultimum. lib. 5. ubi dicit ſe ita ter iudicaſſe
& bis per alios etiã uidiſſe iudicatum, Iaſ. in l. ſeruo
legato. ſi teſtator ff. de leg. 1. Curt. ſen. conſ. 5
in ſecunda opi. principali Ant Rub. Alex. conſ.
156. circa primum col. 3. uerſ. comprobatur &c.
Ubi alios adducit ita tenentes Bello. d. conſ. 83.
in fin. & Alb. Bru. d. loco ſub nu. 45. ubi dicit, q
alias ita conſuluit Bart. Soc. Amb. Opizzo. & de
conſi. Campegij ita fuit iudicatum, & ſub nu. 46.
dicit hanc eſſe comunem * opinionem, & uerio-
rem, & quod ipſe ita in facto obtinuit, prout etiam
latius atteſtatur Soc. Iuni. conſ. 25. caſus iſte col. 4.
lib. 1. ex quibus apparet nephas eſſe ab iſta opinio
ne diſcedere in iudicando

Solum uidetur remanere aliqua dificultas, an
ipſa legitima, quæ eſt ſemis, conſideretur reſpe
ctu totius hæreditatis includendo etiam dotes ex-
cluſarum an potius reſpectu illius reſidui, quod re-
manet deductis dotibus in qua difficultate, licet
fuerint uariæ opiniones, ut per Doct in ſupradictis
12 locis, † magis * tamen communis opinio eſt, quod
præſeruatum a ſtatuto, & pro dote traditum non
connumeratur in uniuerſitate bonorum, ſed ueluti
quoddam æs alienum detrahitur quoad legitimam
colligendam, & poſtea eius totius quod remanet
dimidia legitima eſt, ut poſt Bal. Ang. Imo. Cu
ma. Ancha. Salic. Caccia. Soc. Card. Collegium Pa
dua. Aret. Corn. Campe. Alb. Bru. & alios latiſſi-
me defendit aſſerens hodie ueriorem, & magis co-
munem * opinionem Soc. Iuni. d. conſ. 25. ſub nu.
13. uerſ. tertia & ultima.

Et quatenus opinio quam ſupra firmauimus, le
gitimam ſcilicet hanc eſſe ſemiſſem, non eſſet uera
(quod negamus) & eam aliam teneremus, quod
eſſet triens, eiſdem rationibus iſta omnia adapta-
buntur, ut totus ille triens ſit legitima Baldaſſaris
ſine aliquo dubio.

13 † Quoad aliud dubium de trebellianica, magis
comunis * æquior, & uerior eſt opinio, quod non
poſsit prohiberi liberis primi gradus, ut hic. quã
tacite tenuit glo. auth. ſed cum teſtator in uerb. ceſ
ſat ad l. falcid. ubi. Iac. Bot. & Iac. Belui. in auth. de
hered & falcid. §. hinc nobis col. 1 q. 16. Io: Andr. &
Archid. in c. ſi pater de teſta. in 6. Bal. d. aut. ſed cũ
teſtator, Bened. cap. conſilio 36 nu. ſeptimo & cõſ.
78. nu. 25. qui omnes tenuerunt indiſtincte prohibe
ri non poſſe, ergo multo magis in liberis primi gra
dus Rom. auth. ſimiliter ad l. falcid. Imo. in l. mar
cellus ad trebelli. ubi Alex. dicit hanc eſſe de iure-
ueriorem, ubi cum eo tranſit Iaſ. aſſerens hãc eſſe ma
gis comunem * opinionem Lud. Bolo. conſ. 29. Pe
trus. col. 2. Bal. & Salice. l. iubemus per illũ tex. C. ad
trebell. ubi etiã Fulgos. Corna. Cato. Saccus col. 4.
hãc eandẽ opinionẽ ſequuntur Rom. conſ. 205. licet
ex comunt And. ſicul. c Raynuntius col 114. de te-
ſta Alex. cõſ. 5. circa primũ lib. 3. Bart. Soc. reg. 432.
falle. 1. Io: Crot. l. nemo poteſt. nu. 34. & ſeq. ff. de
leg. 1. ubi dicit eſſe comunem * opinionem, & quod
ſi caſus eueniret, pro ea conſuleret, & iudicaret Io:
Anania conſ. 37. uiſo uerſiculo tamen non credo
Ant. de ſtat. uet. l. in quartam col. 134 in fin. ad l.
falcid. Claud. Seis. in d. l. Marcellus, ubi dicit co-
munem * & ibi etiam Caro. Ruy. Guid. Pape. cõſ.
132. & 140. & deci. 51. ubi pariter teſtatur de com-
muni * & ita ſeruari in curia parlamenti Dec. conſi-
lio 81. col. 2. uerſiculo rectè conſideranti, & conſ.
218. in caſu ad me tranſmiſſo col. 2. conſ. 179. con-
ſultus col. fin. Galia. in l. centurio col. 92. ff. de vulg.
& pup. Paul. Pic. in d. l. in quartam. ubi fatetur ue
riorem, & magis æquam opinionem Paris. inter
conſilia Soc. Iuni. conſ. 132. ad corroborationem
nu. 1. lib. 1. ubi inquit hanc eſſe æquiorem ſenten-
tiam, & ſe eam ſequutum pluries legendo, & con
ſulendo, & idem latius defendit Soc. Iuni. conſ.
231. in queſtione propoſita nu. 58. lib. 2. ubi aſſe-
rit hanc eſſe magis communem * & ueriorem &
æquiſſimam opinionem, & rurſus conſ. 28. nu.
2. lib. 2. atteſtatur Veronæ ita iudicatum fuiſſe per
illud ſuum conſilium 132. lib. 1. de quo ſupra. idẽ
in conſ. 212. negare. nu. 3 lib. 3. ubi non ſolum te
ſtatur hanc eſſe comunem * ſed grauiter aſſerit er-
rare eos, qui huic ſententiæ contradicunt, & quod
magis ponderandum eſt, idem Soc. Iuni. conſ. 127.
nu. 7. lib. 1. deciſiue conſulens ut ipſe inquit ibi aſſe-
rit nu. 8. hanc eandem opinionem ſequutus eſt, di
cens rurſus ſecundum ſuam opinionem iudicatum
Veronæ, & eam tenendam, & quod ſi tempore
Pauli Pici erat comunis in contrarium, hodie ſine
dubio iſta comunis eſt, Hier. Cagn. in d. l. Papi-
nianus §. meminiſſe nu. 11. ff. de inoff. teſta. ubi
formaliter inquit hanc opinionem eſſe ueriorem,
æquiorem, magis comunem * & uidiſſe eam ſem-
per in practica obſeruari, quod ualde notandum
eſt, Ruy. conſ. 163. nu. 10. lib. 2. Franc. Porcel. in
tract. de inuẽta, & ita in hac eadẽ cauſa ego conſu
lui ſupra conſ. 33. nu. 19 ubi quã plurimos etiam
alios allegaui & ſubſcripſerunt uti, ſupra patet meũ
illud conſilium Phil. Vbal. M. Ant. Bartolinus.
Io: Paulus Lancellot. Raynaldus Rodul. Io: Dan-
zetta. Lucas Herculanus Pet. Phi. Matthiolus õnes
Peruſini, Antonius Galles. Bernardinus Lauinius.
Ioannes Laſchæ Hiſpanus. Io: Paulus Venerius, &
non nulli alij noſtræ tempeſtatis grauiſſimi Iurecõ-
ſulti, ita ut, & Antiquorum, & etiam Viuenti-
um iſta uideatur magis communis * opinio, & pro
pterea ab ea nullo modo ſit diſcedendum, quicquid
in cõtrarium uoluerit Paris. Alexandrinus Carol.
Cot. Iulius Clarus, & alij in dubijs allegati, quia

alter

non bene numerarunt Authores.

Non obſt. quod Rot. Rom. contrarium uoluerit. per Creſcen. deci. 129. & citat Marz ad fideic. q. 49. ad fin. quia licet Rot. Rom. ſit magnæ autoritatis Gom. in proe. reg. cancella. pag. x. lit. E. & ſeqq. Neuiz in Sil. nupt. pagi. mihi. 206. col. 4. uerſiculo amp. quarto. non tamen ei tantum deferrendum eſt, ut eius opinio de neceſſitate tenenda ſit, quinimmo Rota quandoque uotat ſecundum glo. d. proem. refert Neuiz. d. loc. pag. 207. col. 1. in princ. & quandoque dicit contra iura, Mari. Seni c. 1. col. antepe. ut lit. non conteſt. quem ſequitur Neuiz. d. pagi. 206. col. 4. uerſiculo dicti Marianus &c. & ut bene norunt practici romanam Curiam ſequentes, cum illi domini ſciant humanum eſſe errare, & ipſos quoque quandoque errare, conſueuerunt parti contra quam ſenſerunt, indulgere, ut poſsit iterum punctus proponi, & reuideri, & quandoque etiam ſententiam in melius mutare.

Secundo reſp. tunc Rot. Rom. plurimum tribuendum quando firmiter adhæsit uni uel alteri opinioni, & ſecundum illam opinionem cauſam aliquam determinauit, ſecus quando inclinauit in unam, uel alteram partem, ut fecit in hoc puncto tempore Caſſadori, ita eo referente. de teſta. deci. 4 qui refert id accidiſſe in una de Bubalis, & alia de Capiſucchis de quibus etiam meminit Creſcen. d. deci. 129. & quas citat Marz. d loc. pro affirmatiua tunc .n. cũ non firmiter Ro aſſerat nõ poteſt ꝓ illa opinione allegari & ideo Marzi. d. loc. lapſus eſt has pro affirmatiua allegans, preterquam quod etiam aliter reſpondet Port. Iuno. conſ. 92. nu. 56. ad illam deci. Caſſa

Non obſt. conſ. Nonij. 90. nobiſcum, ut in illius calce dicitur editum, quia uere ego & antea, & tunc fui, prout hodie ſum, pro negatiua ſententia, ſed quia eramus tres, duo alij, qui pro affirmatiua inclinarunt, preualuerunt arg. d. l. cum inter de arbi. preterquam quod in tanta ambiguitate, & opinionum anfractu ſatius eſſe credidimus cum illorum ſententia tranſire propter aliqua ſpecialia, que ibi concurrebant, que in preſenti ca ſu non reperiuntur, Accedit quod poſt illud redditum conſilium multi haustenpeſtatis celeberrimi autores ſuperuenerunt, qui negatiuam latiſsime pro comuni tuiati ſunt ita ut nephas ſit modo ab ea diſcedere, quicquid contrarium oſtendere, & ſubſtinere conetur Burgi. Caual. in repert. ad deci. ſuas ver. trebellianica.

Nec dicatur, quod illa comunis noſtra opinio ꝓ
24 cedit, qñ facienda eſt ſubſtitucio filijs, ſecus ſi extraneo, ut inc Car. Cort. memo. ſuis in uer. treb llianica, quia iſta limitatio eſt ſalſa & cõſ. 34. nu. 8. ſupra latius oſtendi.

Illa opinio, uti magis comunis eſt, ita uerior tam
25 ex uerbis q̃ ex mente l. iubemus C. ad Treb † Verbis q̃ ſem, ibi, omnib. modis quartã retineri, que exponuntur j. neceſsitate ita faciendi ſemp imminenti aut. ut defuncti, ſeu ſune. § ſancimus ergo coll. 5. ſecundum Alb in dictionario in uer. omnib. modis, iſtis ergo uerbis complectitur Zeno omnes omnino caſus alias ſi quãdo teſtator ꝓhiberet, nõ poſſet p liberos primi gradus retineri, nõ uerificaretur ea lo quutio generaliter ſumpta l. ſi is q̃ ducenta § unum ff. de reb. dub. & deſtrueretur regula l. ſuliarus de leg. 1 c. ſi romanorum 19. deſtinct cum vulg.

Ex Mente autem multis Modis.

16 † Primo quia ſi Zeno ibi uult, q̃ pater non poſsit minuere trebellianicã filij p imputationẽ fructuum licet alias p illos imputatio fiat l. in fideicõmiſſariã ad trebel. multo magis ꝓhibere uid. ſ patri in toto ũ trebellianicã prohibere arg. l. cui pacto ff. de ſer. export. l. quod indignus ff. de Senat. l. non debet cui. ubi Dec ff de reg. iur.

17 † Secundo q̃a ſi Zeno de hoc explicite fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, cum ratio diuerſitatis alle gari non poſsit, cur trebellianica minui nõ poſsit p imputationẽ fructuũ magis, quã p ꝓ nominden ꝓ hibitionẽ, ergo, & nos dicere idẽ debemus l. tale pactũ §. fin cum not. ibi pẽr glo. & D ct. ff. de pact.

18 † Tertio q̃a tẽpore Zenonis ius legis Auth. tertio regulariter trebellianica poterat minui, ſi teſtator iuſſiſſet fructus in eã imputari d. l. in fideicommiſſariã in princ. nto ũ autẽ ꝓhiberi minime poterat l. de bonis § 1. & fin. ff. ad l. falcid l. ut allegas C ad l. falcid. Prima in ſui generalitate erat cõtra filios &c Secunda uero erat in fauorẽ, unde Imperator Zeno intentus ſolũ aliqd inducere in fauorẽ filiorum, limitauit illã priorẽ, q̃ contra eos tendebat, aliam q̃ etiam filijs fauebat, uel non correxit, uel tacite approbauit, ut etiam ſentit Claud. Sois. in d. l. marcellus in princ nu. 11 & Socı. Iuni. d. conſ. 131. ſub. nu. 24. licet aliter deducant.

19 † Quarto Identitate rationis, q̃ ea lex iubemus factã eſt ſpeciali ſauore filiorũ. ut tex. ibi, in filijs oſt nolens eũ extendi ad alias pſonas. & ita tradit Bal. ibi, col. 2. uerſ fallit in filijs, & bñ etiã Salic. col 2. ver ſed Cinus ratio autẽ priuilegij filiorum potuit eſſe. quia hereditas magis debetur liberis primi gradus, q̃ alijs, cum eis debita ſit in uita, & mortuo patre dominium continuetur in eos l in ſuis de lib & poſth. Guid. pape d. dec. 51 uel q̃ exiſtanei non tanto iure, ſicut ergo hęc ratio efficit, ut ſpeciali fauore filiorũ teſtator non poſsit trebellianicã minuere p fructuũ imputationem, ita & multo quidẽ magis efficere debet, ne in totũ tolli poſsit p prohibitionẽ Ex quibus (ni fallor) oſtenditur expreſſe, & tacite per d. l iubemus induci liberis primi gradus trebellianicam prohiberi non poſſe.

Nec dicatur cũ Bar. Soc. in d. l. Marcellus §. 1. col.
20 § ver. hoc an ẽ q̃ non ſiat arg de imputatione fructuum ad trebellianicę ꝓhibitio ẽ, q̃a hoc falſum eſt ut nominatim eum damnat Soc. Nepos. d. conſ. 131. ſub. nu. 54. & ſeq

21 † Nec uerum eſt, q̃ d. l. iubemus hodie ſit correcta eſſe in eo, q̃d princ pariter diſponit ſm Cin. in opp. 1. Quia contrariũ comuniter tenetur, & poſt Bal. Salic. Corn. & alios, quos ibi citat teſtatur, & cõmuniter ex multis Soc. Iun. d. conſ. 131 nu. 26. & ſeq.

22 Nec dictam correctionem l. iubemus induxit aut. ſed cũ teſtator C ad l. falcid. q̃ cũ ſtatuat generaliter trebellianicã ꝓhiberi poſſe, ut ſic generaliter corrigere generalem diſpoſitionem, que contra erat q̃ ꝓhiberi nõ poſſet d l q̃ de bonis. Quia uerius eſt d. l. iubemus non corrigi aut quinque argumentis deducit Soc. Iuni. d. conſ 131 nu 75. & pluribus ſeqq.

23 † Minuit etiã huic detractioni obſt. q̃ nõ fuerit cõfectũ inuentarium, & ꝓpterea pdatur trebellianica

Grat. reſp. 18. & 21. nu. 58. & reſpon. 160. nu. 4. lib. 2. Nico. Bello. conſ. 64. nu. 4. cum ſimil. Quia verior, ęquior, & magis communis eſt ſententia, & in practica etiam recepta non perdi trebellianicam per non confectionem Inuentarij etiã per extraneum, ut colligitur aperte ex traditis per Franc. Port. d. tract. de Inuenta. q. 6. in fin. per Soc. Iuni. conſ. 137. uiſo. nu. 9. lib. 2. per Aymo. cõſ. 17. q̃ritur &c. lib. 1. ubi id conuincit indiſtincte uerum ex pluribus per Calca. conſ. 37. per Bolo. in add. ad conſ. Ananię conſ. 61. per Ang. Aret. in tract. de teſta. in glo. prohibuit deduci trebellianicã per Stepha. Auſre. ad Capp. Tholo. q. 314. ubi teſtatur de practica. per Caſſad. in tit. de teſta. deci. 3. in fi. ubi, quod iſta eſt ſecurior, & magis pia in iudicijs, Bened. Capr. conſ. 143. nu. 17. ubi dicit
* ita * communiter teneri: In Filijs autem primi gra-
24 dus pro communi * & indubitata eam tenent omnes, ut de ſtilo, & communi teſtatur Guid. pap. deci. 53. obſeruatur. ſentit aperte Bert. conſ. 209. preſuppoſito nu. x. lib. 3. Ruy. conſ. 135. lib. 3. Alex. pro communi conſ. 43. ex teſtamento nu. 8. & ſequitur Hier. Cagn. d. §. meminiſſe nu. 15. ubi
* aſſerit hanc opinionem eſſe magis * communem, ęquiorem, benigniorem, & per totum mundum obſeruatã, ꝓut alij multi teſtãtur, citati in hac cauſa
25 ſupra cõſ. 33. nu. 58. & 97. † Quę conclusio non videtur habere difficultatẽ, precipue retenta opinione ꝙ per Inuentarij ommiſſionẽ trebellianica non perdatur etiam ab alijs, quam liberis primi gradus, quã magis communem, & veriorem oſtendit Phanu. de Inuenta. par. 7. nu. 31. & pluribus ſeqq.

Ex Quibus (ni fallor) ſublata ſunt, quę contra D. Marianam ſubtiliter excitabantur.

CONSILIVM XXXVI.

Argumentum.

An legata relicta in teſtamento ſint ad onus hęreditarium, ita, ut de hæreditate ſoluantur, & tranſeant ad onus fideicommiſſarij, & ſi ſoluta ſint per hæredem, an detrahere poſſit in reſtitutione fideicommiſſi?

Et an etiam quando uerba illa in teſtamento appoſita poſt legata, uidelicet, ſoluẽda per infraſcriptum hæredem, onus hæredis, non hæreditarium inferre uideantur?

Et de intellectu l. Marcellus & l. preced. ff. ad treb.

SVMMARIVM.

Legatum ad onus hęreditarium tranſit in fideicommiſſarium, & fideicommiſſum diminuit nu. 2. & 16.

Et hæres illud ſolutum per ſe poteſt in reſtitutione detrahere nu. 3.

Fallit, ſi nominatim relictum eſt ad onus hæredis nu. 2. & 4.

Legatum, quando dicatur relictum ad onus hæredis nu. 4. & 5.

Vbi, quod hoc pendet ex coniecturata mente teſtatoris, multæ coniecturæ enumerantur nu. 5. 6. 7. & ſeqq.

Ex principio legis uel teſtamenti colligitur intellectus ipſius legis uel teſtamenti nu. 6.

Ex una parte teſtamenti infertur ad intelligentiam alterius nu. 7. & 8.

Legitima eſt quota bonorum nu. 9.

Inſtitutio fit in bonis teſtatoris nu. 10.

Integratio partium non fit ex diuerſis nu 11.

Dictio, ſuus, a um. in teſtamento refertur ad ipſum teſtatorem nu. 12.

Dictio, plus, iuncta cum illis, de bonis ſuis petere non poſſit quomodo intelligatur nu. 13.

Pars una teſtamenti aliam declarat nu. 14.

Vbi eadem eſt ratio, ibi idem ius. nu 15.

Legatum ad onus hæredis eſt, non hæreditatis, quando teſtator dixit, ſoluendum per infraſcriptum meũ hæredem, ſi apparet illa uerba appoſita ad ſignificandum onus nu. 17. & 25.

Niſi ultra uires hæreditarias legaſſet, ut ſciatur, quomodo ratio legis falcidiæ ineunda ſit, nu. 26.

Vel quando illa uerba non poſſunt uideri ad aliud prolata nu. 18.

Secus, ſi prolata ſunt ad inducendam dilationem ſolutionis, puta, ſoluendum per hæredem tali tempore, quia tunc ad onus hæreditatis eſt eod. nu. 18. & 21.

Intellectus ad l. Marcellus ff. ad treb. eod. nu. 17. & ſeq.

Hæres ſtatim poſt mortem teſtatoris legata ſoluere tenetur nu. 19.

Inducta in fauorem, non debent in odium retorqueri nu. 20.

Legata præſtari debent ab hærede nu. 22.

Emendatio tex. §. 1. Inſtit. de legat. ut non adſint illa uerba, ab hærede præſtanda nu. 23. & 24.

Hæres grauatus de ſuo ſoluere legatum iniunctum, non propterea eſt, quin detrahere poſſit trebellianicam nu. 27.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

AN legata relicta per Io. Baptiſtam in ſuo ultimo teſtamento, & per Baldaſſarrem filium & hęredẽ poſtea ſoluta ueniant per hęredem hæredis in reſtitutione fideicommiſſi detrahenda?

Et q̃dem prima facie videtur dicendũ, quod Baldaſſar ꝑſoluit dicta de cauſa marianã eius hęredẽ detrahere non poſſe quia teſtator

teſtator dum illa onera iniunxit ea ſoluenda per
hęredē expræſsit,atq̄ ita ab hęrede nominatim reli
1 quit† quo caſu relicta ad hęredis onus ptinere dicū
tur glo.& Doct.in l.marcellus & in l.pce.ff.ad treb.
Doct.in l.fin.C.eod.Rot. decis. 870.col. 2. in anti.
Ias.in l. 1.§ q quadringenta in uot. ff. eod. ad treb.
Craue. conſ. 16. col. 5. nu. 1. ubi teſtatur de comu
2 ni * Manti. de coniect. ulti. uolu lib. 8. tit. 2 ſub.
nu. 7. uers. ſed tamen differentia &c.
Contrariū in propoſito uerius exiſtimo, ꝓ quo
pręſupono regulam, quę eſt, ꝙ legata, & relicta p
teſtatorem dicuntur eſſe ad onus hęreditarium, &
tranſeunt in fideicommiſſarium, & fideicommiſſum
diminuunt l. fin. ad fin. ubi eſt tex. & ibi not. om-
3 nes Doct. comuniter * C. ad trebelli ;† & hęres ea
ſoluta poteſt in reſtitutione fideicōmiſsi detrahere
Paris. conſ. 55. quoniam nu. 27. lib. 3. & Non obſt.
contrarium ſupra formatum,
Nam primo pro reſponſione coſiderandum eſt
4 ꝙ cum in l. marcellus diceretur, † tunc hęredem de
ſuo legata ſoluere debere, quando teſtator ad hæ-
redis onus ea eſſe dixerit, & dubitetur apud Doct.
quando id ſit ipſi dicunt hoc accidere, quoties teſta
tor nominatim ab hęrede reliquit, quaſi pſumatur
teſtator propter illa uerba diſcedere á regula, quę
eſt, ꝙ legata ſunt onus hæreditarium d. l. fin. ig-
itur hæc limitatio Doctorum ad d. l. fin. ex conie-
5 cturata mēte teſtatoris deducitur† ex quo ſequitur,
ꝙ ubi apparet, illa uerba, per hęredem pręſtanda,
alio tendere, quam, ut hęres de ſuo ſoluat, limitatio
non ꝓcedit ; ſed ſumus in regula, cum pſumtio p-
ſumptionem tollat l. diuus de reſt. in integrum
Tota igitur difficultas conſiſtit, an in pſenti caſu
ex mente teſtatoris, dici poſsit legata facta ad ſpeci
ale onus hæredis iux. l. unum ex familia § ſi rem tuā
de leg. 2. & §. non ſolum eoſt de legat propter illa
uerba, pręfata, per hęredem ſoluenda ? in qua hę
ſitatione conſidero ꝙ duplex poteſt eſſe quęſtio.
Prima An teſtator uoluerit grauare hærēdē de
ipſius hęredis proprijs bonis, & pecunijs ?
Secunda An uideatur uoluiſſe grauare de hęredi
tarijs deducendis de portione trebellianica per hę-
redem detrahenda in reſtitutione fideicommiſsi,
uel aliter ad eius onus.
Et circa primum, clarum eſt ꝙ teſtator uoluit gra
uare hęredem de ſuis proprijs, non hæredis.
6 † Primo quidem, quia teſtator initio teſtamēti ſe
de bonis ſuis teſtari, non de hæredis aſſerit, ea autē
q̄ ſunt in principio, influunt in ſequentia l. q filia-
abus in princ. ff. de leg. 1. cum ſimilibus.
7 † Secundo quia in fine fere teſtamēti aſſerit teſta
tor in omnibus autem alijs ſuis bonis &c. ex quibus
uerbis declarare uidetur aperte teſtator, ꝙ legata
ſupra facta exemit, & detraxit de ſuis bonis, cū de
reſiduo hęredem inſtituat, nec reſiduū dici poſſet,
reſpectu aliarum partium prius legatarum.
Tertio conſiderando ſpecialiter quędam legata
pcipue ea, de quibus dubitatur, qa quando Teſtator
legat. x. ꝓ rius anima, addit illa eadem uerba, ſoluē
da per eius hęredem, & tamen nemo ſani capitis
dixerit teſtatorē uoluiſſe ſolui de bonis hęredis ſed
8 ſuis ꝓprijs ꝓ anima ipſius, † ideo in eodē sēſu credē
dū eſt teſtatorē uti uoluiſſe illis eiſdē uerbis in alijs
partibus teſtamenti arg l. ſi pluribus ff. de leg. 2.

Quarto Quia, quando legat filiabus ſuis, de
quibus legatis proprie quęſtio noſtra eſt, id clarū
uidetur, primo quia legat pro legitima, quę de ſu
9 is bonis debetur, † cum legitima ſit quota bonorum
legibus vulgaribus.
10 † Secundo quia in eo illas inſtituit, q̄ inſtitutio in
bonis teſtatoris ſit, Inſtit. de exhæred. libe. in princ.
Tertio Quia, quando legat Camillę Florenos
800. adijcit, computata in dd. Florenis 800. dote
alias ſibi promiſſa, & ſoluta, Vnde cum illud plus
ultra ſolutionem factam relinquatur ad integran-
dam dotem, & illud, quod ſolutum fuerat, erat
de bonis teſtatoris, hoc etiam reſiduum debet cen
11 ſeri relictum de bonis ipſius mei teſtatoris, † ne in-
tegrati fiat ex diuerſis corporibus, quod non po-
teſt, ut in ſimili conſiderat egregie Soc. cōſ. 54. col.
fin. & Ant. Rub Alexandrinus conſ. 5. pro funda
mento col. 2. uerſiculo ſed iſtud fortius.
Quarto Quia ſtatim poſt facta legata ſuis filiab.
ſubdit teſtator & quod plus de bonis ſuis petere
12 non poſsint, † quę dictio ſuis, ſine dubio refertur
ad teſtatorem l. ſi quis initio. cū prima expoſitione
glo. ibi de vſuf. aure. Paris. cōſ. ſi in huiuſmodi nu.
13 33. lib. 2. † illa autē dictio, plus, iuncta cū illa de bo-
nis ſuis, clare oſtendit, ꝙ relicta filiabus facta fuerūt
de bonis teſtatoris, alias quādo filię petēdo aliquid
de bonis patris, dicerētur petere plus de bonis ip-
ſius certe nullo modo, cū plus, & minus de bonis pa
tris quis, petere dicatur reſpectu alicuius relicti in
bonis eiuſdē facti, uoluit ergo teſtator dicere ꝙ do
tes illas filiab. de bonis ſuis relinq̄bat, & ꝙ plus de
eiſdē ſuis bonis petere nō poſsint, & ſi uoluiſſet fa-
cere legata illa de bonis hęredis, ſubiūxiſſet, & ni-
hil de bonis meis petere poſsint, nō aut. & plus &c.
Quinto Quia iſta interpratio colligitur manifeſte
ex alia parte teſtamēti, in qua teſtator Margheritę
filię reliqt 200. Florenos iā ei ſolutos p ipſum teſta
torem, in quo legato utitur illis eiſdē uerbis, qbus
utit in alijs, v3. in his cū ſibi hęredem inſtituit, & ꝙ
plus de bonis ſuis petere nō poſsit &c. ſicut ergo i
iſto legato illa uerba referunt ad bona ipſius teſta-
14 toris, ita etiam in alijs, † cum una pars teſt. declaret
aliam l. hæredes palam §. ſed cum poſt. ff. de teſta.
Sexto Quia neptes ſuas ex Baldaſſare filio na-
ſcituras dotauit ex ſuis bonis, reſiduū uero ſuę hæ-
reditatis p uiā ſubſtitutionis, moriēte Baldaſſare ſi-
ne filijs maſculis reliquit Angelo fratri. ergo idem,
15 quando dotauit filias, † cum ratio nulla ſit diuerſi
tatis inter caſum, & caſum l. illud de acq. hære.
Septimo qa teſtator ī caſu uiduitatis filiarū ſuarū,
uoluit, eas poſſe domū redire, cūferēdo dotes habi-
tas, q̄ collatio, cū ſit q̄dā cōtributio bonorū habito
rū ex hęreditate paterna, oſtēdit manifeſte, ꝙ teſta
tor ī eligebat eas dotari de ſuis bonis, nō de alienis
Octauo qa teſta. ī fin. teſtamēti ī euētū, in q̄m maſ
culi deficerēt, uoluit, filias ad ſucceſs. ęqualē reuerti
& ſic in effectu cōputari dotes habitas, ꝙ nō accide
ret, ſi uoluiſſet eas habere pcipuas de bonis heredis.
Nono Quia in fine teſtamenti apponitur p teſta
torē cōditio ꝙ deficiente linea maſculina Angeli,
eius ſorores debeant adæquari cum dotibus filia-
bus ipſius teſtatoris ergo pręſupponit, filias ipſius
Ioannis Baptiſtę teſtatoris habuiſſe dotes de ſua
hæreditate, & de bonis comunibus inter eum, &

d. Angelum, alias non caderet d. adæquatio.
16 Circa Secundam dubitationem dicendum eſt
idem omnino, quia, ut ſupra dictum eſt, legata
ſunt ad onus hæreditarium, & fideicommiſſum di-
minuunt d. l. fi. ad ſi. C. ad treb. Pari. d. conſ. 15 5.
Non obſt. ꝙ teſtator uideatur iniunxiſſe illa one
ra nominatim hęredi, ex quo dixit, ſoluenda per
ſupraſcriptionem eius hęredem & eũ nominauit, quo
caſu ad hęredis onus legata ſunt, ut ſupra; quia ad
hoc, in quo uidetur fieri tota uis per partem ad-
17 uerſam, Reſpondetur Primo † ꝙ illa opinio Doct.
poteſt procedere, quando apparet, ꝙ illa uerba
appoſita ſunt ad ſignificandum onus, ut proprie lo
quitur tex. in d. l. marcellus, ibi, ad hęredis onus
18 eſſe, teſtator dixerit, uel † ſaltem, quando non po
ſſunt uideri ad aliud prolata, ut hic, nam ſi recte
ponderentur uerba teſtamenti, apparebit, quod il-
la uerba, per infraſcriptũ hęredem ſoluenda, & &c.
apponuntur gratia denotandi dilationẽ ſolutionis
faciendæ tempore, quo filię nuptui tradentur, cũ
ſtatim poſt illa uerba, per infraſcriptũ eius hęredem
ſoluenda, ſubdantur illa alia, tempore, quo nuptui
tradentur, per quæ ſine dubio illa priora determi-
19 nantur, nec ſine miniſterio illud additum fuit, † cum
iure comuni hęres potuiſſet alias cogi ad ſolutionẽ
20 ilatim l. á titio. de fur. † ex quo infertur, ꝙ cum
ad fauorem hæredis ea uerba ſint per teſtatorem
appoſita nõ poſsint in eius odiũ retorqueri l. quod
fauore de leg. quod fieret, ſi diceretur legata fa-
cta ad onus hæredis.
Secundo reſp. poteſt, ꝙ allegata in contrarium
procedere poſſunt, quando legata ſunt relicta ab
hærede, ut Doct. loquuntur, & præſertim glo. in
21 d. l. Marcellus & in l. precedenti, † Secus alias, ut
hic, ubi legata ſunt relicta ſimpliciter. ſi recte con
ſideretur, nam legantur Octingenta filiabus pro do
tibus, legitima, & trebellianica, & in hoc finitur
legatum, Deinde ad dilationem ſolutionis in fauo-
rem hæredis ſubijcitur, quod ſolui debeant per hę
redem tempore nuptiarum, non poteſt ergo dici
relictum ab hęrede, ſed, ſimpliciter, quo caſu onus
eſt hæreditarium d. l. fin & ſic non ſumus in termi
nis, in quibus loquũtur Doctores in d. l. Marcellus
Nec dicatur, ꝙ ita tenendo, illa uerba, per hæ-
22 redem præſtanda eſſent ſuperflua, † cũ etiam alias
iure communi legata pręſtanda ſint ab hærede § 1.
23 Inſtit. de legat. † Quia primo dici poteſt, quod nõ
eſt verum, ſemper legata eſſe ab hærede preſtanda
ut multi dicunt d. § 1. Nec obſtat ille tex. ibi, ab hę
24 rede preſtanda, quia † ea uerba in emendatioribus
codicibus deſunt, ut Mod ibi dicunt.
Secundo dato quod in illo tex. adſint uerba, ab
hęrede preſtanda, & ob id in d. teſtamento fruſtra
uideãtur repetita, & ſine effectu operandi reſp. ꝙ
admiſſo, uerba per hęredem preſtanda, in caſu no-
ſtro non operari hoc reſpectu, videlicet, ut intelli
gatur a quo preſtanda ſint, quia hoc intelligebatur
alijs iuribus, ut ſupra operantur tamen alio reſpe-
ctu, nempe illo ad cuius operationem appoſita fu-
erunt, cum .n. iuncta fuerint, cum illis uerbis, tem
pore nuptiarum, apparet, quod operantur, ut in-
telligantur, quo tempore non per quem legata ſol
uenda eſſent, ut ſupra dictum fuit.
Et hęc dicta ſunt, preſupoſito, ꝙ opinio glo. &
Doct. in d. l. Marcellus procedat ſimpliciter, vt in cõ
trariũ allegatur, quia ſaltẽ declarari debet, ut ſupra.
Ceterum ulterius & ſecundo conſiderandum eſt
dum dicitur, quod relictum pertinet ad onus hære-
25 dis † quando ab eo nominatim ſoluendum teſtator
26 dixit, quod non procedit ſimpliciter, † ſed ſolum
quãdo teſtator vltra uires hęreditarias legauit ad ef
fectũ, ut tunc ſciatur quomodo ratio legis falcidiæ
ineũda ſit, ut magiſtraliter declarat Paul. Caſtrenſ.
in l. qui quadringenta nu. 7. ff. ad trebell. non autẽ
quando legata modica ſunt reſpectu reſidui hęre-
ditatis, ut hic, quia tunc etiam iſto caſu pertinent
ad onus hęreditatis, ſecundum Paul. d. loco.
Tertio reſp. quod allegata intelliguntur ita ſcili
27 cet ut hęres conueniri poſsit, † non tamen quod
propterea ei fiat pręiudicium in trebellianica per
eum detrahenda, id eſt, quominus eam cõſequatur
ita plenã, atque ſi legatorũ ſolutio ab hęrede facta
nõ fuiſſet ut ęgregie declarat Crauett. d. cõſ. 61. col.
2. uerſ. ex hoc tamen, & ſic in effectu non impedi
tur detractio legatorum ſolutorum per hæredem.

CONSILIVM XXXVII

Argumentum.

Relictum factum Conſanguineo, aut
etiá extraneo quando pium dicatur.

SVMMARIVM.

Relictum factum conſanguineo. etiam cauſa pietatis, non dicitur pium, nec ſtatur aſſertioni relinquentis, & cenſetur ille color quęſitus nu. 1.

Fallit, ſi relictum ſit conſanguineo pauperi, & relictũ ſit pro anima relinquentis nu. 2 3 & 7.

Relictum conſanguineo in dubio non cenſetur factum cogitatione animæ, aut pia cauſa nu. 4 & 7.

Expreſsio perſonarum. ſub nomine conſanguinitatis, in relicto facta, denotat, quod teſtator contemplatus eſt ſanguinem nu. 5.

Qualitas una reſpectu plurium expreſſa pariformiter determinat nu 6.

Relictum factum alteri, quam conſanguineo, pium eſt. ſi factum ſit pauperi, aut loco pio, ut Eccleſiæ uel perſonæ piæ, ut Religioſo nu 9.

Trebellianica an poſſit prohiberi liberis primi gradus, remiſſiue nu. 10.

Dei Opt. Max. Ope Implorata.

QVOD fideicommiſſum,
aut relictum factum con
ſaguineo ſimpliciter, ex-
preſſo ſolo nomine con
ſanguinitatis, aut filiatio
nis, ut hic in fideicõmiſ-
ſo per Ioannẽ Baptiſtam
relicto filiabus ſuis, ſit pi
um, nemo eſt, qui dicat,
quẽ viderim, nec credo,
aliquem

1 aliquem extare, qui id aſſerat † immo quando ſit conſanguineo, adiecto etiam quod ſit cauſa pietatis, cenſetur ille color quęſitus & non ſtatur aſſertioni diſponentis, & non dicitur pium relictum glo. eſt l. illud. ner. etiam C. de ſacros. Eccle. communiter * retenta, ut ateſtatur Bello. conſ 16. nu. 2.

2 † Et licet Abb. in rub. de teſta. nu 9. admittat, relictum eſſe pium, quando ſit conſanguineo pauperi, ut in contrarium allegatur, id tamen proce-
3 dit † quando expreſsum dictum fuit, quod relinquitur pro anima, iux. glo. l. ſi quis titio de leg. 2. & declarat Bello. d. conſ. 16. nu. 3 Abb. c. 2. nu. 10 de pręſcrip. c. relictum il primo nu 7. de teſta. quod
4 in caſu noſtro non accidit. † immo apparet, quod nulla cogitatione animę, aut pię cauſe ſit d. relictum, ſed ſolum intuitu ſanguinis. cum decedentibus Baldaſſare filio, & Angelo nepote fratre ſub
5 ſtituat filias ſimpliciter, † ex expreſsio. n. perſonatũ quibus fideicommiſſum relinquitur per illud, appellatione filiorum, denotat, quod teſtator contemplatus eſt ſanguinem, argumento not. per Doct. c. quoniam Abbas. de offi. de leg. c ſi grauoſe de reſ-
6 crip. cum ſimili, & cum una ſit qualitas expreſſa reſpectu omnium compręheoſarum pariformiter intelligitur quoad omnes l. iam hoc iure ff. de uulg. & pup. & apparet, quod teſtator non intuetur, an una, uel altera eſſet monialis.

Et ſi diligenter legatur Abb. d. rub de teſta. appa
7 rebit, quod loquitur, † quando conſanguineo relictum eſt quid pro anima, uel cauſa pia, & eſt pau-
8 per, & non aliter, prout uerum eſt, † quia ſi aliqua relinquitur ſimpliciter conſanguineo ſub nomine conſanguinitatis, conſanguineo etiam pauperi cenſetur relictum intuitu conſanguinitatis, non pietatis, argumento l. tutor. §. quę tutoribus ff. de excuſ. tuto. c. requiſiſti de teſta. & c. pontificatus 12. q. 13. ut in indiuiduo firmat lud. Roma. in reper. l. 1. col. 2. & ibi eum ſequutus And. Beſſ. nu. 4. ubi clariſſime id explicat C. de ſacros. Eccle.

Nec in contrarium allegatus Roma. conſ 206. nu. 7. quicquam aduerſatur huic ueriſsime opinioni, quia in eo loco Roma. nihil dicit penitus de hoc, ſed tantum, An trebellianica detrahatur de relicto pio.

Minus aduerſantur Modet. in tract. de uſuf. mulie. relic. ſub nu 226. uers. & hoc legatum &c. & uers. anteriore & debet illa paupertas † ubi dicunt
9 pium dici relictũ factum pauperi, aut loco pio ut Eccleſię, uel perſonę ut religioſę, quia ipſi loquuntur, & intelligunt, quando ſit alijs, quam conſanguineis alias loquerentur contra prędictas communes traditiones, & errarent ex quibus concludo circa hoc non eſſe dubitandum.

Circa illud aliud, de quo dubitatur, An filijs, vel
10 liberis primi gradus trebellianica poſsit prohiberi, quia plena manu in hac eadem cauſa ſcripſi alias, ut uideri poteſt ſupra conſ. 33. nu. 19. & rurſus conſ. 35. nu. 13. & ibi oſtendi ueriorem, magis ęquam, & communem * eſſe ſententiam negatiuam, ad ibi allegata me remitto.

CONSILIVM XXXVIII

Argumentum.

Filius an poſſit legitima priuari aliquo modo, & prærſertim per eius acceptationem teſtamenti, in quo ipſe legitima priuatus ſit.

Et an acceptatio teſtamenti tacita, uel expreſſa inducat repudiationem Trebellianicæ?

An reſtituens fideicommiſſum, poſsit detrahere ſemper melioramenta, per eum, uel eius Auctorem facta?

SVMMARIVM.

Legitima debetur filijs iure naturæ nu. 1.

Nec aliquam conditionem, uel onus recipit nu 2.

Nec filius ea priuari poteſt, niſi ex cauſis iure expreſſis nu. 3.

Etiam ſi filius teſtamentum paternum approbauerit nu. 4.

Legitima renunciari non dicitur, niſi expreſſe id factum ſit nu. 5 & 13. & 41.

Niſi adſit iuramentum, & uerba ampliſsima nu. 6. & ſub nu. 13.

Et niſi adſit expreſſa prohibitio legitimæ per teſtatorē facta, cum tacita renunciatione filij collecta ex approbatione teſtameti nu. 7. & 41.

Quod intelligitur, quando filio relicta legata ſunt loco legitimæ, & in eius arbitrio poſitum, num uellet legata acceptare eo modo nu. 8 & ſeq.

Nec ſufficit quęlibet expreſſio nu 42.

Nec ſatis eſt expreſſa, niſi ſit facta uerbis ſpecialibus nu. 43.

Vel quando relictum eſt aliquid in recompenſationem legitimæ, quod per filium acceptatur nu 10.

Legitima renunciatum uidetur, quando filius grauatus eſt reſtituere ſuam legitimam, adijciendo, quod ſi non ſit contentus eo onere, tunc inſtitutus ſit tantum in ſua legitima, & filius hæreditatem agnoſcit nu. 11.

Contra nu. 12.

Quod forte iſta cautela non eſt bona ad renunciationē legitimæ nu. 13.

De uoluntate conſtat, quando intellectus non uidetur laborare in intelligendo, quid ille uoluerit, de cuius uoluntate quæritur nu. 9.

Acceptans aliquid, dicitur acceptare eum ſuis qualitatibus, & onere, etiam maiore ipſo relicto nu 14.

Fallit quoad onus priuationis legitimæ nu 15.

Compendioſa facta à pagano poſt aditam hæreditatem ualet, ut fideicommiſſaria nu 16.

Duæ Quartæ detrahuntur, ſecundum communem, per filiũ grauatum ſub conditione nu. 17.

Quod ius detrahendi, tranſit ad hæredes nu. 18.

Trebellianicę renunciatum non eſt per teſtamenti approbationem nu. 19.

Etiam ſi probibita in teſtamento ſit liberis primi gradus ſub a nu. 19.

Quod intelligitur in renunciatione tacita per aditionẽ hæreditatis, ſecus in expreſſa nu. 20.

Trebellianica probiberi poteſt, quando detrabenda ſunt duæ quartæ nu. 21.

Contra ſecundum ueriorem, & magis communem nu. 22

In trebellianicam detrahendam per liberos primi gradus neq; fructus, neque æs alienum imputari debet nu 23

Diſpoſitio l. iubemus C. ad treb non procedit, quando duæ quartæ ſunt detrabenda nu 24.

Contra ſecundum ueriorem, & magis cõmunem nu. 25.

Bonę fidei poſſeſſor computat fructus cum expenſis melioramentorum nu. 26.

Fallit, quando percipit fructus ex re ſua, quæ aliquo tempore uenit reſtituenda nu. 27.

Expenſæ non reficiuntur, ſi ex eis res melior facta non ſit nu. 28.

Teſtator poteſt grauare hæredem quoad bona emphyteutica. & tenet grauamen, ſi hæres adeundo, illud acceptauit nu. 29.

Quod procedit, quando teſtator grauauit expreſſe, non alias nu. 30.

Quilibet adminiſtrator debet condere rationem ſuæ adminiſtrationis nu. 31.

Quod onus tranſit etiam in eius hæredem nu. 32.

Quando plures ſimul adminiſtrant, nemo rationem reddere tenetur nu. 33.

Inter attinentes non redditur ratio adminiſtrationis ſecundum conſuetudinem nu. 34.

Contra nu. 35.

Legitima non poteſt prohiberi, niſi ex cauſa nu. 36.

Nec etiam ei grauamen adijci nu. 37.

Probibitio legitimæ non officit, quando eius fauore ſit, cui probibetur nu. 38.

Factum in fauorem alicuius, non debet in eius odium retorqueri nu. 39.

Lucrum, quo quis priuatur cõtemplatione alterius illi applicatur, cuius contemplatione ille priuatur nu 40.

Duplex uinculum non ſtringit magis, quam unum, quando habet legem reſiſtentem contra nu. 45.

Trebellianica non poteſt prohiberi liberis primi gradus nu 45.

Interpretatio reijcitur, per quam facile legi illud poteſt. nu 47.

L. iubemus C. ad trebelli. probibet fructuum imputationẽ in trebellianicam nu. 48.

Nec eſt correcta nu. 49.

Opinio, quæ minus lædit ius commune, tenenda eſt nu. 50.

Benignior intellectus eſt, per quem minus quis obligatur nu. 51.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVIA cauſa agitur coram Conſumantiſsimis Viris Rotę Peruſinę Auditoribus, agam paucis circa dubia excitata contra D. Marianam.

Et Imprimis quod D. Mariana in reſtituendo fideicommiſſum uigore teſtamenti Ioan: Baptiſtę poſsit detrahere legitimã Baldaſſarris cuius hęredis eſt hæres; uidetur in iure
1 clarum, † cum legitima ſit debita iure naturæ † nec
2 aliquam conditionem, uel onus recipiat l. quoniã
3 & l. ſcimus C. de inoffi. teſta. † & eam filius priuari non poſsit, niſi ex cauſis in iure expreſsis §. aliud quoque capitulum auth. ut cum de app. cog. Gerar.
• ſtug. 1. Crem. ſign. 19. & alij communiter * uarijs in locis; ſed Baldaſſar nullam cauſam ex qua priuandus dicatur commiſit, merito &c.
4 † Et illud procedit etiam, quando filius prohibitus legitimam petere, uel detrahere, teſtamentum approbauerit, quia adhuc huiuſmodi prohibitione
5 non obſtante, poteſt legitimam detrahere, † cum ei renunciatum non intelligatur, niſi expreſſe id factum ſit l. ſi quando § fin. C. de inoffi. teſta. ubi Bal. expreſſe not §. ceterum auth. ut cum de app. cogno. Ancha. conſ. 52. plura ſunt col. 3. Alex. conſ. 69 ſuper primo dubio col. 2. uers. nec obſtat. ſi dicatur lib 1. Dec. conſ. 688. ad confirmationem col. 2. uers. ſimiliter d. concluſio. Paris. conſ. 41. re quiſitus nu. 8. lib. 2. Ianus conſ. 43. in huiuſmodi nu. 33. & pluribus ſeqq ubi rationes, & alios ita tenentes allegat lib. 3 Soc. Iuni. conſ. 50. uiſo elegan
6 tiſsimo nu. 11. & ſeqq. lib. 2. † licet in caſu ſuo ,ppter uerba ampliſsima, & iuramentum, renunciationẽ legitimæ, concludat. Phanut. de inuent. par. 7. nu. 125.

7 † Non obſtat, quod uoluit Dec. conſ. 687. uiſis &c. ubi uidetur uoluiſſe, quod expreſſa prohibitio legitimę per teſtatorem facta cum tacita renunciatione filij collecta ex approbatione teſtamenti ſufficiat.

8 Quia reſp. Primo, † quod ibi erant filio relicta legata loco legitimę, & in eius arbitrio repoſitum, num uellet legata quo in caſu dicitur renunciare legitimæ expreſſe, ex quo apparet de eius clara uo
9 luntate, † cum de uoluntate conſtet, quando intellectus non uidetur laborare in intelligendo, quid ille uoluerit Bal. in auth hoc inter liberos. in princ. C. de teſta. late congerit Tiraq. de leg connub. lege 5. nu. 58 & ſeq & ita in terminis declarat Soc. Iuni. conſilio 122. perſpectis his nu. 22. lib. 5. concludans in caſu Decij, licet de eius conſilio non faciat mentionem, ubi ei expreſſam renunciationem, hic autem non eſt dictum, quod ſi Baldaſſar acceptaret, aliquid aliud loco legitimæ petere non poſſet.

Secundo reſpondetur quod in caſu Decij erat
10 quid relictum in recompenſationem legitimę, † quo caſu non procedit regula d. l. ſi quando §. final. ſupra allegati, ut in terminis declarat idem Soc. Iuni. d. conſ. 122. nu. 24. ideo dato, quod ibi non adſit expreſſa renunciatio legitimę, ſufficit tacita, hic nichil eſt relictum in recompenſationem legitimę, ideo non ſufficit tacita d. l. ſi quando §. final.

Non obſtant tradita per Moder. Guald. de arte teſtam. titulo de ſubſtit. caut. 31. nu. 6. ubi quod ceſſat detractio legitimę in filio, uel liberis primi gradus, quando teſtator grauauit filium reſtituere etiam legitimam; adijciendo, quod ſi filius non ſit contentus eo onere, ſit tantum in ſua legitima inſtitutus, & in reſiduo alios ſubſtituit, & filius ſe hæ

reditate

reditati immiſceat, Quia ſe recte aduertatur, ipſi non loquuntur, quando ſimpliciter eſt iniunctum fideicommiſſum ſine detractione legitimę, & tre-
11 bellianicę, ut hic, † ſed quando ulterius adiectum fuit, quod ſi filius non ſit contentus etiam legitimam reſtituere, tunc ſit inſtitutus ſolum in ſua legitima, & in reſiduo hereditatis fideicommiſſarium inſtituat, uel ſubſtituat, quo caſu, ſi filius hereditati ſe immiſceat, per approbationem teſtamenti, etiam legitimam reſtituit per allegata ibi per eos, & per rationes, de quibus ſupra proxime in caſu Decij d. conſ. 687.
12 † Secundo non eſſet omnino abſonum dicere, quod illa cautela Gualdem. indiſtincte non procedit, nec tuta eſt, ſed procedere poteſt. quando filius expreſſe contenta in teſtamento approbauit, ut poſt multos ibi per eum citatos indubitatum di-
13 cit Phanu. de inuenta d. par. 7. nu. 127. † Non autem quando filius adeundo ſimpliciter, tacite teſtatoris uoluntatem approbauit, quia tunc non uidetur nunquam legitimę renunciare, niſi forte approbatio eſſet facta uerbis adeo generalibus, & pręgnantibus, ut habeant omnino uim particularis expreſsi, & ſic includant etiam legitimam, ut poſt Alexandri. Rip. Ruy. & Paris tradit idem Phanu. d. loco nu. 128. & licet ipſe non uideatur proprie loqui in caſu dictę cautelę, non tamen ratio diuerſa eſt.
14 † Non obſtat, quod acceptans aliquid, uideatur acceptare cum ſuis qualitatibus, & onere etiam maiore ipſi relicto ſecundũ congeſta per Aymo. conſ. 132. nu. 22. & conſ. 174. nu. 9.
15 † Quia non procedunt in priuatione legitimæ, quę non inducitur, niſi ex expreſſa uoluntate eius, cui debetur, per prędicta.

Nec aliquid facit, quod duo uincula magis ſtringant, uidelicet, tacita repudiatio, & expreſſa prohibitio teſtatoris, quia in renunciatione legitimæ inducenda non ſufficiunt in qua ex ſupradictis, requiritur expreſſa renunciatio

Secundo quod poſsit hic detrahi etiam trebellianica, pariter uidetur clarum, quia cum ſimus in
16 compendioſa facta a pagano, † quę non poteſt poſt aditam hęreditatem per puberem, ut hic ualere, niſi ut fideicommiſſaria, ſecundum communi-
* ter * omnes l. precibus C. de impub. ideo uti debetur Baldaſſari, aduenientę caſu fideicommiſsi, legitima per ſupradicta ita etiam trebellianica toto. titulo ad treb.

Et licet magna ſit contrauerſia inter Doct. An per grauatum poſsit detrahi duæ quartæ magis ta-
17 men communis * ſententia eſt quod ſic, quando grauatus eſt filius ſub conditione, ut hic, quia diuerſo tempore detrahendę ueniunt. Bal. l. quamquã
* C. ad l. falcid. Doctores communiter * c Raynutius de teſta Dec. conſ. 57. nu. 16 lib. 2 conſ 1. nu. 78.
* lib. 3. Moder. l. in quartam ubi de communi * ff. ad l.
18 falcid. † ſicuti Baldaſſar uiuens potuiſſet detrahere has duas quartas, ita eius hęres. Dec. d. conſ 8. nu. 2. conſ. 203. nu. 3. Paris. conſ. 9. nu. 80. conſ. 26. nu. 4. conſ. 45. nu. 80. conſ. 47. nu. 6. omnibus lib. 2. Soc. Iuni. conſ. 64. nu. 14. lib: 2. Aymo. conſ. 312. nu. 5. lib. 2.

Non obſtat tacita approbatio teſtamenti ex adi-
19 tione hæreditatis collecta, † Quia per eam non cenſetur renunciatum trebellianicę, ut in terminis tradit Paris. d. conſ. 47. nu 9. & d. conſ. 43. nu 38. Bello. conſ 67. per ſilto adhuc nu. 9. poſt Dec. conſ. 236. col. 3. & aperte preſuponit Phanu. d. par. 7. nu. 127. & 128. Immo in liberis primi gradus etiam ſi expreſſe contenta in teſtamento acceptata fuerint non uidetur renunciatum trebellianicę, etiam ſi prohibita ſit, cum ea prohibitio inualida ſit, ut uol-
20 uit Bero. conſ. 93. nu. 65. & ſeq. lib. 2. † Et licet Bero. damnetur reſpectu approbationis expreſſe, a Phanu. nu. 128. in approbatione tamen tacita, ut hic, eius opinio retinetur, alias ſequeretur, quod quilibet adiens hereditatem, non detraheret quartam, quod abſurdum eſt.

Non obſtat, ꝙ hic agatur de detractione duarũ
21 Quartarum, † quo caſu, ſecundum multos allegatos, poteſt trebellianica prohiberi in deſcendentibus primi gradus, Quia quicquid alij dicant,
22 † uerior, ęquior, & magis communis eſt ſententia quod non poſsit, ut teſtatur Crot. l. nemo poteſt nu 34. & ſeq. Seis. l. Marcellus ad treb. Guid. Pap. conſ. 232. & 140. Moder. d. l. in quartam Paris. inter conſil. Soc Iuni. conſ. 132 nu. 1. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 131. proxime allegato qui dicit ſecundum eũ conſultum fuiſſe Veronę & conſ. 112. nu. 3. lib. 3. Hier. Cagno. l. Papi. § meminiſſe nu. 12. de inoffi. teſta. & dixi ſupra conſ. 33. nu. 19. & conſ. 35. nu. 53 Retento igitur, ut uerius eſt, quod trebelliani-
23 ca poſsit detrahi, per ſupradicta, † in eam neque fructus, neque ęs alienum imputari debet, cum ſimus in liberis primi gradus l. iubemus C. ad treb. & omnes communiter l. in fideicommiſſariam ff. eod.
24 † Non obſtat, quod quando duę Quartę ſunt detrahendę, non procedat deciſio d l. iubemus ſecundum Paul. Caſtren. l. mulier. § cum proponeretur ff. ad treb. Alex. conſ. 73. col. 3. ad fi. Gozza. conſ. 95. col. pęn. cum concord. Quia Reſponde-
25 tur, † quod uerior, & magis communis * eſt in contrarium, ſcilicet, adhuc procedere d. l. iubemus ut teſtatur Rip. in d. l. in fideicommiſſariam ſub nu. 30. poſt Alex. Aug. Paul. Pic. & alios in locis per eum ibi citatis, & idem Gozza. conſ. 85. nu. 15. & Paris. inter conſilia Soc. Iuni. conſ. 132. ad corroborationem nu. 5. lib. 1.

Nec dicatur. quod a ſucceſsione Baldaſſaris excludatur Angelus ex eo, quod pactum adiectum in teſtamento Ioannis Baptiſtę, quod ſcilicet Angelus, & Baldaſſar inuicem ſuccedant, pronunciatum dicatur nullum, & ideo bona pręfata deueniſſe in fiſcum, & per conſequens, quod etiam ſubſtitutio facta Baldaſſari de Angelo, ſit nulla, rationibus, quibus in dubijs. Quia conſiderandum eſt, quod preſupoſitum Aduerſariorum eſt falſum, & nullibi conſtat, dictum pactum nullum declaratum aut bona pręfata Fiſco applicata, & de ſubſtitutione illa modo non quęritur, ſed ius eſt pro Mariana in teſtamento Baldaſſaris, in quo Angelus fuit hæres inſtitutus, & ideo eius uirtute legitima, & trebellianica, in quibus Baldaſſar potuit teſtari, debita Angelo, hodie debetur Marianæ eius filię. & hæredi ex ſupradictis, quicquid pręſupponi uideatur, quod Mariana nitatur ſolum ex ſubſtitutione facta de Angelo in teſtamento Ioannis Baptiſtæ, &

ideo

Ideo cum in hoc fuerit æquiuocatum, non inſto.

Vlterius poteſt Mariana detrahere melioramenta, facta per Angelum, & Baldaſſarem in bonis fi-
26 deicommiſſo ſubiectis, † Quia licet bonę fidei poſ ſeſſor debeat computare fructus cum expenſis melioramentorum l. in ſumptus ff de rei uendi. l. inſu-
27 lam § fructus ff. ſol. matri. † id tamen non procedit quando percæpit fructus ex re ſua, quæ aliquo tempore alteri uenit reſtituenda, ut hic, glo. in l emptor ff. de rei uendi. Bal. & Ang. d. § fructus Bal. & Imol l. donnos de leg. 1. latius Negus. in tract. de pig. & hypot. in 4. memb. quintę partis princ. nu. 12. & ſeq.

28 † Nec dicatur, quod propter dictas expenſas res non ſint melioratę, & propterea non ueniant reſtituendæ l. in fundo de rei uend. Alex. conſ. 121. lib 2. Negus. d. 4 membro nu xj. cum uulg. quia immo prędictę expenſę rem meliorem fecerunt, ut mihi præſuponitur, & iuxta illarum meliorationem contentatur Mariana, quod fiat reſtitutio.

Quod bona emphyteutica, pertineant ad Marianam uirtute nouæ Inueſtituræ factæ per Eccleſiam Angelo pręfato clarum eſt quia inueſtitura facta repetitur Angelo pro ſe, & hæredibus ſuis, & Mariana eius eſt hæres.

29 † Neque obſtat, quod potuerit Angelus grauari in teſtamento Ioãnis Baptiſtæ, & ipſe adeundo, illud grauamen acceptauit. l. unum ex familia §. ſi rem de leg. 2. Alex. conſ. 173. uiſo. col pæn. lib.
30 2. Bello. conſ. 9. nu. 9. † quia reſpondetur, illud uerum, quando teſtator expręſſe grauauit in bonis illis emphyteuticis ut loquitur Alex. d. loco ſecus, alias, ut hic.

Secundo reſp. illud procedere poſſe quando emphyteuſis non eſſet finita, ſecus alias, ut hic, ubi propter generationem finitam, fuit dicta emphyteuſis renouata Angelo pro ſe, filijs, & nepotibus utriuſque ſexus, cuius renouationis uigore uenit Mariana.

Vltimo quantum ad renunciationem, uidetur clarum, quod reddi debeat ratio ad miniſtrationis
31 factæ per Ioannem Baptiſtam † ſtante regula quod quilibet adminiſtrator id facere debeat l. 1. §. officio ff de tut. & rat. diſtrah. ubi Bar. Roma. conſ. 414. Gerar. ſing. 84. executor Hippo. ſing. 493. iu-
32 ſtum, & ęquum † quę regula procedit etiam in hęrede adminiſtratoris Dec. conſ. 110. uete col. pęnul. & Hyppo. d. loco.

33 † Non obſtat, quod quando quilibet adminiſtrat ut hic pręſuponitur, ceſſat redditio rationis adminiſtrationis, ſecundum Aymo. conſ. 159. nu. 6. quia non probatur, quod adminiſtratio fuerit facta per
34 quemlibet. † Non obſtat, quod inter attinentes de conſuetudine non reddatur Corne. conſ. 24. lib. 1.
35 † quia iſta conſuetudine non probatur, immo contrariũ tota die ſeruatur in hac Ciuitate, ut notũ eſt.

M. Antonius Eugenius I. C.

Subſcriptio

Inhęrendo concluſionibus per Excellentiſ. Dominũ compatrem meum ſuprafirmatis, difficultates excitatę per Excellentiſ. Dominos meos, procul dubio uidentur debere reſolui in fauorem Dominę Marianę & quantum attinet ad legitimam, non uidetur ſubeſſe aliqua ratio, uel impedimentum, propter
36 quod non debeat detrahi ex perſona Baldaſaris, † Nec aliquid facit prohibitio teſtatoris, cum per eũ non potuerit prohiberi, niſi ex cauſa. §. aliud quo
37 que capitulum auth. ut cum de app. cog. † Nec etiam grauamen adijci. l. quoniam cum vulg. C. de
38 inoffi. teſta. † Immo etiam ſi Teſtatoris prohibitio ualuiſſet, poſſet forte tentari, quod nihilominus
39 poſſet hodie detrahi, † quia illa prohibitio fuit facta fauore Angeli, unde non deberet in odium re-
40 torqueri l. quod fauore C. de legi. † Cum lucrum, quo quis priuatur contemplatione alterius, illi applicandum ſit, cuius contemplatione quis priuatur Rom. ſing 694. Minus obſtat, quod acceptando hæreditatem, uideatur filius etiam acceptaſſe onus adiectum, per ea, quæ allegantur in contrarium,
41 † quia, ut bene probatum fuit, hoc non procedit reſpectu legitimæ, in qua requiritur expreſſa renũciatio, nec ſufficit tacita l. ſi quando §. fin. C. de inoff. teſta. qui tex. cum loquatur in renunciatione facienda ſupplemento multo magis habebit locum
42 in renunciatione facta toti legitimæ, † Immo nec quælibet expreſſa renunciatio ſufficit, ut quis cenſeatur legitimę renunciaſſe, ſed requiritur expręſſa
43 verbis ſpecialibus Ruy. conſ. 84. uol. 2. † Vnde ſoror promittens fratri, nihil petere præter dotem, non cenſetur renunciare legitimæ Doctores in l. de his ff. de tranſac. Alex. conſ. 8. lib. 3 Gram. deciſ. 101. etiam ſi iurauerit per multa alleg. d. deciſ. nu. 6.

44 † Nec aliquid facit, quod ſaltem tacita renunciatio filij coniuncta cum expreſſa prohibitione teſtatoris, uideatur, operari debere aliquid plus, q; ſimplex tacita renunciatio, quaſi duplex uinculum debeat efficacius operari, quam ſimplex; l. cis
45 vulg. † Quia hoc haberet locum, quando duplex uinculum haberet legem aſsiſtentem, uel ſaltem nõ reſiſtentem, quod non eſt in caſu noſtro, in quo lex reſiſtit, non ſolum prohibitioni, ſed etiam tacitæ renunciationi, vnde potius nullum eſt uinculum q; duplex.

Ex hoc etiam infertur, quòd quoad detractionẽ trebellianicę, etiam ſi ueniant detrahendæ duæ quartæ diuerſis temporibus, nihil facit prohibitio teſtatoris non debet eſſe in conſideratione, cum ha-
46 beat legem reſiſtentem, † ſi quidem communis eſt, & uerior opinio, quod teſtator illam prohibere nõ poſsit liberis primi gradus, quam ultra copioſe alleg. ſequitur Ruy. quamquam ſit ſolitus impugnare communes opiniones conſ. 163. uol. 2. ubi allegat bonas rationes & conſ. 21. 135. & 190. lib. 3. Al-
47 cia. conſ. 656. & pro hac opinione facit ratio, † quia reſpuenda eſt interpretatio illa, per quam legi facile illudi poteſt l. fin. §. ne autem C. de bon. quæ lib. & c. bone. ubi glos. in vers. illuderent de poſt. prælat. c. ſi Ciuitas. de ſent. excom. in 6. ſed. ſi diceremus, quod filius prohiberi poſſet detrahere trebellianicam, de facili poſſet illudi d. l. iubemus merito &c.

Quod autem facile d. legi poſſet illudi, probatur hic, diſponitur in ea, quod pater non poſsit filijs diminuere Quartam trebellianicę per imputationẽ fructuum, ſi ergo pater uellet diminuere, ſi teneremus

mus opinionem contrariam, poſſet id, prohibendo penitus trebellianicam, per quam prohibitionem conſequerentur eundem, & maiorem effe-
48 ctum, quam ſi dixiſſet in ea imputari fructus, † quod non eſt dicendum per ſupradicta c. cum quid de
49 reg. iur. in 6. † Nec dicatur, quod .l. iubemus, quatenus prohibet d. imputationem fructuum, ſit correcta per auth. ſed cum teſtator. quia hęc opinio eſt ab omnibus ferme reprobata, ut per Bal. Ang. Saly. Cora. in d. l. iubemus & per Gozza. conſ. 8. Roy. d. conſ. 163. & eſt de mente Alciati, conſ. 160. & conſ. 630. & per alios in hac materia allegatos: Nec Gozza. in conſ. 45. tenet contrarium, ſi recte aduertatur, & licet huic concluſioni multi contradicant, tamen magis hæc eſt tenenda, quam con-
50 traria, † & quia minus lædit ius commune l. ſi ut alleg. C. ad treb. cum not. per Galia. in l. centurio nu. 152. ff. de vulg. & pup. & per Sil. Nupti.
51 lib. 6. nu. 23. † & benignior, cum minus obliget, per ea, quæ Neuiz. d. loco.

Nec obſtat fundamentum, quod ſi ſuper declaratione pacti nulli, & bonorum delatorum in fiſcum, quia fuit per Dominos Iudices ęquiuocatum in facto, ut dictum fuit per primum D. ſcribentem cuius dictis non ſolum circa ſupraſcriptas concluſiones, ſed etiam in omnibus ſubſcribo.

Ioannes Paulus Lancellottus.

CONSILIVM XXXIX.

Argumentum.

De Intellectu Statuti Peruſini rub. 45. §. item ſi aliquis pater lib 2.

Et an ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarũ propter maſculos, præſeruante dotes non in minori quantitate legitima, ipſæ fœminæ faciant partem, & admittantur ad partem, vel potius earũ portio maſculis accreſcat?

An Trebellianica prohiberi poſsit liberis primi gradus?

Et an pdatur per non confectionem inuentarij, etiam ab ignorante fideicommiſſum?

Et an trebellianica detrahatur in reſtitutione facienda mediate loco pio?

SVMMARIVM.

Fœminæ excluſæ per ſtatutum fauore maſculorũ, faciunt partem, & numerum ad legitimam augendam, partes tamen non capiunt, ſed accreſcunt maſculis nu. 1.

Fallit, ſtante ſtatuto Peruſino uel ſimili, quod ita excluſæ dotandæ ſint non in minori quantitate legitimæ, quia tunc illud præſeruatum eis cenſetur, non maſculis nu. 2.

Statutum Peruſinum excludens fęminas propter maſculos loquitur temporaliter, donec maſculi extabũt nu. 3.

Statutum Peruſinum lib. 2. rub. 45. § item ſi aliquis pater. quomodo intelligatur nu. 4. 21. & ſeq.

Excluſæ à ſtatuto propter dotationem patris, ſupplementum legitimæ petere non poſſunt nu. 5.

Maximè, ſi teſtamentum patris acceptauerint nu. 6.

Supplemento legitimæ renunciari poteſt propria auctoritate nu. 7.

Acceptando relictum dotis mulier uidetur renunciare ſupplemento legitimæ nu. 8.

Eligens vnum contrarium, aliud repudiat nu. 9.

Petens precium poſt diem, legi commiſſorię renunciat nu. 10.

Agens remedio retinendæ poſſeſsionis, renunciat rei uendicationi nu. 11.

Rei uendicatio non datur poſſidenti, ſed contra poſſeſſorem nu. 12.

Agens petitorio, dicit aduerſarium poſsidere nu. 13.

Approbans teſtamentum, uidetur renunciare ſupplemento legitimę nu. 14

Legitima, uel eius ſupplemento per uerba generalia non renunciatur nu. 15.

Limitatur, quando ex uerbis expreſsis adeſt agnitio oneris teſtamentarij nu. 17.

Omne onus reijcitur a legitima nu. 16.

Augmentum ſuperueniens legitimam non auget nu. 18.

Etiam ſi augumentum procedat ex cauſa quę fingatur retro fuiſſe tempore uitæ patris nu. 19

Etiam, quando hæreditas eſt aucta propter fętus, & ualorem rerum hæreditariarum nu. 20.

Pater præſumitur congruenter filiam dotare nu. 22.

Nullus amor uincit paternum nu. 23.

Fęminæ excluſæ propter maſculos, ſicut deficientibus maſculis reintegrantur, quando eſt excluſio temporalis, ita ad ſupplementum legitimę admittuntur nu. 24.

Fallit, ubi reintegratio locum non habet propter teſtamentum patris nu. 25.

Fallit ſtatuto dicente, quod teſtamentum ſemper ſit ſaluum, ut in ſtatuto Peruſino & teſtatore iubente, nil aliud peti poſſe nu. 26.

An liberis primi gradus trebellianica prohiberi poſsit, eſt controuerſiſsimus iuris articulus nu. 27.

Auctor ſaluatur à contrarietate hic, & in conſ. 90. inter conſilia Nonij nu. 28.

Trebellianica non perditur per liberos primi gradus per non confectionem inuentarij, ſecundum ueriorem, frequentiorem, & in praxi obſeruatam concluſionem nu. 29.

Maxime per liberos primi gradus ignorantes teſtamentum nu. 30.

Trebellianica non detrahitur, quando reſtitutio facienda eſt loco pio, etiam mediate nu. 31.

Quod procedit, ſi illa mediata reſtitutio fieri iuſſa ſit per teſtatorem nu. 32.

Secus ſi fiat d. reſtitutio ex diſpoſitione iuris forte quia fideicommiſſarius ingreſſus ſit religionem nu. 33.

Et ſine dubio, ſi reſtitutio iuſſa eſt fieri ex interuallo nu. 35.

Legatum factum filiæ, vel conſanguineę contemplatione ſanguinis, non eſt pium, nec gaudet priuilegijs relicti pij, licet legatarius ſit in loco pio nu. 34.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

S VPPOSITO, vt alias
late ad fauorē Dominæ
Marianæ cōcluſum fuit
ſupra coſ. 34. nu. 30. &
1 ſeq & conſ. ſeq nu. 9. †
filias excluſas a ſtatuto
partem facere, & nume
rum, ad finem, ut legi-
tima earum augeatur de
triente ad ſemiſſem, & ſubinde, quod earum par-
tes accreſcant maſculis, non ipſis excluſis.

In dubium nunc nouiter reuocatur An hę con-
cluſiones pcedant in caſu noſtro? & uidetur, pro-
ut in dubijs dicitur, quod non.

2 † Primo quia ſtatutum Peruſinum lib. 2. rub. 45
§. item ſi aliquis pater vult, filias excluſas propter
maſculos, dotandas non in minori quantitate legi-
timæ, & dotatas in minori quantitate poſſe petere
ſuplementum legitimæ, ex quo conijcitur id, quod
minus fuerit datum, ipſis ad ipſarum non autem
maſculorum illas excludentium vtilitatem fuiſſe
præſeruatum.

3 † Secundo quia ſtatutum prædictum excludit
fœminas tantum temporaliter, quo caſu ſupradictę
conclusiones non procedunt, ſed limitantur, ſecun
dum Dec. conſ. 607. col. fi. & Ruy. conſ. 36. nu.
22. lib. 3.

His tamen non obſtantibus, cenſeo adhuc pręd-
dictas concluſiones procedere rationibus quibus
aliâs eas in dictis noſtris conſilijs firmauimus.

Non obſtat, quòd ſtatutum Peruſinum d. rub.
45. § item ſi aliquis pater, uelit fœminas dotari in
quantitate ligitimæ, atque ita minus legitima da-
tum eis fuiſſe præſeruatum, non autem ad commo
dum maſculorum.

4 Quia reſp. primo quòd prędictum ſtatutum rub.
45 §. item ſi aliquis pater, non loquitur de dotatis
a extraneo, patre mortuo inteſtato, & nulla pec
cum in vita conſtituta dote filiabus, nos quando
filię fuerunt a patre dotatæ in eius teſtamento, vel
5 in vita, † quo caſu clarum eſt, ſupplementum non
deberi, ut late multis rationibus concludit Ruy.
poſt Pau Caſtren. Ancha. Bart. Socci. & alios, quos
ibi citat in repet. l. gallus §. & quid ſi tantum nu.
275. ff. de lib. & poſthu.

Secundo dato, quod ſtatutum prædictum, aut
forte aliud dictæ Ciuitatis loqueretur etiam de do-
tatis à patre, poſſet procedere in excluſis ab ipſo
6 ſtatuto tantummodo propter dotationem, † ſecus
in excluſis á teſtatore in teſtamento, & vlterius a
ſemetipſis acquieſcentibus volūtati teſtatoris, quie
7 quid enim ſit de iure communi, † clarum eſt, quod
quis poteſt ſua propria voluntate ſupplemento le-
gitimæ renonciare l. ſi quando §. & generaliter C.
* de inoffi. teſta. ubi Bal. Pau. Caſtren. & cæteri * cō
muniter.

Quod autem hic filia iſta dicto ſupplemento re-
8 nunciauerit, oſtenditur clare, † quia iſta mulier á
dicto ſupplemento, ſi quod eſt, ſaltem tacite ſe ex-
cluſit, acceptando relictum dotis in teſtamento pa-
terno ipſis factum, & ulterius in præſenti iudicio
fideicommiſſum petendo, ab antecedenti neceſſario
etiam in dicto teſtamento paterno filiæ fuerunt
grauatæ non petere plus dote relicta, & ſi peterent,
additum fuit quod cadant ab omni relicto, atquè
ita etiam a fideicommiſſo; petendo ergo dictum
fideicommiſſum, quod petere non poterant, re-
9 nunciant dicto ſupplemento, ſi quod eſt, † quia eli
gentes vnum contrarium, aliud repudiant l. poſt di
10 em ff. de leg. commiſſ. † vbi petens pęcium poſt
diem renunciat legi commiſſoriæ not. Bar. & om-
* nes * communiter §. nihil commune tertia lect. gloſ
11 ſę, ibi, ff. de acqui. poſſ † volentes per hoc, quod
agens interdicto retinendæ poſſeſsionis, quia dicit
ſe poſsidere l. 1. §. interdictum ff. uti. poſside. ui-
12 detur renunciari rei vendicationi contrariæ, † quæ
non datur poſsidenti, ſed contra poſſ. l. in rem ff.
de rei. uendi. § 1. Inſtit. de act. Ac etiam volen-
13 tes ibi * communiter, teſte Ripa ibi nu. 126. † q
agens primo petitorio, quia dicit, aduerſarium poſ
ſidere d. l. in rem uidetur poſſeſsioni, ſi habet, re-
14 nunciare, l & quod qui indiſtincte approbat teſta
mentum uideatur renunciare ſupplemento legiti-
mæ, quod eſt prohibitus petere ſub illa generalita
te, ut ſupra videtur ponere Ruy. conſ. 56. nu. 9. &
ſeq. lib. 1.

15 † Nec dicatur, quod per uerba generalia non vi
deatur renunciatum ſuplemento legitimæ d. §. &
16 generaliter ubi Bal. Pau. Caſtren. & alij dicunt, † q
a legitima reijcitur omne grauamen, & in ſpecie
17 illud onus, quod plus petere non poſsit, † Quia
reſpondetur, illud non procedere, quando ex ver
bis expreſsis ſequitur agnitio oneris teſtamentarij
vt hic, per ſupradictā Ruy. d. conſ. 56. nu. 11. &
ſeq. ſed quia hoc non eſt omnino tutum, aliter, vt
infra, reſpondetur.

Tertio ut tollatur omnis difficultas, Reſponde-
tur, conſiderando, quod prædictæ mulieres fuerūt
congruenter dotatæ iuxta quantitatem patrimonij
& conditionis ipſarum, attento tempore dotatio-
nis, & mortis patris (vt mihi præſuponitur) & eo
tempore attento, nullum ſupplementum adeſt pe-
tendum, quod ſi ualde hodie aucta ſint prætia re
rum hæreditariarum forte, hoc non debet attendi,
18 † quia augumentum ſuperueniens poſtea legitimā
non auget, ut eſt tex. l. ſi patronum ex debito. §.
fin. ff. de bon. libert. per quem Pau. Caſtren. l. ex
ratione la ſeconda, in princ. ff. ad l. falci. per illum
19 textum † dicit id procedere. etiam quod augumen
tum fiat ex cauſa, quæ fingatur fuiſſe retro ad tem
pus uitæ patris, & idem ſequitur ibi Alex nu. 6.
poſt Nico. de Neap. & quoſdam alios rationibus
quibus ibi per eum, & vltra prædictos, ita etiam
determinat Laur. de Pala. in tract. quod ſtant. ma
20 ſcu. fœmi. non ſucce. nu. 132. & ſeq. † loquens ex-
plicite, etiam quando hæreditas eſſet aucta propter
fætus, aut auctum ualorem rerum hæreditariarum
ut in caſu noſtro, & eo magis hoc tenendum eſt hic
quia ſi aliter diceretur, omnes fere mulieres dota-
tę annis ſuperioribus poſſent hodię petere ſupple-
mentum legitimæ, aut congruę dotis, habito reſ-
pectu ad ualorem hodiernum bonorum, cum ho-
die creuerit ualor bonorum ultra dimidiam, prop-
ter qualitatem temporum, quod eſſet ualde abſur-
dum, & in graue damnum multarum Agnationum

† & eſſet

21 † & eſſet particulariter contra claram mentem ſtatuentium collectam ex eadem Rub. 45. §. item ſi aliquis pater. uerſ. & competenter, ibi, in quantita legitimæ debitæ; conſiderando primum quod loquuntur in tempore præſenti, ibi, debitæ, non autem debendę in futurum, ſecundo quod contentantur, dotationē fieri in quantitate, quaſi commenſuratio fieri debeat ad quantitatem, quę tempore illo dotationis reduci poſſet ex ualore bonorum hæreditariorū, & eum ibi ſtatuentes loquantur de dotataà patruo, & fratre, & alijs tranſuerſalibus, multo magis procedet hoc, quando dotaretur filia à
22 patre, † qui præſumitur congruenter dotare, cum lex pro eo preſumat l. nec ea ff. de adult. & quod patri uiſum eſt competens, alteri incompetens uideri non debet l. ſi furioſo puberi inſ. ff. de cura. fu
23 rio. † nec pater redargui poteſt ab aliquo, cum nullus amor uincat paternum l. fin. in princ. C. de curat furio. & ita in ſpecie conſulendo tenuit Paul Caſtren. conſ. 275. ſuper primo, in ſecundo dubio. lib. primo Alex. conſ. 32. uidetur nu. 4 lib. 4. Cuc. conſ. 27. col. 13. & conſ. 80. col. fina. & Dec. cōſ. 26. nu. 2. & conſ. 580. nu. 1. & noniſſime idem Lauc. de Pala d. tract. nu. 233. quod indubitatum uidetur in iam nuptui traditis, aut religionem ingreſſis, ex mente Alciati in tract. pręſump. reg. 1. præſump. 1. in fi.

24 † Non obſtat, quod in excluſione temporali, ut per ſtatutum noſtrum inducitur, deficientibus maſculis, ſicut fœminę reintegrātur, ita etiam ad paternam illam legitimę admittantur, ſecundum Dec. & Rui. ubi ſupra. Quia reſpondetur, Primo quoad illud conſilium Decij. 607. col. fin. quod nihil facit ibi enim locus erat totali reintegrationi ex ſorma ſtatuti ob defectum maſculorum, ideoq; dicit ipſe fęminas ibi ad legitimam indubitantes admitti, h c ueſo non habet locum reintegratio ſtatutaria, licet maſculi deficiant propter teſtamentum Ioan-
25 nis Baptiſtæ, † quo ſtante reintegrationi locus nō eſt etiam ex ſtatuto ueteri, ut ſæpius per Rotam Peruſinam, & Romanam in ſtatuto noſtro conclu ſum eſt, & extat declaratio per uiam Conſtitutionis Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Cardinalis Chriſpi Legati ex latere, ut notum eſt.

Secundo dato, quod dictum Decij, & R yni procedat etiam, quando locum non habet reintegratio illud poteſt ⁂e ullum, ſtante ſiue pheſt ſtatuto, ut in caſibus, in quibus ipſi conſulue
26 runt, † ſecus in ſtatuto dicente, quod teſtamentum ſemper ſit ſaluum, ut eſt ſtatutum Peruſinum & teſtatore iubente, nihil amplius peti poſſe pre fœminam, ut eſt in caſu noſtro, quia tunc ſi ſaluum eſſe debet teſtamentum, & in eo fœmina iuſſa eſt amplius dote relicta non petere, non uideo, quomodo illud ſupplementum petere poſſit.

QVOAD ſecundum dubium, de prohibitione trebellianicæ, an ea fieri poſſit per teſtatorem filijs
27 primi gradus, non poteſt negari quin, † Articulus ſic controuerſiſsimi iuris, cum Doct ores uaria ſenſerint, & diuiſerint ſe in uarias, & diuerſas ſententias, ut colligitur ex allegatis late a nobis, in hac cauſa ſupra cōſ. 33. nu. 19 & conſ. 93. Hirro. Gabri. & q ad manus omnia loca in dictis conſilijs habētur, ſuperuacaneū eſt circa hoc inſtare, perpēdent ſingula Domini Iudices in articulo principali & ſaniorem, & magis fauorabilem (ut puto) filio opinionem pro eorum ſolita ſolertia, & diligentia eligent.

28 Nec nos de contrarietate damnabunt, quod in hoc controuerſi iuris articulo ſępius negatiuam opinionem in hac cauſa ſupra tenuerimus, in illo autem conſilio 90. inter conſ. Non j aſſirn atiu ę ac quieuerimus quia ad hoc reſp. fuit ſupra conſ. 35. ſub nu. 13. in fi.

Nec aliquid releuat, quod inuentarium factum non fuerit, quia quicquid uarie dicant Doctores
29 in alijs, † in filijs primi gradus, ut hic ſumus, uerior, magis communis, & in praxi obſeruata concluſio eſt, quod non perdatur, ut atteſtatur Gui. Pap. deciſ 53. obſeruatur. ſenti aperte Bert. conſ. 209. præſuppoſito nu x. lib. 3. Hier. Cag. l. pap. § meminiſſe nu. 15. ff de inoff. teſta aſſerens hanc opinionem magis communem, ⁎ ęquiorem benigniorem, & obſeruatam per totum mundum, & quoad obſeruantiam idem teſtatur in contrarium allegata Deciſio Pedemontana 147. in fi. ut ommittam cætera, quę aliàs ad hoc in hac eadem cauſa allegaui.

30 † Accedat, quod non probatur Baldaſſar ſciens fideicommiſſi, quo caſu per non confectionem Inuentarij per filios primi gradus ſine dubio trebellianica non perditur, ut late probat poſt alios Nico. Bello. conſ 65. in cauſa nu. 5. ver. 4. &c. & conſ. 66. nu. 3. & conſ. 67. per ſiſto nu. 9. ver. non obſtat quod Iacobus &c.

31 † Minus releuat, quod quando reſtitutio facienda eſt loco pio immediate, uel mediate trebellianica non detrahatur, ſecundum late congeſta per Gabri. d. concluſ. x 1. nu. 4. & Cagnol. d. §. memi
32 niſſe nu. 18. † Quia illud procedit, quando (ut illi loquuntur) teſtator iuſſit fieri dictam reſtitutionem loco pio mediate, uel immediate, ſed hic nulla reſtitutio iuſſa eſt fieri pio loco, ſed filię nec ipſa filia poſtmodum iuſſa eſt loco pio mediate re
33 ſtituere, † licet ex diſpoſitione iuris auth. ingreſſi C. de Sacros. Eccleſ. rū ſimil. acquirat Monaſterio Qui caſus non conuenit doctrinæ Doctorum dictis locis, & certe, ſi hoc caſu dicta Doctorum concluſio procederet, destrueretur alia communis & uera concluſio a nobis allegata, & probata ſupra conſ. 37. quod ſideicommiſſum nu. 1. & ſeqq. in
34 hac eadem cauſa, † quod legatum factum filię, uel conſanguineę contemplatione ſanguinis, non eſt pium, nec gaudet priuilegijs relicti pij, licet is, cui factum eſt Monacus, uel Monialis ſit, & ſic ueniat acquirendum Monaſterio Bal l. 1. in lectura. col. 4. uerſiculo circa perſonam C. de Sacros. Eccleſ And. Tiraq. tract. de primi. piæ cauſæ, in præfat. ſecunda pagi. verſiculo ſed non ſolum &c.

35 † Accedat, quod concluſio in contrarium allegata procedit, quando reſtitutio iuſſa eſt fieri incontinenti, ſecus ſi ex interuallo, ut hic Roma conſ. 296. in fi. & Alij, quos late congerit idem Gabri. d. conclus. xj. nu. 5.

CON-

CONSILIVM XXXX.

Argumentum.

Quanto tempore, & quibus concurrentibus ſeruitus cauſam diſcontinuam habens, præſcribatur, late diſcutitur.

Et Multa de præſcriptione immemorabili inſeruntur.

SVMMARIVM.

Quęlibet res ab origine ſui libera pręſumitur nu 1.
Idea ſeruitus nunquã cenſetur deberi per rem aliquam nu. 2.
Fallit, ſi contrarium probetur nu 32.
Qui utitur re alterius præuia illius licentia, nunquam pręſcribit nu. 3.
Sufficit tamen, quod uſus fuerit uti re propria, & iure ſibi competenti nu 34.
Seruitus ut dicatur præſcripta. neceſſe eſt, quod quis utatur tanquam ſeruitute ſibi debita nu. 4.
Seruitus cauſã continuam habens dicitur, quando ad eius uſum non requiritur factum hominis ſucceſſiuum ſed à principio nu 5.
Seruitus habens causã continuã. acquiritur x. annis inter præſentes, xx. annis inter abſentes d. nu. 5.
Idem in ſeruitute cauſam quaſi continuam habente nu. 7.
Res immobilis uſucapitur ſpacio x. inter preſentes, inter abſentes xx. annorum nu. 6.
Seruitus uiæ, itineris, actus, lauandi pannos, & ſimiles ſunt diſcontinua nu. 8.
Seruitutes diſcontinuę non acquiruntur, niſi ſpacio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium nu. 9.
Habens titulum ſeruitutis realis diſcontinuę, uel talẽ ſcientiam, & credulitatem, quę iuſtificat quaſi poſſeſſionem, pręſcribit iure canonico 10 annis nu 10 & 42.
Seruitutis pręſcriptio non procedit, ſi pręſcribens ſit in mala fide nu. 11.
Fallit in pręſcriptione temporis immemorabilis nu. 38.
Contra ſecundum al quos nu. 39.
Non tamen pręſcribens tenetur probare bonam fidem nu. 40.
Et bona fides pręſumitur nu 41.
Dicens ſe habere ſeruitutem, habet pręſumptionem cõtra ſe nu. 12.
Seruitus non pręſcribitur ſine ſcientia. patientia Aduerſarij nu 13
Verum in pręſcriptione longi temporis, ſecus in pręſcriptione longiſſimi temporis nu. 43.
Licet nonnulli contra nu. 44.
Multo minus in pręſcriptione immemorabili nu. 45.
Licet Alex. in hoc ſibi parum conſtans ſit nu. 46.
Indubitatum in conſuetudine immemorabili nu 47.
Preſcriptio rerum corporalium currit contra ignorantes nu 14.
Preſcriptio ſeruitutis non datur ſine quaſi poſſeſſione cum nulla pręſcriptio detur ſine poſſeſſione nu. 15.
Quaſi poſſeſſio ſeruitutis non datur, niſi mediante patientia Aduerſarij nu. 16.
Patientia alicuius eſſe non poteſt, niſi ſciat, cum ignorans pati non dicatur nu. 17.
Preſcriptio ſeruitutis non incipit currere, niſi a die ſcientia Aduerſarij nu 18.
Teſti unico contra inducentem creditur nu. 19.
Pręſcriptio immemorabilis potentiſſima eſt, & habet uim priuilegij legitimo a Principe obtenti nu. 20.
Et habet uim tituli nu. 21.
Ideo ſtante dicta conſuetudine, titulus non eſt probandus nu 22.
Immo nec allegandus nu 23.
Saltem in ſpecie, cum ſine dubio ſufficiat allegatio in genere nu. 24.
Et habet uim ſeruitutis dicta pręſcriptio nu 25.
Tempus immemorabile ſecundum aliquos eſt maius centũ annis nu. 26.
Secundum ueriorem, & communem opinionem eſt uel 40. uel centum annorum nu. 27.
Teſtes, deponentes de tempore, eorum memorię uſque in pręſens. & quod ita audiuerunt a ſuis maioribus qui ita ab alijs eorum maioribus audiuerunt, & ita eſſe communem opinionem, & famam in Ciuitate dicunt, probant factum immemorabile nu. 28
Seruitus diſcontinua præſcribitur per uſum x annorum, inter pręſentes, & xx inter abſentes, cum titulo ſaltem allegato nu. 29.
Argumentum ab antecedenti neceſſario ualet nu. 30.
Ciuitas poteſt ſubdito ſuo auferre quod ſuum eſt ex cauſa iuſta nu 31.
In claris non eſt ſtandum coniecturis nu. 33.
Teſtis ſingularis non probat nu. 35.
Teſtes numero plures uincunt pauciores nu. 36.
Teſtes ueriſimilia deponentes pręferuntur Teſtibus non ueriſimilia atteſtantibus nu. 37.
Statutũ l. quouis etiã uerbis pręgnantibus, non tollit pręſcriptionem immemorabilem nu. 48.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

EX tranſmiſſo proceſſu in cauſa Eugubina, quę agitur inter Mercatores Pannorũ lanæ, & Dominum Federicũ de Benis eius Ciuitatis ſuper iure, & facultate lauandi pannos prædictos in aqua Rhadij fluente in, & ſuper bonis dicti Domini Federici, uidetur prima facie reſpondendum ſecundum petitionem d. Domini federici, uidelicet, Mercatores non habere ius aliquod, aut ſeruitutem lauãdi pannos predictos in d. loco eoſdemque condemnandos fuiſſe, & eſſe in dannis, expenſis, & intereſſe quę D. Federicus hactenus ex d. cauſa paſſus eſt & in futurum patietur.

1 Primo quidem quia † quęlibet res ab origine
2 ſui libera præſumitur, ideo † ſeruitus nunquã cenſetur deberi per rem aliquam, niſi probetur l. altius ubi id not. omnes C. de ſer. & aqua Alex. conſ. 15. in princ. lib. 5. Afflic. c. 1. §. ſi uaſallus quarto not.

not. ſi de Feud. fue. contro. inter do. & agna. Curt. ſen. conſ. 75. col. ſecunda poſt Bar. ubi per eum Ruy. conſ. 45. col. fin. lib. 1. Iaſ. in prelud. Feud. col. 9. uerſiculo item adde. Soc. Iun. conſ. 115. nu. 31. lib. 2. Pariſ. conſ. 80. in prin. conſ. 31. nu. 9. lib. primo & conſ. 16. nu. 14. lib. 4. Alci. conſ. 491. ad fi. & de præſump. reg. 2. præſump. 3. in prin. Cepha. conſ. 168. nu. 64. conſ. 578. nu. 7. conſ. 805. in princ. lib. 1. & conſ. 369. nu. 93. lib. 3. Rolan. conſ. 82. nu. 6. lib. 2. & conſ. 32. nu. 36. conſ. 50. nu. 38. & conſ. 98. nu. 13. lib. 3. & conſ. 32. nu. 18. lib. 4. & alij uarijs alijs in locis pro communi, * unde cum aqua Raij, de cuius uſu agitur, ortum habeat in bonis D. Federici, prout deponunt non nulli teſtes ipſius, & neque prædicta aqua, neque bona d. D. Federici ibidem ex licentia probentur debere huiuſmodi ſeruitutem præſtandę paciantię, lauandi pannos laneos, non uidentur dicti Mercatores audiendi in eorum exceptionibus, quibus Pretendunt ſe prędictam ſeruitutem habere.

Secundo quia Dominus Federicus non ſolum uidetur ſibi hac ratione de prompta á naturali ſtatu, & originario habitu rei, de qua ſupra proxime, uerum etiam, quia ex d. poſitione non nullorum teſtium ipſius in proceſſu cauſæ examinatorum uidetur probari, quod ſi unquam Mercatores miſerunt ad lauandum pannos in d. locum, id fecerunt præhabita licentia ab ipſo Domino Federico, atque ita ex eius permiſſione, & iure cuiuſdam familiaritatis, quod per Domi-

3 no nullatenus præiudicare poteſt, † cum ita poſſidens nunquam præſcribat, quia non uitur iure ſeruitutis, id eſt, credens, ſe uti iure ſoo, ſed ex illa conceſsione l. fi. ubi tex. notabilis quem ad modum aduertit Pau. Caſt. ibi, ff. que mad. ſer. amitt. qui dicit per illum tex. † neceſſe eſſe, quod quis utatur tanquam ſeruitute ſibi debita, alias non acquirit ſeruitutem, etiam tempore immemorabili Vero. de ſeruit. urba prædio. c. ex Balbi. de præſcrip. 2. par. quartæ par. prin. nu. 9.

Tertio quia, tameſi ſeruitus habens cauſam continuam, ut eſt, † quando ad eius uſum, non requir tur factum hominis ſucceſsiuum, & continoū,

6 ſed a principio, uti aqueductus, † acquiratur x. annis, inter preſentes, & xx. inter abſentes, exemplo rerum immobilium l. a ub. plene not. glo. & Doct.

7 C. de ſer. & aqua l. ſi d uiurno ff. ſi ſer. uendi. † & eodem modo ſeruitus habens cauſam, quaſi continuam, ut ſtellicid j l. turamen ff. de ſer. urba. pdi. Attamen, quia illa ſeruitus uiæ, ſiue itineris, ſiue uſus ad lauandos pannos laneos ſuper bonis Domi-

8 ni Federici, eſt ſeruitus diſcontinua, † cum ad eius

9 uſum requiratur factum hominis, † non acquiritur, niſi ſpacio tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, ſecundum glo. & Doct. l. ſeruitutes agrande in princ. ff. de ſeruit. titulo generali & l. §. fin. ff. de aq. plu. arcen. rationem aſsignat Petr. Ancha. c. fine poſſeſsione col. ſi prima poſt Bar. l. iuſto § nō mutat ff. de uſucapi. Bar. & alij d. l. ſeruitutes, & hic probari uidetur, quod Mercatores cepærunt lauare in d. loco pannos laneos a xx. annis ei a ipſis circiter, ut deponunt non nulli teſtes ipſius D. Federici, merito præſcriptionē aliquam d. ſeruitutis non uidentur prætendere poſſe.

10 † Et licet uire canonico ſatis, habens titulum ſeruitutis realis diſcontinuę, uel talem ſcientiam, ſiue credulitatem, q̄ iuſtificet poſſeſsionē uel quaſi p̄ſcr. bat 40. annis, ſecundum Ant. But. c. peruenit col quarta de cenſi. hoc tamen non curatur, quod ſupra d ctum eſt, quia hic non concurrunt titulus uel ſententia, & credulitas, quæ iuſtificet poſſeſsionem, quæ omnino requiruntur, ut 40. annorum præſcriptio ſufficiat in propoſito, ut ſupra dictum eſt, neque etiam uidetur probari huiuſmodi uſus 40. annorum, ſed xx. tantum, ut ſupra dictum fuit.

Quarto non uidetur poſſe pretendi pro parte

11 Mercatorum huiuſmodi ſeruitutis præſcriptio, † qu a non uidetur probaſſe eorum bonam fidem in ſtu. d. ſeruitutis, quod omnino requiritur glo. Bar. & Doct. l. 1. C. de ſer. & quia & d. l. ſeruitutes idem Bar. l. 1 § hoc interdicto ad fin. ff. de iti. actuq. priua. Abb. & alij c. ſi diligenti ubi Fel. late, de præſcrip. Vero. d cap. xx. col. 1. ratio,

12 ſecundum prædictos, † quia dicens ſe ſeruitutem habere, habet præſumptionem contra ſe, cum quęl bet res præſumatur libera, niſi contrarium probetur d. l. altius, ut ſupra dictum fuit.

Poſtremo non uidentur Mercatores eſſe audiendi in eorum pręcuſa pręſcriptione ſeruitutis prędi

13 ctę, † quia ſeruitus non pręſcribitur niſi probetur ſcientia & pacientia Aduerſarij d l. 2. ubi gol. Bar. & ceteri Doctores C. de ſeruit. & aqua l. quoniam

14 la ſecunda ff. de ſeruit. titulo generali, † licet pręſcriptio rerū corporalium currat contra ignorantes l. fina. ueis. nulla. C. de pręſcrip. long. temp. quę in hoc differt ab iſta pręſcriptione ſeruitutis, ratio differentiæ eſt, quia ad hoc, ut pręſcribatur ſerui-

15 tus, requiritur quaſi poſſeſsio ſeruitutis, † cum nulla pręſcriptio detur ſine poſſeſsione l. ſine poſſeſsio-

16 ne ff. de uſucap. † ea autem haberi non poteſt niſi mediante pacientia Aduerſarij l. pen. ff. de ſeruit. pacientia autem eſſe non poteſt, niſi Aduerſarius

17 ſciat, † cum pati non d catur ignorans, Bar. d. l. 2. col. fin uer. iu dicas & c. & l. 1 § ſi ff. de aqua plu. arcen. Fab. §. æque col. 6. uerſiculo. ſed quero. Iaſſ. in. de actio. Laſ. l. imperium col. 11. de iuriſd. omni. iud. Abb. Fel. & alij c. de quarta de præſcrip.

18 Ex quibus uidetur, quod huiuſmodi præſcriptio ſeruitutis non incipiat currere, niſi a die ſcientiæ Aduerſarij. Io. Fab. d. § æque Abb. & alij d. c. de quarta. Vnde cum Mercatores non uideantur probaſſe ſcientiam Domini Federici, ſaltem ab eo tempore quod eis ſatis ſit ad d. præſcriptionem complendam, non uidentur in d. eorum præſcriptionis exceptione modo aliquo audiendi.

Ceterum toto proceſſu præſertimque atteſtationibus teſtium utriuſque partis ad facti dilucidationem, receptionibuſque iuris traditionibus ad propoſitam facti ſpeciem facientibus, diligentiore cura conſiderata, ſ. ēt o prędictos Mercatores a petit s per D. Federicū huic dubio abſoluendos.

Primo quidem, quia non ſolum per omnes fere eorum teſtes numeros uarum etiam per non nullos partis aduerſę, qui contra eam

V dubio

19 dubio procul probant, † cum etiam uni contra in-
ducentem credatur Roma. conſ. 104. & eſt comu-
* nis * ſecundum Gab. de Teſti. conclus. prima nu.
34. plene probatum eſt in proceſſu ab immemora-
bili tempore citra, & ſemper Mercatores Eugubi-
nos miſiſſe lauatum eorum pannos laneus ad prędi-
ctum locum, ſcientibus, uidentibus, & pati-
entibus Authoribus Domini Federici.
Cuius quidem temporis præſcriptio potentiſſi-
20 ma eſt, † quia habet Primo uim priuilegij legitime
á Principe obtenti c. ſuper quibuſdam §. preterea
54 extraord. cog. † Primo caſu ſubuenitur ei, qui pre
ſcriptam ſeruitutem habet, ſi impediatur uti ſerui-
55 tute, † per actionem confeſſoriam l. 2. ff. ſi ſerui-
56 tus uendi. l. 1. §. aque duct. ff. de ſer. urb. præd. † ſe
cundo uero caſu, licet confeſſoria denegetur, non
tamen penitus omni remedio quis deſtituitur, ſed
ex æquitate per officium iudicis ſubuenitur, ne à
quoquam in illo ſuo uſu impediatur Bar. d. l. de
uſu per l. aquilius regulus cum glo. ff. de donat.
poſt Roſ. in libel. ſuis titulo de offi. iud. Specul. de
cauſ. poſſ. & propr. uerſiculo ſuper his, & clarius
titulo de offi. omni iud. § 1. uerſiculo item implo-
rat, quod refert, & ſequitur, pluribus etiam com
probans, Franc. Marc. decis. Delphinat. 561. quę
ritur, quo remedio, nu. 2. & per totam par. 1. ſe-
quitur etiam in ſimili Burſat. conſ. 87 ſub nu. 34.
uers. propterea, licet teſtes lib. 1. ubi uolunt quod
quando petitio alicuius, & teſtes, etiam non ſe fun
dant in præſcriptione ſeruitutis, ſed ſuper uetuſta
te, conſuetudine, & uſu aquarum, curandum non
eſt de preſcriptione non probata, quia datur offi-
cium iudicis protuitione dictę conſuetudinis, anti-
quitatis, & uſus, d. decis. 561. Quod quidem Franc.
Marc. d. loco confirmat ex multis, præcipue ea Bal.
de pau. conſtant §. nos Romanorum in fi. t. ubi te-
57 net, quod æque diſtributio ſit arbitrio boni Viri
cuique concedenda, & nemini deneganda, per d.
58 l. de uſu, † Et quod æque perpetue curſus commo
ditas eius cuiquam non denegetur, tollatur, aut
alteretur, ſiue ſeruiat publicæ, ſiue priuatæ commo
ditati allegans l. diligenter & l. uſum quæ optime
59 id probant C. de aquæduct. lib. xj †. prout etiam
quod in paſcuis, fontibus, aquarum commoditati
60 bus ſtādum eſt antiquitati, † & quod execrabile,
& in honeſtum eſt, habere aquam uenalem l. ad
reparationem in fin. d. titulo de aquæduc. lib. 11.
ubi Bar. Io. de Plate. & alij, quę omnia procedunt
61 ſiue aqua ſit publica, ſiue etiam priuata, quia, †
uſus publicus aquæ priuatę non debet immutari,
ſicut neque publicę l. 2. § hoc interdicto ff. ne quid
in loc. pub. Bar. in ſua Tyberiade. in ſecunda
par. inſulę §. & alia Franc. Marc. d. decis. 561.
nu. 9.
Ita tenēdo pro Mercatoribus, non obſtat primo
quod ſeruitus iſta lauandi, requirens factum homi
nis, cauſam diſcontinuam habet, idēque non pre-
ſcribatur niſi tempore immemorabili d. l. ſerui-
tutes cum alijs ſupra citatis.

Quia

Quia reſpondetur primo argumentum procede
61 re poſſe † in iuribus realibus, ſecus, quando agitur
de ſeruitute rei acquirenda perſonæ, ut hic, quia
63 tunc † non habet locum conſideratio cauſæ conti-
64 nuæ & diſcontinuæ, quia enim † perſona animo
poſſidet l. 3 § unde ui ff. de ui & ui armata & animi
65 poſſeſsio continua eſt, † cauſa dicitur ſemper con
tinua. Bar. l. nullo. § non mutat. ff. de uſucap. & l. ſi
• ergo § 1. ff. de publi. Feliy qui de cō muni* eſtatur c.
de quarta col. 13. de præſcript. Balb de præſcrip.
ſecunda par. 5. par. princ. prima queſt. 3. queſt.
princ. nu. 5. Dida Couar. uari. reſo. c. 17. ſub. nu.
10. ad fi. Vaſq. queſt. illuſt. cap. 83 nu. 26. qui
quamplurimos alios ad id congerunt, nec dicatur
quod hic non agitur de acquirendo iure perſonæ
ſed uniuerſitati, quia reſpondebitur infra.

Secundo, reſpondetur ut etiam dixi in eadem
cauſa ſupra in conſ. precedenti ſecundo principali
ter nu. 29.

Tertio quatenus prædicta præſcriptio non eſſet
completa, ad huc tamen in ſuo uſu Mercatores pro
66 hiberi non poſſunt, † uel quia cum detrimentum
aliquod parti non afferat, æquitas ſuggerit ne
in eo impediantur, argumento d. l. 2. §. item
67 uarus. cum ſimil. † uel quia pro tuitione eorum in
uſu conſueto iudicis officium competat d. l. de uſu
cum multis ſupra in tertio argumento pro mercato
ribus adductis.

Non obſtat, dum dicitur, quod Mercatores, nec
uti ſinguli, quia non ita egerunt, nec ſinguli præ-
ſcriptionis tempora ſe compleuiſſe probarunt,
nec, ut vniuerſi, quia uniuerſitas actus aliquos
non fecit, nec fieri mandauit, præſcripſiſſe uide-
ri poſſunt, ut ſupra in ſecundo argumento diceba-
tur. quia reſpondetur, quod immo utroque modo
præſcripſerunt, & enim ſi recte inſpiciamus uni-
uerſitatem Mercatorum, ipſa quidem præſcripſit
per actus lauand. factos a ſingulis Mercatoribus de
vniuerſitate.

68 Primo quidem, † quia vniuerſitas ipſa, & homi
nes ſinguli vniuerſitatis, idem ſunt, ut eſt glo. unic.
in fi. l. ſicut §. ſi quid ff. quod cuiuſq. uni. no. ſequi
tur ibi Bald. ad fi. & Mant. conſ. 2. nu. 75. & ſeq.
uſus ergo lauandi Mercatorum ſingulorum & actus
ipſi illorum, vniuerſitatis eſſe uidetur, & licet nō
69 nulli contradicant ei glo. † uera tamen eſt eius ſen-
tentia ſine dubio, quando omnes, aut pro maiore
parte de vniuerſitate ita faciunt, ut hic factum fu-
iſſe, credendum eſt, cum panni ſine lotione perfici
non potuerint á quoquam, & ſatis teſtes omnes
ſub indiſtincta oratione eorum depoſuiſſe uiden-
tur Corne. conſ. 299. col. pen. lib. 1. nec alibi ue-
riſimaliter lauari potuerint, cum æque commode
fieri, ob penuriam aquarum prope Ciuitatem
Eugubij non potuerit, ut omnes deponunt, &
70 Excellentiſ. Domino Iudici notum eſt, † ac etiam
quando ſinguli de uniuerſitate, capiuntur collectiue,
ut hic non diſtributiue. Fely. c. ſignificaſti. col. 1.
71 de for. compe. Corne. conſ. 211. nu. 4. lib. 4. † ac
etiam quando coſideramus homines ipſos ſecun-
dum ueritatem, ut hic quia tunc ipſi vniuerſi-
tatem conficiunt Fely. c. eam te, de preſcrip.

72 † Secundo quicquid ſit de hoc, ſatis eſſe uide
tur, quod poſſeſsio per homines vniuerſitatis acqui
ritur vniuerſitati glo. d. l. ſicut §. ſi quid in fi. ſequi
tur ibi Bal. in fi. Alb. Roſa. circa fi. Paul. Caſtr. in fi.
& quamuis non deſint, qui gloſſæ contradicant
73 etiam in hoc, † uera tamen eſt gloſſæ opinio,
quando ſcientibus officialibus, ſaltem eius vniuer
ſitatis actus poſſeſſorij facti ſunt Cuma conſ. 158.
col pen. Curt. Seni. conſ. 77. col fi. Vero de ſer. ruſt.
præd. ſub rub. de ſer. iur. pas. col. 2. Dec. conſ. 281.
col. fi. Corne. d. conſ. 199. col. 3. Paris. conſ. 111.
col. pen. lib. 1. & alij alijs in locis, & ratio eſt, quia
poſſeſsio vniuerſitatis retinetur per uſum particu-
larium Pau. Caſtren d. §. ſi quid Suc. l. 1. §. fi. infi.
ff. de acqui. poſſ. Bert. conſ. 42. col. pen. lib. 2.
Corne. conſ. 299. col. pæn. uers. ita etiam lib. 1.
& conſ. 46. col. 4. lib. 3.

Si autem reſpiciamus Mercatores ut ſingulos,
tunc dico, duobus modis eos ſingulariter accipi
74 poſſe, † vno, ut Petrum Mercatorem Artis lanæ
& Martinum Artis lanæ; alio, ut Petrum, ut Mar
tinum, & ſic de ſingulis

Primo modo, conſiderata mercatura Artis lanæ
in dicta Ciuitate principaliter per ſe. in Petro,
Martino, & ſic de ſingulis, & tunc licet ſucceſsiuis
temporibus, perſonæ artem eam exercentes uari
entur, & aliæ in locum aliarum ſupponantur, atta-
men ſicut Iudicibus pluribus in eadem cauſa, mu-
tatis militibus in eadem legione in locum demor-
tuorum ſuffectis, tabulis in naui ad eius refectio
nem repoſitis, in locum Ciuium defunctorum,
ciuibus ſubortis, idem iudicium, ijdem Iudices,
eadem legio, eadem nauis, idemque populus di-
• citur l. proponebatur ff. de iud. ubi omnes * cōmu
niter, ita Mercatores Eugubini Artis lanæ, qui ho-
die extant in locum prædefunctorum, ijdem dicun
tur, & quaſi nunquam mutati fuerint Mercatores
Artis lanæ aquis Radijuli fuerunt, & utuntur ad
lauandum eorum pannos, Non enim Petrum, &
Martinum, hic præſcripſiſſe dicimus, ſed Merca-
tores Artis lanæ, qui licet modo ſit iſte Petrus,
iſte Martinus, alius, & alius fuit, Mercator tamen
artis lanæ ſemper idem eſt.

In ſumma accipimus hic, ſingulos exercentes
artem lanæ, ut quicumque ſit exercens, non conſi-
deretur perſona illa per ſe, ſed ut artifex lanæ: Nā
licet artificium, modo per hunc, modo per illum
exerceatur, exercentes, quaſi unus reputantur, ar-
gumento d. l. proponebatur, & propterea quaſi
unus exercens ſemper poſſederit, præſcribit, &
vigore iſtius præſcriptionis, hoc ius lauandi pan-
nos, cōpetere dicitur quibuſcūque artis lanæ exer-
centibus.

Secundo uero modo, accipiendo ſingulos, ut
Petrum, & Martinum dictam Artem modo exer-
centes, licet non nulli ſint, qui per ſe ipſos non
compleuerint prædictam præſcriptionem, dicen-
dum tamen eſt, eos prohiberi non poſſe uti dictis
aquis ad uſum prædictum, ratione uſus, qui nim-
in eo uſu officio iudicis defendi debent, ex not. per
Bar. d. l. de uſu. cum alijs ſupra citatis.

Non obſtat ſtatutum Eugubinum damnorum
datorum rub. 16. auferens præſcriptionem eun-
tibus per aliena bona ſtabilia quacūque cauſa, &
occaſione inuito domino. Quia reſpondetur,
75 Primo † illud non procedere in præſcriptione im-
memora-

memorabili, ut alias dixi, & late ponit Craue. de
antiq. temp. parte quarta ſect. materia iſta nu. 43.
Bello. conſ. 55. nu. 8. Rolan. conſ. 21. nu. 33.
lib. 2. Alb. conſ. 64. nu. 49. & 93. & alij alijs in
locis; Quæ opinio ſine dubio patrocinatur his
Mercatoribus, dato, quod non eſſet probata ple-
76 ne, & formiter præſcriptio immemorabilis † quia
ſaltem probata eſt centenaria, quę immemorabili
ęquiparatur, ut ſupra dictum fuit.

Secundo reſpondetur, quod ſtatutum prędictum
excludit præſcriptionem euntium per bona aliena
77 inuitis Dominis. ut in dubio etiam præſuponitur
in caſu noſtro plene probatum fuit, Mercatores
miſiſſe ad lauandum pannos in dictis aquis, uiden-
tibus, ſcientibus, & non contradicentibus dicto
Domino Federico, & alijs Dominis, ergo &c. l.
4. §. quoties. ff. de dam. infec. Nec uidetur obſtare
replicatio, quæ in dubijs fit, de ſtatuto dicente φ
Dominua inuitus intelligitur, niſi apparet de ſpeci
78 ali licentia, quia de licentia dicitur apparere ſpecia
liter. tacito conſenſu cum par uirtus ſit taciti, &
expræſsi l. cum quid ff. ſi cer. pet. ubi not. omnes,
licet quoad hoc non admodum libenter loquar,
cum modo ſtatutum non uiderim; & proterea eius
uerba ponderare non potuerim

Tertio reſpondetur, φ ſtatutum prędictum (pro
79 ut in dubijs præſuponitur) † aufert euntibus per
prædia aliena, ius acquirendi præſcriptione, bona
ipſa, ut patet, ibi, nullum ius in re: Mercatores,
quoad bona Domini Federici pretendunt ſolum
qſiuiſſe ſeruitutē uiæ, ſiue eundi agendi, q̄ dat ſolū
80 commoditatem, † & ius quoddam ad rem quod q-
dem eſt quid minus, & longe debilius iure in rem
c. 1. de conces præb. lib. 6. ubi Doc. c. quod autē
ubi Abb. de iur pat. c. fin. de conces Bar. l. condi-
81 tionis C. de pact. † ideoq; difficilius tollitur Doct.
in c. 1. de elect. pr. Bero. conſ. 63. nu. 4. lib. pri
mo non ualet ergo argumentum, ſtatutum pro-
hibet, tollit ius in re, ergo p'hibet etiam ius ad rem.
82 Quarto & ultimo dato, quod ſtatutum prohi-
beat pręſcriptionem qualibet, & ſeruitutem per eā
acquiri, ad huc nihil eſt, † quia Mercatores uti
poſſunt ſolo uſu, qui diuerſus eſt omnino ab ipſa
ſeruiture. & qui non prohibetur dicto ſtatuto, & in
quo ipſi officio Iudicis manuteneri debent, argu-
mento not. per Bar. d. l. de uſu cum alijs ſupra fuſi-
us allegatis.

CONSILIVM XXXXII.

Argumentum.

An præſens prolationi ſententiæ prout in notula, non appellans, patiatur rem iudicatam?

Quomodo intelligatur id, quod dicitur in cauſa appellationis ipſo iure dari ſecundum fatale, ſeum ſecundum annum?

SVMMARIVM.

Ex diuerſis non fit illatio nu. 1.

Poſt decem dies hodie appellatio non datur nu. 2. & 12.

Quod decennium currit à die ſcientiæ nu. 3.

Nec præſumitur dicta ſcientia, niſi probetur nu. 4.

Niſi pars ſit præſens, uel abſens uerus contumax, quia non requiritur alia ſcientia, uel notificatio nu. 5. & 6.

Quod in Vrbe in Sacro Palatio obſeruatur d. nu. 5.

Conſuetudo introduxit, ſententias ferri in notula, nu. 8.

De iure ſententia ferri debent in ſcriptis nu 9.

A ſententia lata in cedula de conſuetudine, pręſens debet appellare, quatenus contra nu. 10.

Vſus, & ſtylus Curiæ obſeruandus eſt nu. 11.

Appellatio relatiua ad aliam, non ualet, niſi relata afferatur nu 13. & 14.

Appellatio ex interuallo uiua uoce, ſiue in precibus non ualet, ſed in ſcriptis fieri debet nu. 15.

Appellatio in ſcriptis facta non dicitur, niſi per libellum ſolemnem appellatorium nu. 16.

Et aliter facta, ſententia tranſit in rem iudicatam nu 17.

Stylus Ciuitatis Peruſinæ ſecundum aliquos eſt, ſententiam latam prout in notulis parte præſente, intimari, quando eſt aperta, cuius contrarium dicitur nu. 18. & 21.

Stylus, & conſuetudo probari debet nu. 19.

Iudex, de ſtylo poteſt ſe in thalamo informare nu. 20.

Admiſſio appellationis, uel non, ſolet per iudices in apertura notulæ reſeruari nu. 22.

Contra de iſto ſtylo nu. 23.

Stylus, & conſuetudo ita demum proſunt, ſi in ſpecie, in caſu, & terminis, in quibus agitur, ſit, alias non nu 24.

Appellatio in ſcriptis interpoſita poſt annum à die interpoſitæ appellationis uiua uoce, deſerta eſt. nu. 25.

Secundus annus ad proſequendam appellationem datur ipſo iure nu. 26.

Verum, ſi intra annum appellans impetrauit commiſſionem, & eam exequutus eſt nu. 27.

Niſi nulliter exequutus fuiſſet nu. 28.

Item, niſi intra annum non comparuerit, & nil aliud fecerit, quia ſecundus annus non datur nu. 29.

Item, uerum, dari ſecundum annum ipſo iure, precedente tamen declaratoria impedimenti, & competentia dicti ſecundi anni nu. 30. 32 & 33.

Item uerum, dummodo impedimentum aliquod probatum ſit, quo approbans proſequi non potuit nu. 31.

Prorogatio præſuponit durare ad huc quod prorogatur nu 34.

Fatale non ſolum reſtringi, uerum etiam tolli poteſt conſenſu partium nu. 35.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

CAVSA appellationis Hieronimi magiſtri Mariotti pronunciari debet deſerta, quia per eum non extitit intra legitima tẽpora appellatum. Triplex n. poteſt prętendi per eũ appellatio, quarum aliqua eidem patrocinari non poteſt

Prima quidem, quam interpoſuit pręſens in ipſa prolatione ſentẽtię, de qua pagina 93. quę nullũ ei commodum afferre poteſt quoad ſuſpẽdendam uel annullandam ipſam ſententiam, quia in ea non appellat a ſententia, ſed a pręcedente quadam denegata copia iurium productorum, & admiſsione citationis ad reſpondendũ capitulis, ut inibi expreſſe apparet, † ideo ab ea ad appellationem a ſententia non infertur, argumento l. papi. exuli ff. de minio.
1

Secunda eſt appellatio quę prętenditur in proceſſu pag. 258. quę ei pariter non patrocinatur, quia facto recte calculo a die prolationis ſententię, eo pręſente, ad diem interpoſitionis appellationis † apparet, quod lapſum erat decendium, contra tex. in aut. hodie C. de app. c. cum dilecti de elec. in fi. c. ſignificauerunt de teſti. c. quoad conſultationem de re iud.
2

3 Nec ſubſtinetur hęc appellatio quia non probatur lapſus x. dierum a die ſententię, ut requiritur, ſecundum glo. Bar. & cæteros d. aut. hodie Fel. d. c. quoad conſultationem nu. 32. cum ſimil. in
4 contrarium allegatis, † quę ſcientia non pręſumitur, niſi probetur glo. in l. uenus, de proba ergo &c.

5 † Quia predicta procedũt parte abſente tempore
6 prolationis quando autẽ eſt preſens, ut hic, aut etiã abſens, eſt † tamen uerus contũax, non requiritur alia notificatio, aut ſcientia l. 1. § biduũ ubi glo. uer. ſententię ff. quando app. ſit. & c. biduum 2. q. 6. in princ. Spec. de app. § in quibus col. 1. uerſ. ſed numquid. Rot. decis 49. ſi fertur & decis. 284. fuit dubitatum; & 364. cum iura in no. & 823. ſci-
7 endum in anti. † & eſt uera, & in urbe a ſacro Palatio recepta opinio, ut ex his deciſionibus colligitur, & teſtatur Veſt in ſua praxi lib 7. de app.
8 uerſ. ſed maius dubium &c. † quinimmo licet praxis contra ius comune induxerit, quod ſententię ita
9 dantur in cedula, † cum tantum iure communi deberent ferri ex ſcripti recitatione l. fin. C. de ſent.
10 ex breu. reci. † eadem tamen etiam introduxit, ut a ſententia lata in cedula pręſens appellet, quatenus contra, ut atteſtatur idem Veſt. d. loco uerſ. Amplius, quia a pluribus annis &c. quod hic factũ
11 non fuit. † & non eſt dubium, ulum, & ſtylum Curię, uti legem obſeruandum Cy. & Bal. l. 2. in fi. C. quę ſit long. conſuet. & l. de quibus ff. de legi. Affl. decis. 236 nu. 3. & decis. 293. nu. 6 Gram. conſ. crimi. primo nu. 18. 19 & 20. cap. Tolo. q. 115. Gui. pap decis. 198 nu. 2. & 3. & alibi paſsim.

Tertia poteſt pretẽdi appellatio quę uidetur colligi ex reſcripto porrecto quę pariter ei prodeſſe non
12 poteſt. primo † quia interpoſita eſt poſt annũ ne dũ
13 x. dies. ſecundo † quia eſt relatiua ad aliam factam appellationem Nam aut, aut appellatio relata eſt ea prima quã interpoſuit in prolatione, & non prodeſt, quia nõ a ſententia, ut ſupra. aut eſt ea ſecũda quã interpoſuit diu poſt, & idẽ, ut ſupra, ipſa aũt referẽs
14 non iuuat, † quia in ea catenus eſt, quatenus in relato reperitur l. alſe toto. de hęre. inſt. aut. ſi qs in aliquo C. de eden. relata minime iuuat, ut ſupra, merito nec referens.

15 Nec ſufficit, quod expreſſa ſit in precibus, quia † cũ nõ ſit facta incõtinenti debuit fieri in ſcriptis l. 1. in fi. cũ ſeq. de app. l. litigatoribus ubi glo Bar. & alij C. eo. Spec. de ap. § qualiter in princ. Corne. cõſ 95 col.
16 2 in fi. cum ſeq lib. 4. † in ſcriptis autem non dicitur facta, niſi per ſolemnem libellum appellatorium
17 † & aliter facta poſt x. dies ſententia tranſit in rem iudicatam Franc. c. ut debitus col. 7. uerſ. 3. quęritur de app. Corne. d. conſ. 95. glo. & ibi Bar. l. in ſacris C. de proxi. ſacro. ſcri. lib. 12. Ias. l. 1. col. 3. in prin. de eden. Maran. de ord. iudi. in ſeſta parte ſecundo actu. nu. 127. & ſeq.

18 Nec huic ueriſsimę cõcluſioni aduerſatur † quod in Curia huius Ciuitatis ſtylus eſſe dicatur, ſententiã lata prout in notula, parte pręſẽte, quãdo demũ appellata eſt, parti aduerſę intimari, & ſtylus, ut ſupra, pro lege obſeruandus ſit, Quia reſpondetur.

Primo negando, ſtylũ prędictũ, & conſuetudinẽ,
19 † & cũ ſit fact. probari debeba per acta, uel teſtes iuratos Corne cõſ. 27. nu. 6. lib. 3. Grã. cõſ. 15 nu 14 lib. 2. & Io. de Ami. cõſ. 42 nu. 1 quod hic minime factum fuit, immo nec articulat de eo, aliquid in proceſſu apparet.

20 † Et licet non me lateat, Iudicem poſſe de ſtylo in thalamo ſe informare. Bar. l. 4. in fi. ff. de teſti. Ant. But. c. fi. de conſuet. Soc. ſen. conſ. 36. nu. 11. & conſ. 39 nu. 28. lib. 4. Soc. Iun. conſ. 181. nu 75. & conſ. 128. nu. 9 lib. 2. Dec. conſ. 402. col. 5. in fi & conſ. 655 col. pen. in fi. Vant. de nullit titulo de nulli. ex defe. proceſſ. & ſolen. nu. 86. & Alij uarijs alijs in locis, at-
21 tamen nihil poterit d. informatio prodeſſe, quia † uere ſtylus predictus non adeſt, & ſi aliquis id quandoque fecit, id quidem effecit ad quandam maiorem cautelam, ut plerunquę ſit, iuxta illud abundans cautela non nocet ne uidelicet partes uicta aliquo modo poſſit ſe tueri aduerſus rem iudicatam, non ut ea intimatio neceſſario fiat.

22 Minus obeſſe poteſt, quod ex aduerſo allegatur, † per Iudicem ſolere, admiſsionem, uel non, appellationis reſeruari in apertura ſententię in notula latę.

† Quia nec iſte ſtylus articulatus, aut probatus fuit
23 ut ſupra de alio dictum extitit.

Secundo ſtylus, qui prętenditur non eſt in terminis quęſtionis noſtrę, quando ſcilicet pars præſens eſt prolationi ſententię prout in notula, & nihil dicit, ſed ſolum, quando eſt præſens, & appellat, tunc enim Iudex ſolet reſeruare admiſsionem uel non, in apertura, unde dato, quod probetur huiuſmodi conſuetudo, ea pro-
24 deſſe non poteſt, † cum ut proſit, probari debeat in ſpecie in caſu, & terminis de quibus

agitur,ut de conſuetudine tradit Oldra. conſ.237.
col.prima.Ancha.conſ.335.col.5 Alex cõſ.6.lib.5.
conſuetudo.n.& ſtylus propttos terminos nõ egre-
ditur,nec extenditur etiam ad eos q ſunt eiuſdẽ na-
turę e. quoad conſultationẽ ubi Ab.ultimo not.de
offi.deleg Bar.l.poſt dotẽ col.antepen.ff.ſol matri.
& tantũ habet de potentia,quantũ habet de uſu, ut
inquit Bal.l.fi.col. pen. uers. vnũ aliud q̃ritur C. cõ.
utri.iud. Aret.conſ.44.ꝓpoſita in princ.

Tertio reſpondetur ꝙcquid alij Iudices reſeruent
& obſeruent in hoc, hic Iudex,a quo,nihil reſerua-
uit,ut patet inproceſſu,pagina.93.

25 † Secundo principaliter deſerta ꝓnuciari debet
d.appelatio qa fuit interpoſita in ſcriptis.die 19.Iu
lij. 1567.ut in ꝓceſſu,pag 11.& ſic poſt annũ datũ
ad proſequendũ appellationẽ aut.ei q appellat.C.
de tẽp.spp.e.ex ratione de app.clẽ.ſicut.eo titulo.
26 Nõ obſtat,†ꝙ ſentẽtia nõ confirmetur ꝑ lapsũ pri
mi anni,ſed requiratur bienniũ,cũ ſecundus ipſo iure
concedatur Bar. aut. ei q,C. detemp.app.nu.6.in l.
* 1.col.fi.nu.9.& Bal.l.eos col.2. C.de app.& communi
ter Doct. ſecundũ Marant de ord.iud. par. 6. actu.
2. nu.22
27 † Quia reſpondetur primo hoc ꝓcedere,quando
appellans intra annũ,impetraſſet commiſſionẽ ca-
uſę, & eã executus fuiſſet,ſecus alias Paul.Caſtrẽ.in
rub.de in ius uocan. poſt. Bal.in l fi § illud C.q ſa-
tiſd cogan. Ias.d. rub.de in ius.uocã in prin. qa iu-
diciũ ſumit initiũ a citatione, nõ a cõmiſsione de ci
tando.glo.§ fi. Inſt.de pęn.tem. litigan. & in termi
nis ita dicit Veſtri.d. lib 7.titulo ultimo de tẽpo.ac
fata. app. uers. & ad habendũ &c. ſed hic cõmiſsio
non fuit exequuta contra Io; Mariã intra annũ,ut
in actis pag. prima patet,merito &c.
28 † Secundo dato,ꝙ eſſet exequuta,non ſufficit,qñ
eſt nulliter exequia Ias d.rub.de in ius,uoc.Veſtri
d.loco uers.immo ſi eſſet,hic eſt nulliter exequuta
quia tantum citatus fuit Marcus, non Io: Maria,ut
patet.d.pag. prima a tergo, merito &c.
29 † Tertio dato, ꝙ exequuta, & qdẽ ualide fuiſſet
qñ tamen appellans intra annũ non cõparuit, & nil
aliud fecit, nõ datur ſecundus annus.immo ſentẽtia
rata manet, quia iudiciũ non dicitur cęptum intra
annũ Ias.d.loco uers. ſecũdo fallit &c. Veſt.pariter
d.loco uers.idẽ,ſi ualide,qa propter non cõparitio-
nẽ partis inſtantis, circũducitur citatio, & habetur
ꝓ nõ facta l.& poſt edictũ §.qd ſi is.de iudi.cũ alijs
ꝑ Ias. d.loco allegatis,ſed hic intra annũ apellãs nõ
cõparuit,ut in actis pag.1. a tergo,facile colligitur,
innẽto die prolationis ſententię, de quo in ꝓceſſu
pag. 93. aut etiã die interpoſitę appellationis de
quo pag. 158. a quo die ſumit initiũ primus annus
Silua.cõſ.66.nu. 1.merito &c.Et generaliter ſola cõ
miſsionis impetratio,& p̃ſentatio non ſufficit.ut de
tur 2. annus Tho.Faſt.dub. 36 Veſt.d.loco.uerſicu
lo quę de iure &c. ubi damnat eos, qui etiam ſe ad
finem anni arctant, ut hic.

Quarto eſto,ꝙ ante lapſum primi anni, & quidẽ
ꝑ aliquot menſes appellans nr̃ hec omnia fecerit, ꝙ
30 dicitur dari ſecundũ annum ipſo iure ex cauſa locũ
habet, p̃cedente aliqua declaratoria impedimenti
iuxta e.cũ ſecũdum dę hęre.in 6.c.fi.& ibi Io:And.
Archi. & alij de ho. in 6 cum late cõgeſtis per Ti-
raq.in l. ſi unquã in glo. reuertatur nu.400.ubi late
probat,quod licet quid ipſo iure fiat, tamẽ ſemper
requiritur declaratoria ſaltem facti, propter ꝙ illud
ipſo iure fit quæ declaratoria petita hic non reperi-
tur, merito

Quinto & ultimo pro reſponſione conſiderandũ
eſt quod Hier.in proceſſu nec probauit,nec proba
re tentauit impedimentum aliꝙ iuris,uel facti,prop
31 ter quod dicat,† & petat declarari ſibi ſecundum fa
tale cõpetijſſe,prout debebat,Auffre.qui de ſtilo illi
us Curię Tholo.Epiſcopalis atteſtatur, decis. 320.
ubi ſemoto ſtilo querit,dato,quod ipſo iure compe
tat ſecundum fatale,lapſo primo an ſaltem ad hoc,
32 ut detur de iure requiratur ſententia declaratoria
intra primum annum, refert primo uideri dicen
dũ, quod requiratur per d. c. cum ſecundum com
concor. poſtmodũ in contrariũ dicit eſſe ueritatẽ,
ꝓ qua adducit Io:And.ad Spec.in addit magna ad
fin.in rub.de app.in quarta par.e.Inno.& Imo d.c.
ex ratione,& Lap.alleg.125.q Lap.ibi nihil de hoc
dicit, & Prępo. ubi per eum qui uoluit ꝙ appellans
lapſo primo anno causã appellationis proſequatur
& ſi ſibi opponetur de deſertione excipiẽdo pote-
rit opponere de impedimentis & illa allegare.& iu
dex de illis in ſecũdo anno cognoſcet argu. glo.l.ſi
p̃teritus ff. de Bo.poſſ. contra tab.Quod certe uide
tur durũ, quicquid tamen ſit modo non diſputo qa
ſatis eſt ad caſũ noſtrũ,quod ſaltem poſt lapſum an-
ni impedimẽta allegãda ſunt & ſuper illis declarato
ria ferri deber vt Io: An: Inno Prep.Imo. & Aufre.
intelligũt.at hic nũꝗ; impedimẽta allegata nedũ de
ducta & ꝓbata fuerũt. ꝙ ergo dicĩ dari 2. ãnũ ipſo
iure impedito in 1. ꝓ'equẽdã appellationẽ eſt ue-
33 rũ ſi appellans replicauerit,& probauerit de impe-
dimento,propter ꝙ ſolum datur ſecundus annus,
& ita intelligi deber iſta materia,cũ tam tex d. aut.
ei qui appellat,quã cęteri in propoſito ſecũdum an
nũ concedant,elapſo primo propter ĩpedimentum,
& ex cauſa, Vnde ridiculũ eſſet dicere,eũ dari non
cõſtito de impedimẽto,& cauſa,& uidetur probari
qa ſpeciale eſt in Vrbe Romę,ꝙ dı̃ ſine cauſa.Caſ
ſa.de app.deciſ.6. nu. 8. ratione ſpeciali, ut ibi per
eum;ſed in caſu noſtro nullum vſſicit impedimentũ
quod allegatum , aut probatum ſit, merito &c.

Tertio principaliter cauſa iſta deſerta reperitur
etiã ex lapſu ſecũdi fatalis, quatenus illud cõpetijſ
ſet(ꝙ negamus ex ſupra dictis)qa,ut uidere licet in
proceſſu fol. 2. a tergo. ad fin. Hieroſolymitanus
appellans petijt prorogari ſecundum fatale,ſaltem
ad tres alios menſes, & D. Iudex de communi par-
tium conſenſu illud prorogauit ad dd. tres menſes,
quatenus tempora largitentur die 4. ſeptembris
1568. ſententia autem fuit lata prout in notula die
27.Maij.1569.& ſic tranſactis 8.menſib.& 23.die
bus,atq;ita iam diu lapſo hoc etiã fatali.qbus ſtanti
bus cauſa appellationis deſerta eſt duob.modis ſine
dubio,primo qa d. Iudex conceſsit ſecundum fata-
le ꝑ uiã ꝓrogationis,primo elapſo,quo caſu non re
34 leuat,† cũ prororogatio p̃ſuponat ꝙ prorogatur ad
huc in eſſe l.ſed etiã ſi manẽte ff. de p̃cs.Boer.decis.
284 col.2. Veſt.d.li.7.d.tit.de tẽpo & fata.app.uer.
& ſi biẽnij lapſus ad fi. ſecundo qa quateus ꝓroga
tio ualeret,iam diu tẽpus prorogatũ exceſsit,qñ ſen
tentia lata eſt,cũ ꝓrogatio tres tm̃ menſes conceſſe
rit,ſententia uero lata ſit, lapſis octo, & diebus 23.

Nec

35 † Nec dubiũ eſt, cõſenſu partiũ fatale in totũ tolli, ne dũ reſtringi, ut ex eſt in l.fi.§.fi.ubi õoes C.de tẽp. app. Alex. in l. ꝓperandũ in princ.nu.16 C.de iudic. Dec. in c. ex ratione ſub nu. 9. uerſiculo & ad tex. de app. & alij alijs in locis.

Nec releuat, ꝙ p̄d. iudicẽ ꝓnunciatũ fuerit, tẽpus, & fatale nõ currere, donec diſcuteret, an articuli eſſẽt admictẽdi, uel nõ, ut in ꝓceſſu pag 4. q̃a cũ deducto eo tẽpore diſcuſſionis illius, ꝙ fuit ſex, ſiue ſeptẽ dierũ, ut apparet eadẽ pag. in qua die. 13. eiuſdẽ mẽſis qbus, finita illa diſcuſſione, fuit ꝓnunciatũ, fatale currere, iam diu tempore d. latę ſententię, fatale prorogatum expirauerat. Ex quibus &c.

CONSILIVM XXXXIII

Argumentum.

Multa de quibuſdam Priuilegijs Religionis Sãcti Ioannis Hieroſolymitani Pręcipue, quod Clerici ſeculares beneficia d. Religionis detinere non poſſint, quoties fuerint requiſiti habitum d. Religionis ſuſcipere, & intra ſex Menſes non ſuſceperint; & quomodo hęc intelligantur.

Inſerunturq; multa de Vnione beneficiorum, De mutatione ſtatus beneficiorum, De regula de triennali poſſeſſore, De pręſcriptione immemorabili, De extinctione Religionis Sancti Sepulchri Dominici, & De Vnione de ea facta d. Religioni Hieroſolimitanę p Innoc viij. omnia quidẽ ſcitu digna precipue d Religionẽ profitentibus.

SVMMARIVM.

Poſſeſſor beneficij pacificus per tres annos, tutus eſt, ex regula Cancell de trie. poſſ nu. 1.
Fallit, quando is poſſeſſor collationem haberet a non habente auctoritatem nu. 26.
Quia uerba d. Regule non conueniunt nu 27.
Fallit in habẽte titulũ qui reducitur ad nõ titulũ nu 28
Fallit in non habente titulum coloratum nu. 31.
Fallit in beneficijs Religionis Hieroſolimitanę nu. 32.
Beneficia Religionis Hieroſolimitane poſſunt conferri etiam clericis ſecularibus nu. 2.
Verum, ſi per abuſum longo, longiſſimo aut immemorabili tempore eis collata fuerunt, alias non nu. 33.
Declara quod ſi requiſiti poſſeſſores aſſumere habitum d. Religionis intra ſex Menſes non acceperint, eis priuantur nu 34. & ſeq.
Onus iniunctum modaliter dicitur, quando uenit adimplendum poſt ius quaeſitum nu. 3.
Defectus adimplementi oneris modaliter iniuncti non facit quem cadere in pœnam, niſi interpellatus fuerit, & in mora conſtitutus nu. 4.
Vnionis Eccleſiarum quinq; ſunt ſpecies nu 5.
Dubietas declaratur per actus ſubſequentes nu. 6.
Status beneficiorum mutatur ſpacio 40. annorum nu. 7.
Verum in mutatione perpetua, ſecus in temporanea nu. 58. 59. & 60.
Praeſcriptio quadrigennaria ſufficit contra quamcunque Eccleſiam, excepta Romana nu. 8
Sine dubio inter Eccleſiã & Eccleſiam nu. 9.
Etiam ſi ſit contra Eccleſiam ſibi ſuperiorem nu. 10.
Indubitata, ſi praeſcriptio ſit duplicata octuaginta annorum nu. 11.
Et immemorabilis nu. 12.
Quae habet uim tituli nu. 13.
Et nunquam ſublata cenſetur nu. 14.
Inno entius viij ordines Religionis Sancti Sepulchri, Dominici, Hieroſolimitani, Sancti Auguſtini Militia Sancti Lazzari in Bathelem, & Nazzaret, & quoſdam alios ſuppreſſit, & extinſit, illoſque, & omnia eorum bona per uniuerſum orbem exiſtentia, Hoſpitali, & Religioni Sancti Ioannis Hieroſolimitani uniuit, & ſuppoſuit nu. 15.
Eccleſia Sancti Lucae, eiuſque bona, & beneficia in Ciuitate Peruſina erant Religionis Sancti ſepulchri Dominici ante d. unionem, poſt effecta ſunt d. Religionis Hieroſolymitanae nu. 16.
Ordo Religionis Hieroſolimitanę regularis eſt, beneficiaq; regularia, regularibus, non ſecularibus conferri poſſunt nu. 17.
Beneficia d. Relig. Hieroſolimitane Eccleſiaſtica ſunt nu 18
Quod probatur iure communi inſerto nu. 19.
Concilio Tridentino nu 20.
Statutis dictae Religionis nu. 21.
Priuilegijs, & Bullis Summorum Pontificum nu. 22.
Clerici ſeculares poſſidentes beneficia d. Ordinis Hieroſolimitani requiſiti ad ſuſceptionem habitus d. Religionis ſi intra ſex menſes non receperint, priuantur dd. beneficijs nu. 23.
Idem ſi regulares ſint alterius ordinisque Hieroſolimitanę etiam ſi penſiones ſuper fructibus corundem tenuerint nu 24.
Confirmans uidetur facere nu. 25.
Titulus redactus ad nõ titulum, habetur pro nichilo nu 29.
Cauſa redacta ad non cauſam, perinde eſt, ac ſi actus factus eſſet ſine cauſa nu 30.
Vna pars Bullae aliam declarat nu. 35.
Clerici ſeculares capaces ſunt beneficiorum Religionis Hieroſolimitanae temporaliter, non perpetuo nu. 36.
Requirens poſſeſſorem ſecularem beneficij Religionis Hieroſolimitanę habitum ſuſcipere, non tenetur ei offerre fructus aliquos ſuorum beneficiorum nu 37.
Oblatio requiſita a lege debet eſſe ultronea, & ſpontanea nu. 38.
Qui uult aliquid conſequi, ſponte debet offerre ac quod ipſe obligatus eſt facere nu 39.
Diuinare nemo tenetur nu. 40.
Negatiua per teſtes deponi debet coarctans videlicet, hoc eſſe non poteſt, quin ego ſciuerim nu. 41.
Probatio concludere debet de neceſſitate nu 42
Clericus ſecularis poſſidens beneficium Religionis Hieroſolomitanę ut illis ſit incapax, requiri debet ut ſuſcipit habitum de religionis nu. 43.

Beneficia olim Sancti Sepulchri Dominici ſtatum mutarunt nu. 44.
Et ſtatum Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani aſſumpſerunt nu 45.
Vnio beneficiorũ ordinis Sancti Sepulchri Dominici ad Religionem Hieroſolymitanam probatur per Bullã Inno. Pap. 8 nu. 46.
Prędicta unio facta eſt p modũ ſubiectionis nu. 47 & 59.
Perſonę detinentes beneficia Sancti Sepulchri Dominici tempore unionis predictę, ſicut res, & bona ſuppoſitę fuerunt ordini Hieroſolymitano nu. 48.
Quando unio Eccleſię fit ut ſimul uniantur, neutra alteri ſubijcitur, & quęlibet ſuas qualitates retinet nu 49.
Quando una Eccleſia unitur alteri dicitur unio per uiam ſubiectionis quaſi una filia & altera mater ſit nu. 50.
Multo magis quando unius pracedit ſuppreſſio, & extinctio nu. 51.
Mutatio ſtatus fit quando una Eccleſia ſupprimitur, & alteri ſubijcitur, & unitur d nu. 51.
Beneficia, & Capelle unitę tranſeunt in poteſtatem, & qualitatem Eccleſię cui uniuntur nu 52.
Pręſam. arrogato, omnes q ſubſunt ei arrogantur nu. 53.
Prę ſã capite minuto, õnes ei ſubiecti capite minũtur nu. 54.
Monaſterio, quod unitur pereunte, capellę eius ſunt Monaſterij cui unitum eſt nu 55.
Euicta Eccleſia, cui facta eſt unio cenſentur euictę Eccleſię unitę nu. 56.
Eccleſia unita interdici poteſt pro Eccleſia, cui fuit unita ſi cenſum non ſoluit nu 57.
Mutatio ſtatus beneficiorum duplex eſt, Vna ſimplex & perpetua, altera temporanea, & qualificata; Prima docetur nu. 58. ſecunda nu. 59.
Et de utraq; nu 67.
Verius, quod illa ſecunda temporanea, & qualificata proprie non ſit mutatio ſtatus nu 60. & 61.
Beneficia regularia ordinis Hieroſolymitani detenta per 40. annos a Clericis ſecularibus, non requiſitis habitum d. Religionis aſſumere, ſi poſtea requirantur, ſtatum non mutarunt nu. 61. & ſeqq.
Diſpenſatio eſt relaxatio iuris comunis facta cum cauſæ cognitione ab eo qui poteſtatem habet diſpenſandi nu. 62
Et eſt odioſa nu. 63.
Et reſtringitur, ut tantum inferat, quantum in ſe habet, non ultra nu. 64.
Statutum excluſiuum fæminarum duplex eſt, Vnum, quod ſimpliciter, Alterum, ꝙ temporaliter excludit nu 65.
Statutum prædictum ſimpliciter excludens, perpetuo excludit nu. 66.
Temporaliter uero excludens, ſuſpendit tantum feminarum ſucceſſionem, donec maſculi extabunt nu. 67.
Fundans ſe in negatiua, eam probare debet nu 63.
Præſumendum eſt, omnes detinentes beneficia Sancti Sepulchri Dominici tempore unionis de ea Religione factę ad Religionem Sancti Ioannis Hieroſolimitani habitum aſſumpſiſſe d. Religionis Hieroſolimitanæ nu. 69.
Officialis, & magiſtratus quilibet in ſuo officio diligens præſumitur nu 70.
Teſtes iurati in termino, ſi examinati non ſunt præſumitur culpa partis, non officialis nu. 71.
Actus factus aliter, quam debet, præſumitur errore factus nu. 72.
Actum faciens, aſtringitur legi de eo loquenti nu. 73.
Libertas non faciendi aliquid, ad quod quis tenetur, ut præſcribatur, plura requirit nu. 74.
Et quę ſint illa eod. nu. 74. & ſeqq.
Poſſidens nomine alterius, non incipit pręſcribere, niſi a tempore interuerſę poſſeſſionis nu. 75.
Subditus non præſcribit contra obedientiam ſuperioris, niſi a die, quo requiſitus urgat ſe ſubditum eſſe nu 76.
Habens ius contra plures perſonas, ſi utitur eo contra aliquos, ſiue unum, conſeruat illud in eorum etiam quoad alios, ad impediendum præſcriptionem nu 77.
Habens præſumptionem iuris contra ſe, non præſcibit, niſi tempore immemorabili nu. 78.
Subditus aduerſus fidelitatis iuramentum præſcribit ſolum tempore immemorabili nu. 79.
Præſcriptio longiſſimi temporis non operatur in iuribus Religionis Hieroſolimitanę nu 80.
Longum tempus in rebus Religionis Hieroſolimitanę eſt nonaginta annorum nu. 81.
Vt tempus immemorabile probetur, multa requiruntur, remiſſiue nu. 82.
Tempus immemorabile reqrit ad minus centũ annos nu. 83
Licet aliqui dicant eſſe minoris temporis nu. 84.
Sufficit, beneficia eſſe ad collationem Religionis Hieroſolimitanæ ut gaudeant priuilegijs d. Religionis nu. 85.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

TAmetſi me pigeat in cauſa tam clara pro Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani ultra ea q̃ coram explicaui, quę ſatis abunde ad uictoriã ſufficiebãt ſcribere. ut tamẽ conſilium inſcriptis petẽti morem geram, perſtringam, quę ore dixi, & ea, quę nouiter ex aduerſo alleganſur, ſatis (ni fallor) leuia, & pro maiore parte extranea, remouebo, ut pſens cauſa Illuſtris ac Reuerendi Fratris Iulij Brauij Commendatarij Sancti Lucę d. ordinis, & Religionis in tuto omnino reponatur.

Prima igitur (ut aiunt) fronte, uidetur ꝙ D. Sinibaldus ſuper poſſeſsione beneficiorum d. religionis, quę obtinet, moleſtari a quoquã non poſsit
1 primo ex diſpoſitione Regulę Cancellarię ſummi Pontificis, de trien. poſſ. cũ non ſolũ tribus annis, uerũ etiam ulteriore tempore ea pacifice poſſederit ex quo aduerſus eũ nulla ſup illis controuerſia iudicialis, aut extraiudicialis mota fuit, & cõſequenter pacificus fuerit poſſeſſor, ut declarat Paul. eliz. Ino. & Card. clem. gratię. de reſcrip. idẽ Card. cõſ. 28. col. 3. & Gõ. ad d. regul. queſt. 53. maxime in fine

2 † Secundo quia uidetur pmiſſum huiuſmodi beneficia cõferri etiã clericis, & pſbiteris ſecularibus ex Bulla Pauli iij de qua in priuilegis d. Religionis productis, pagi. 22. ubi apparere uidetur ꝙ beneficia d. Religionis, quę cõſueuerunt conferri Fratribus d. Religionis ſaltem Cappellanis, & per abusũ longo, longiſsimo aut etiam immemorabli tẽpore ſecularibus collata fuerunt, poſsint conferri etiam clericis ſecularibus.

Tertio quia licet tota uis contra D. Sinibaldum fiat, quod requiſitus habitum d. Religionis intra ſex Menſes non ſuſceperit, ut tenebatur, tam ex forma certificationis ſuæ Collationis, quam etiam

etiam Bullarum, ut dicetur, attamen, quod ipſe
predictus beneficijs priuari debeat, licet habitum
adhuc non ſuſceperit, nullo modo ex hoc colligi
poſſe uidetur,

Nam quod attinet ad onus ei impoſitum uigo-
re d. ratificationis, uidetur duobus modis tolli
poſſe.

Primo Quia D. Sinibaldus cum habeat ſuas col
lationes ualidas, non indiget illa ratificatione, nec
ea utitur, ideoq; in ea contra ipſum ius aliqua fieri
non poteſt.

Secundo Quia cum illud onus iniunctum fuerit
iux. tenorem priuilegiorum & ſecundum ea ueniat
adimplendum poſt ipsā collationē, & adeptionem
beneficiorum intra ſex Menſes a die requiſitionis,
3 † atque ita modaliter, non conditionaliter, eum ue
niat adimplendum poſt ius quęſitum, ut declarat l.
r. & l. quibus diebus. §. Termilius ff. de cond.
& demon. & clare. Bero. conſ. 153. nu. 2 lib.
4 3. † illius oneris adimplementi defectus non facit
eum cadere in penam priuationis, niſi, legitime
fuerit interpellatus, & in mora conſtitutus l. ita
ſtipulatus, magna ubi Bar. & alij de uer. oblig.
Aret. conſ. 150. col. 4 Bero. d. conſ. 153. nu. 3. &
ſequē. Ipſe autē D. Sinibaldus non uidetur legitime
requiſitus, & in mora conſtitutus, eum Reueren-
dus Iulius Brauius non ſeruauerit ex parte ſua re-
quiſita ex forma ſtabilimentorū d. Religionis, hoc
eſt non ſuppeditauerit eidē ex redditibus ſuę Com
mendę 10: fructus, qui una cum illis, quos percipit
D Sinibaldus ex illis ſuis beneficijs aſcenderent ad
ſummam 30. ſcutorum quolibet anno, quinimmo
neq; hoc quidem obtulit.

Quod uero pertinet ad Bullas Summorum Pon
tificum, quibus quicunque clericus ſecularis deti
nens huiuſmodi beneficia, requiſitus intra ſex Men
ſes ſuſcipere habitum tenetur, pluribus modis ui-
detur poſſe reſponderi.

Primo Quidem, quia pręſuponitur, quod hu-
iuſmodi beneficia fuerunt oīa Religionis Sancti
Sepulchri Dominici, & licet pręrendatur prędicta
Religio. Sancti Sepulchri Dominici ſuppręſſa, &
extincta, ac etiam unita d. Religionis Sancti Ioannis
Hieroſolymitani nunquam tamen dd. beneficia ui-
dentur aſſumpſiſſe qualitatē habitus dictę Religio.
nis Sancti Ioannis Hieroſolymitani quinimmo ui-
detur probari ex depoſitione quinq; teſtium in pro
ceſſu pag. 101. & ſeqq. huiuſmodi beneficia fuiſſe
per clericos ſeculares ſemper retenta, & nunquā
eos d. habitum geſtaſſe, ideoque nec ipſum D. Si-
nibaldum hodie eorumdem poſſeſſorem ad eius
geſtationem arctari poſſe, aut debere.

Secundo quia non ſolum de facto poſſeſſores
huiuſmodi beneficiorum, de quibus agitur, & ali
orum, quę Religionis Sancti Sepulchri Dominici
fuerunt ante illius ſuppręſsionem, & extinctio-
nem, habitum Religionis Sancti Ioannis Hieroſo-
limitani non ſumpſerunt, uerum, nec de iure aſſu
mere uidentur cogi potuiſſe reſpectu unionis de eis
5 factę, † Quinq; n. ſpecies Vnionis Eccleſiarum re
periuntur Caccia. tract. de unio. articulo 2. nu. 1.
quarum una tantum, que fit per modum ſubiectio
nis, ſiue ita, vt vna filia ſit, alia mater, immutat ſtatū
regulam, qualitatem, & conditionem Eccleſię, que
unitur Caccialup. d. tracta. articulo 8. fere per totum
qualis non uidetur fuiſſe unio pdicta, ideoq; dd. be-
neficia ſtatū, & qualitatē Religio. Sancti Sepulchri
Dominici non amiſiſſe, minuſq; Religio. Sancti Ioīs
6 Hiero. aſsūpſiſſe vř. Quinimmo, † cum unionis pdi-
cte uerba nō appareant, ideoq; ſimus in caſu dubio
& dubietas declarari debeat pactus ſubſequentes,
arg not. l. q in adult. C. ad l. iul de adult. l. ſed Iulia.
§. ſed ſi ab initio ff. ad macedo. §. pauorū inſtit. de
rer. diuis Paris. cōſ 3. nu. 7. li. 4. & poſt unionē ea be-
neficia collata fuerint clericis ſecularibus abſq; eo
quod q; habitum Religio. Hiero. geſtauerint, inteꝑ-
tationē hanc ſumpſiſſe uidentur, quod per ſecula-
res abſque geſtatione d. habitus retineri poſsint.

Tertio quia eſto quod huiuſmodi beneficia olī Relig.
Sancti Sepulchri Dominici unita p modum ſubie-
ctionis fuerint, & ea obtinentes poſt unionē habitū
Relig. Sancti Ioannis Hieroſo. aſſumpſerint, & ge-
ſtauerint, cum tñ ſteterint p 40. annos, & ultra, ſtatū
mutaſſe uidentur, & de regularibus ſecularia facta
7 dicuntur, cum ſine dubio tanto † temporis ſpacio
ſtatus beneficiorum mutetur, Staph. de gratijs, &
expecta. titulo de mo. & for. impet. forma 8. nu. 3. &
ſeq. Io de Sel de beneficio parte 3. queſt. xj. nu. 127

Quarto Quia huiuſmodi facultas deferendi pre
dictum habitum, uidetur pſcriptum per 40. annos
& ultra, quibus clerici ſeculares poſſeſſores dd. be-
8 neficiorum predictum habitum non detulerunt, †
quę quadragenaria pręſcriptio ſufficit cōtra quam
cunque Eccleſiam, excepta Domina. Balb. in tract.
pſcrip. parte ultima ſub nu 1. uerſiculo prima &c.
9 † etiā ſi cōtrouerſia ſit inter Eccleſiā & Eccleſiā Nep.
a mont. Alb. in trac. de excep. articulo 25. nu. 5.
10 † ac etiam ſi ſit contra Eccleſiam ſibi ſuperiorem
c. de quarta. de pręſcrip. Micha. Vleur. de regi.
mundi. queſt. 3 par. 2. ſub nu. 8. & in terminis reſ
pectu Vnionis facit tex. c. cura. de iur. patro. ubi
Io: And. Abb. & alij Baldus d. ultima parte nu. 4.
& eod tract. titulo de pręſcrip Eccles. q. x. nu. 1.
11 Quod in caſu iſto uidetur indubitatum, † cum prę-
ſcriptio duplicata uideatur 80. ānorum argumento
not. l balliſta. ff. ad trebel. ut tradit Cepha. conſ.
12 329. nu. 39. lib. 3. † Immo immemorabilis, ut ex
13 depoſitione teſtium colligi uidetur, † quæ habet
uim tituli, ac priuilegij c. 1. de præſcrip. in ſexto
Fel. c. ſi diligenti nu. 7. & ſeqq. de præſcrip. cum
congeſtis per Ant. Gab. de præſcrip. concluſ. pri-
14 ma in princ. † & nunquā cenſetur ſublata per ali
quam diſpoſitionem Rolan. alios allegans, conſ. 59.
nu. xj. lib. 3. cum alijs per nos citatis ſupra conſilio
40. in fi.

Vltimo quicquid ſit de beneficijs proprijs Reli-
gionis Sancti Ioannis Hieroſolimitani quia non ui-
detur probatum, iſta, de quibus agitur, eſſe illius
Religionis, ſed tantum pertinere ad collationem
Reuerendi Commendatarij Sancti Lucę, ut fate-
tur ipſemet D. Sinibaldus in reſponſione ad terti
um articulum d. Commendatarij. & dato, quod
Eccleſia Sancti Lucę fuerit d. Religionis Sancti Se-
pulchri Dominici, & ea unita fuerit Hoſpitali San-
cti Io: Hieroſolymitani, non tamen idem probari
ōnino plene uidetur de beneficijs, de quibus agitur

Ceterū ſtabilimētorū, ſtatutorū, priuilegiorū, Bulla
rūq; omnū d. Relig. pdictę unionis uerbis & cōtextu

X 3 maturius

maturius perlectis, ac diſpoſitionibus iurium diligen
tiore cum perſitatis, contrarium de iure reſpooden
dum cenſeo.

Ad quod clariſsime oſtendendum ſuppono im-
25 primis in facto, † Innocentium octauum, ut tran
ſumptiue refertur in Bulla Pij iiij. pag. octaua & in
Bulla ipſius Inno. in proceſſu producta pag. 15.
& ſeq. fuſius continetur, certis de cauſis per eum
ibi expreſsis, Ordines, & Religiones Sancti Se-
pulchri Sancti Dominici Hieroſolomitani Ordi-
nis Sancti Auguſtini Militię Sancti Lazari in Bet-
helem, & Nazareth, & quoſdam alios ſuppreſſiſſe
& extinxiſſe, illaq; & omnia, atq; ſingula eorumdem
beneficia Eccleſiaſtica, & bona per vniuerſum or-
be in exiſtentia Hoſpitali, & Religioni Sancti Ioan
nis Hieroſolimitani vniuiſſe, & ſuppoſuiſſe.

26 † Secundo tam Eccleſiam Sancti Lucę, eiusque
bona, quam etiam beneficia, de quibus modo agi
tur, per D. Simbaldũ retenta, eſſe de membris d. Ec-
cleſię Sancti Lucę, quę cũ eſſent d Religionis Sãcti
Sepulchri Dominici ante d. ſupplementum & extin
ctionẽ, unita fuerũt Religioni Sancti Ioannis Hie-
coſolimitani ut ꝓbatur in proceſſu, pag 7 & 17 aut
ſaltẽ ad d. Religionis Collationẽ ſpectare, & ptinere
ut faſſus eſt ipſe D. Simbal. in ſua reſponſione ad d.
tertium articulum pag. 60.

27 † Tertio ordinem Religionis Sancti Ioannis Hie
roſolimitani regularẽ, omniaq; beneficia ad eum
pertinentia regularia, & conſequenter regularibus
non ſecularibus clericis conferenda eſſe, uti cetera
28 beneficia regularia Eccleſiaſtica, † cum hec quoq;
poſſeſſa a d. Religione Eccleſiaſtica beneficia dican
tur, ut late probat And. Sicul. clem. cauſã. § quod ſi
forſan nu. 27. 28. 29 & 30 de elect. ſiue ius cõune in
ſertum, ſiue Concilium Tridentinum, ſiue denique
ſtatuta, priuilegia, Bullasque d. Religionis ſpe-
ctemus.

29 † De iure comuni inſerto expreſſum eſt c. cum
de beneficio & ibi not. omnes. de pręb lib. 6. c. cum
cauſã coſſici elect c alius c. quidã de apoſta c. poſſeſ
ſione de reb. Eccle. non alie. Cardi. Clem. 1. q 21.
de ſupple. negli. prelat. Cepha. conſ 358. nu. 1. lib. 3.
& uarijs alijs in locis, quibus regularia regularibus
non autem ſecularibus clericis, aut pręſbiteris con
ferri iubentur.

30 † De concilio Tridentino apparet ſeſſ. ipſius 14.
c. x. ubi idem aperte ſtatuitur.

31 † De ſtatutis Religionis pędictę uidere eſt pagi
na ſtatutorum 162. ſtatuto 57, ubi cauetur, benefi
cia dictę Religionis uti regularia non poſſe confer-
ri alijs clericis, quã proprijs d. Religionis.

32 † De priuilegijs, & Bullis Summorum Pontifi-
cum clare conſtat multis in locis dd. Bullarum, pręę
cipue autem in Bulla Pauli iij. tranſumptiue in Bul
la Pij iiij. pagina 21. ubi dannatur uſus conferendi
dicta beneficia clericis ſecularibus, uocaturque abu
ſus, etiam quod ob defectum fratruum Capella-
norum ita illa collata fuiſſent, ut ibi dicitur, ſtatui-
turque, quod non obſtante huiuſmodi abuſu per
longum, longiſsimum aut etiam immemorabile tẽ
pus dicta beneficia conferri poſsint ipſis fratribus
dictę Religionis.

33 † Et licet Paul. iij. ibi explicite non dicat, An cle
rici ſeculares ita reperti poſsidere dd. beneficia, eis
ſtatim, uel aliquo tempore, & modo priuari poſsint;
Vere tamen uoluit, eos priuari poſſe, ſaltem ſi re-
quiſiti ad ſuſceptionem habitus d Religionis Hie-
coſolimitanæ eum intra ſex Menſes a die acquiſitio
nis non ſuſcepeerit, Id, quod oſtenditur, quia erat
ſtatutum Bulla Clem. vij. prædeceſſoris ſui, ut tran
ſumptiue apparet in Bulla Pij iiij. pagina 18. quod
& clarius poſtea firmatur á Pio iiij d. eius bulla ſo.
34 28 quibus duobus in locis clariſsime dicitur. † quoſ-
cunque clericos ſeculares, ſiue etiam (quod plus eſt)
regulares alterius Ordinis & Religionis quam Hie-
roſolimitane poſsidentes, detinentesue beneficia d.
religionis, uel etiam penſiones ſuper fructibus
eorumdem requiſitos ſuſcipere habitum, & Cru-
cem prædictę Religionis intra ſex Menſes a die d.
acquiſitionis, non ſuſcipientes, amplius illa detine
re non poſſe, quin immo eo ipſo intelligi uocare;
& ipſos detentores ad illa dimittendum, cogendos
eſſe, cum ergo id cautum eſſet in bulla Clem. Vij.
35 † quę ibi per Paul. iij. confirmatur, ipſe quoque
Paulus iij. idem depoſuiſſe intelligitur, omnia .n.
noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem im-
partimur, toquit Iuſti. l. 1. § omnia C. de uet. iur.
enuclean.

Et quatenus ipſe Paul. id minimẽ diſpoſuiſſet,
ſatis, ſuperque eſt a Clem. ſettimo cuius Bulla ab
alijs confirmata eſt, ac demum ab ipſo Pio iiij. ut
ſupra conſtitutum fuiſſe, Quibus ſtantibus, cum
D. Simbaldus clericus ſecularis dictorum beneficio
rum detentorum fuerit iam diu legitime requiſitus
ſuſcipere dictum habitum, tranſactisque non ſolum
ſex, ſed quam plurimis alijs Menſibus, illum ſuſci-
pere neglexerit apparet, eum ipſo iure eiſdem bene
ficijs, de quibus agitur, priuatum eſſe, ſolamque
declaratoriam contra eum expectari, prout per
petitum fuit, eamque nullo modo poſſe denegari.

Id quod ſi locum haberet (prout indubitanter aſ-
ſerendum eſt ex ſupradictis) etiam ſi D. Simbaldus
poſſeſſor dd beneficiorũ eſſet effectus ex colatione
ſibi ſimpliciter facta quanto magis indubitatum
eſſe debet, cum collationis per non habentem man
datum ſibi nulliter factę ratificatio fuerit ſubſequu-
ta cum onere ſuſcipiendi d. habitum, iuxta for-
mam priuilegiorum, ut in proceſſu pagina 23. certe
nullus dubitationis locus relictus eſt.

Non obſtant in contrarium ſupra allegata, in
quorum remotione dilucidius ueritas pręſentis
noſtrę conſultationis apparebit.

Nam Imprimis quod de regula poſſeſsionis
triẽnalis opponebatur, nullius eſt penitus momen-
36 ti. Primo quidem, † quia ea regula tuetur triennalẽ
poſſeſſorem, qui collationem habuit ex inſtitutio-
ne illorum, ad quos beneficiorum illorum collatio
prouiſio, electio, ſeu quęuis alia diſpoſitio, perti-
net, ut in ea regula dicitur, ſed D. Simbaldus, ſi uti
nolit cõfirmatione, ut ſupra dicebatur pro eius fun
damento, habuit collationem a non habente aucto
ritatem conferendi defectu mandati, ut ſupra, meri
37 to ea regula ſibi patrocinari non poteſt, † cum uer-
ba eius non conueniant l. 1. §. toties ff. damn. infect.
cum vulgaribus.

38 † Secundo ea regula procedit in poſſeſſore
triennali titulum coloratum, qui non reducitur ad
39 nõ titulum, ſecus alias, † quia titulus qui reductus ad
non

non titulum pro nihilo cōputatur c. dudum de deci.
30 l. quemadmodum, C. de agri. & cenſi. lib. xi. † ſicuti
quando cauſa reducitur ad non cauſam, perinde eſt
ac ſi actus factus non eſſet l. ſi fullo. ff. de cond. ſin.
cauſ. Alex. conſ. 206. col. pen. lib. 6. late Gome.
31 ad d. regulam q. 18. † & ideo ubi non adeſt titulus
coloratus, ea regula non procedit Gom. late ad
d. reg. q. 26. & 27. hic reducitur titulus ad non titu
lum uel ad titulum non coloratum, tum, quia ap-
paret de nouo iure conferentia, tum, quia propter
non ſuſceptum habitum intra tempus præſtitutum
poſt requiſitionem, deficit titulus ut ſupra, meri-
to &c.

Tertio magis appoſite, omiſſis omnibus alijs
32 reſpondetur † illam regulam, de triēnali poſſeſſore
non procedere, nec allegari poſſe in beneficijs d.
religionis, ut expreſſe cautum eſt in Bulla Pij iiij.
pag. ſeptima ideo in ſummotionem huiuſmodi argu
menti diutius laborandum non eſt.

Non obſtat q permiſſum uidebatur huiuſmodi
beneficia conferri clericis ſecularibus ex d. Bulla
Pij iiij. pag. 22. deducendo, ut ſupra, Quia reſpon
33 detur Primo iſtud in d. Bulla non dici generaliter
de omnibus beneficis Relegionis, ſed de ijs tantum
quæ dudum ſecularibus clericis collata reperiuntur
per longum, longiſſimum aut immemorabile tem
pus ut in d. Bulla clare legitur, Qualia iſta beneficia
eſſe non probatur, cum nec articulatum, nec pro-
batum appareat de conſuetudine conferendi tanto
tempore illa beneficia ante dictam Bullam, quæ
de præterita huiuſmodi collatione diſponit non de
futura, ut ſupra.

Secundo eſto, quod beneficia iſthec ſint, de qui
bus mentio fit in d. Bulla eo loco, & quod clericis
ſecularibus adhuc hodie conferri, & ea ipſi reti
nere poſsint, non propterea auertuntur noſtra fun
damenta quinimmo incōcuſſa permanent, & enim
34 probauimus ſupra, † clericos ſeculares, aut etiam
regulares alterius ordinis, quam Sancti Ioannis Hie
roſolomitani quocunque modo beneficia prædicta
detinentes, uel etiam penſiones ſuper eorumdem
fructibus habentes, quandocunque requiſitos ad
d. habitum ſuſcipiendum intra ſex Menſes non
35 ſuſcipientes, priuatos eſſe dd. beneficijs, † Vt er-
go una pars Bullę alia declaretur, argumento l.
utrum ubi Bar. Bal. & alij ff. de petit hæred. l. ſi
ſeruus plurium de leg. primo cum ſimil. dum Bulla
prędicta d. pagina 22. clericos ſeculares capaces dd.
beneficiorum eſſe permittit, non ſimpliciter, &
perpetuo intelligitur, ſed temporaliter, & cum di-
cta qualitate, ſuſcipiendi habitum cum fuerint re-
36 quiſiti, prout requiſitus fuit D. Simbaldus † Sunt
ergo, ut apparet, clerici ſeculares capaces dd. be-
neficiorum regularium temporaliter, donec non
fuerint requiſiti ad ſuſcipiendum habitum prędi-
ctum poſt moram factam in aſſumendo per ſex
Menſes incapaces

Non obſtat quod non uideatur fieri poſſe nim in
ratificatione collationis ipſius D. Simbaldi cum ipſe
ea non indigeat, ſtantibus eius collationibus quia
uere ipſe prædicta ratificatione indiget cum colla-
tio facta per prius ſibi non ualeret ex defectu man
dati ut ſupradictum eſt.

Non obſtat quod onus aſſumendi habitum im-
poſitum, fuerit iniunctum modaliter, nec requiſi-
tio videatur poſſe legitime facta, cum adimplenda
prius per ipſum Reuerendum Iulium Brauium non
fuerint adimpleta, ut debebat, per ſupra allegata
Quia reſpondetur negando, D. Simbaldum non
fuiſſe legitime requiſitum, Immo ſi diligenter cun
cta rimentur, apparebit, requiſitionem prædictam
fuiſſe omnibus ſuis numeris abſolutam cum intima
tione Capituli Prouincialis, tenore capitulorum,
ſtabilimentorum, Bullarumque omnium requiren
tium ſuſceptionem habitus intra ſex Menſes, cum
expreſſione pænę priuationis, & omnium aliorum
ad pleniſſimam notitiam, & intimationem facien
tia, ut in proceſſu pagina 65. & ſeq.

37 Nec facit illegitimam dici requiſitionem quod
Reuerendus Iulius Brauius non obtulerit D. Sini-
baldo ſupplementum fructuum ſuorum beneficio-
rum vſq; ad 30. ſcutos annuos, cum nec de iure
comuni vllibi dici credatur hoc requiri ad faciendā
legitimam requiſitionem, nec in dictis Bullis Sum-
morum Pontificum ita aliquem ad ſuſcipiendum
d. habitum requirens arctetur ad oblationem facien
38 dam, † quo caſu dubitari potuiſſet, an ea ultronea
oblatio præcedere debuiſſet, iuxta glo. clem. ſepę.
uer neceſſario de uer. ſignif. cum late congeſtis
per Tiraq. de utroq. retract par. 1 §. 1. glo. 17. nu. 1.
2. 3. 4. & 5. ubi rōcludit ex ꝓpria ſignificatione uer
bi, ubi a lege requiritur oblatio, intelligi de ultro-
nea, & ſpontanea, ſed ſolum dicitur, quod debe
39 at contribuere uſque ad dictam ſummam, † Et li-
cet quando quis aliquid conſequi vult de nouo pro
ſe, offerre ſponte teneatur id, ad quod ipſe obliga
tus eſt facere Bal. c. licet ſi de feu. diff. ſint ct. do. &
agna per l. ſi reſiduum C. de diſtrac. pig. Ias. in pre-
lud. feud. col. 22. vers. 4. ad idem adduco &c. Dec.
conſ. 421. col. 2. hic tamen Reuerendus Iulius Bra
uius nil conſequi pro ſe uolebat, ſed dictum D.
Sinibaldum habitum Religionis ſuæ geſtare, &
adimplere curabat, uti ſecundum dictam Regulam
40 tenebatur, † Deniq; Reuerendus Iulius Brauius
diuinare non tenebatur an d. D. Sinibaldus eo augu
mento indigeret; debuit igitur D. Sinibaldus in ca
pitulo, ad quod uocabatur, comparere, in eoque
Reuerendum Iulium Brauium ad prædictam con-
tributionem requirere, notificando ei modicos ſuo
rum beneficiorum fructus, & ea contributione ſibi
conſtituta, offerre ſe paratum habitum prędictum
aſſumpturum, delaturumq;

Cæterum quicquid ſit de onere prædicto appoſi
to in d. confirmatione collationis, ſatis eſt, quod
in ipſis quoq; Bullis illud imponitur detinenti dicta
beneficia, ut ſupra dictum fuit.

Nec ex defectu dilationis d. habitus, priuatio-
nem beneficiorum euitare poteſt D. Sinibaldus ex
eo, quod dicta beneficia nunquā aſſumpſerit qua-
litatem habitus d. Religionis Sancti Ioannis Hiero
ſolimitani ut dicitur probari quinque teſtibus, in
proceſſu pagina 105. & ſeq. Quia reſpondetur.

Primo non eſſe uerum, nam Baldus Veracrhię
ſecundus teſtis nihil ſuper hoc depoſuit, D. Domi
41 nicus tertius teſtis & D. Andreas quartus † non de-
poſuit negatiuā hanc coarctatam, uti debuiſſent,
videlicet, quod illi non potuiſſent geſtare, quin
ipſi uidiſſent, ad tradita per Bal. l. 1. § hoc edicto
uerſiculo

uers. ulterius quero ff. de iti. actuq; priua. Dec. conſ. 173. nu. 3. & conſ. 424. nu. 19. quia teſtis deponit ſolum de unico Rectore unus ex dictis beneficijs, nec aſſerit, quanto tempore Rector fuerit. Alij uero teſtes idest primus & ſextus licet conentur illam negatiuam, ut debet, deponere, tamen uti ponitur in articulis, & ut debuit, eam plene non probant; quia primus deponit tantum de annis decem, quibus ipſe Rector fuit, & de duobus Rectoribus anteceſſoribus nihil deponens de eorum tempore, & tamen potuerunt Eccleſiam illam habuiſſe per modicum tempus, & per ceſſum uel deceſſum ciro uacaſſe, eodem modo dictus ultimus teſtis licet deponat de tribus Rectoribus per eum cognitis, nihil tamen de tempore, quo uixerunt aut tenuerunt dictas Eccleſias aſſerit, ita, ut digno ſci non poſſit ex eius atteſtatione, quam diu prędictus abſus non geſtandi habitum prędictum, ino

42 luerit, † ideoq; patet, huiuſmodi probationes plene, & neceſſario non concludere ut debent c. in præſentia. ubi omnes communiter de probat.

Secundo quicquid ſit de iſtis teſtibus, non probant de omni euo, & tempore immemorabili, ut probare intendit D. Simbaldus & præſupponitur pro batum, nam nec ipſi deponũt de modico tempore x. annorum, uel paulo pluribus annis, qui nihil releuat ad hanc præſcriptionem inducendam, ut clarius infra repellendo ipſam preſcriptionem, dicetur.

43 † Tertio dato, quod prædicti teſtes omnes concorditer, & firmiter probarent prędictum abuſum per longiſsimum, aut etiam immemorabile tempus nihil tamen hoc releuaret in præſenti caſu, quia forte illi de quibus iſti deponunt, nõ fuerunt teque ſiti, ut requiritur ad faciendum inhabilem, & incapacem horum beneficiorum clericum ſecularem ex ſupradictis.

Non obſtat, quod beneficia olim Religionis Sancti Sepulchri Dominici non fuerint unita per modum ſubiectionis Religioni Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Quia ut hoc tollatur in quo audio fieri magnum fundamentum, pro reſponſione aduertendum eſt, inprimis preſuponi quędam in facto pænitus falſa.

44 † Primo quidem, dum aſſeritur, beneficia olim Religionis Sancti Sepulchri Dominici ſtatum non mutaſſe, cum clarſsime contrarium appareat, per illius Religionis ſuppreſsionem, & extinctionẽ, de qua in d. Bulla, quę ſtatum immutauit, ut ibi expreſſe dicitur, & de iure eſt, ut infra mox pro babitur.

Secundo dum dicitur, ea beneficia non aſſum-

45 pſiſſe ſtatum, & qualitatem Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, quia hęc negatiua legitima probata non fuit, ut ſupra dictum eſt.

46 † Tertio dum aſſeritur, non extare uerba dictæ Vnionis, cum tamen producta ſit Bulla Vnionis factę per Inno. viij. in proceſſu fo. 55 prout Paulo infra in ſuis allegationibus ipſi aduerſarij inaduertenter fatentur.

47 † Quarto dum ſuponitur, Vnionem prędictam eſſe unam ſpeciem extra illam quæ fit per modum ſubiectionis, quia ueritas eſt, hanc unionẽ factam per modum, & uiam ſubiectionis

Nam ſi curſim (ut ita dixerim) & uno oculorum ictu, ne dicam ſedulo, & paulo diligentius mentis acie uoluentur, & conſiderentur uerba dictæ Vnionis, apparebit clariſsime, quod ordo, & Religio Sancti Sepulchri Dommici, & aliæ, de quibus ibi, ſupprimuntur & extinguuntur, & ſubinde uniuntur Hoſpitali, & Religioni ſancti Ioannis Hieroſolymitani, ita ut Eccleſię, & beneficia, res & bona earum Religionum ſuppreſſarum, & extinctarum ſubſint Religioni ſancti Ioãnis Hieroſolymitani, ut patet, ibi & magiſtri, & conuentus prędictorum mandatis obtemperent, & ruſus, ibi abſq; expreſſo conſenſu, licentia, & auctoritate magiſtri, & conuentus prędictorum & multis alijs in locis dictę Bullę, qui conſulto omittuntur.

48 Quinimmo expreſſe ibi dicitur, quod perſonę quę tẽpore ſuppreſsionis, & ſubiectionis illius beneficij, res, & bona ordinum illorum ſuppreſſorũ, & extintorum detinebant, habitum Religionis Hieroſolymitanę prędictæ aſſumere, geſtare, & inſtituta ſeruare tenerentur, ut patet ibi, & uolumus ut de cętero illum geſtandi habitum, qui per fratres dicti ordinis Hoſpitalis geritur, & habeturi ac illius regularibus inſtitutis ſe conformente. Quibus ſtantibus, negari minime poteſt, quin prędi-

49 cta Vnio facta fuerit per modum ſubiectionis † licet enim, quando Eccleſię ſimul uniuntur, quælibet ſuas qualitates retineat, quia neutra alteri ſup-

50 ponitur, † quando tamen una alteri unitur, vt hic factum fuit, omnes uno ore admittunt, quod vnio ſit per viam ſubiectionis, quaſi una mater, altera filia ſit glo. Archi. & omnes c. & tempore 16. q. 1. Pet. Vbald. de vnio. c. 1. nu. 5. & ſeq. ſequitur idẽ Caccia. in contrarium citatus d. articulo 2. & 8.

51 † Quod indubitatum eſt multo magis, quando pręcedit ſuppreſsio, & extinctio vnius Eccleſię, vt hic, quia tunc ſine dubio ſit mutatio ſtatus c. cum acceſſiſſent de conſtit. Pet. Vbald de mutatio. ſtat. Eccles. in princip. nu 3. ſtante igitur ſpecie vnionis per modum ſubiectionis beneficia olim d. ordinis Sancti Sepulchri Dominici facta ſunt Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & qualitatum illarum, pręcipue eum onere perſonarum illa deti-

52 nentium aſſumendi prædictum habitum, † quia capellæ, & beneficia Eccleſię, quę vniuntur, tranſeunt in poteſtatem, & qualitatem eius Eccleſiæ, cui vniuntur, ſecundum Vinc. & alios d. c. & temporis.

53 vbi Archi. nu. 5. † ſicuti ſi paterſamil. arrogatur, omnes, qui ſubſunt ei, arrogari dicuntur § illud.

54 Inſtit. de adopt † & omnes capite minui intelligun

55 tur l. 2. §. liberis ff. de capit. dimi. † & ſi monaſterium, quod unitur, perit, capellę eius remanent monaſterij cui vnitur, argumento e. cum ſingula

56 de preben. lib. 6. & econtra, † ſi euincatur Eccleſia, cui ſit vnio, cenſetur euinci etiam Eccleſia hoc

57 modo vnita, † ſicuti interdici poteſt Eccleſia vnita pro Eccleſia, cui fuit vnita, ſi cenſum non ſoluit, vt hæc, & plura alia ſimilia congerit Pet. Vbald. d. c. 2. in princ. de uni. Eccles. Cum igitur hęc, de qua agitur, fuerit ſine dubio Vnio per uiam ſubiectionis, & expræſsim cautum fuerit in ea, quòd perſonæ prædicta beneficia detinentes tenerentur geſtare habitum Religionis Sãcti Ioannis Hieroſolymitanæ, non ſolum tollitur argumentum in contrarium

trarium ad ductum, uerum etiam eetoequetur ex
his, quę ab ipſis met arguentibus dicebantur, uide
licet, quod quando unio facta eſt pee uiam ſubie-
ctionis, beneficia, quę uniuntur, ſtatum, & con-
ditionem antiquam perdunt, & aſſumunt Eccleſię
illius, cui uniuntur, prout ueriſsimum eſt ex ſupra
allegatis.

Non obſtat, quod beneficia, de quibus agitur,
uideantur rurſus ſtatum mutaſſe, ex eo, quod poſt
unionem etiam per tempus 40. annorum, & ultra
fuerunt collata Clericis Secularibus, & per eos
ſemper eetenta ſine habitus prædicti geſtatione,
ut dicitur probari in peoceſſu, pee quod tempus be
neficia eegularia potuerunt ſecularia fieri, ut ſupra
Quia reſpondetur Primo in proceſſu dictam nega-
tiuã minime piobatam eſſe, ut abunde ſupra dedu
ctum fuit.

Secundo dato, quod id peobaretur, reſponderi
58 poteſt, † duplicẽ conſiderari poſſe ſtatus mutatio-
nem, unam ſimplicem, & perpetuam, poue, quan
do clericis ſecularibus per 40. annos collata eſſent
beneficia eegularia, nulla pręuia diſpenſatione
apoſtolica, temporanea, quia tunc facta eſſet mu-
59 tatio ſtatus ſimplex, peepetua, & uera, † Alteram
temporaneam, & qualificatam, puta, dum Pon-
tifex, ut in caſu noſtro, ex diſpenſatione permittit
regularia beneficia conferri clericis ſecularibus,
cum oneee aſſumendi habitum regularem intra ſex
menſes, poſtquã fueeint requiſiti; iſto .n. caſu eſt
mutatio ſtatus quędam temporanea, donec illi fue-
60 rint requiſiti, † quę tamen peoprie non eſt muta-
tio, aut ſi eſt, non nocet ordini regulari, quia ſi-
multaque ei libuerit requirere illos ſeculares ad ha-
bitum, & regularẽ uitam reuocat ſtatum illum tem
poraneum ſecularẽ ad regularem, quia illi eequiſi
ti habitum ſuſcipeee, & profeſsionem emittere,
aut ipſi ſuſcipiunt, aut beneficia eorum uacantia re
gularibus conferuntur, ut in Bullis ſupra citatis.
Vnde admiſſo, quoad ſit iſta ſtatus mutatio nihil
pręiudicat.

Tertio uerius eeſpondetur, uegando hic ali-
quam mutationem ſtatus accidere, immo totum cõ
61 trarium oſtenditur, † Etenim Summi Pontifices
in dictis Bullis dum permittunt prędicta benefi-
cia eegularia conferri ad tempus, ut ſupra ſeculari-
bus contra ius, procedunt per uiam diſpenſationis
ut ex uerbis eoeum aperte dignoſcitur, dum dicunt
ſe ita diſpenſare, Quæ diſpenſatio non immutat
ſtatum beneficioeum, quę ſempee permanent ſecu
laria, ſed habilitat perſonas ſeculares alias inhabi-
les ad beneficia regularia d. c. cum de beneficio cũ
alijs ſupra fuſius allegatis, & quidem non ſemper
ſed ad tempus, donec requiſiti non fueeint, ut ſu-
62 pra cum .n. † diſpenſatio ſit relaxatio iuris comu-
nis facta cum cauſę cognitione ab eo qui diſpen-
ſandi auctoritatem habet glo. c. niſi rigor. e. q. 7.
& Ab. c. Fraternitatis nu. 4. de ſciſma. per hanc
Pontifices relaxando regulam iuris comunis, quę
eſt, quod ſecularis non ſit cãpax ad retinendum
beneficia regularia d. c. cum de beneficio. cum ſi-
mil. facit illos habiles, non autẽ qualitatẽ, & ſtatum
beneficiorum mutat, quin potius, ſi qua mutatio eſt
ex partę obtinentiũ ea, nõ ex parte beneficiorũ ac
cidit, alias diſpenſatione opus non eſſet, ut de ſe pa
63 tet, & probatur ex eo, quod † diſpenſatio eſt odio
64 ſa, † & reſtringitur, ut tantum inferat, quantum
in ſe habet, non ultra, c. quod dilectio de conſang.
& affi. c. 1. & 2. de fi. pręſbi. lib. ſexto. Abb. c. di
65 lectus filius ſub nu. 1. de conceſ prębe. † Id, quod
ulterius in ſimillimis terminis peobari poſſe uide-
tur, argumento eoeum, que dicunt Doct. de ſta-
tuto excluſiuo feminarum, conſiderantes, quod
dupliciter poteſt excludere fœminas peoptee maſ-
culos Vno modo ſimpliciter, Alio tempora-
litee.

66 † Priore .n. caſu fęminę perpetuo excluduntur
ideoque facultas ſuccedendi, quę iure comuni eis
competebat, extinguitur penitus, & ex parte maſ
culorum cauſari dicitur acquiſitio extinctiua, quia
illam fęminaeum extinguit.

† Secundo uero caſu, non, quia tantum ſuſpen
ditur ſucceſsio fęminarum, ideoque ſi temporaliter
ſtatutum loquatur, quod fęminę ſuccedere non
poſsint, donec maſculi extabunt, earum ſucceſsio
ſtat in ſuſpenſo, & maſculis deficientibus, ſucce-
dunt, uelate colligitur poſt multos alios ibi per eũ
citatos, ex traditis à Bru. de ſtat. exclus. fęmi. artic.
x. in 5. q. princ. nu. 62. & ſeqq. Doctores
ergo dum mutari ſtatum dicunt, loquuntur de
mutatione ſimplici, perpetua, & extinctiua, non
de temporanea, & ſuſpenſiua, ut hic, quia iſta non
afficit, Vnde admittimus D. Sinibaldum ex diſpen
ſatione fuiſſe capacem, donec non fuit requiſitus ad
habitum, ſed negamus poſtea, & perpetuo capa
cem eſſe, & nobis ſatis eſt ex dictis Bullis pe
uentum eſſe ad caſum, quo ipſe D. Sinibal
dus deſinit eſſe capax eorum beneficiorum, aut
beneficia peedicta redeant ad omnimodam eoeum
eegularitatem

Non obſtat, quod huiuſmodi facultas non de-
ferendi habitum pee clericos ſeculares beneficia
huiuſmodi detinentes, uideatur præſcripta ſpacio
circiter 80. annorum, quibus eum habitum non
detulerunt.

Quia eeſpondetur Primo huiuſmodi negati-
uam non eſſe probatam, ut ſupra abunde dedu-
68 ctum fuit, † cum tamen per D Sinibaldum pro-
banda fuiſſet, quia in ea conſiſtit fundamentũ ſuę
intentionis Bar. l. in illa ſtipulatione de uer. oblig.
Alex. conſ. 39. nu. 1. lib. 1. conſ. 37. nu. 13. lib. 2.
conſ. 123. nu. 2. lib. 7. Corue. conſ. 87. nu. 2. lib.
3. Dec. conſ. 534. nu. 9. & conſ. 629. nu. 3. & conſ.
649. nu. 9. cum ſimil. quinimmo preſumptio eſt
69 in contrarium, † quia cum Inno. 8. Anno Domi-
ni 1489. ſuppreſſerit, & extinxerit Religionem
Sancti Sepulchri Dominici, illiuſque perſonas,
res, & bona applicauerit Religioni Sancti Ioannis
Hieroſolimitani cum oneee deferendi d. habitum
Sancti Ioannis Hieroſolymitani relicto illo Sancti
Sepulchri Dominici, ut in peoceſſu pag. 15. & ſum
matim in Bulla Pij iiij. pag. 52. tenendum eſt pro
firmo, quod perſonę tunc tempoeis detinentes dicta
bona Religionis d. Sancti Sepulchri Dominici uni
ta religioni d. Hoſpitalis, reliquerint habitum
Sancti Sepulchri Dominici, & aſſumpſerint habi-
tum Sancti Ioannis Hieroſolymitani cura, & diligen
tia Magni Magiſtri Religionis Sancti Ioannis pręͤ-
70 dicti, † cum quilibet officialis, & magiſtratus prę
ſumatur

ſumatur diligens in offo.ſuo l. 3. C. de ſuſcept. lib.
x. per quem tex. Bar. l. damni §. ſabini ff. de dan.
71 infec. dicit, † quod ſi teſtes iurarunt in termino, & ex
aminati non fuerunt, præſumitur id accidiſſe culpa
72 partis, non ipſius officialis, † maxime cum etiam
generaliter per quamlibet actus non præſumatur ali
ter factus, quam explicari deberet, & ſi aliter factus
reperiatur, per errorem factus dicatur l. quoties §.
tantundem ff. de here. inſti. Alex. conſ. 156 col. 2.
73 lib. 6 † & ille, qui actum facit aſtringit ſe legi de
eo loquenti, ſecundum Bal. l. ſi duo per illum tex.
ff de acqui hære. cum igitur, ut ex ſuperioribus li-
quet aſſumptum probatum non fuerit, quinimmo
præſumptio ſit in contrarium dubitatio propoſita
eſt penitus ſummota

Secundo eſto, quod probaretur Antecesſores
D. Sinibaldi in dd. beneficijs per longum aut lon
giſsimum tempus habitum prædictum nō geſtaſſe
non propterea libertas non deferendi eum preſcr
74 pta dici poteſt, † quia quando agitur de præſcribe
da libertate non faciendi aliquid, ad quod quis
tenetur, ut ea poſsit perfici, requiruntur plura
& præcipue duo, primo quod dicens ſe præſcripſiſ
ſe, probet ſe fuiſſe requiſitum illud facere, alias
numquam præſcribit l. cum ſcimus. cum ibi nota-
tis per Bar C. de agri. & cenſi. lib. xj. Secundo quod
probet, ſe ita requiſitum contradixiſſe l. hec autem
iura ff. de ſer. ur. prædi. ita colligitur ex Alex cōſ.
236. in cauſa & lite col. pe. ad fi. lib. 2. dū in ſimili
per hæc firmat, libertatem non ſoluendi gabellam
per quēquē preſcribi non poſſe, niſi requiſitione &
contraditione, ut ſupra concurrentibus. clarius
& generalius, Bald. in tract. preſcrip. 2. par. v. par
75 princ. q. 7. † Ad quod non modicum facit l. male
agitur C. de preſcrip. 30 uel. 40. annorū ubi poſsi
dens nomine alterius, non incipit preſcribere, ni
ſi a tempore interuerſæ poſſeſsionis quod tradit
Paul. Caſtren. conſ. 213 col. 1. ad fi & conſ. 297.
76 col. 2. lib. 2. Aym conſ. 27. nu. 5. † Ad idē, quia
ſubditus non preſcribit contra obedientiam ſuperi
oris, niſi a die, quo requiſitus denegat ſe ſubditum
eſſe, Ias. poſt alios, quos ibi recenſet l. is qui pu
tat col. 2. in fi. ff. de acqui. hære. & idem. Aymo d.
conſ. 27. ſub nu. 5. in fi ie Hic autem non probatur
Antecesſores D. Sinibaldo fuiſſe requiſitos ad ge-
ſtationem d. habitus, & requiſitioni contradixiſſe
merito pretenſa allegata preſcriptio, nec completa
nec dd. Antecesſorum tempore cœpta dici poteſt.

77 † Tertio predicta præſcriptio prætendi non po-
teſt, quia Religio, & commendatores prædicti
quoad delationem d. habitus habent ius contra plu
res perſonas, hoc eſt contra omnes, quot quot ſūt
qui Eccleſias d. Religionis detinent ex ſupra di-
ctis. Vnde ſequitur iuris ſolidiſsima concluſio, quod
habens ius contra plures, ſi utatur eo contra ali-
quos uel etiam unum conſeruat ſibi illud in totum,
etiam quoad alios ad impediendum præſcriptio-
nem l. ſi is qui uſumfructum ff. de uſu & poſt Pa-
ul. Caſtr. Corn. & alios, quos ibi adducit, firmat
pro claro Aymo d. conſ. 27. nu 2.

78 † Quarto prædicta præſcriptio eliditur, quia qui
libet dd. Eccleſias detinens, tenetur d. habitum ge
ſtare de iure ex ſupra citatis locis, ideoque habent
preſumptionem iuris contra ſe, quo caſu, ad per-
ficiendam præſcriptionem, alijs requiſitis, de qui
bus ſupra concurrentibus, requiritur etiam tempus
cuius initij memoria non exiſtat in contrarium c.
1. de præſum. lib. 6. §. 1. aut. ut nulli iud. Bal. cōſ.
370. uerba reſcripti col. 1. lib. 3. Decis. Pede. 116.
79 nu. xj. Aym. d. conſ. 27. nu. 1. † ubi propterea
concludit, ſubditum aduerſus iuramentum fideli-
tatis, quod de iure præſtare tenetur, præſcribere
tantummodo tempore immemorabili. ut uoluit e-
tiam Ab. conſ. 81. col. 2. uerſiculo ſecundo princi
paliter a. lib. 1. quod in præſenti caſu nullam prop
80 ſus dubitationem habet, quia ultra ius comune, †
in priuilegijs d. Religionis expreſſum eſt, quod iu
ra d. Religionis non tollantur longiſsimi temporis
præſcriptione, ut in d. Bulla Pij quarti pag. 15.
81 16. 17. & 22. † longum autem tempus in rebus d.
Religionis intelligitur 99. annorum, ut aperte de
claratur in eadem Bulla pag. 20. & 21.

Quod quidem immemorabile tempus in præſen
82 ti caſu cucurriſſe non fuit probatū, † cum multa re
quiratur ad eius probationem de quibus glo. ſinal
c. 1. de præſcrip. & late poſt Bal. Angel. Vero.
Feli. Ias Balb. & alios per ferret. conſ. 61. nu. 12
lib. 1. & per d. Decis Pedemon. nu. 12. & decis.
101. nu. 16. quæ requiſita nec probata hic, nec de
ducta fuerunt † Quinimo immemorabilis præſcrip-
tio hic probari non poſſet cum ab ipſa unione, ne
dū apprehenta non geſtatione habitus, prædicti,
non cucurrerint adhuc niſi 80. anni, paulo plus, mi
nuſue, ſi recte anni ab illius unionis data computen
83 tur, quod tempus immemorabile non dicitur, † cū
requiratur ad minus centum annos Feli c. ad audien-
tiam col. 8. ad fine uerſiculo limita quinto de præ-
ſcript. poſt Cardi. c ſi diligenti in fi. de præſcrip.
& idem Feli. c. cum nobis col. 2 uers. & ex eo eod.
tit. Curt. Iuni. conſ. 90. col. fina. Gaſp. Vallen. l.
imperium nu 78. de iuriſd. om. iud. & alij uarijs
84 in locis, & quamuis non me lateat, † non deeſſe
qui teneāt, in præſcriptione immemorabili non re-
quiri tempus centum annorum, ſed probari poſſe
eo modo, quo tradidit glo. clemen. 1. de preſcrip.
ſat eſt, quod ille modus probandi uidetur æquipol
lere dicto tempori centum Annorum at hic neque
etiam per illum modum probatum fuiſſe apparet
ut ſupra, merito &c.

Non obſtat, quod beneficia, ſuper quibus eſt
controuerſia, non ſint dictæ Religionis Sancti Ioan
85 nis Hieroſolymitani, † quia ſatis eſt, quod ad col-
lationem eiuſdem Religionis pertineant, ut faſſus
eſt ipſe D. Sinibaldus ad d tertium articulum in
proceſſu pagina 60. Quia ſi inſpiciatur Bulla Pij
Quarti multis in locis ſignanter autem pagina 28.
ibi ac beneficia Eccleſiaſtica ad præſentationē ſeu
collationem &c. ac nouiſsime ex bulla Greg xiij.
pluribus in locis id aperte dicēns apparebit, ſuffi-
cere quod beneficia pertineant tantum ad collationē
ad hoc ut ea detinens poſsit requiſitus arctari ad
geſtationem habitus prædicti uel ad ea dimittenda

CON-

CONSILIVM XXXXIIII.

Argumentum.

Rurſus multa de pertinentibus ad religionem Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

Præcipue an Clericus Secularis detinens beneficium dictę Religionis, monitus ut ſuſcipiat habitum illius religionis, & non ſuſcipiens intra VI. menſes priuetur illo beneficio.

An & quando uerba enunciatiua unius, uel plurium inſtrumentorum in antiquis probent.

In qua materia declarantur multa præcipue dicta per Aret. Soc. Natt. & Rimi. Iunio. ubi per illos .j.

An libris,& ſcripturis,aut etiā lapidibus ſculptis fides adhibenda ſit antiquis.

SVMMARIVM.

Exceptio de iure tertij excluſiua iuris agentis facit ut actor obtinere non poſſit nu. 1.
Et non eſt proprie exceptio, ſed negatio intentionis nu. 2.
Fallit concluſio ſi per actorem probatur illum tertium ius non habere nu. 69.
Actore non probante ſuam intentionem reus abſoluitur nu. 3.
Beneficia omnia in dioceſi alicuius Epiſcopi conſiſtentia ad illius collationem ſunt regulariter nu. 4.
Verba enunciatiua in antiquis probant nu. 5.
Ratio nu 49.
Item alia ratio nu. 50.
Etiam ſi enunciatum tempore actus interuenire non poteſt nu. 25.
Etiam ad aliud uerba emiſſa nu. 17.
Imo plurium inſtrumentorum inducunt comunē opinionem nu. 26.
Etiam ſi aliqua ex dictis inſtrumentis aliquo defectu laborent nu. 27.
Indubitatum ſi de modico preiudicio agitur nu. 28.
Indubitatum, ſi concurrunt uериſſimilia nu. 31. & nu. 35.
Limit. concluſio principalis ſi uerba ſunt Vnius tantum inſtrumenti nu. 6.
Contra nu. 52.
Limit. etiam ſi plurium inſtrumentorum manu tamen eiuſdem notarij omnia ſint, quia pro uno reputātur nu. 7. & 47.
Contra nu. 48.
Maxime ſtantibus alijs adminiculis nu. 58.
Subſtineri poteſt limitatio in materia finium nu. 57.
Limit quando perſona enuncians eſt ſuſpect. nu. 8. & nu 59.
Hęc non tuta. nu. 60.
Vel procedit quando omnes perſonæ enunciantes ſunt ſuſpectæ ſecus alias nu. 62.
Item ſecus ſi inſtrumenta omnia non habent ortū a ſuſpectis nu. 63.
Item ſecus quando pro enunciato adſunt alia adminicula, & præſumptiones nu 51.
Clericus ſecularis detinens beneficium Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani monitus ſuſcipere illius ordinis habitum, intra 6. menſes non ſuſcipiens priuatur illo beneficio nu 9.
Clericus geſtans publice multis annis habitum Hieroſolymitanum uti prior Eccleſię illius ordinis, facit preſumi Eccleſiam illam eſſe illius religionis nu. 10.
Subdiaconatus probatur per ſcripturā nu. 11.
Item probando quod pro ſubdiacono quis lōgo tempore habitus fuerit eod. nu. 11.
Eccleſia probatur regularis ſi pontifex eam regularem nominauit in antiquis nu 12.
Idem in non antiquis nu. 13.
Pontifex in beneficialibus habet pleniſſimam poteſtatem nu. 14.
Scriptura, & Sculptura in loco publico in antiquis plene probat etiam contra tertium nu. 15.
Immo inducit notorium nu. 16.
Et imputandum eſt ei, qui non curauit amoueri, cum de preiudicio ſuo ageretur nu. 17.
Etiam in facto de recenti nu. 18.
Libris priuatis non creditur contra tertium in antiquis nu. 19.
Fallit ſi multę alię partite uerificantur nu. 20.
Saltem concurrentibus alijs adminiculis nu. 21.
Libris rationum concurentibus alijs adminiculis creditur regulariter nu. 22.
Preiudicium leue dicitur uerſari quando agitur de conferendo beneficio nu. 29.
Preiudicium leue dicitur conſiderari quando agitur de dando uni Eccleſię & de auferendo alteri nu. 30.
Teſtes de auditu in antiquis probant nu. 31.
Bonus quilibet pręſumitur nu. 32.
Teſtibus clericis magis creditur quam laicis nu. 33.
Veriſimile non eſt, quod Epiſcopus patiatur conferri per alium beneficium ad ſe pertines nu. 34.
Probationes duę ſemi plenæ faciunt unam plenam nu. 37.
Maxime in antiquis nu. 38.
Singula quę non proſunt unita iuuant. nu. 36.
maxime in antiquis nu. 39.
Religionis Sancti Sepbulchri ſuppreſſio facta fuit, illaq; & eius beneficiorum & perſonarum unio Religioni Hieroſolymitanę per Inno viij nu 40.
Eccleſia Sanctę Crucis Sępius collata per commendatarios Hieroſolymitanos nu. 41.
Epiſcopus per multos annos non conferens eccleſiam uacantem in ſua dioceſi preſumitur non habere ius conferendi illam nu. 42.
Et ſi habet amittent nu. 70.
Beneficia regularia conferenda ſunt regularibus nu. 43.
Beneficium regulare dicitur, ſi collatum ſemel reperitur per regularem regulari, a quo diu poſſeſſum pacifice fuit nu. 43.
Maxime ſuperiore ſciente & patiente nu. 45.

Maxime

Maxime ſcelente, & patiente etiam ordinario loci collatore nu. 46.
Natta conſ. 288. declaratur nu. 53. 55. & 56.
Rimi. conſ. 76. declaratur nu 53. 55. & 56.
Ratio generalis facit cenſeri dictum generale nu. 44.
Vir religione praditus caret ſuſpitione nu. 61.
Preſumptio una tollit aliam nu. 64.
Fama non probatur quando ortum trabit a dicto perſonę ſuſpectę nu 66.
Fallit ſi ortum habet etiam ab actu. nu. 67.
Poſſeſſio ſiue quaſi poſſeſſio iuris conferendi beneficium nil habet commune cum iure conferendi nu. 68.
Ius conferendi eſt praſcriptibile nu 71.
Maxime per tempus immemorabile nu. 72.
Etiam priuatiue ad ordinarium nu. 73.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

ILluſtris ac Reuerendus
Frater Iulius Brauius
Miles Hieroſolymita-
nus obtinens cõmendã
Sancti Lucæ Ciuitatis
Peruſiæ, prætendens illi-
us membrũ eſſe Eccleſiã
Sanctę Crucis P.S.Petri
eiuſdem Ciuitatis egit
contra D. Nicolaum Benedicti detinentem dictam
Eccleſiam Sanctę Crucis ſub titulo prioratus ad
pœnam priuationis, ex quo in termino ſibi pręfixo
habitum d. Religionis Hieroſolymitanę in ſtatu
fratrum cappellanorum obedientię iuxta formam
ſtabilimentorum dictę Religionis non ſuſcępit;
In quo iudicio Reuerendus Epiſcopi Peruſini Vi-
carius D. Nicolaum tandem abſoluit, Motus præ-
cipue, ut relatum fuit, quia dubij iuris non eſt,
1 † quod exceptio de iure tertij, quando eſt excluſi-
ua iuris agentis officit, ut actor obtinere non poſsit
2 l. 2. ubi plene Bar. & Soc. ff. de except. rei iud. † Nã
cum proprie tunc non ſit exceptio, ſed negatio in
3 tentionis. † ſi actor intentionem ſuam ſibi negatam
non probat ſuccumbit l. qui accuſare C. de eden.
ut inquit Soc. d. l. 2. ſub nu. 6. In pręſenti caſu D.
Nicolaus excepit de iure tertij, nempe ordinarij
4 collatoris Epiſcopi Peruſini, † quia omnia benefi-
cia ſuæ diœceſis ſuæ iuriſdictioni ſuppoſita ſunt c.
omnes Baſilicę 7. q. 1. c. ex iniuncto ad fi. de hære.
c. cum Epiſcopus de off. ord. lib. 6. Et d. Illuſtris
commendatarius non uidetur probaſſe Eccleſiam
Sanctę Crucis ad ſuam collationem pertinere, qui-
nimo ex ſupra dictis conſtare uidetur illam ſaltem
præſumptiue eſſe collationis ordinarij, recte uide-
tur D. Nicolaus abſolutus.

Et quamuis actor ad probationem ſuę intentio-
nis nixus eſſet deducere non nulla, & præcipue
uerba inſtrumẽtorum quorundam, in quibus Eccle
ſia Sanctę Crucis enunciatur membrum, & ad col-
lationem Sancti Lucæ olim Sancti Sepulchri Domi
5 nici, hodie Sancti Ioannis Hieroſolymitani, † &
uerba enunciatiua in antiquis dicantur plene pro
bare Bal. & Sali. l. cum aliquis C. de iur. deli. &
Dec. conſ. 36. nu. 7. cum alijs alibi paſsim, hoc ta-
men in caſu uiſum eſt iudici a d. regula recedere,
6 maxime ut aiebat, primo † quia inſtrumenta pro-
ducta ſunt eiuſdem Notarij Ser Franciſci Bartholo
mei, & ſicuti quando unum tantum eſt inſtrumen
tum in quo uerba enunciata exprimantur, illa in
antiquis non probant Aret. c. cum cauſam nu. 59.
7 & ibi Feli. de probat, † ita nec quando plura ſunt,
ſecundum Aret. d. c. nu. 18. & eum ſequutus ibi
Feli, ſub nu. 4. uerſiculo iterum fallit.

Secundo D. iudici, á quo viſum eſt recedere á d.
regula quia D. Iulianus antiquus prior Eccleſiæ Sã
ctę Crucis, cum eſſet canonicus regularis Eccleſiæ
Sancti Lucę, quæ ſuberat Religioni Hieroſolymi-
tanæ, poteſt videri non mediocriter ſuſpectus in
celebratione inſtrumentorum, quę producuntur,
in quibus reperiuntur dicta verba enunciatiua, qua
ſi voluerit ſubijcere Eccleſiam Sanctę Crucis com-
8 mendę Eccleſię Sancti Lucę, † qua ſubſiſtente ſu-
ſpitione verba enunciatiua in antiquis non pro-
bant Soc. conſ. 194. ſub nu. 9. vers. Pręterea lib 2.
Rot. Rom. per Pute. decis. 209. lib. 2.

Cœterum toto proceſſu cauſę, unionibus, ſta-
bilimentis, & conſtitutionibus. Religionis Hiero
ſolymitanę, omnibusque alijs reuolutis, & diligen
ti cura animaduerſis, cenſeo male iudicatum per
D. Iudicem a quo, beneque appellatum per Ill. D.
Commendatarium agentem.

Pro qua conſultatione inprimis ſupponendum
9 eſt, quod † quilibet presbiter ſecularis in ſtatu fra-
trum cappellanorum aliquam eccleſiam regularem
d. Religionis detinens monitus, ut aſſumat habi-
tum d. Religionis, niſi intra terminum ſtatutum
aſſumpſerit Eccleſia illa priuatur, ut in Bulla Pij
iiij. producta multis in locis, & ſignanter pag. 28.
& ultimo loco in alia Greg. xiij. extendentis hoc
etiam ad lites pendentes, quarum bullarum, &
ſtabilimentorum uigore D. Nicolaus detinens Ec-
cleſiam Sanctę Crucis per Ill. D. Commendatari-
um requiſitus ad habitum prędictum ſuſcipiendum
intra terminum non aſſumens ſine dubio in pœnã
priuationis condemnandus, non abſoluendus fuit
ſed quoniam oppoſitum fuit per eum de iure tertij
excluſiuo iuris agentis, ut ſupra, ſola difficultas
cõſiſtit, an Eccleſia Sanctę Crucis pertineat ad Re-
ligionem Hieroſolymitanam; Et quidem Ill. D.
actor uidetur pleniſsime probaſſe ad ſuam Reli-
gionem pertinuiſſe, & pertinere; Nam primo con
ſtat per teſtes. D. Iulianum Bartholomei uti prio-
rem Eccleſiæ Sanctæ Crucis tunc Religionis San-
cti Sepulchri Dominici publice geſtaſſe habitum,
& Crucem d. Religionis ab anno Domini 1465.
uſque ad annum 1531. quo uixit, eumque uti ta-
lem quamplurima inſtrumenta de bonis d. Eccleſię
10 feciſſe, † Quo caſu pręſumitur habuiſſe collationem
d. prioratus á Commendatario Eccleſię Sancti Lu-
cę, quę tunc caput d. Religionis erat, ut eſt pro-
11 batum ad not. per Inno. c. ſuper his. de accuſ. † ubi
uoluit, quod licet ordo, & dignitas ſubdiaconatus
debeat regulariter per ſcripturam probari c. legum
2. q. 1. ſi tamen dubitetur, an quis fuerit ſubdiaco
nus, ſufficit ei probare, quod longo tempore fuit
habitus pro ſubdiacono, & pro tali ſępe ſcriptus,
atque ita, quod in quaſi poſſeſſione longeua ſub-
diaconatus extiterit, ſequitur Hoſti. c. inſtituit
de eo qui fuer. ordi. Alex. conſ. 219. col. ult. uer-
ſiculo alio modo &c. nu. 25. lib. 6. Decia. conſ. 21.
nu. 36.

nu. 56. & ſeq. lib. 1. Vlterius patet D. Iulianum an
no Domini 1516. renunciaſſe d. Eccleſiam Sanctæ
Crucis in manibus Leonis x. ad fauorem Marij Po-
diani tunc ętatis xv. Anno. cum reſeruatione fructu
um donec Marius ad xviij. anoum ſuę ętatis perue-
niret, cum clauſula, quod ſi Marius quam primum
ætatis annum xviij. tetigerit habitum d. Religionis
non ſuſceperit, collatio et pro non facta intelligere
tur, ut literis Leo. x. in proceſſu productis clare con-
tinetur, Vnde cum. Sum. Pontifex Eccleſiam San
ctæ Crucis pro regulari dictę Religionis receperit
contulerit, & niſi ute talis illa Eccleſia. reci-
peretur per prouiſum collationem annullauerit,
ſtatumque illius, in quo reperiebatur in ma-
12 nibus D. Iuliani confirmauerit, † ſi teneamus
eſſe in antiquis, Pontifici ita aſſerenti credi
tur ſiue dubio. Aymo. de antiq. tem par. 1.
13 ſectio. non admitto. nu. 25. † Immo teneri po-
teſt etiam in non antiquis, cum Pontifex uidea-
tur declarare, ſi qua dubitatio aderat de ſtatu
14 illius Eccleſię, † in beneficialibus .n. in quibus
Pont. habet pleniſſimam poteſtatem ſtatur eius
declarationi, etiam in preiudicium tertij in an-
tiquis Bella. conſ. 19. col. 3. Cald. conſ. 12.
de reſ rip. Aymn. uti ſupra nu. 28. & ſeqq. maxi-
me hic ubi multa concurrunt adminicula, de
quibus infra.

Secundo id ipſum probatum extitit ex lapidibus
antiquiſsimis memoriã hominũ excedentibus in pa
rietibus dd. Eccleſiarũ dom nũ ipſarũ, in quibus
ſculpta apparent inſignia Religionis Sancti Sepul-
chri Dominici, ut conſtat in proceſſu tam per te-
ſtes id deponentes, quam per libros compulſatos
15 & fidelium oculorum inſpectione, † Quæ ſculp-
turę, & picturę in loco publico, patentique poſitę
etiam in prȩiudicium tertij plene probant c. ſane.
24. q. 2. glos. c. cum cauſam de probat. Bal. conſ.
310. tit. 5. Calcan. conſ. 90. col. 2 Aymo. de antiq.
temp. par. 1. ſectio. octaua datur, &c. nu. 12. & ſeq.
16 Ratio eſt efficax, † quia cum cuique transferenti
per loca publica pateant, inducunt notorium Bar.
17 & Bal. l. monumentorũ C. de de Religio. † ideoque
imputandum eſt ei de cuius preiudicio agitur, cur
ſcilicet tolerauerit, & non contradixerit. Aymo.
18 d. loco nu. 14 in fine † & ibi nu ſeq ſortius tenet
hæc etiam in facto de recenti in præiudicium tertij
plene probare, ſaltem in his, quæ modici ſunt prę
iudicij, ut hic.

Tertio idem colligitur ex libro Eccleſię San-
cti Lucę nuncupato Martilogio, in quo reperi-
untur antiquiſſimis temporibus annotata nomina
tam canonicorum Capituli d. Religionis San-
cti Sepulchri Dominici, quam priorum Eccle-
ſiarum Eccleſię Sancti Lucę capitis d. Religionis
ſubditarum, nam in eo reperitur mentio obitus
D. Io: Bernardini D. Alberti Mutinenſis, at
que Ioannis priorum dictę Eccleſie Sancte Crucis
de anno 1544. 1348. & 1418.

Quarto idẽ ſumitur ex libro cẽſus, & collationũ d.
Eccleſię Sancti Lucę ſignato ſigno d. Religionis Sã
cti Sepulchri Dominici, in quo paſsim legitur Eccle
ſia Sancti Lucę caput d. Religionis & ſignãter pag.
44. hęc formalia uerba ſcripta repeciuntur, Eccleſia
Sanctę Crucis curata intra Ciuitatem Peruſinam
in Porta Sancti Petri quę prioratus titulo deco-
ratur, tenetur reddere annuatim Archiprioratui
Sancti Luce, &c. & paulo .j. Cuius intitulatus eſt
prior D. Iulianus Bartholomei.

Quinto ex libro publico Vniuerſitatis, & Ci-
uitatis Peruſiæ continente omnes Eccleſias d.
Ciuitatis, & comitatus, cum annotatione ad cu-
ius collationem quælibet Eccleſia ſit, in quo ex-
preſſe dicitur Eccleſia Sanctæ Crucis Portæ San-
cti Petri ad collationem Eccleſiæ Sancti Lucæ
poſitam eſſe, iuncta præcipue depoſitione Reue-
rendi Conſtantij Coppoli, & D. Camilli Barba-
cutij dicentium uidiſſe pluries contenta in dicto
19 libro obſeruari, ut in regiſtro pagina 63. & ſeq. †
Et quamuis libris non publicis plena fides in anti-
20 quis preſtari non debeat contra tertium, † fallit
tamen hoc quando in eiſdem libris multæ aliæ
partitæ ueræ apparent, ut in iſtis repeniuntur,
late Aymo. conſilio 158. & latius de antiqui. temp.
par. 1. ſectio. quid in libris nu. x1. ubi licet hoc
generaliter non ſubſtineat, ſed recedat aliquantu-
21 lum ab ijs, quę dixerat d. conſ. 158. † ſatis tamen
aperte id firmat concurrentibus alijs adminiculis,
22 ut hic, † Idem de libris rationum Ias. in l. admo-
nendi. limit. 5. ff de iur. iuran. Dec. l. 1. nu. 4 C.
de eden. & alij alibi paſſim; eodem modo fallit d.
23 regula. † quãdo agitur de modico præiudicio Anch.
conſ. 44. col. 3. uerſ. 4. quia iſta. Aymo. d. ſect.
quod in libro nu. 4 hic agitur de modico preiudicio
ut .j. oſtendetur, merito, &c.

Sexto hoc ipſum conuincitur ex antiquiſsimis
publicis inſtrumentis pręcipue autem vno x. Ianua
rij 1465. Vno xvj. Februarij 1468. Vno octaua Fe
bruarij 1469. Vno eadem die, menſe, & anno omni
bus manu D. Franciſci D. Iacobi. Item ex uerbis
enunciatiuis quorundam aliorum de anno 1482.
manu Ser Hieronymi Bartholomei notarij Epiſ
copatus Peruſini, qui non eſt uerisimile quod
enunciauerit hoc in pręiudicium Epiſcopi, cui
inſeruiebat niſi uerum extitiſſet, item vno ter
tia Septembris 1418. & altero 24. Nouem-
bris 1522. manu D. Mariotti Ioannis, in quibus om
nibus apparet, quod uarię perſonę contrahentes
cum priore Eccleſiæ Sanctę Crucis ad longum
tempus nullam aliam diſpenſationem Apoſtoli-
cam curantes, niſi licentiam Archiprioris Ec-
cleſiæ Sancti Lucæ, ui erat caput d. Religionis San-
cti Sepulchri Dominici Appoſtolica auctorita-
te, quam uigore indultorum habebat d. licen-
tia impartiebatur, & in omnibus de Eccleſia
Sanctæ Crucis enunciatur ut de membris Eccleſiæ
24 Sancti Lucæ, † quæ uerba enunciatiua etiam ad
aliud emiſſa, etiam contra tertium probant.
Bal. & Sal. l. cum aliquis C. de iur delib.
But. c. fin. de ſuccer. ab inteſt. Alex. conſilio
6. in fin. libro 1. conſilio 12. col. ult. conſilio
73. col. 2. conſilio 90. libro 6. Deci. conſilio
36. nu. 7. conſilio 152. nu. 2. conſilio 595. nu.
7. Ias. l. ex his. limit. 4. C. de inof. teſta. &
pro communi late alios congerens Alb. conſ. 53.
nu. 3. Natt. conſ. 285. nu. 8 & conſ. 628. col 2.

Cepha. conſ. 90. nu. 24. lib. 1. Franc. Marc. decis.
208. par. 1. Rimi. Iun. conſ. 76. nu. 6. & ſeq. lib.
1. Aymo. d. tract. de antiq. temp. par. 1. ſec. pro
25 poſitam &c. pręcipue in fi. & ſect. ſeq. in princ. †
ubi id ampliat etiam, quod tempore actus id quod
enunciatur interuenire non poſsit Decia. conſ. 21.
nu. 26. lib. 1. repetito ad uerbum conſ. 7. lib. 3. &
paſsim alijs in locis, in quibus doctores tantum tri
26 buunt antiquitati, ut uelint, † uerba enunciatiua
plurium inſtrumentorum antiquorum facere com-
munem opinionem Iaſ. conſ. 24. col. 2. lib. 3. Curr.
27 conſ. 76. col. 2. Decia. d. conſ. 21. nu. 27. † Etiam
quod aliqua ex dd. inſtrumentis aliquo defectu la-
borent Aymo. de antiq. temp. par. 1. ſect. octaua
datur nu. 16. & ſeq.

Huiuſmodi communis concluſio in preſenti caſu
28 caret omni dubitatione, † quia in eo agitur de leui
pręiudicio quo caſu omnes id admitunt glo. c.
olim de cēſi. Abb. conſ. 64. col. 4 lib. 1. Aymo. d. par.
2. ſect. ampliatur nu. 9. Quod autem de modico
pręiudicio ordinarij, cuius iure tam acriter oppo-
29 nitur, hic agatur, luce clarius oſtenditur, † primo qa
cum queſtio ſit de conferendo beneficio, dicitur agi
de leui præiudicio Io: de Sel. poſt. Feli. & alios lo-
cis per eū citatis de Benefi. prima par. 2. par. princ.
q. 1. nu. 40.

30 † Ac etiam quia cum contentio ſit de iure confe-
rendi inter ordinarium, & Eccleſiam, & quod ita
agatur de dando uni & auſerando alteri Eccleſiæ
dicitur agi de leui pręiudicio, cum Eccleſiam non
exeat cuicunque dederis Ab. d. c. cum cauſam ubi
etiam Alij id ſequuntur, iuribus ibi per eos citatis;

Secundo indubitata redditur hic iſta concluſio,
31 quia tam perteſtes de auditu, † qui ſecundum magis
communem in antiquis probant, ut teſtatur Rimi.
Iuni. conſ. 22. nu. 209. lib. 1 ac etiam de uiſu quod
plus eſt quam etiam per inſtrumēta publica & alias
ſcripturas, ut ſupra oſtenſum fuit, idem probatum
extitit.

Tertio quia D. Iulianus fuit uir bonę opinionis
& famę, Canonicus, Prior, & admodum Religioni
addictus uſq; ad eius obitū ut in eius publico Epit
haphio, quod in d. Eccleſia Sanctę Crucis legitur
OPT. X. FLAMINI IVLIANO BAR
TOLOMEI SEPVLCHRI HIE-
ROSOLIMITANI CANONICO DI
GNISS. ET PRIORI MERITISS.
QVI VIX. ANN. XIC. MENS. V.
DIES XIX. BENEMERENTI POSI
32 TVM. † Id, quod etiam in dubio de iure præſu-
mitur l. merito ff. pro ſoc. ideoque negari non po-
teſt, quin ei in ſupra dictis inſtrumentis enuncian
ti d. Eccleſiam ſuppoſitam eſſe Religioni Sancti
Sepulchri Dominici, & Eccleſiæ Sancti Lucę Arc
33 hiprioratui † magis credatur, quam ſeculari Bar. c.
2. de elect. Curat. de teſti. q. x. Alex. & Iaſ. l. qui iuriſ-
dictioni ff. de iuriſ. omni. iud. idem Iaſ. late in l. iube-
mus col. 2. & ſeq. uerſ. ſecūdo limita C. de iudi. in ter
minis in uerbis enūciatiuis Decia. d. cōſ. 21. nu. 30.

Quarto idem confirmatur, quia non eſt uerisimi
le aliter rem ſe habuiſſe, Nam nec ipſe D. Iulianus
Religione, ut ſupra præditus, nec alij ſecum
contrahentes, nec Tabelliones, qui fideles eſſe
conſueuerunt, ita paſsim in publicis inſtrumentis
aſſerere auſi fuiſſent, nec ipſe D. Iulianus habitu d.
Religionis publice circiter 65. ānis uti ne ſibi aliqd
mali contingeret, ſi res aliter ſe haberet, ex his,
que dicam .j reſpondendo his, quæ opponuntur
unico inſtrumento,

Quinto coadiuuatur, quia enunciationes prædi-
ctorum inſtrumentorum conformes ſunt inſignijs
ſculptis in lapidibus, & depictis in parieti-
bus intus, & extra d. Eccleſiam, item habitui
quem tot annis publice D. Iulianus Prior geſtauit
34 ſtante, † quod uerisimile non eſt, Epiſcopos huius
Ciuitatis id paſſos fuiſſe, ne ex eo ipſis, & ſucceſſo
ribus præiudicaretur, ut de Epiſcopo Ferra. in
terminis arguit Rimi. Iuni. conſ. 137. nu. 30
lib. 2.

35 † Quibus ita ſe habentibus, cum tam multę con
iecturę, uerſimilitudines, & adminicula concur-
rant uerbis enunciatiuis, nemo eſt, qui non admit-
tat uerba enunciatiua in antiquis plene, etiam con
tra tertium probare, ut poſt Aymo. loco per eum
citato pro conſtanti tradit idem Decia. conſ. 32.
nu. 91. uerſiculo item & tertio lib. 2. idem Aymo.
d. tract. de antiq. temp. ſect. uidimus & abunde.
nu. 19. & docto. paſſim.

Quod ſi horum ſingula per ſe ſufficere Actori
forte non uidentur, negari certe minime poterit,
36 † ſemiplenam tandem conſtituere probationem,
ut de lapidibus, libris priuatis, Eccleſiarum uerbis
enunciatiuis, aſſertione Pontificis, pręcipue in be-
37 neficialibus nemo eſt, qui dubitet, † Duę autem, &
multo magis plures ſemiplenę probationes iungū
tur ad plenam probationem conſtituendam ſine
dubio Bar. l. admonēdi ff. de iur. iur. ubi alij omnes
38 communiter * maxime † in antiquis in quibus ſuffi-
ciunt leuiores probationes, ueluti coniecturę indi-
cia, argumentaque ſemiplena Aret. conſ. 42. nu. 3
But. c. ueniens huius initij primo, in fi. de teſte.
Alex. conſ. 24. col. ult. lib. 2. Paris. conſ. 57. nu.
17. & 36. & conſilio 104. nu. 42. lib. 1. late Meno. de
39 qq. arbit iud. caſu. 151. † Et licet quando ſingu-
la ſunt inperfecta in ſua ſpecie non coniūgantur
ad plenam probationem Feli. d. c. cum cauſam,
ſine dubio hic coniungi poterant, cum ea per ſe
perfecta ſint.

Stante igitur ex predictis Eccleſiam Sanctę Cru
cis fuiſſe ſuppoſitam Archiprioratui Sancti Lucæ
Religionis olim Sancti Sepulchri Dominici, ſequi
tur eandem hodie ſubiectam eſſe eodem modo d.
Eccleſiæ Sancti Lucę Commendæ Religionis San
40 cti Ioannis Hieroſolymitani, † Nam per Inno. viij
anno Domini 1489. facta fuit ſuppreſsio ordinis
Sancti Sepulhri Dominici, ſimulque illius Eccleſia-
rum, perſonarum, rerum, & bonorum quorum-
cunq; Vnio amplissima Religioni Sancti Ioannis
Hieroſolymitani, ut in regiſtro pag. 21. Cuius Vni
onis uirtute ſemper d. Religio fuit in quaſi poſſeſ-
ſione tam d. Eccleſię, Sancti Lucæ, quam Sanctæ
41 Crucis, & illarum collationis, † Nam D. Iacobus
Brauius Commendatarius Sancti Lucæ pro Relli-
gione Sancti Ioannis Hieroſolymitani contulit Ec
cleſiam Sanctæ Crucis uocante D. Hieronimo Gam
bro anno Domini 1540. & paulo poſt Io: Baptiſtæ
Cialambrino, Iterūque die. 3. decembris eiuſdem
anni Reuerendiſsimo Bernardino Stecco. Poſtea
die

dic 18. Nouembris 1549. D. Roberto Martinello,
qui uigore d. collationis diu pacifice poſſedit, ut
in regiſtro pag. 160. 161. 163. 164. & 166. de-
mumque D. Guidone Senſo, qui partes nonnullos
actus poſſeſſorios exercuit, in regiſtro pag. 171. &
42 173. † & cum numquã per tot annos interim Epiſ
copus Peruſinus manus appoſuerit ad collationem
illius Eccleſię toties eſſectę uacantis, ſed paſſus fue
rit per d. D. Archipriorem, & Commendata-
rium conferri, fortiſsimum eſt argumentum nul-
lum ius ipſum in collatione d. Eccleſiæ habuiſſe.

Poſtremo quatenus hæc omnia clara non uide-
rentur, ſuppoſito pro claro, quod D. Iulianus fue-
rit Canonicus regularis olim Religionis Sancti Se-
pulchri, & quod tenuerit Eccleſiam Sanctæ Crucis
ut Prioratum illius Religionis, & poſt ſuppreſsio
nem & unionem prędictas alij Commendatarij Re
ligionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, fatendum
eſt d. beneficium Sanctę Crucis fuiſſe regulare dd.
43 Religionum, † cum regularibus regularia, non
ſecularia beneficia conferentur c. ſuper eo. c. con-
ſulti de reg. clem. 1. ubi id not. omnes de ſupp. ne
gli. prę'sto. quod innouat firmando Conc. Tri-
den. ſeſsio 14. de refor. c. x. & rurſus ſeſſ. 25. de re
gul. c. 21. ad medium. Preſertim cum D. Iulianus
poſſederit illud per 60. annos & ultra, & clari iuris
44 ſit, † unicum actum collationis factę regulari cum
poſſeſsione continuata per 40. annos inducere
conſuetudinem, ut illud ſine dubio dicatur benefi
cium regulare c. cum de beneficio de pręben. lib. 6.
quem ita intelligit, & pro caſu allegat Abb. c. ul-
timo ſub nu. 17. uerſiculo diſtingue tamen de con
ſuet. ſequitur Dec. conſ. 134. col. 2 uerſiculo in
caſu noſtro, & eſt de mente omnium præcipue Bo
nif. Vit. d clē. 1. de ſupp. negli prelat. in princ. ſub.
nu. x. ad fi. ac in §. tranſmiſſa in princ., dum tex
ſimpliciter de beneficijs ſolitis conferri ſeculari-
bus & regularibus loquitus, exponit per 40.
annos.

Quę ſententia non recipit dubitationem hic ſtan
tibus uerbis Leonis x. & Pauli, i.j. conferentium d.
beneficium uti regulare d. Religionis, ut ſupra di
45 xi., † nam quando regularis detinet beneficium ſibi
collatum ſciente, & non contradicente Principe,
uidetur illud uti regulare co firmare Deci. conſilio
46 212. col. 2. uerſiculo accedit ſcientia, prout nec
dubium habet, quando ordinarius loci ſciuit & non
reclamauit, ut hic ex ſupra deductis, quia tunc ſibi
imputare debet, qui non prouidit, & tacite conſen
ſit Ioa: de Selua. in tract. de benef. par. 3. q. 25. ſub
nu. 3.

Non obſtant allegata ſupra in contrarium. Primo
quidem quod duo uel plura inſtrumenta, in quib.
prędicta enunciatio continetur, ſiut manu eiuſdem
notarij, ideoque pro vno tantum habenda uideran
47 tur, † & conſequenter ſicuti unius inſtrumenti enũ
ciatio plene non probat, ita nec iſtorum plurium
eiusdem notarij ſecundum Aret. d. c. cum cauſam
& ibi Feli. ſub nu. 4. uerſiculo item fallit, quia plu
ribus modis reſpondetur.

Primo quod immo hic adſunt inſtrumenta eti-
am aliorum notariorum, ut ſupra probatum extitit

Secundo eſto quod omnia plura inſtrumenta
vnius met notarij uel quod vnum tantũ extet,
48 reſp. † opinionem Aret. & ſequacium non eſſe ne-
ſam nec ex citatis per eum illã probari; Nam Bal.
quem allegat ad l. optimum col. 2. C. de contra.
& com. ſtip. id non dicit, ut etiam aduertit.
Natt. loc. j. mox citando, & ultra Natt. licet Bal.
uideatur poſſe ibi induci pro Aret. dum allegat glo.
uólentẽ credi inſtrumentis pluribus enunciatiuis,
quaſi cõtrarium ſentiat in vno, id tamen Bal. expreſ
ſe non firmat, & quatenus id ſentiat, non loquitur
in antiquis, ſecundo Aret. decipitus in ratione il-
lius dicti cuius ceſſatione arguunt ipſe, & ſequaces
putant enim ideo credi uerbis enunciatiuis inſtru-
menti in antiquis, quia faciunt comunem opinio-
nem, vnde inferunt, quod cum per vnicum inſtru
mentum induci non poſsit communis opinio, ceſ
ſante ratione d. opinionis, ceſſat etiam diſpoſitio,
quod credatur uerbis enunciatiuis vnius inſtru-
menti in antiquis argumento l. adigere § quamuis
dè iur. pot. c. cum ceſſante de appell. Decipiuntur
inquam Aret. & ſequaces, quia licet aſſertio anti-
qua inſtrumentorum faciat comunem opinionem,
ut ſupra, non tamen ratio cur credatur uerbis enun
ciatiuis in ãtiquis eſt, quia antiquitas conſtituit cõ
munem opinionem, aut ſi ea eſt, non eſt generalis
49 ſed tantum quando ſunt inſtrumenta plura, † quin
immo nec tunc ſola, ſed alię adſunt rationes prę-
cipue magnæ uirtutis, & uenerationis antiquitatis
ut probe deducit Rimi. Iun. d. conſ. 76. col. 2. &
50 3. † ſed etiam alia, quia, cum in antiquis difficilior
ſit probatio, ut ſupra citatis locis tradunt Doctores
& late proſequitur Meno. de qq. arb. iud. caſ. 155.
ne pereat facultas probandi leuiores admittuntur
probationes.

51 † Stantibus autem pluribus rationibus a ceſſatio
ne vnius tantum argumentari non licet l. ſi non lex
Aelia. Sent de hæred. inſt. Vbi. Old. Bar. Bal. &
Imo. id not. & late congerit Tiraq. in tra. &. ceſ-
ſan. cauſ. limit. 22. in princ.

52 † Tertio quia contra Aret. & ſequaces uidetur
cõmunis ſetentia, dum .n. doctores cõmuniter di-
cunt in antiquis credi uerbis enunciatiuis omnes fe
re bene uiſi loquuntur de vno inſtrumento, ut ad-
uertit Natt. hoc nomine damnans Aret. conſ. 288.
ſub nu. 8. uerſiculo & licet Aret. oſtendens pluri b.
in locis Doct. loqui in vno inſtrumento, pro ut ue-
rum eſt, & ita etiã loquitur Alex. conſ. 6. lib. 1. Dec.
conſ. 42. in 4. dubio aperte id aſſerit Alba. conſ. 183.
nu. 15. Decia. conſ. 32. nu. 91. lib. 2. adducẽs per hoc
etiam Ias ubi per eum Rimi. Iuni. conſ. 137. nu. 27.
ubi poſt Natt. ſupra citato loco rationes huius ſen
tentiæ adducit & contrarijs reſpondet, ex quib. aut-
horitatem ſubtilis Aret. & ſequacium nihili facien
dam eſſe apparet.

53 † Nec dicatur, ut opponitur, ꝙ Natt. & Rimi. lo-
quatur tantum quando agitur de leui preiudicio,
quia hoc eſt contra generalitatem uerborum, & mẽ
tes ipſorum, qui uere non ſe reſtringunt ad leue pręiu
54 dicium, † & ratio qua mouentur, generalis eſt ergo
etiam dictum l. régula §. ſi quis ff. de iur. & facti
igno. Et quatenus in leui præiudicio loquerentur,
in caſu noſtro ut ſupra diximus, de leui præiudicio
agitur; Præterea Natt. in ratione ſua aperte ſentit
55 generaliter, † ꝙ quando enunciatur aliquid, quod

uериſimile non eſt partes enunciaſſe, niſi uerum eſ
ſet, ne ex eo aliquid p̄iudicij ſibi inſerretur, enucia
tio probat ut p̄ eū propter ueriſimilitudinem enun
ciationis, q̄ nō tam in leui, quā in graui prǫiudicio
procedit, & concludit, huiuſmodi eſt caſus iſte,
quia non eſt ueriſimile contrahentes, & Tabellio
nes enunciaſſe dictam Eccleſiam eſſe ſuppoſitam
d. Religioni, ſi uera non fuiſſet, quia potuiſſet ab
Epiſcopo reprehendi, & corripi, propter prǫiudi
cium, quod ſuǫ iuriſdictionis fiebat, merito &c.
56 † Nec obſt. quod Natt. d. conſ. 237. ſub nu. 8.
uideatur dicere quod probat in fauorē tertij, ibi, &
intelligendum eſt in fauorem tertij &c. ut in con-
trarium allegatur, quia reſpon. q̄ depravatus eſt
Natt. in illo uerbo, in fauorem, & corrigi debet
in preiudicium, cū aperte ſupra, & infra ibi Natt.
dicat p̄bare in preiudicium, Vel ſi legatur in fauo
rem intelligi poteſt quando dubitatur ad fauorem
tertij contra tertium ut hic, quia enunciatio contra
hentium olim probat ad fauorem Eccleſiǫ Sanctǫ
Lucǫ contra D. Nicolaum & Epiſcopum.
Quarto ſi (ut Aret. deferamus) ueram eius opinio
57 nē ſupponamus, reſp. team procedere poſſe in ma
teria finium, prout ipſe, & ſequaces bene uiſi loqu
untur, ſecus in alia ut hic quia in iſtis ſufficit enun-
ciatio unica in antiquis p̄ ſupradicta ſecundū Natt.
& Rimi. dd. locis, ita diſtinguētes, & rationes diuer-
ſitatis etiam aſsignantes.
58 † Vltimo opinio Aret. & ſequacium forte ſubſti
neri poſſet quando pro enunciatione in uno tantū
inſtrumento facta non extarent alia adminicula, cō
iecturǫ, & ueriſimilitudines, ſecus alias ut hic, quia
tunc unum tātum inſtrumentum d. adminiculi ſuf
ficeret per ſupradicta.
59 † Non obſt. q̄ huiuſmodi Inſtrumenta, in quibus
fiunt enūciationes ortum habeant a perſonis ſuſpe
ctis, quo caſu propter preſumptionem, quǫ eſt con
tra enunciantes, enunciatio uideatur non plene pro
bare, ſecundum Soc. conſ. 194. ſub nu. 9. uerſ. prǫte-
rea lib. 1. & Pute. decis. 209. lib. 2.
60 † Quia reſp. primo ſuſpectam eſſe opinionem
Soc. cum fundet ſe in eo ſolummodo, q̄ commu-
nis opinio non probetur, cum ortum habeat à per-
ſonis ſuſpectis argumento uot. per Bar. l. de mi
nore. §. plurium ff. de queſti. & c. licet ex quadam
de teſti. quaſi ſtet in ea ratione ſolum, q̄ antiquitas
faciat comunem opinionem, quod ſupra falſum eſ
ſe oſtendi.
61 † Secundo ſuppoſito, ueram eſſe opinionem So-
ci. negari poteſt, q̄ D. Iulianus ſit perſona ſuſpe-
cta, immo contrarium uerius ratione qualitatis p̄
ſonǫ religioſǫ, & aliarum de quibus ſupra;
62 † Tertio reſp. illam opinionem procedere poſſe
ubi omnes perſonǫ in dd. inſtrumentis contrahen-
tes ſuſpectǫ eſſent, ſecus alias, ut hic, ubi inſtru-
menta, in quibus factǫ ſunt eǫ enunciationes cum
uarijs perſonis D. Iulianus contrahendo fecit, quǫ
aliqua ſuſpitione notatǫ non ſunt.
63 † Quarto dictum Soc. procedere forte poſſet,
ubi omnia inſtrumenta prǫdicta à ſuſpectis origi-
nem habrent, ſecus alias ut hic, ubi non in omni
bus interuenit D. Iulianus, ſed alij non ſuſpecti.
Quinto opinio Soc. locum ſibi uendicare non
poteſt, quando ueriſimile eſt huiuſmodi perſonas
ſuſpectas illud non enunciaſſe, niſi uerum eſſet pro
pter aliquod preiudicium, quod ſibi euenire poſ-
64 ſet, argumento allegatorum ſupra, quia iſta prǽ-
ſumptio, quod nemo uelit eligere uiam, qua
ſibi paretur aliquod prǽiudicium tollit ſuſpectio-
nem, quǫ in illo aderat argu. l. d Diuus ff. de reſtit.
integ. hic ſumus in huiuſmodi caſu. ut ſupra,
merito &c.
Sexto reſp. ſententiam Soc. ſubſtineri forte poſ
ſe, quando pro enunciato a perſona ſuſpecta adeſ
65 ſet ſola enunciatio, † ſecus quando alia ad ſunt ad
minicula, pro ea, ut hic ex adductis ſupra. & prǽ-
ſertim quando in enunciatione concurrit aliquod
aliud factum, quia tunc enunciatio illa, aut potius
factum illud probat, & fidem facit, que quidem de
claratio ſumitur ex mente eiuſdem Soc. ibi alle
gantis in ſimil. Bar. in d. § plurium nu. 15. & ſeqq.
66 † Vult. n. ibi Bar. famam nō probare, quando ha
bet originem a ſolo dicto perſonǫ ſuſpectǫ, ſecus ſi
67 fama procedit etiam à facto, uel actu aliquo, ut ex
emplificat ibi Bar. nu. 16. 17. quia tunc nihili
facienda eſt ſuſpitio perſonarum enunciantium.
In caſu prǽſenti non adeſt ſola enunciatio D. Iu-
liani, que oſtendat Eccleſiam Sanctǫ Crucis per-
tinere ad collationem Eccleſiǫ Sancti Lucǫ Com-
mendǫ Religionis olim Sancti Sepulchri Domi-
nici hodie Sancti Ioannis Hieroſolimitani, ſed
concurrit ulterius actus, & factum geſtationis ha-
bitus dd. Religionum per Priorem d. Eccleſiǽ
Sanctǽ Crucis per tot annos, plurium collatio-
num factarum per Archipriores, & Commen-
datarios d. Eccleſiǽ Sancti Lucǽ de Eccleſia San-
ctǫ Crucis, nec non locationum, & alienationum
bonorum Eccleſiǽ Sanctǽ Crucis per Archipri
ores, & Commendatarios prǽdictos, Inſigni
umque dictarum Religionum appoſitio, & affi-
xio & permanſio ab immemorabili tempore ci-
tra in parietibus Eccleſiarum, & domorum, er-
go qualitas, & ſuſpitio, ſi qua aderat (quod
negatur) D. Iuliani, non diminuit fidem &
opinionem comunem, quǽ inſurgit ex prǽdi-
ctis factis, & geſtis;
Non obſtat exceptio oppoſita per reum de
Iure Tertij, nempe ordinarij collatoris in con-
ferēdo beneficia ſuǽ Diœceſis d. c. omnes baſilicǽ,
cum alijs ſupra citatis, quǽ uidetur eſſe exclu-
ſiua Iuris agentis, quia imprimis aduertendum
eſt, uere non eſſe oppoſitam hanc iuris tertij
exceptionem, ſed quaſi poſſeſsionis conferendi
ut quiſque uel mediocriter eruditus colligere
poteſt ex uerbis exceptionum D. Nicolai in
regi. pag. 186. ibi conſtabit, & apparebit
idem beneficium Sanctǽ Crucis fuiſſe ſemper
collatum a Summis Pontificibus, qui pro tem
pore fuere, uel a Reuerendis DD. Ordinarijs
Peruſinǽ Vrbis Epiſcopis, &c. denotant enim
uerba hǫc quaſi poſſeſsionem conferendi, non
68 ius ipſum, † & unum nihil habet commune cum al
tero l. naturaliter §. nihil comune de acq. poſſ. Dein
de ſiue demus exceptionem oppoſitā de iure tertij
eſſe quaſi poſſeſsionis conferendi, ſiue ipſius iuris
69 conferendi reſp † q̄ exceptio de iure tertij excluſi
ua iuris agentis ita demum operatur, ſi per actorē
probatum non fuerit illum tertiū ius oppoſitū non
habere

habere ut eſt de mente omnium locis ſupra in contrarium allegatis, pręcipuè Soc. d.l.2.nu.6.dicentis per hanc exceptionem reici onus probandi contrariũ in actorem, quaſi quod probando contrarium repellat ſine dubio exceptionẽ, & obtineat. In caſu preſenti probatum eſt plene non ſolum nõ fuiſſe collationis Epiſcopi, ſed beneficium Sãctę Crucis ab inmobili tempore citra fuiſſe regulare dd. Religionum ut ſupra uerſiculo cęterum, & pluribus ſeqq. & conſequenter pręlatorũ illius ordinis gloſ c.ſi de regu. lib.6.Io.de Selua. in tract. de ben. 2.par.q.2 2.nu. 45.& ſeq.cum alijs ſupra allegatis. Verum etiam ſẽper collatum fuiſſe per prelatos dd.Religionum regularium Sancti Sepulchri Dominici, & Sancti Ioannis Hieroſolymitaoi, ut ſupra deductũ fuit, merito exceptio oppoſita D.Nicolao prodeſſe minime poteſt;

70 † Secundo quatenus non probaretur d beneficium fuiſſe regulare d. religionum negari non poteſt, quod per immemorabile tẽpus Commendatores dd. Religionum contulerint illud ut regulare Reuerendiſsimo ordinario loci uidente, ſciente, patiente, & nunquam cõferente, quo caſu ſequitur apertiſsime Epiſcopum, ſi quod ius habuit conferendi amiſiſſe, dictam uero Religionem acquiſiuiſſe. Abb Fel. & omnes c.auditis de pſcrip.Io:de Selua.de benefi par.2 q 8.

71 concludentes, † ius conferendi beneficia eſſe pſcrip

72 sibile, † maximo longiſsimo & in memorabili tem

73 pore, † etiam priuatiue ad ordinarium, ut hic Feli. d.c.auditis nu 9 & latius multos allegans c.Paſtoralis nu. 5.de offi.ordi.

Sequuta fuit ſententia die 21.Iunij.1582.lata per Reuerendum patrem D. Saraſinum Oliuerium Razaliũ Rotę Rom. Auditorẽ manu Maſei Galliani, in qua fuit declaratũ, & ſententiatũ Eccleſiã Sanctę Crucis fuiſſe & eſſe regularẽ Ordinis Sancti Ioãnis, Hieroſolymitaui & de mẽbris Eccleſię Sancti Lucę eiuſdẽ Ordinis, & ad collationẽ, & prouiſionẽ illius Commendatarij pro tempore exiſtentis, illamque Clericos ſeculares retinere non poſſe, dictumq; D. Nicolaum ob non ſuſceptum habitum d. Religionis intra ſex menſes a die intimationis d beneficio priuatũ fuiſſe, & eſſe prout condemnatus fuit vna cum fructibus a die litis morę & expenſis legitime factis iuxta prędicta male iudicatum per iudicem a quo, & bene appellatum

CONSILIVM XXXXV.

Argumentum.

An Pater uiuens cogi poſsit ad ſolutionem legitimę pro filio condemnato, maxime in contumacia? late diſcutitur ſecundum ius Commune Municipale Ciuitatis Peruſię, Conſtitutiones Marchiæ, & motus Proprios Pij iiij.

SVMMARIVM.

Pater uiuens tenetur ſoluere dimidiam legitimę filij pro eius delicto ſecundum ſtatutum Peruſinum nu. 1. & 3.

Quod reſtringitur habere locum ſolum pro homicidio nu. eod.

Statutum extenditur ad caſum ſimilem maiorem rationẽ habentem nu. 2.

Maxime quando agitur de delictis puniendis, ob fauorẽ publicum nu. 3.

Contra nu. 4.

Maxime ſi ſtatutum cõtineat odium irrationabile nu. 5.

Lex, quiſquis C. ad l. iul. maieſt. loquens in filijs, non extenditur ad nepotes nu. 6.

Statutum, quod pater teneatur aſſignare legitimam filio non extenditur ad nepotes. nu 7.

Niſi delictum alias remaneret impunitũ omnino nu. 8.

Statutum non extenditur in materia delicti in dubio, uel quando conſtat ſalum de qualitate nu 9.

Idem, ſi ſtatutum loquatur ſimpliciter, aut taxatiue aut negando in alijs caſibus nu 10

Taxatiua excludit omnes caſus pter nõiuatos nu.11.& 13.

Maxime in correctorijs nu 13.

Duę negatiuę fortius ſtringunt nu. 12.

Intellectus ad l: ob ęs C. de pręd minor nu.14.

Leuius peccat, qui tantum delictum tentat, & non perficit, quã qui facit nu.16.

Auxiliator, ſiue tractans de faciendo delictum non punitur pari pęna cum deliquente nu. 17.

Niſi cooperatus ſit nu. 18.

Opinio Bartoli, & ſequacium, quod auxiliator puniatur pari pęna cum deliquente, non procedit, quando pſtatio auxilij non fuit cauſa immediata delicti nu. 19.

Nec quando imminet ſtrages multarum nu. 20.

Nec quando auxilium probatum eſſet per contumaciã & fictis probationibus nu. 21.

Statutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, intelligitur quoad ipſum Reum principalem, non quoad patrem pro ſolutione legitimę nu. 22.

De homicidio commiſſo in alium. quã in illum quem occidere uolebant, omnes Socij tenentur nu 23.

Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe uidetur nu. eod.

Intellectus ad l. 1. §. ex incendio ff de inceu. rui. & nauuf. nu. 24.

De homicidio occaſionaliter commiſſo non tenentur auxiliantes de eorum pęna nu. 25.

Maxime, ne pater teneatur ad ſalutionẽ legitimę nu. 26

Pater ad ſolutionẽ legitima pro filio condẽnato in cõtumacia cogi poteſt Secundũ motum proprium Pij iiij nu 27.

Nemo tenetur pro delicto alterius nu 28.

Pater uiuens non tenetur ad ſolutionem legitima de iure comuni nu. 29.

Et dato, quod teneretur, non poteſt compelli ex fictis probationibus nu. 30.

Exequutio ſententię non fit contra tertium non citatum nu. 31.

Intellectus ad Motum Proprium Pij iiij. nu. 3. & ſeq. uſque nu.41.

Statutum contra ius commune ſtricte intelligendum eſt nu. 34.

Non eſt ueriſimile, Pontificem unico ictu & Motu Proprio uelle tollere tot labores Antiquorum nu. 35.

Quod non corrigitur expreſſe, ſtare creditur nu 36.
Maxime ſi de aliquo incidenter loquatur nu. 37.
Maxime. ſi ſtatutum procedat extendendo id, quod ſupra dixerat nu. 36.
Lex non dat, quod non habet nu. 39.
Lex referens intelligitur ſecundum relatam nu. 40.
Intellectus ad Conſtitutionem Marchię Anchonitanę lib. 4. c. 18. de pecu. ſine legit. ſol. de deli. fil nu. 42. & ſeqq.
Prædicta Conſtitutio non eſt uſu recepta in Ciuitate Peruſia nu. 43.
Ea Conſtitutio non intelligitur de filio condemnato ex fictis probationibus nu. 44.
Intellectus alius ad dictam Conſtitutionem nu. 45.
Nec ubi ſpeciale eſt ſtatutum, attendi prius ſtatuta locorum, quam Conſtitutiones Marchię, & ibi adſit ſtatutum, quod pater non teneatur ad legitimam pro filio nu 46.
Satutum legati à latere eſt perpetuum nu. 47.
Statuta Peruſina confirmata ſunt per Gregorium xiij. S. D. N. cum ampliſſimis Clauſulis nu. 48.
Bannimenta, ſiue edicta, quod prius attendantur Conſtitutiones Marchiæ. quam ſtatuta Peruſina, ſi edita ſunt ante d. confirmationem S. D. N. Grego. xiij. ſublata ſunt, ſi poſtea, non ualent nu. 49.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

QVod Dominus I: Andreas
Bontempus nõ teneatur
uiuens ſoluere fiſco legitimam Aſdrubalis, &
Pompei filiorum in pœnam ultimi ſupplicij, rebellionis, & confiſcationis ſuorum bonorũ, per
D. Commiſſarium Apoſtolicum nuper in contumaciam condennatorum,
ex eo, quod inquiſiti ſint de auxilio uel tractatus
cũ Capitaneo Cæſare Montemelmo ad occidendũ
D. Alexandrum Monte Sperellum, conſtat apertiſ
ſime ex ſtatuto Peruſino a Summis Pontifici-
1 bus confirmato, & in uiridi abſeruantia hactenus
lib. 3. rub. 72. quali fiat execut. ſent. conden.
latę cont. filioſſa. delin. &c. in addit. ad finem; cum
.n. 1. §. ſi uero filius indeffinite, & generaliter Pater cogeretur ad ſolutionem dimidiæ partis legitimæ pro quocunque delicto filij condemnati, ſubditur in d. Additione ad declarationem, & reſtrinctionem d. § ſi uero filius. quod d. legitima debeatur per
patrem pro homicidio, uel de homicidio, & non
pro alijs maleficijs, & delictis.

Quæ quidem adiectio non poteſt ſine cauillo
intelligi, niſi reſtrinctiue ad homicidium ſolummodo, tum quia fit per modum declarationis,
ut patet ibi, declarantes &c. reſtringendo generalitatem d. §. ſi uero filius. tum etiam, quia non
ſolum exprimit, quod pater teneatur pro filio condemnato ad legitimam pro homicidio, Verum etiam abnegat eum teneri pro alijs maleficijs, & delictis, & illa abnegatio cum referatur ad generalitatem d. §. ſi uero filius, quę compræhendebat cętera omnia delicta, non poteſt negari, quin compræhendat etiam & hic, & ſic quod pater non teneatur, niſi pro homicidio per filium commiſſo, ut
argui aperte iure conſ. l. cum pręror ff. de iud.
& Doct. mille in locis, hic ſequutum non fuit homicidium d. D. Alexandri Mente Sperelli,
merito &c.

2 Nec huic fundamento obeſſe poteſt, quod ex
aduerſo pro Fiſco, magis ſubtiliter, quam iuridice
dicitur, ſtatutum prędictum extendi ad caſum ſimilem homicidio, aut maiorem rationem habentem, ut in hoc caſu, in quo agitur de pœna ultimi
ſupplicij, confiſcationis, ac etiam rebellionis, de
qua in d. ſententia, cum etiam in pęnalibus fiat ex
3 tenſio ab identitate, & maioritate rationis, quando agitur de delictis puniendis ob fauorem publicum Bar. l. quemadmodum C. de agrico. & cenſi.
lib. xi. A maioritate autem uidetur clarum aut. bona dannatorum C. de boo. proſcri. Ubi licet lex noua pręſeruet deſcendentibus, & aſcendentibus
pro parte bona deliquentis, non procedit in
grauiore delicto læſę maieſtatis, ſecundum glo.
ibi.

4 Quia reſpondetur Primo contrarium uerius eſſe, uidelicet in pœnalibus, & odioſis, ut hic, etiam ex maioritate rationis non fieri extenſionem,
* ut tradunt omnes communiter * aut. quas actiones
C. de ſactos Eccles. Roma l quante de publi. Ias. l.
cum quidam ſeptimo not. ff. de lib. & poſth. Dec.
l. factum ſuum § in pœnalibus ff. de reg. iur. & c.
1. col. 13. uerſiculo circa tertium dubium de probat; late Craue. de antiq. tempo. par. quarta ſub.
nu. 147. uerſiculo contrarium &c. & nu. ſeq. ubi
* aſſerit comunem, * poſt alios, quos allegat, diritq;
faciendam regulam negatiuam, prout alij ſupra citati, & alij innumeri, congeſti per eos. Nec obſtat
d. aut. bona dannatorum, quia illa exceptio de
crimine lęſę maieſtatis non fit per interpretationem gols. ſed per ipſum tex. quod non accidit
hic.

5 Quę concluſio indubitata eſt, quando lex, uel
ſtatutum continet odium irrationale, nempe, ut
6 unus teneatur pro delicto alterius, ut filius pro patris delicto, prout in l. quiſquis C. ad l. iul. maieſt.
quę loquens in filijs, non extenditur ad nepotes
Bar. ibi, & l. 1. de uer. ſig. Ang. l. quicunque C.
de ſer. fugit Ias. l. ſi quis id, quod col. 4. in ſexta
limit. ff. de iuriſd. om. iud. nec ea lex loquens in
patre delinquente, trahitur ad filium illud delictum
committentem, ut pro eo pater puniatur Sal. d. l.
7 quiſquis Dec. conſ. 64. col. 1. & 2. In terminis in
ſtatuto, quod pater teneatur aſsignare legitimam
pro filio delinquente, quia continet odium irrationabile, non extendi ad nepotem, qui large appellatione filij uenit, tradit Ray. de Forli. l. lege iulia
§. 1. ff. de rit. nupti. Crot. l. omnes populi col. 35.
ff. de iuſt. & iur. Crau. d. quarta par. nu. 117.
ubi firmat pro indubitato hoc, quod diximus, quando ſtatutum continet odium irrationabile, exemplificans proprie, ut ſupra.

8 Secundo Quatenus teneremus aliam opinionem
admictendam extenſionem in pęnalibus fauore
publico, ne delicta ſint impunita, & non eſſemus
in odio irrationabili; Reſpondetur allegata procedere poſſe, quando delictum alias remaneret impunitum omnino, ſecus ſi puniretur modo aliquo,
licet

licet mitius Bar. l. 2. §. exercitum ff de inſa. Dec. l. 2. nu. 109. ff. de reg. iur. Crau. d. quarta par. (a ratione uideamus modo nu. 5. quod hic non accidit, cum filij iſti puniti ſint alijs etiam pœnis, ut in dicta ſententia.

9 Tertio retentis eiſdem terminis adhuc reſpondetur allegata ſupra procedere, quando conſtat de re de delicto, ſecus in dubio, uel quando conſtat ſolum de qualitate eius quis, tunc non fit extenſio, ſed pœna mitior eligitur Ias. de l. quidam in fi. & habent locum leges nolentes, quod in pœnalibus non fiat extenſio, ut l. interpretatione, & l. pœnſ.es. de pœnis & in terminis declarat Craueti. d. loco nu. 3.

10 Quarto reſponderi poteſt quod allegata procedere poſſunt in lege ſimpliciter loquente, nō autem taxatiue, aut negando in al.js caſibus, preterque

11 in uno aliquid fieri, ut hic, quia taxatiua excludit omnes alios caſus preter nominatos l. aduerſus C. ſi aduer. rem. iud. Dec. conſ. 2. col. pen. & clarius poſt alios l. 1 nu. 75 ff. de offi. eius &c. & patet ad ſenſum; eodem modo, & multo magis, quando ex pluribus delictis unum tantum eligitur, & in alijs illud procedere negatur, ut hic, tam argumen

12 to d. l. eum preſor, quā etia m, quia iſte ſermo uidetur æquipollere duabus negatiuis, quæ fortius ſtringunt. l. baliſta. ff. ad trebel. & tradit Dec. d. conſ. 2. col. pen. ad finem.

Nec illa reſponſio eluditur, quod iſtis caſibus non uideatur ſublata extenſio ad caſus ſimiles, ſuſ maiorem rationem habentes l. ob æs alienum. & ibi glo. c. de præd. mino.

13 Quia Primo hoc eſt pænitus falſum, & contra naturam taxatiuæ, nec alicubi apud bonos authores probatur, ut aperte ſentit Alcia. diſpu lib 4. c. 5. & aperte uoluit etiam Dec d. l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. &c. nu 72. dicens, dictionem taxatiuam excludere omnes alios caſus etiam ſimiles, niſi quando per alias leges caſus ſimiles includeretur, quod hic non accidit, & ex quo glo.

14 & alij eam ſequuti, ſe fundarunt d. l. ob æs corrupte legitur ab eis, putantes punctandum ,ex. ita, ob æs alienum tantum cauſa cognita. cum legendum eſſet, ob æs alienum, hic punctus, mox ſequatur tantum cauſa cognita, ut egregie reſtituit Alcia. d. c. 5. quo modo legendo, nihil probat pro ſententia glo. & ceterorum qui eam ſequuti ſunt.

15 Secundo Quatenus daremus, dictionem taxatiuam non excludere caſus ſimiles, preterquam quod hoc recipi non poteſt in caſu noſtro ꝓpter uerba & mentem claram ſtatuti, ut ſupra, iſtud non habet locum in correctorijs, ut hic, eſt enim correctorium iuris communis, quod patet in uita teneatur pro filio ad legitimam, ut infra dicitur; quo in ca ſu dictio taxatiua excludit etiam caſus ſimiles ſine dubio, etiam apud eos, qui contrarium regulariter tenent, ut in ſimili notanter declarat poſt nonnullos alios Crau. d. par. quarta nu. 116.

Tertio dato, taxatiuam non excludere caſus ſimiles etiam in correctorijs, negamus nos hic eſſe in caſu ſimili homicidio, immo ſumus in omnino diſſimili, & quod diuerſa pœna uenit puniendum, ſtatutum enim de homicidio loquitur, iſti impuniti ſunt de auxilio, & tractatu ad occidendum D.

16 Alexanderum Sperellum, qui tamen occiſus non fuit, leuius autem peccat ſine dubio, qui tentat, & non perficit delictum, quam qui facit, cum regulariter ex conſuetudine totius mundi non puniatur affectus, niſi ſequatur effectus in homicidio Vita. de maleſ. rub. de inſultu. nu. 15. & rub. de inquis. nu. 58. Clar. §. homicidium in fi. & § fi. q. 92. & dato, quod puniretur æque attentans, & faci

17 ens, nos ſumus in imputato de auxilio, ſiue tra-

18 ctatu tantum, ut patet in ſententia lata cōtra iſtos, qui non puniuntur pari pœna c. ſicut dignum de homi. Niſi in auxilio cooperationis, ut quando appoſuit manum ad homicidium Bar. l. ſi is, qui opem. & l. furti. ff. de furt § Ope Beer. decis. 167 nu. 3. Meno. cæteros allegans de qq. arb. iud. cas. 349 nu. 7. ſi enim manus appoſuiſſe non imputatur quis, ut hic ex facie ſententiæ apparet, licet Bar. & alij non nulli uoluerint, hunc auxilianiem, ſi ſtetis armatus, ut principalis delictum perficeret, & ne a quoquam impediretur, uoluerit pari pœna puniendum, eorum tamen opinio eſt contra tex. d. c. ſicut dignum §. 1. ibi, uel ſere pari, item contra d. c. ſicut dignum § illi etiam; ubi illi qui uenerunt, ut percuſſoribus opem ferrent, ne ab illis impedirentur, minori pœna puniuntur, & licet Dec. c. 1. de offi. deleg. conetur reſpondere ad hæc, eius tamen reſponſio impugnatur per Beto. conſ. 192. nu. 59. lib. 3. item eſt contra l. impetratores §. pænas C. de epis. & cleri. & l. 1. § pœnas C. de raptu. in quibus raptatores Monialium, & Virginum capite, & bonorum confiſcatione puniuntur, Auxiliatores uero capite tantum, & licet Bar. d. l. § 1. qui Opē ſentiat ibi eſſe caſum ſpecialem, cum tamen rationem ſpecialitatis alleget, ea reſponſio nihil ualet glo. l. filium, quem habentem C. famil.

19 herciſ. Præterea ſi teneatur opinio Bar. & ſequacium, quod, pari pœna is auxiliator teneatur, ea non procedit ſine dubio, quando præſtatio auxilij non fuit cauſa immediata delicti, ut hic Din. & Salic. l. 1. C. de rap. uirg. Vero. conſ. 34. Bal. l. 1. C. ad l. iul. pecul. & l. 1. C. de Nili agg. non rump. item ea opinio non procedit, quando delictum ſequutum non eſt, ut hic Bar. l. ſi is, qui cum telo. ff. ſi tu titium de fur. Aocha. conſ. 157. Sali. d. l. 1. de rap. uirg. nē

20 non procedit, quando imminet ſtrages multorum ut hic, quia uel datur uenia, uel minor pœna imponitur glo. l. aut facta § fi. ff. de pen. Ang. d. l. ſi qui

21 Opem uers. 3. ſecundō & eſt communis ſecundum Mantuam d. c. 5. nu. 46. per l. penul. ff. de ſica. late Tiraq. de pen. molli. caus. 47.

Ex quibus omnibus luce clarius apparet, quod cum iſtos filij non ſint condemnati pro homicidio aliquo, ſed tantum pro tractatu ad homicidium non ſequutum, & auxilio non cooperatiuo, aut ſine manuū impoſitione, pœna occiſuaria homicidij puniendi non ueniunt, & pœna adiecta in ſententia non eſt ob delictum, ſed ob contumaciam, ut ex ca patet.

Quinto ut pœnitus tollatur omnis dubitatio, quatenus admittenda eſſet d. ſtatuti extenſio etiam

22 ad filios auxiliantes, non ſequuto delicto, hoc in-

23 telligi deberet, ſine dubio quando d. auxilium

probatum

probatum eſſet ueris probationibus, non q̃ñ fictis a
& per contumaciam, ut hic, quia quando quis
conuenitur ex delicto alterius, ut pater hic ad ſol-
uendam legitimam, uera, & plena delicti probatio
requiritur Albe. in tract. ſtatu. par. 1 q 52 Ab. conſ.
66. lib. 2. per quam rationem ita in criminis intel-
ligendas eſſe huiuſmodi conſtitutiones, & ſtatuta
arctantia patrem ad ſoluendam legitimam filij de-
linquentis, tradunt Bar. Ang. Paul. Caſtren. Imo.
Alex. Soc. Ias. & communiter alij l. cum filiusfa. de
uer. oblig. Bar. q. ſtatuto Peruſinę Ciuitatis col. fi.
uers. circa quartã & conſ. 116. ſtatuto Peruſinę. Alb.
d. q. 52 Roma. conſ. 154. nu. 5. & 6. Corne. conſ. 143.
nu. 8. lib. 2. Nell. de banni. prima par. ſecundi tẽp. q.
34. late Feli. c. cum Bertoldus nu. 20. de re. iud.
Hippo. l. infans nu. 52. & ſeq. de ſica. & conſ. 82.
nu. 13. & ſeqq. part. 2. Franc. Hercul. in tract. de
caut. de non offend. cap. 29. nu. 3. & ſeq. Alci.
reg. 3. preſum. 22. nu. 2. & eſt communis* ſententia
de qua teſtatur Ias. d. l. cum filiusfa. nu. 18. Soc.
conſ. 57. ſub. nu. 10. lib 3. & Iul. Clar. recep. ſent.
lib. 5 § fi. q. 86. uerſ. ſed quæro numquid.

22 Nec iſta reſponſio ſummouetur ex eo, quod ſta-
tuto noſtro Peruſino contumax habeatur pro con
feſſo, & conuicto, perinde, ac, ſi in iudicio confeſ
ſus eſſet, quia hoc procedit quoad ipſum filium
puniendum, non quoad patrem pro ſolutione legi
timę Bar. in terminis d. conſ. 116. nu. 5. & 6. Sali.
l. ſi filiofa. C. ne fil. pro patre, Ias. qui cęteros al-
legat. d. l. cum filiusfa. col. fi. uers. tertia & ultima
concluſio de uer. oblig. & nouiſsime Peruſini no
ſtri conſ. 94. nu. 5. & 6.

Non obſtat, quod pro Fiſco allegatur, nos eſſe
in caſu ſtatuti Peruſini, ex eo, quod licet per prin
cipales illos delinquentes D. Alexander occiſus
non extiterit, quidam tamen Baptiſta de Marioctis
Villicus in receſſu a Ciuitate, dũ aufugerent a Cu-
ria, in itinere occiſus extitit & pro homicidio cõ-
dẽnati fuerunt, ut conſtat per ſententiam contra eos
23 latam, & licet occaſionaliter id acciderit, omnes
tamen de homicidio teneri uidentur, argumento
l. 1. §. ex incendio ff. de incend. rui. & nauf. ubi
edictum illud, loquens in eos, qui ex incendio ra-
puerunt, intelligitur de ijs, qui quoquo modo pro
pter incendij tumultum, uel trepidationem rapu
erunt, argumento eius, quod dicitur quid in bel-
lo amiſſum, quod propter bellum amiſſum fuit;
nec mirũ, quia qui causã damni dat, damnũ dediſſe
uidetur l. 1. §. deieciſſe ff de ui & ui arma precipue
quando quis dat operam rei illicitę, ut hic.

Quia reſpondetur Primo illud ibi ſpeciale eſſe
ob ſubiectam materiam incendij, & tumultus,
24 quod ſuboriri ſolet incendio, ut eſt demente Bar.
ibi dum ait, alias regulariter ex denotare causã
proximam l. non dubium C. de legi. l. 1. C. ſi ſer. ex
ter. l. eo tempora in fi. ff. de pecu; materia autem
ſtatuti noſtri non ita ſuadet, merito ſtandum eſt
regulę, ut pater teneatur pro filio condẽnato pro
homicidio principaliter per eum commiſſo

Secundo dato, quod intelligi poſsit in filio con
demnato pro homicidio occaſionaliter commiſſo
25 id procedere poſſet in filio committente homicidi
um, ſecus in auxiliantibus, qui nõ impoſuerunt, nec
aſsiterunt ei homicidio, cum notorium ſit, eos non
aſſociaſſe deliquentes poſt inſultum factum d. D.
Alexandro Mõte Spetello in fuga, quinimmo equi
taſſe contra eos cum Domino Locũtenente Reue
rendiſsimi Gubernatoris. Vnde, cum ſi quid ſcele-
ris antea perpetrauerit, eos penituerit, & cum Cu
ria fuerint ad necem illorum principalium delin-
quentium, nulla eis culpa infringi poteſt, quod d.
Baptiſta occiſus fuerit, & conſequenter pati pœ-
na homicidij minime puniendi ſunt.

26 Tertio quatenus hęc non prodeſſent filijs quoad
ſe ipſos, certe proderunt patri, quoad ſolutionem
legitimę, cum ad ea facienda non ſit extenſio, ex
ſupra allegatis.

Quarto quicquid de his ſit de iure reſpondetur
in ſententia lata contra filios prędictos nullo modo
eos condemnatos de iſto homicidio, ſed pro auxi-
lio, & tractatu de occidendo d. D. Alexandrum Spe
tellum tantum apparet, ut ea uideri poteſt, ideo de
pœna homicidij contra predictos uigore d. ſenten
tię tractari non poteſt.

Ex quibus patet apertiſsime, iure Municipali
nullo modo Io: Andreã patrem teneri hoc caſu ad
legitimam filiorum Fiſco aſsignandam

27 Minus dici poteſt, patrem teneri ad d. legitimę
ſolutionẽ ex Motu Proprio Fel. recod. Pij iiij. ſub
Datum Romę 1565. Die 26. Maij ad finem, ibi,
Quod ad legitimam per patres ſoluendam extendi
mus, ut illam ſoluere teneãtur, etiam ſi eorum Filij
in mætam contumaciam de aliquo delicto conden
ati fuerint, nõ obſtante quocunque ſtatuto, aut for
ſan conſuetudine in cõtrarium exiſtente &c. Quia
reſpondetur prędicto Motu Proprio non tolli ſta-
tutum Peruſinum, ad quod oſtendendum preſupo
no plures regulas communes.

28 Prima eſt, quod nemo regulariter tenetur pro
delicto alterius, ſed pœna ſuos tenet authores l. ne
quid ubi Bar. nu. 1. ff. de incen rui. & nauf. Curt.
Iuni. atteſtans de communi * l. 1. ſub nu. 13. C. de ſer
uis fugit.

29 Secunda in ſpecie de patris legitima, quod ipſe
non teneatur ad eam in uita l. quęritur C. de inof.
teſta. Bar. l. 1. §. impuberi ff. de colla. bon. Dec.
conſ. 438. accurate. nu. 12. Bal. l. ſi quando §. illud
C. de inoffi. teſta. & Doct. alij mille in locis.

30 Tertia pariter iure communi ſpecialis in legitima
per patrem non ſoluenda propter delictum filij in
contumaciam condemnati, etiam quando alias pa
ter teneretur, quia id intęlligitur, ſi ex ueris proba
tionibus condemnatus, non ſi ex fictis, & preſump
tiuis, quam ponunt Bar. & omnes d. l. cum filiusfa;
& locis ſupra citatis.

31 Quarta eodem modo iure communi, quę eſt, non
fieri exequutionem ſententię contra tertium non
citatum Bal. l. 1. ad fi. C. ne. fil. pro pat. Pau. Ca-
ſtren. d. l. cum filiusfa in fine princip. Dec. latius
l. 2. nu. 44. C. de eden. & conſ. 187. nu. 2. & alij
uarijs alijs in locis.

32 Quinta iure Municipali ſtatutorũ Peruſinorum
ſępius per ſum. Pontifices confirmatorum & no-
uiſsime per Greg. xiij. Anno Domini 1573. cum
rub. 72. in ſupradicta addit. caueatur patrem teneri
pro delicto homicidij tantum, non pro alijs filiorũ

33 Quibus ſuppoſitis germinus ſẽſus p̃dicti Motus
Proprij eſt, ut nõ omnibus iſtis regulis, deroget. hoc
enim

enim nimis grauare eſt, nec admitendum, ut infra.
ſed uni tantum, hoc eſt, tertię ut ſenſus ſit, quin ijs
caſibus in quibus pater ad legitimam filij condẽnati
tenetur, teneatur in diſtincte, ſiue in contumaciam
ſiue non condẽnatus extiterit, atque ita quod ſibi
non proſit d. tertia regula, habens, quod pater
nõn teneatur pro filio condẽnato in contumaciã,
prout, ſi d. Motus Proprius editus non fuiſſet, illa
ei profuiſſet.

34 Qui quidem intellectus ſuadetur, & ad oculum
oſtenditur primo quidem, quia cum huiuſmodi ſta
tutum, arctans patrem uiuentem ad legitimam tra
dendam, ſit contra ius comune d. l. cum quęritur
eſt ſtrictiſsime intelligendum, ut quo minus poſsi-
bile ſit ius commune lędat, argumento c. cum di-
lectus vbi omnes de conſuet, in terminis tradit
Bar. d. conſ. 116. nu. 5. & 6. cuius contrarium fie-
ret, ſi omnes iſtę regulę tollerentur.

35 Secundo quia uerisimile non eſt ſummum Pon-
tificem uelle unico ictu, & Motu Proprio tot labo-
res Antiquorum tollere, & deſtruere argumento l.
ſi quando in fine princ. C. de inoff. teſt.

36 Tertio Quia in d. Motu Proprio aperte non de-
rogatur dd. alijs regulis, immo tantummodo di-
ctę tertie regulę, ut infra clariſsime oſtẽdetur, ergo
in ceteris ſtare non prohibetur l. pręcipimus in fine
C. de apella.

37 Quarto fortius, quia Motus Proprius prędictus
incidenter loquitur de patre cogendo ad ſolutionẽ
legitimę, ut ex eius textura apertiſsime liquet, un
de non eſt credendum, quod incidenter loquens de-
hoc, tot ſpecialia inducere uelit l. 2. ubi glo. de iur.
dot; maxime corrigendo, in quo tam ſtricte pro-
ceditur, ut ſupra.

38 Quinto qa ſummus Põtifex in eo Motu Proprio
dum loquitur de legitima filiorum ſoluenda per pa-
trem uiuentẽ, procedit extendẽdo id, quod dixe-
rat ſupra proxime de fideiuſſore conueniendo con-
dẽnato Reo principali in contumaciam, ut luce cla-
rius patet, ibi, quod & ad legitimã extẽdimus &c. ergo.
intelligitur, de patre prout in fideiuſſore, cũ lex ex-
39 tẽſa non poſsit conferre ei, ad quã extenditur, quod
ipſa non habet l. traditio ff. de acqui. rer. domi. &
in ſimili lex referẽs intelligitur ſecundum relatam.
40 l. aſſe toto de hęre. inſti. etiam cum omnibus eius
qualitatibus Bar. l. 1. §. fi. ff. ſi quoad paup. fecis. dica
& lex interpretans intelligitur ſecundum interpre-
tatã l. nihil. ubi Bar. ff. de con. cũ emat ei. lib. eius,
ſed fideiuſſor non tenetur pro principali condẽna-
to in contumaciam, ſi ille alias ex alio nõ teneretur,
merito nec pater.

Poſtremo in omnẽ euentum, quatenus Motus
Proprius tolleret dd. regularum aliquam aliam,
41 certe non tollit illã de exequutione ſententię cõtra
filium latę non facienda contra patrem non citatũ,
de qua nulla mentio, Vnde cum ad iudicium con-
tra dd. filios numquã pater Io: Andreas cĩtatus
fuerit, non poteſt illa ſententia mandari exequutio-
ni contra patrem pro legitima per eum ſoluenda.

42 Minus poterit coerceri Io: Andreas pater ad ſo-
lutionem legitimę ea diſpoſitione conſtitutionis
Marchię Anconitanæ lib. 4. cap. 18. de Pęn. ſiue
legi. ſol. de delic. filio. ubi pater poteſt cõpelli ad
huiuſmodi ſolutionem pro filio, ex quocunque de
licto condemnato ſi filius nullum peculium, uel mi
nus ſufficiens habuerit, ut hic.

43 Quia Primo reſpondetur quod d. coſtitutio non
fuit uſu recepta in Ciuitate Peruſina, ut data dila-
tione ad probandum, ſufficienter probabitur.

44 Secundo reſpodetur quod ea conſtitutio non ſo
lum intelligenda eſſet in filio condẽnato ex ueris
probationibus tantummodo, nõ autem ex preſum
ptiuis, & fictis, ut eſt illa que facta fuit hic, in contu-
maciam per ſupra allegata; uerum aliter de ea dici
non poteſt, quia expreſſe ita ſe ipſam declarat ea
conſtitutio, ibi non tamen in contumacia quoad le
gitimã patris auferendã, & ideo ſi non adeſſet Mo-
tus Proprius Pij iiij. de quo ſupra, certe quoad hãc
conſtitutionem res eſſet in tuto, facit tamen diſ-
ficultatem, quia illa modificatio quoad legitimam
45 filij condẽnati in contumaciam uidetur ſublata per
d. Motum Proprium uers. quod & ad legitimam
&c. ſed tolli uidetur dificultas, conſiderando, quod
Motus Proprius prędictus in clauſula non obſtan-
tium, tollit ſtatutum, & conſuetudinem locorum,
conſtitutionem autem maxime a ſummis Pontifici-
bus confirmatam, ut eſt illa d. c. xv. minime, cum
de ea mentionẽ aliquam non faciat, & quod nõ cor
rigitur, ſtare non prohibetur d. l. precipimus in
fi. de appella.

Tertio dato quod per d Motum Proprium cor-
rigatur etiam ea conſtitutio, quatenus uolebat, pa-
trem pro filio in contumaciam condẽnato non te-
neri ad legitimam, iſtud locum habere potuit reſpe
46 ctu d. Prouincię Marchię Anconitane non reſpectu
huis Peruſinę Ciuitatis, in qua ſpecialiter ſtatutum
fuit per Iuliũ feltriũ de Rouere Cardinalem Vrbi
ni nuncupatum, tunc legatum de latere tam in ci
uilibus quã in criminalibus attendi prius ſtatuta lo
corum deinde Marchię Anconitanę conſtitutino-
nes, unde cũ in hoc puncto, & indiuiduo reperiatur
ſtatutũ Peruſinum d. c. 72. patrem pro filio non tene
ri niſi pro homicidio Itẽ conſtitutio d. c. 18. patrem
teneri pro quilibet delicto, preferri debet ſtatutũ
47 hoc non conſtitutio predicta, non ſolum, quia quod
ſtatuit legatus de latere trãſit in legem perpetuam
huius Ciuitatis per ſe c. fi. de offi. leg. ubi omnes
uerum etiã quia Die 20. Iunij 1573. eadẽ Decreta
Illuſtriſſ. Cardinalis Vrbini cum quibuſdam decla
48 rationibus fuerunt cõfirmata auctoritate Sedis Apo-
ſtolicę per S. D. N. Greg. xiij. Motu Proprio, ex
certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis cum am
pliſsimis clauſulis, derogantibus quibuſcũque alijs
conſtitutionibus, & ordinationibus tam prouin-
cialibus quã Apoſtolicis per quoſcunquę Rom.
Pontifices, & etiã per ſe ipſũ quomodolibet factis, cõ
ceſsis, & confirmatis, ac etiam cum expreſſa caſſa
tione aliarum conſtitutionum contrariarum, ut in
eo Motu Proprio uideri poteſt, qui cum tanquã
poſterior, deroget prioribus l. pacta nouiſsima ubi
omnes C. de pact. & alij mille in locis apertiſsime
liquet, quod quicquid contineatur in d. c. 18. lib.
4 Conſt. Marc. Ancho. quicquid diſponatur d.
Motu Proprio Pij iiij. cum iam illa conſtitutio quã
iſte Motus Proprius diu ante quam Motus Propri
us S. D. N. Greg. xiij. edita, editusque fuerit, &
conſequenter quoad effectum huiuſmodi Decreti
Iulij Cardinalis Vrbini in ciuitate iſta noſtra nullo
modo

modo impedimento eſſe poſſunt patri, quo frui poſſit diſpoſitione iuris communis, & ſtatutarij noſtri, ne; teneatur ad legitimam perſoluendam pro filijs condẽnatis pro alio delicto, quã homicidio, ut hic.

49. Nec obſtant bannimenta aliquorum Gubernatorũ uolentia preponi conſtitutiones Marchię prędictę ſtatutis Ciuitatis Peruſinę, quia quoad pręcedentia ſunt caſſa, & ſublata per M. P. prędictũ quoad emanata poſtea, ea non ſubſiſtunt, cum per d. M. P. ſublata ſit auctoritas aliter ſtatuendi & iudicandi, tam ipſis Gubernatoribus quã etiam Commiſſarijs Apoſtolicis quauis auctoritate fungentibus, & Legatis de Latere, alijſq; omnibus, & in ſpecie dicitur in d. M. P. & quando hoc dictum ibi non fuiſſet, idem de iure dicendum eſt, cum inferior, qualis eſt Gubernator auctoritatẽ non habeat aduerſus ea, quę ſuperior, ut eſt ſummus Pontifex, ſtatuit c. cũ inferior ubi omnes de maio. & obedi.

CONSILIVM XXXXVI.

Argumentum.

De intellectu ſtatuti Peruſini rub. 72. lib. 3. quo cauetur, patrem non teneri pro filij delicto ad legitimam, niſi pro homicidio.

Et an intelligatur de condẽnato in contumaciam, & pro homicidio occaſionaliter commiſſo?

Et an procedat in condemnato pro tractatu ad homicidium?

Statutum Peruſinum rub. 187. lib. 3. quo pater tenetur ad legitimã filij rebellis qomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

Statutum dictans patrem teneri ad ſoluendam legitimam pro filio pro homicidio, uel de homicidio intelligitur, etiam quod occaſionaliter aliud homicidium ſequutum fuerit, quam illud, quod filius perpetrare intẽdebat nu. 1. & ſeqq.

Maxime nu. 5.

Alternatiua, uel, ſtat inter diuerſa nu. 2.

Immo multis modis ponitur nu. 17.

Et uno modo ſtat correctiue, ſeu declaratiuè nu. 18.

Propoſitio, pro, deſignat cauſam finalem non proximã nu. 3.

Immo hęc, & alię propoſitiones, ad uerbia, Coniunctiones, & ſimilia, intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, & una pro alia ponitur nu. 19.

Et denotat etiam cauſam finalẽ, & immediatam nu. 20.

Et quando refertur ad preteritum cauſã aliquam non denotat nu. 21.

Dictio, de, cauſam proximam denotat. nu. 4.

Contrarium nu. 22.

Tractatus de occidendo unum, uidetur cauſa proxima homicidij ſequuti in perſonam alterius nu. 6.

Contra nu. 25.

In maleficijs, euentus, non animus inſpicitur nu. 7.

Tractantes aliquem occidere, dant operam rei illicitę, ideo tenentur de omni eo, quod ſequutum eſt nu. 8.

Contra nu. 27.

Quia pendet ab illo articulo, an uolens delinquere circa vnam perſonam, puniatur, ſi ſequatur delictum circa aliam, de quo infra nu. 28.

Crimen rebellionis maius eſt crimine homicidij nu. 9.

Non dicitur crimen rebellionis. ſed pęna nu. 33. & 34.

Pater tenetur ad legitimam filij condemnati in pœnam rebellionis ex ſtatuto Peruſino lib. 3. rub. 185. ad finem nu. 10.

Quod declaratur, & intelligitur in filio condemnato ſpecialiter cauſa grauiſſima, quando defecit ad hoſtes, & non aliter nu. 35.

Publicatis bonis Vxoris, non uenit dos, niſi in quinque caſibus nu. 11.

In publicatione bonorum filij famil. ex forma ſtatuti licet non ueniat legitima, uenit tamen in condemnato crimine rebellionis nu. 12.

Quod procedit tantum in condemnato pro crimine lęſę maieſtatis nu. 36.

Intellectus Additionis ad ſtatutum Peruſinum lib. 3. rub. 72. nu. 13. & nu. 23.

Diſceptatio nominis relinquitur pertinacibus Grammaticis nu. 14.

Acumina uerborum relinquenda Grammaticis, ſenſum uero ſapientibus nu. 15.

Imperatores quandoque loquuti ſunt groſſo modo nu. 16.

Doctores excuſantur, qui adamuſſim normam linguę Latinę non ſeruauerunt eod. nu. 16.

Statutum odioſum odio irrationabile ſtrictiſſime debet interpretari nu 24.

Omnes, qui interueniunt in uno homicidio non tenentur de euentu homicidij, quando culpa eorum eſt ad caſum nõ premeditatum nu. 26.

Volens delinquere circa vnam perſonam, ſi ſequatur homicidium in perſonam alterius, non punitur pœna ordinaria nu. 28.

Maxime, ſi delictum ſequutum eſt preter intentionem delinquentis, & in alio loco, & tempore, quo delictũ committere deſtinauerat nu. 29.

Item maxime, quando illud delictum ſequutum tendit ad aliud, & indirecte ſequutum eſt nu. 30.

Maxime in auxiliante, & tractante tantum nu. 31.

Hodie nõ punitur affectus, licet nõ ſequatur effectus nu. 32.

Argumentum ab ęquiparatis in pęnalibus non procedit, niſi in ęquiparatis omnimodo, & in omnibus, & per omnia nu. 37.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

PRESVPOSITA cõdemnatione DD. Aſdrubalis & Ponpeij in pęnam vltimi ſupplicij, rebellionis, & confiſcationis omnium ſuorum bonorum, de qua in Actis, uidetur D. Io: Andreã eorum patrem viuentem aſtringi poſſe ad legitimam ſoluendam, ſecundum Dubia ſubtiliter excitata per Excellentiſſ. D. Commiſſarium

rium, non obſtante ſtatuto Peruſino lib. 3. rub. 72. in Additione, in fine, qua cauetur, patrem ad legitimam filij condẽnati teneri, quando pro homicidio, uel de homicidio, condẽnatus fuerit, nõ pro alijs delictis, & maleficijs, quia caſus iſte uidetur eſſe in terminis d. ſtatuti.

Primo quidem, quia licet in intentione illorum quibus auxiliũ Aſdrubal, & Põpeius preſtiterant & cum quibus tractatũ de occidendo D. Alexandrũ Mõte Sperellũ habuerunt, fuerit occidere d. D. Alexandrum & is occiſus non fuerit, fuit tamen homicidium commiſſum in perſonam Baptiſtę Tũdi & ſic ſumus in caſu ſtatuti, quando filijfa. condemnati fuerunt pro homicidio, uel de homicidio
2 Nec refert, quod intentio eorum non fuerit occidere d. Baptiſtam ſed d. D. Alexandrum quia ſatis eſſe uidetur ex intentione ſtatuti, quod ex illo precedẽti tractatu occaſio preſtita fuit, quod iſte Baptiſta occideretur, quod deduci poſſe uidetur ſecun-
1 dum D. Comm.ſſ. quia alternatiua, uel, poſita in
3 d. additione, uidetur ſtare inter diuerſa, & propoſitio, pro, deſignat cauſam finalem, ſed non proximam, & immediatam l. pen §. fin. ff. de ali. & ciba.
4 lega. Dec. l. 1. ou. 15. C. de ſent. quę pro eo, quod intereſt pro ſe, dictio autem, de, cauſam proximam denotat, ſecundum omnes in rub. ff. ſi cer. pet. & ideo uidetur eſſe ſenſus d. additionis, quod pater te-
5 neatur pro filio ad legitimã, quomodocunque condemnatus ſit ut homicida, ſiue cauſam remotam, ſiue cauſam proximam præſtiterit, idenque licet ij manus non appoſuerint homicidio prædicto, neq; intentionẽ habuerint, hoc homicidium ſequutum perpetrandi, quia tamen occaſionaliter ex illo tractatu eorum ſequutum fuit, pater uidetur teneri ad legitimam ex forma dicti ſtatuti, quod eum teneri uoluit, & ſi filius pro homicidio occaſionaliter cõmiſſo condemnatus fuerit.

6 Secundo quia tractatus de interficiendo D. Alexandrum Sperellum, uidetur fuiſſe, ſecundum eũ cauſa proxima interficiendi Baptiſtam Tundi, cum, ſi is tractatus non preceſſiſſet, d. homicidium ſequutum non fuiſſet, vnde omnes in tractatu interuenientes de homicidio teneri uidẽtur l. qui occidit §. in hec ff. ad l. aquil. Maxime, cum ſimus
7 in maleficijs, in quibus euentus, non animus inſpicitur, quando ſunt perfecta l. aut facta §. euentus ff. de pęn. l. quoniam multa ubi Bar. & alij C. ad l. iul. de ui.

8 Tertio Quia ſine dubio predicti Iuuenes tractãdo cum bannitis de occidendo D. Alexandrum Sperellum, dabant operã rei illicitę, ideo id omne quod ſucceſſit, & conſequenter d. homicidium in perſonam d. Baptiſte illis quoque imputandum uidetur l. cum qui §. ſi ſtatuta ff de iniur. Maxime quando id, quod ſequutum fuit, non tranſit in aliam ſpeciẽ delicti, quod committere uolebãt illi, ut per Bar. l. reſpiciendum § delinquunt ff. de pœnis.

9 Quarto fortius, ſecundũ eundẽ D. Comiſſ. quia iſti reperiuntur condẽnati pro crimine rebellionis, nam de arguendo a maioritate rationis, cũ iſtud crimen maius ſit homicidio, ſi ſtatuentes uoluerũt, patrẽ teneri ad legitimam ob homicidiũ filij, multo magis idem uoluiſſent, ſi interogati fuiſſent, ob iſtud iux. glo. l. tale pactum ff. de. pac.

20 Quinto non eundo ꝑ mendicata ſuffragia inquit idem excell. D. Cõmiſſ. quia reperitur expreſſe cautũ alio ſtatuto eiuſdem Ciuitatis lib. tertio rub. 185. ſere ad fi. patrem teneri ad legitimam filij condemnati in pœnam rebellionis, hic iſti filij in dictam pœnã rebellionis condẽnati fuerunt, merito.

21 Vltimo mouetur idem excell. D. Cõmiſſ. quia ſicut publicatis bonis Vxoris, non uenit dos, quę ſuccedit loco legitimę, niſi in quinque caſibus inter quos cõnumeratur crimen lęſę Maieſtatis l. quiſque legibus C. de boo. damna. ſic dicendum ui-
22 detur, quod licet in publicatione bonorum filij famil. ex forma ſtatuti non ueniat legitima ueniet tamen in crimine rebellionis, ut ęquiparatorum eadẽ ſit diſpoſitio, quod procedit etiam in pœnalibus. glo Bar. & omnes l. ſi quis ſeruo perſuaſerit C. de furt. Iaſ. §. ex maleficijs nu. 79 Inſtit. de Actio.

Cæterum facti ſpecie, iuribus, & doctrinis in contrarium allegatis, omnibuſque diligentiore cura, & ſtudio conſideratis, cenſeo ſine dubio prędictum D. Io: Andreã ad legitimam ſuorum filiorum minime cogendum eſſe, quia dd. eius filij (ut ex facie ſententię luce clarius apparet) non ſunt condemnati pro homicidio, uel de homicidio, ſed pro alio delicto, .i. pro tractatu de occidendo d. D. Alexandrũ Mõte Sperellũ, & receptatione, & conuerſatione bannitorum merito pater non tenetur ad legitimam, ut eſt cautum expreſſe d. additione ad rub 72 lib. tertio ſtat Peruſinorum.

23 Quę quidem Additio ſine cauillo expreſſo non poteſt intelligi, niſi reſtrictiue ad homicidium tantum, tum quia ideo declarando, & reſtringendo §. ſi uero filius, ibi, declarantes &c. tum quia ſicut generaliter in d. §. ſi uero filius qui declaratur, pater tenebatur ꝓ filio cõdemnato ex quocunque delicto, ita in d. additione quę excepto homicidio, negat, patrem teneri, generaliter debet intelligi de omnibus alijs, tum etiam, quia incluſio homicidij eſt excluſio aliorum delictorum, argumento l. cum pretor ff. de iudic.

Non obſtant in contrarium allegata, in quorum diſſolutione ueritas præſentis noſtræ opinionis luce clarior apparebit.

Et Primo non obſtat, quod ſtatutum uideatur obligare patrem ad legitimam filij cõdemnati pro homicidio, ſiue ipſi fuerint cauſa eius immediata, ſiue mediata ponderando illas dictiones, pro, uel de, ut ſupra, Quia reſpondetur pluribus modis.

24 Primo in huiuſmodi ſignificatione dictorum uerborum non eſſe faciendam uim aliquã, cum diſceptatio nominum relinquenda ſit pertinacibus Grammaticis Io: Fab. §. ſic itaque ubi late Gom. nu. 17. Inſtit. de actio. Feli. c. quanto in princ. de preſum. Alex. l. 1. § lex. falcidia, col. 2. ff. ad l. falcid. in
25 eundem ſenſum alias Bal. c. ex parte in col. pen. de app. inquit, acumina uerborum relinquenda grammaticis, ſenſum uero ſapientibus, ſequitur Geor. Natt. Clem. ſepe. in princ. de uer. ſig. & ut ait idem Bal. c. 1. §. & quia uidimus col. 6. qui feud. dar.
26 poſſ. & Aud. Sicu. rub. C. qui admit. col. 9. propterea Imperatores quandoque loquuti ſunt groſſo modo, & noſtrę tempeſtatis, & ſuperioris interpretes excuſantur, quod latinæ linguæ normam

adamuſſim

adamuſsim non ſeruauernit, ſecundum Bal. l. 1. C.
unde libe. & id quidem ſine dubio procedere uide-
tur in ſtatutis factis & cōpilatis pro hominibus po
pularibus, & Idiotis,
Secundo poſito, quod ſignificatio Verborum,
attendēda ſit, reſpondetur ſignificationem uerborū
de quibus agitur, non eſſe aſſumendam, ut in
17 contrariu m preſuponitur, Dictio .n. uel, licet al-
terna iua ſit, & inter diuerſa ponatur, ut dicitur, hoc
tamē non ſemp accidit, quia multis modis ponitur,
ſecundū Bar. l ſuper iter. §. officiū nu. 3. ff. de aq. plu.
arcen. late Alber. in ſuo dictio. uer. uel. ubi ex-
18 plicat plures ſignificationes huius dictionis; Inter
alias autem, ad rem noſtram habet ſignificationē
& uim correctiuam, ſeu ut alij dicunt declaratiuā
ponitur .n. pro idest, ut eſt tex. titulo apud quem
uel quos contra feu. diſſi. debe. & ibi glo. uer. to-
tum, quem tex. ita conſiderat Alber. ubi ſupra &
ita paſsim poni hanc dictionem tenent communiter
Doct. ut poſt plures teſtatur Cache. decis. Pede. 89.
nu 4. & ita accipitur in ſtatuto Peruſino d. loco ut
ſit ſenſus, patrem teneri pro filio condemnato pro
homicidio id. ſt de homicidio.
19 Eodem modo prepoſitio, pro, non facit difficul
tatem. primo generaliter, quia prepoſitiones, ad-
uerbia. coniunctiones, & ſimilia, poſita in legibus
intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, &
una pro alia ponitur, glo. eſt not. l. eas ff. de cōdi. &
demon. Alber. d. uer. pro, & certe illa dictio, pro,
multis modis pariter ponitur, ut docet Albe. d. uer.
pro. Sali. l. 1. ſub nu. 8. uers. oppono ergo primo C.
probat Bero. conſ. 133. nu. 10. xj. 12. & 13. & ſeq.
lib. 3, ita declarans Bar. l. 1. ad fi. ff. de ſeruit.
leg. & ibi Bero. ſub nu. 14. ad finem dicit deceptos
conſulentes in cōtrarium in ea ſua cauſa prout hic
in iſta, non intelligentes ibi Bartolum, & quod
poſt eum per eius dicta uoluerunt poſteriores, con
fundentes ſeruitutem habentem cauſam conti-
nuam ſimpliciter cum illa, quę habet cauſam con
tinuam perpetuā, ſeu permanentē prout fieret etiā
hic ſi teneremus cū allegantibus pro Iulio contra
Monaſteriū Nec releuat, quod idē Bero. d. conſ. 132.
nu 13. de cōmuni teſtetur cum Bar. d. l. 1. ad finem,
quia intelligitur de ſeruitute habente cauſā perpe
tuam, & permanentē, non ſimpliciter, & potentia-
liter tantum, ut ipſe met ſe ipſum declarat Bero.
d. cōſ. 133. ſubſequenti nu. x1. & ſeqq.

Circa Quartum dubium, an Monacis liceat
altius tollere ędes ſuas ſaltem iure municipali, Ad
63 uerſarij putāt reſpondendum negatiue † licet enim
nos dixerimus contrarium probari per ſtat. Perus.
lib. 2. rub. 58. §. item dicimus & §. item conſors.
inducendo eos, ut alias dicebamus & mox infra
explicabimus, ipſi tamen latius contendunt ad rē
noſtram ſtatutum prędictum minime allegari poſ-
ſe, cum loqui uideatur de uolente reficere, ſeu in
ſtaurare communem rem, minātem ruinam, eam
que certam intelligentiam eſſe ad dictum ſtatutum
pluribus argumentis contendunt, prę́ſertim uero
64 ex illa eadem rubrica, † a qua argumentum ad in-
terpretationem ualet, ſecundum omnes l. 1. ff. ſi cer.
peti quę loquitur aperte de uolente reficere rem
communem minantē ruinam, & indigentem refe-
ctione, ibi, ruinam minantem, & reparatione in
digentem.

65 † Secūdo iſte intellectus probari uidetur iuncto
principio dicti tituli cum d. §. item conſors. argu-
mento l. gallus. §. ille caſus ff. de lib. & poſt. Nam
principium loquitur de conſorte uolente ędificare
in muro communi indigentē refectione, diſponen
do, quod poſsit requirere conſortem ad contribu
tionem expenſarum, & ſi ille nolit contribuere,
poſsit ipſe ſolus de ſuo ędificium conſtruere ſubiū
gendo quaſi continuatiue d. §. item conſors, quod
ubi id fecerit ex prę́fata, uidelicet, cauſa, poſsit ibi
feneſtras aperire, & eas apertas detinere donec per
conſortem fuerint ei expenſę pro dimidia refectę;
& ſic in d. §. item conſors. ſtatui uidetur de muro
refecto, quando minabatur ruinam iuxta uer.
rub. & d. princ.

66 Tertio ſuadetur hic intellectus ſecundum eos,
quia alias eſſet ludibrio dicta lex, concedens fieri
poſſe feneſtras in muro. poſtea iubens remoueri.
contra l. final. § ubi autem C. de bon. quę lib. & l.
ſi prętor in princ. ff. de iudic.

Quarto ſecundum prędictos confirmari poſſe
67 uidetur, † quia quando aliquis vult in re comuni
indigente refectione ędificare, cautum eſt ſpeciali-
ter alia parte ſtatuti, videlicet eod. lib. 2. rub. 60.
ideoque d. §. item dicimus, & d. §. item conſors;
d. rub. 58. intelligendus uidetur ſecundum termi-
nos rub, quando quis ędificat ad neceſsitatem, &
refectionem, ut ſupra.

Quinto & ultimo retorquent iſti d. §. item dici-
mus, deducentes, quod in d. § prohibeatur con-
ſors edificare in communi contradicente alio con
ſorte per illa uerba, ibi poſita, id ſine cōtradictione

conſortis

68 conſortis facere poſsit, † nam dictio ſine exponitur pro, cũ, ſecundum glo. l. 2. in princ. ff. de lib. & poſth. ut ſenſus ſit, quod poſsit conſors ędificare ſine contradictione ideſt, cum conſenſu conſortis, ergo a contrario, ipſo contradicente, minime. l. 1. ubi Doct. ff. de offi. eius.

69 † Verum, his a longe petitis minime obſtantibus, concludendum eſt omnino, Monacis præfatis ſecundum formam ſtatutorum licere altius domũ ſuam extollere, uti dicto communi pariete, & feneſtras d. Iulij remurari facere, quia hoc aperte (niſi cauillis, ut Aduerſarij faciunt, utamur) decidittur d. rub. 58 § item dicimus & §. item conſors; quorum priore loco ſtatuitur, conſortem uolẽtem parietem, uel rem communem ędificare, & murare, ſeu ędificari, uel murari facere poſſe ſine cõtradictione conſortis, ideſt, nõ obſtãte contradictione cõſortis, ut intelligo, & infra cõprobabo; & ſubditur, φ nolẽs murare, uel murari facere, uel in tali ędificio contribuere pro rata, non poſsit aliquod commodum habere in d. ędificatione, & muro ędificato, niſi refectis expenſis arbitrio duo aum legalium magiſtrorum, vnde poſito, quod paries, ſuper quo Iulius iam ędificauit, & modo Monaci eo uolunt uti eſſet communis, ut ex aduerſo aſſeritur, nõ eſt dubium Monacos eo uti poſſe, refecta parte ex penſarum prout offerunt, & parati exiſtunt.

70 † Secundo uero loco aperte pariter cauetur, φ conſors, qui murauerit ſupra murũ communem, poſsit ibi feneſtras facere, & aperire, eaſque apertas habere ſine alicuius contradictione, ideſt non obſtante contradictione alicuius quouſque fuerit ſibi integre ſatisfactum de dimidia expenſarum per eũ factarũ in eo loco, eaque reſtitutione facta, ſtatim teneatur eas remurari facere ſuis ſumptibus. Igitur dato pariter prędictũ parietẽ, ſuper quo per Iulium ędificatum fuit, communẽm eſſe, cum appareat eum ſuperędificaſſe, feneſtraſque aperuiſſe, & modo Monaci offerant, dimidiam expenſarum reficere tenetur eas remurari facere ſuis ſumptibus, etiam quod Monaci nollent aliter uti muro ſuprędificato ex forma d ſtatuti, & hęc eis ad uictoriam ſufficerent, maxime cum quottidie utamur dictis ſtatutis, & apud practicos non habeant difficultatem aliquam.

Nob obſtant in contrarium allegata, in quorũ diſſolutione apparebunt cauilli Aduerſariorum, falſitas intelligentię eorum ad dicta ſtatuti loca, & dilucida ueritas pręſentis noſtrę conſultationis.

Igitur non obſtant primo ſumendo argumentum a rub. ad nigrum, quod nigrum dd. duobus in locis d. ſtatuti intelligendum uideatur ſolummodo, quando conſors ędificare vult, uel iam ędificatum in re communi indigente refectione, ad not.

71 l. 1. ff. ſi cer. pet. cum ſimili. † quia reſpõderi poteſt primo negando, quod rubrica loquatur tantum de reparatione locorum indigentium refectione nam ita inſcribitur Rub. illa 58. lib. 2. ſtat. Perus. quod habentes turrium, uel domum uel murum, uel aliam rem communem ruinam minantem, uel reparatione indigentem, reaſtent & hęc eſt prima pars rubricę, quę ſpecialis eſt, ut ex aduerſo conſideratur, pertinens ad refectionem earum rerum quę reparatione indigent, poſtea ſubſequitur & de reſtitutione expenſarum, quæ generaliter accipi

72 poteſt in quolibet ędificante in re comuni, † cum generaliter loquatur. l. 1. §. & generaliter de leg. præſtan l. de precio. de publicia. demum ſubditur & quod poſſeſsio rei communis non prętudicet cõſorti, quę pariter generalis eſt, vt ad ſenſum patet retorquendo igitur argumentum cum rubrica loquatur generaliter de quolibet ędificante in communi etiam ſine neceſsitate reparationis, ut ſupra, non eſt inconueniens, quod nigrum quoque d. §. item dicimus & §. item conſors loquatur, & intelligatur de eo, qui ędificat in communi ſine neceſsitate refectionis.

Secundo dato, quod rub prędicta in qualibet ſui parte intelligeretur ſpecialiter de ędificante in comuni indigente refectione; Reſpondetur

73 non eſſe inconueniens, † quod nigrum ſit generalius rubro, ſecundum omnes comuniter d. l. 1. ubi Dec. nu. 4 ff ſi cer. pet. ut probatur ſecundum aliquos. au h. ut Eccl ſia rom. que loquitur tantum de Romana Eccleſia, nigrum autem etiam de orientali, Item in auth. ut nulli creden. agri &c. ubi rubrica loquitur tantum de agricolis, nigrum tamen §. ſin autem pecunias; ut ibi per glo. uers. omnes; vult illud beneficium cõune eſſe omnibus Item auth. de inceſt. & nepha. nup. inducendo, ut per Dec. d. loco; & licet non ignorem, ad hęc a poſterioribus reſponderi, quaſi non probent, omnes tamen admitunt concluſionem prędictam & probatur, Inſtit. de ſer. ruſt. pręd. ubi in rub. deſeruit. ruſticis tantum dicitur, & tamen in nigro § prediorum. etiam de Vrbanis agitur. Item probatur in rub. de offi. eius: ubi in rub. de iuriſdictione delegata agendum proponitur, & tamen in tex. agitur etiam de poteſtate delegantis, ut ibi Alex. aduertit; Ac etiam probatur multis alijs in locis, ut per Modernos d. l. 1. ff. ſi cer. pet. Vbi etiã

74 ad rem noſtram dicunt Doct. † quod quando nigrum eſt generalius rubro, tunc nigrum nunquã reſtringitur per rubrum, ſed nigrum ampliat rubrum, Alex. d. l. 1. col. 1. uerſiculo in tantum &c. & ibidem Alex. col. 3. & poſt Bal. & alios alijs in locis per eos citatis tradunt ibi, Mod. Bono. nu. 16. ubi ego in 4. not. addidi. rationem.

Non obſtat inductio Aduerſariorum á conionctione principij cum d. § item conſors; quia eſt nimis dura, & extranea d. coniunctio & uiolat, ac reſtringit nimis generalitatem d. §. item dicimus & d §. item conſors; & nichil urget facere illam coniũctionem, quinimmo apparet ex diuerſitate uerborum, qu bus ſtatuentes utuntur in his diuerſis locis, hoc eſt d. principio, & dd. §§. diuerſum quo

75 que ſenſiſſe, † cum uerba ſint earum, quę ſunt in animo paſsionum notę l. labeo d ſuper legat.

Diuerſitas autem uerborum appatet, quia in principio, in quo loquitur de edificate in re cõuni, indigente reparatione, ſæpe utitur uerbo, reficere reaptare, reſtaurare & reparare, poſsit hoc facere &c. in dd. uero § § non utitur his uerbis ſtatutum ſed alijs laborıbus, & pertinentibus ad ędificantem ſine neceſsitate reparationis, ut patet d. § item dicimus ibi noluerit in d. re ędificare uel murare uel ędificari, uel murari facere &c. &, ibi, & non uolens

uolens murare uel murari facere, nec in tali ędificatione, uel muro &c. & paulo infra, de dicto muro, ſeu ędificatione, iterumque ibi, finito d. ędificio, ſi edificans, & non ędificans, & infra, conſors non ędificans ad petitionem ędificantis. rurſus etiam infra promiſsionem conſorti ędificanti demumque (ut alia omittam) ibi, conſors noluerit ędificare; Ex quibus tot in locis repetitis uerbis apparet, ſtatuentes quodammodo fugiſſe uerba illa, quibus uſi fuerant in principio, reficere, reaptare, & ſimilia, ut oſtenderent ſe ãplius in d. §. itē dicimus. non loqui de ędificante in communi indigente reparatione, ſed generaliter de quolibet ędificante in comuni. Eodem modo eadem ratione, & argumentis in d. §. item conſors, idem oſtendunt ſtatuentes, ibi, qui murauerit ſuper muram communem.

Vlterius, quod nigrum d. ſtatuti ſit generalius rubro apparet pluribus alijs in locis, in §. item ſtatuimus, & ordinamus, ubi cum dicatur, quod ſi aliquis, domo iam communi diuiſa, uoluerit facere murum, uel fundellum, poſsit facere, apparet quod non loquitur de re minante ruinam, uel inindigente refectione. idem in §. & ſi aliquis habuerit aliquod &c. in quo diſponitur, quod poteſtas faciat remouere impedimētum, quod conſors pręſtaret in re communi ad petitionem conſortis, de quo aliquid dictum non fuerit in rub. idem in §. item ſimiliter ubi de pactis de non uendendo partem ſuam inter conſortes, & eorum auctores, de quo pariter nihil in rubrica. Idem, & fortius apparet in §. item quicunque, qui loquitur de re propria, non communi alicuius, de quo nullum uerbū in rubrica licet in principio, & in alijs reliquis §§. poſt d. §. item quicunque nigrum ſemper diſponat de re communi. erroneum eſt ergo, ne dicā falſiſsimum quod nigrum illius Rubricę cōueniat rubro, immo generalius eſt ut patet apertiſsime ex prędictis.

Non obſtat, quod ludibrio uideatur habendum
76 ſtatutum, permittens fieri feneſtram poſtea iubens claudi & remurari, contra l. fin. §. ubi autem C. de bon. quę lib. cum ſimilibus, quia non eſt ludibrio, nec omnino inutilis ſtatuti prouiſio ędificanti in cōmuni, cum habeat commoditatem temporalem donec refectę non fuerint impenſę, ut in eo, & quando id eſſet ſibi imputet, qui ita ędificauit, & ſtatutum acceptauit.

Non obſtat, quod de ędificante in re communi ſit alibi cautum, videlicet, rubrica 60. eod. lib. 2. & ob id uidetur non eſſe diſpoſitum d. rubrica 58.
77 dd. duobus §§ † quia in d. rubrica 60. ſtatuitur de uolente ędificare in ſuo, uel in re a ſe poſſeſſa, ut in rubrica & nigro clariſsime patet, inde uero rub. 43. in re comuni, & ſic de diuerſis, ideo neutra eſt ſuperflua; pręterea non diſponitur idē in utroque loco, ſed diuerſo, etiam quod utroq; loco de ędificante communi ſtatutum loqueretur.

Non obſtat, quod §. item dicimus, loquatur ſolum, quando conſors ędificat cum cōſenſu conſortis, ut retorquendo, & a contrario ſenſu inducunt Aduerſarij illum tex. in dictione, ſine contradictione, Quia eſt falſum, & repugnat apertiſsime uerbis, & menti d. §. ibi, & non uolens murare, ſeu murari facere &c. ubi diſponitur, quod ſi conſors nolit murare, uel contribuere, poſsit alter & ille contradicens beneficium aliquod non capiat niſi refectis expenſis, ad quod non aduertunt Ad-
78 uerſarij, toto illo §. non perſpecto † Nec obſtat anterior pars §. illius, ibi, ſine contradictione, quia non exponitur, ideſt cum conſenſu, iux. glo. d. l. 1. de lib. & poſth. ſed aliter dicta uerba accipiunt ſtatuentes, quam acceperit glo. d. loco, nempe, pro non obſtante contraditione ut patet, ibi, ex ſequentibus, ac etiam in eod. titulo in princ. ibi, ſine alterius partis contradictione, & d. §. item conſors, ibi ſine alicuius contradictione; & glo. d. l. 1. poteſt procedere, ubi apparet, quod ſtatuen-
79 tes non habeant alium diuerſum ſenſum, † ſecus alias, ut hic, quia tunc uerba illa, ut etiam omnia alia accipiuntur ſecundū mentem proferentis; iux. glo. l. blanditus. de fideiuſſ. cum ſimilibus. ex quibus &c.

Fuit pronunciatum ſecundum ſupraſcriptū Conſiliū per M. D. Mutiū Roſcium Auditorē Reuerendiſ. Domini Gubernatoris Peruſię & Vmbrię Die ultima Auguſti 1577. manu ſer Simonis Frācīſchini, & confirmata prędicta ſententia cum relaxatione mandati executiuj per Reuern. D. Dominicum Octolinum Reuerendiſ. Epiſcopi Peruſini Vicarium Die xj. Decembris manu ſer Agabiti Nerutij.

CONSILIVM XXXXVIII

Argumentum.

Dies termini an, & quando computetur in termino, & quando procedatur de momento ad momentum pręcipue in ſocietatibus officiorum Vrbis Romæ.

Quando factæ ſunt ſocietates prædictæ cum diſdicta xv. dierum, An dies illi xv dierum ab ipſo actu, uel potius poſt diem termini currere incipiant.

Et declaratur regula Cancellarię de infir. reſig. reſpectu xx. dierum datorum ad reſignandum.

SVMMARIVM.

Dies artificialis ab ortu ad occaſum, non naturalis xxiiij. horarum intelligitur in actu contētioſa iuriſditionis, ut quando compellere uolumus aliquē ad dandum uel faciendum aliquid nu. 1.

Secus in ſimplici notificatione uoluntatis, & reuocatione beneplaciti uoluntatis, & his, quę fiunt extraiudicialiter nu. 26.

Verba

Verba proprie ſunt intelligenda nu. 2.

Dies proprie dicitur, quando ſol eſt ſuper terram nu. 3.

Contra uerius, quia appellatione diei uenit dies xxiiij. horarum, & ſic tempus noctis nu. 27.

Prima opinio procedere poteſt, ubi mentio diei fit ad differentiam tenebrarum nu. 31.

Factum de nocte improprie dicitur factum de die nu. 4.

Contra nu. 27. & ſeqq.

Diei mentio intelligitur de artificiali, quando actus explicandus commode de nocte fieri non poteſt nu. 5.

Quod procedit propter ſubiectam materiam nu. 32.

Iudicis, & notarij Copia de nocte plerunque non habetur nu. 6.

Vna, eademque determinatio reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinare debet nu. 7.

Creditor de nocte pecunias accipere non tenetur nu. 8.

Contrarium uerius eſt, quia debitor poteſt etiam de nocte ſoluere nu. 39.

Et prima opinio intelligitur in caſibus ſpecialibus, quando creditor paratus eſt prorogare ſolutionem in lucem ſequentem nu. 41.

Vel quando locus eſt inſidijs paratus creditori nu. 42.

Vel periculum eſt incedere de nocte nu. 43.

Vel creditor de facili poſſet in quantitate pecuniarum decipi nu. 44.

Intepretatio fit contra fundantem ſe in uerbis nu. 9.

Verba in contractu ſocietatis officij cum diſdicta xv dierum precedentium, intelliguntur, ac ſi dictum fuiſſet quod dentur xv. dies ab ipſa diſdicta, ſeu renunciatione, & ſic ab actu renunciationis ad reſolutionem ſocietatis nu 10.

Contra nu. 45.

Dies primus diſdictę in conuentione ſocietatis officij, currit de momento ad momentum, & ſic ſtatim finita ſocietate nu x1.

Computatio temporis fit de momēto ad momentum, quando alias ſequeretur abſurdum, niſi ita fieret nu. 12.

Computatio temporis de momento ad momentū fit, quando tempus apponitur ad complementum ſiue expirationem alicuis beneficij alicui conceſſi nu 13.

Dies termini, nil aliud eſt, quam dies aſſignationis termini ad aliquid faciendum nu. 14.

Tempus initæ obligationis uenit de momento ad momentū etiam ab ipſa hora, qua deberi quid incipit. nu. 15.

Quod procedit in hijs, quæ miniſterio iuris fiunt, non in hijs, quæ factum hominis exigunt. nu. 48.

Tempora præſcriptionum currunt ipſo iure, abſq; aliqua ratificatione, uel monitione nu. 16.

Tempus xxx. dierum ad petendum apoſtolos, currit de momento ad momentum, & dies interpoſitæ appellationis numeratur. nu. 17.

Tempus xxx. dierum mulieri datorum ad denunciandum ſe eſſe pregnantem, currit de momento ad momentum nu. 18.

Terminus octo dierum ad oſtendendam manifeſtam offenſam, currit de momento ad momentum nu. 19.

Contra uerius nu. 60.

Terminus ad aliquid faciendum aſſignatus, poſtq; illud factum fuerit, tunc eo facto explicato, confeſtim, & de momento ad momentum currit nu. 20.

Quod procedit uigore dictionis poſt, poſtquam, & ſimilium nu. 49.

Terminus uita xx. dierum aſſignatorum per regulam Cācellariæ de infir. reſig. ipſo reſignationis actu currit de momento ad momentum nu. 21.

Contra uerius, quod currat, die ad miſſæ reſignationis finita, & ſic non computato die termini in termino nu. 54. & ſeq. Maxime nu. 57.

Officialis lucratur pecuniam in ſocietate officij per ſocium poſitam, illo moriente, ad huc durante ſocietate ex forma Bullæ nu. 22.

Dies conuentionis, tanquam dies termini, non computatur in termino nu. 23.

Dies incipit à media nocte precedente, qua fit conuentio & media nocte ſubſequente terminatur nu 24.

Dies an ab ortu ſolis ad occaſum artificialis, uel potius naturalis, ſiue vulgaris nuncupetur, remiſſiue nu. 25.

Tabellio dicens ſe rogatum tali die, non improprie loquitur, licet contractus celebratus ſit de nocte nu. 28.

Verba ſimpliciter prolata intelliguntur naturaliter, non ciuiliter nu. 29.

Diei appellatio continet totum tempus, quo ſemel reuolutio totius cæli abſoluitur nu. 30.

Diſdicta ſiue renunciatio poteſt fieri etiam de nocte nu 33

Intimatio poteſt fieri de nocte nu. 34.

Commiſſio citationis fit iudice ſedente, ideoque interdiu nu. 35.

Sententia de nocte lata non tenet nu. 36.

Contra, ſecundum ſtylum Romanæ Curię, & alibi nu. 37.

Actuarius generalem habet auctoritatem pro citationibus faciendis, qui tam interdiu, quam de nocte reſcribit nu. 38.

Dies ultima tota, uſque ad mediam noctem, cenſetur poſita ad fauorem debitoris in tempore dato ad ſoluendum nu. 40.

Verbum poſt, uel poſtquam, & ſimile, duobus modis accipitur; Vno, ut ab ipſo actu tempus denotet nu. 46.

Altero uero a die actus nu. 47.

Terminus aſſignatus ab ipſo actu currit de momento ad momentum nu. 50

Dies termini non computatur in termino, quando clare conſtat, de mente loquentis eſſe, quod non computetur ut ſi dictum ſit, ex, a, ab die notificationis &c, nu. 51.

Dies termini non computatur in termino, etiam quando ſumus in dubio de mente loquentis nu. 52.

Dies xx dati per regulam Cancellariæ de in fir. reſig. ab actu admiſſæ reſignationis, non autem factæ reſignationis incipiunt nu. 53.

Dilatio Menſis, puta decima Februari finitur in fine diei decimę Mēſis Martij ſeq̄ntis, & ſic dies termini nō cōputatur in termino, ſecundum communem nu. 55.

Mandatum Pontificis, ſi ſit de prouidendo alicui de beneficio poſt menſem, poſtquam literę pręſentatę fuerint, ad computandum menſem nec hora pręſentationis, nec dies attenditur nu. 56.

Intellectus Guidonis Papę uerborum in conſ 172. & Boerij decis. 348. nu. 3. aliter, quam quidam alij intellexerint nu. 58.

Ioannes de Sel. de beneſ. par. 3. queſt. 47. danatur nu. 59

Dei

D'i Opt. Max. ſuffragio implorato.

CONTRACTA ſocietate
inter Magnificum D. Eq
item Scytam ſuper eius
officio, & Boniſatium
Ser Io: Baptiſtę ad ſex
menſes proxime futu-
ros, & deinde impoſte
rum ad beneplacitū am
barum partium, cum re
nunciatione ſocietatis ſeu diſdicta (ut appellant)
xv. dierum precedentium elapſis d d. ſex mēſibus
Boniſacius die 12. Nouembris hora circiter xxij.
renunciauit, & parti intimari fecit, d. ſocietati, &
die xxuij. eiuſdem menſis hara quarta noctis de
ceſsit.

Queritur an huiuſmodi mors Boniſatij acciderit
finita ſocietate, uel ne, & conſequenter, An d. Do
minus Eques lucratus ſit quod per Boniſatium
poſitum fuit in ſocietate uel non iuxta formā bullę
Sumi. Ponti. ſuper ſocietatibus officiorum Vr-
bis Romę.

Non nulli reſponderunt ad fauorem hæredum
d. Boniſatij tempore d. mortis ſocietatem eſſe
diſſolutam, & propterea eos nihil amittere cen-
ſuerunt.

1 Primo quidem, † quia in actu contentioſę iuriſ-
dictionis, ut quando aliquem compellere uolumus
ad aliquid dandum, faciendum, uel recipiendum
dies artificialis ab ortu ad occaſum, non naturalis
xxiiij. horarum intelligitur, glos. Bar. & doct. l.
more Romano ff. de fer. Boniſatius compellere
poterat d. Equitem ad dd pecuniarum in ſocieta-
te poſitarum reſtitutionem, iuxta formam conuen
tionis, merito &c.

2 Secundo † quia in quolibet actu uerba proprie in
telligenda ſunt l. 1 § ſi quis nauem, ff. de excercit
3 † proprie autem dies dicitur, quando ſol eſt ſuper
terrā l. hęc uerba, ille, aut ille. de uer. ſig. l. 1. C. de
cuſt. reo. c. ſi perfodiens de homi. Bar. l. 1. § hoc autē
4 ſenatus. ff ad ſilla. † factū uero nocte improprie di
citur factum de die d. l. more, ibi, proinde, & no-
tat, ibi, Paul. Caſt. & doct. ergo de artificiali die
ea uerba conuentionis intelligenda ſunt.

5 Tertio Quia † qn̄ actus explicandus una dierum
commode fieri non poteſt de nocte, mentio diei in
telligitur de artificiali. Ant. But. c. 1. in ſecundo
not. per illum tex. de treu. & pace. Dec. plura ad
hoc congerens c. conſuluit nu. 32. & ſeq. de off.
de leg. huiuſmodi uidetur actus renunciationis ſo-
cietatis cum de mandato Iudicis, & manu publici
6 notarij fiat †, quorum copia plerumque de nocte
non habetur § ſedebunt autem, de iudi. Alex. d. l.
more nu. 8. merito &c.

Quarto Ad idem mentio diei in d. conuentione
reſpectu renunciationis faciendę per Boniſatium
refertur, ad ad artificialem, p ſupradicta, ergo eo-
dem modo reſpectu ſolutionis faciendæ per D. Eq-
item, ut teneatur eam facere elapſis xv. diebus a die
7 renunciationis, ne una eademque determinatio
reſpiciens duo determinabilia difformiter deter-
minet, contra l. iam hoc iure. de vulg. & pupilla. l.
8 quamuis C. de impub. & alias ſimiles. maxime †
cum creditor de nocte pecunias accipere non coga-
tur glo. Bal. & ibi Alex nu. 10. d. l. more. Dec. d.
c. conſuluit nu. 38.

Quinto Principaliter, quia dato quod mentio p̄
dicta dierum intelligatur de naturali ſiue legali 24.
horarum, illi uidentur incepiſſe currere illico fa-
cta renunciatione hora 22. die 12. Nouembris,
& expleuiſſe die 27. dicta eadem hora 22. eodem
momento quo facta fuit renunciatio.

9 Primo quidē † ut fiat interpretatio cōtra fundā-
tem ſe in uerbis l. ueteribus ff. de pactis, & ad fauo
rem eius, qui tractat de damno euitando l. fin. §. &
ſi prędictam C. de iur. de lib. l. fin. C. de eden. &
not. Bal. d. l. more Romano utraque lect. quem ſeq
tur Buti. l. 1. §. qui preſens nu. 27. ff. de uer. oblig.

10 Secundo quia † dum in conuentione predicta di
citur, cum diſdicta xv. dierum precedentium, per
inde eſt, ac ſi dictum fuiſſet, quod xv. dies dentur
ab ipſa diſdicta ſeu renūciatione, & ſic ab actu re-
11 nunciationis ad reſolutionem ſocietatis quia † ap
pellantur dies diſdictæ ſiue dies poſt diſdictam, nō
autem dies diei diſdictæ, quo caſu computatio die
rum intelligitur de momento ad momentum Io:
And. ad Specul. de cita §. uiſo. uera. item not. cum
concord. plene per Tiraq. de retrat. par. 1. §. 1.
glo. xj. nu. 24. Nell. de banni. 2. par. ſecundi tem
po. q. ulti. uers. 4. caſu, Rol. conſ. 41 nu. 44. lib.
* 1. de communi * Alex conſ. 87. nu. 1. lib. 1. de praxi.
Fely. d. c. conſuluit ſub nu. 5. uer. limita.

12 Tertio quia † quando ſequeretur abſurdum niſi
computatio fieret de momēto ad momentum, ut ſi
promitteres fidelitatem ex hac die, uel diceres ab
ortu ſolis ad occaſum diem eſſe, computatio fit de
momento ad momentum Bal. conſ. 457. Recur.
pater lib. 1. nu. 3. Cyn. l. a colligato C. de nup.
Tiraq. d. glo. xj nu. 33. ſed ita eſt hic, quia cum
renunciatio ita dicatur facta ſtatim ab actu ipſo, &
eadem die, qua fit ſicut ſubſequentibus, ut cuiuſ-
libet ſenſui patet, ergo ſi dies illa computari non
deberet inter xv. ſequeretur quod non poſſet ſocie
tas ea die dici renunciata, quod falſum & abſurdum
eſſe uidetur, ſicut quod orto ſole uſque ad ueſpe-
ras dies non ſit, & quod non teneatur eſſe fidelis
ſtatim qui ab hac die permittit fidelitatem.

13 Quarto quia † quando tempus apponitur ad cō
plementum ſiue expirationem alicuius beneficij
alicui conceſſi cōputatur de momento ad momen
tum l. 3. §. minorem ubi Bal. id not. ff. de mino.
Affli. de conſt. ſici. incipientem appellationum tē
pora, col. 3. not. 4 Tira. d. glo. xj. nu. 40. Bal.
conſ. 246. lib. 5. Franc. Bec. latius. d. conſ. 99
ſub nu. 17. hic tempus xv. dierum appoſitum eſt
ad expirationem beneficij Domini Equitis, qui ſi
mortuus fuiſſet intra d. tempus Boniſacius fuiſſet
lucratus pecuniarum quantitatem expoſitam ſocie
tati, merito &c.

Quinto diſceptatio doctorum, quæ eſt an dies
termini computetur in termino, non uidetur adap-
14 tari quæſtioni noſtræ, niſi inſipide, quia † cum
dies termini nil aliud ſit, quam dies aſsignationis
termini ad aliquid faciendum ſecundum Ias. l. 1.
nu. 20. uers. 2. modo. ff. ſi quis caut. & in contra-
ctu ſit aſsignatus terminus quod ſi poſt ſex menſes
Boniſatius uoluerit eſſe renunciatum ſocietatis de-

claret

claret per xv. dies ãte, nullus alius dies termini eſſe
poteſt, niſi dies ipſe cõtractus, in quo lex impoſita
eſt, ut facere debeat d. renunciationẽ, & declaratio-
nẽ ſuę uoluntatis, non autẽ ille dies renunciationis
cũ non ſit dies aſsignationis termini ſed dies facien
di illud ad quid tenetur ſi vult ſocietatem finiri.
15 Sexto Quia, tempus initę obligationis currit dé
momento ad momentũ, & ab ipſa hora qua deberi
quid incipit, etiam ſi ſit ipſa dies celebrati contra-
ctus glo. l. in omnibus de acti. & obli: ubi Bar. ſim-
pliciter eã ſequitur, & Ang. latius dicens cum ea eſ
16 ſe merã ueritatẽ, ratio quia † ipſo iure currunt tem-
pora preſcriptionũ abſq; aliqua monitione, & noti
17 ficatione, id quod patet, quia † tẽpus 30 dierũ ad pe
tendos apoſtolos poſt appellationem interpoſitã
currit de momento ad momentũ & dies appellatio-
nis interpoſitę numeratur glo. elẽ. ſicut de app. ſic
18 in tẽpore 30. † dierum datorum mulieri ad denun
ciandũ ſe eſſe ꝑgnantẽ poſt diuortiũ l. 1. §. & ſi ma
ritus de lib. agno. ut poſt Iac. ab Arena. tradit Bar.
19 ibi nu. 2. ſic † tertius octo dierum datus ad oſtenden
dã manifeſtam offenſam in terminis c. ſolet. de sẽt.
exco. lib. 6. currit de momento ad momentum Rot.
Rom. de ſent. exco. decis. 4. in no.
20 Septimo quia pone in terminis, ut illi aiebant, quia †
quñ aſsignatur terminus ad aliqd faciendũ, poſtq;
aliquid factum fuerit, tunc eo facto explicato cõſes-
tim & de momento illo ad momentũ currit tertius
glo. c. concertatione uer. ſciuerit. de app. in 6. Ang.
cõſ. 404. col. 2. Tiraq. d. glo. xj. nu. 28. Nellus de bãni
d. 2 par. 2. tẽpo. q. fin. uer. quarto caſu hic ſumus in
huiuſmodi caſu, quia dictum fuit finiri ſocietatẽ per
xv. dies poſtquam fuerit ei renunciatum ergo &c.
Poſtremo in terminis ſimillimis, ut ijdẽ aſſeveran
21 ter affirmabant, quia tertius uitę xx. dierũ aſsignato
rũ per regulã cancella. de in fir. reſignan. clerico re
ſignanti beneficiũ, ut uiuere debeat xx. dieb. poſtq;
reſignauit, ut reſignatio ſortiatur effectũ currit ab
ipſo reſignationis actu de momẽto ad momẽtũ, ut
clare, ſm̃ eos, uoluit Guid. Pap. cõſ. 172. Ser. Hugo.
uer. dico, ꝙ regula &c. & ſeqtur Boe. decis. 348. nu.
3. dũ dicuit, ꝙ illi xx. dies cõputatur a tempore re
ſignationis facte coram Notario & teſtib. & cũ idẽ
ſit dicere a tẽpore reſignationis, ꝙ ab ipſa reſigna-
tionę & iſto caſu currat de momento ad momentũ
ut ſupra merito id apte ſentire uidentur ſm̃ eos Et
in propoſito tollitur omne dubiũ (ſm̃ predictos ita
tenentes) quia in dictis ſimillimis terminis de xx. dieb.
ſm̃ terminos d. regule de in fir. reſignan. tẽpus pre
dictũ currere de momẽto reſignationis apte firmat
Io: de Selua. in tract. de bene ſi par. 3 q. 46. in fi. ꝑ d.
glo. clem. ſicut, & notata per Rot. d. decis. 4 de ſent.
excom. in no.
Cæterũ diligentiore cura his omnib. trutinatis
contrariũ cẽſeo reſpondẽdũ ex formę bullę ſup hũ
22 iuſmodi ſocietatib. quatenus cauetur officialẽ lucrari pe
cuniã per ſociũ in ſocietate poſitã illo durante ſo-
cietate moriente, prout hic accidiſſe facile demon-
ſtratur licet .n. ex forma initę cõuẽtionis inter iſtos
ſocietas contracta fuerit ad ſex mẽſes, & inde ad be
neplacitũ, cũ diſdicta xv. dierũ precedentiũ. ſ3. finis
ſocietati, & d. renũciatio facta fuerit ꝑ Bonifatium
die xij. Nouẽbris hora 22. in circa, & ipſe mortuus
fuerit die 27. d. menſis hora quarta noctis, & conſe-
quẽter videatur traſacti dies xv. & horę ſex a d. diſ-
dicta, & ſic finita ſocietas tẽpore mortis, Veritas tñ
23 ſe habet in contrariũ, quia † cũ dies renũciationis,
q̃ fuit duodecima d. mẽſis, tãq; dies termini dd. xv.
dierũ nõ cõputatur in termino. l. 1. vbi doc. ff. ſi quis
caut. l. cum q calẽdis ubi glo. & doct. de verb. oblig.
glo. & doct. l. ubi lex de reg. iur. Ang. conſ. 404. in
princ. Frãc. Becci. cõſ. 99. nu 14. & alij uarijs in locis
* magis * cõmuniter, ut atteſtatur & congerit Tiraq.
d. glo. xi. nu. 21. & in praxi ſeruari aſſerẽs Bal. l. eos
§ ſi autẽ. C. de app. Abb. Fulg. & Ias. d. l. 1. Dec. c. ſu-
per eo, huius initij ſecũdo nu. 17. uers. ſecũdo fallit.
24 de appel. † & dies incipiat á media nocte ꝑcedenti
& terminetur media nocte ſubſequẽte l. more Ro-
mano ff. de feri. dẽpta illa duodecima diẽ, in qua re-
nũciatio facta eſt usq̃ ad mediã noctẽ, qua explicata
fuit terminus dd. xv. dierũ hora 1. d. mediæ noctis
ſubſequẽtis incępit, & terminatus eſt dicta die 27.
hora ſeptima circiter, cũ noctes tũc eſsẽt horarum
quatuordecim. in circa, Bonifatius uero mortuus
ſit hora 4. d. noctis apparet mortuũ fuiſſe tribus ho-
ris circiter ante expletũ terminũ dd. xv. dierũ, & ſo
cietatem finitam.
Non obſtant late in contrarium excitata, in quo
rum diſſolutione ueritas ꝑſentis noſtræ opinionis
luce clarior apparebit.
25 Et primo omiſſo nunc, an † dies ab ortu ſolis ad
occasũ artificialis uel potius naturalis, ſiue vulgaria
nuncupetur, de quo apud Tiraq. d. glo. xi. nu. 3. &
retento cum. dd. qui artificialis dicatur.
Nõ obſt. ꝙ appellatione diei uenit iſte artificialis
ab ortu ſolis ad occaſũ qñ nolumus aliquẽ cõpellere
ad dãdũ, faciẽdũ, uel recipiẽdũ in actib. contẽtioſe
iuriſdictionis ſm̃ glo. Bar. & ceteros d. l. more Rom.
Quia reſp. nos nõ eſſe hic in actu cõtẽtioſę iuriſdi
ctionis, ſicuti nec in cõpulſione ad aliqd dãdũ, faciẽ
26 dũ, uel recipiẽdũ, † ſed in ſiplici notificatione uolũ-
tatis, & reuocationis beneplaciti ſocietatis, q̃ extra-
iudicialr̃ fit & citra cõpulſionẽ cõunẽ ad dãdũ, reci
piẽdũ, uel faciẽdũ ut ꝑ ſe patet, cũ nec qñ fit d. uolũ-
tatis declaratio, nec pẽdentib. dictis xv. dieb. ſocius
cõpelli poſsit ad dandũ faciendũ, uel recipiendum,
ſed demum explicito d. tempore, & finita ſocietate
Nõ obſt ꝙ dies ꝓprie ſit qñ ſol eſt ſup terrã d. l. 1.
de iuſt. rec. d. l. hęc uerba ille de uer. ſign. & uerba
ꝓprie intelligenda ſint d. l. 1. § ſi is qui nauem, &
cõſequenter approbatio diei in d. cõuentione uidea
tur referri ad diem ab ortu ſolis ad occasũ tantum.
27 Quia reſpõdeo aſsũptũ eſſe falsũ, † appellatione .n.
diei ſingulr̃ ꝓlati nõ dies ab ortu ad occasũ, ſed 24.
horar̃ uenit Archi c. ꝙ a fratrib. 75. dis. poſt glo. c. 1.
in pric de cõſe. dis. 3. Bal. c. ego. n. de iur iurãd. ꝓbat
l. cũ q certai ũ in princ. de uerb. ob. & §. diẽ inſti. de
uer oblig. Fẽl. c Eccle. Sãcte Marie col. 19. uer. 5. de
claratio de cõſtit. Domi. c. cõſuluit col pen. ubi etiã
Dec. de offi. del & poſt alios multos Tiraq. d. glo.
xi. ſub nu. 7, uer. ꝙ ſi nihil, & 8 & 9. ſic dicimus ãnũ
eſſe dierũ 365. l. ãniculus de uer. ſign. mẽſes 30. & 31
dierũ Hebdomadã ſex. ſic titiũ uixiſſe 25. ãnos, qua
28 tuor pone, dies, ſic † nõ im ꝓprie locutus cẽ tabellio
cõtractum de quo rogatus eſt, factũ fuiſſe tali die, li
cet de nocte factus fuerit Inno. & alij d. c. cõſuluit Bal.
Imo. & Aret. l. qua ętate ff. de teſtcũ alijs cõgeſtis ꝑ
Tiraq. d. glo. xj. nu. 8. id ꝙ qñ ſumus in his, q̃ pariter
fieri poſsũt die, noctuq; ſine difficultate ꝓcedit, cũ
tũc in dubio appellatio diei referat ad huiõi diẽ 24

horarum Bal. & Ias. d. l. more. Tiraq. d. glo. xr.
ſub nu. 9. ad fin. uer. quid in his, & ratio eſt ſecun
dum Ias. ubi ſupra quia hic dies naturalis dicitur ſe
cundum glo. Pau. Ias. & cæteros d. l. more. in glo.
autem dies, & alij paſsim comuniter, licet aliter eũ
29 appellet Tiraq. d glo. xs. nu. 5. † uerba autem ſim
pliciter prolata intelligi debent naturaliter, non ci
uiliter l. ult. C. de his qui ueni. eta. impet. alia e-
30 tiam eſt ratio, quia, † conſideratur tempus, quo
ſemel reuolutio totius cœli abſoluitur unde cũ duo
decim ſigna ſint in Zodiaco ac ſingula, ſi ortum ſi-
mul, & occaſum conſideramur, binas horas occu
peut, ſpatio 24. horarum ea ſit, & ideo dies vnus
24. horarum tempus appellatur ſecundum predi-
• ctos, Nec huic communi * opinioni aduerſatur d.
31 l. hęc uerba, ille, aut ille, cum ſimil. ubi † mentio
diei proprie referri uidetur ad eam temporis partẽ
que lux eſt, quia illud procedit ſpecialiter cum di
ei mentio ſit ad differentiam tenebrarum & noctis
quaſi id ſit propter ſubiectã materiã argumento l. ſi
vno ff. locat. ita itelligit, & declarat eũ tea. ibi Alci.
in glo. dies. d. l. hęc uerba ille aut ille. de uer. ſigni. ſe
cus quũ ꝑpter ſubiectã materiã id nõ apparet, ut hic
Non obſt ꝙ quando actus explicandus commo
de fieri non poteſt de nocte appellatione diei refe-
ratur ad eam tãtum partẽ, quę ab ortu ad occaſum
interuenit ſecundũ Burri. d. c. 1. de tregu. & pac. cũ
32 alijs ſupra citatis, quia iſtud uerum † propter ma-
teriam ſubiectam arg. d. l. ſi uno, ſed non aptatur ca
ſui noſtro, cũ actus renunciationis ſiue diſdictę qui
33 erat explicandus, poſſet etiam de nocte fieri, † de
ipſo actu intimationis ſeu renũciationis non credo
34 aliquẽ dubitare, † de commiſsione citationis non
35 eſt diſcutiendum, quia dato, † ꝙ impetranda eſſet á
Iudice ſedente, ꝙ ſolet fieri matutino, meredie, &
ueſpertino tempore & ſic interdiu. § ſedebant. aut.
36 de iudi. † Ideoq; ſententia de nocte lata non tenet l.
nõ minorẽ ubi glo. Bar. Bal. Ang. Paul. Alex. & Ias.
C. de trans. d. l. more, ubi glo. & doct. ff. de fer. Nihi
lominus, cũ hic ſit in cõſideratione iã ũmodo tẽpus
in timationis a quo cõputatio dieĩ faciẽda nõ adie
cõmiſsionis, de ea curandũ non eſt, preterea dato ꝙ
attendi debeat ipſa cõmiſsio, (ꝙ negatur) nihil eſt,
37 quia † ea opinio qd de nocte ferri nõ poſsit ſenten-
tia uſu recepta nõ fuit. Hoſti. in sũm. de iudi. §. quali
ter, q dicit in Rom. curia ſepius contrariũ ſeruari ui
diſſe, ſicuti & ipſe in hac ciuitate multoties, & tenet
Vant. de nullit. ex defect. iur. ordi. ſub. nu. 132. uer.
contrariam tamen. ſecundo dato ꝙ in uſu eſſet, lo-
quitur de ſententia non de commiſsione citationis
aut declarationis uoluntatis ut hic.
Tertio ut omnem dubitationẽ tollamus Reſp. ꝙ
ſupradictã procedere poſſent quãdo pro d. citatio
ne fuiſſet adeundus Iudex ſedens hora iuris, ſecus
38 alias, ut hic † quia pro huiuſmodi citationib. cenſe
tur data facultas actuario & ipſe quoq; tempore &
nocte ad ſimplicẽ partis reqſitionẽ deſcribit & de-
cernit de conſuetudine Io: And. c. quoniam contra
* de ꝓba. ubi Ab. uer. citatio, dicit comunẽ * obſeruan
tiã eſſe, & ibi alij canoniſtæ Vant. poſt alios d. tract.
de nullit. titulo de nullit. ſent. ex defect. citat. nu. 39
Non obſt. ꝙ quarto loco dicebatur, ꝙ ſicut mẽtio
diei in dicta cõuentione reſpectu renũciationis fa-
ciende accipitur ab ortu ſolis ad occaſũ, ita etiã ac-
cipienda ſit reſpectu ſolutionis ne una eademq; de-
terminatio difformiter determinet l. iam hoc iure,
de vulg. & pupil. maxime cum creditor ſolutionem
recipere de nocte non cogatur l. more. ubi glo. Bal.
& Alex. de feri. Dec. d. c. conſuluit. nu. 38. cũ ſim.
Quia reſp. aſſumptũ falsũ, hoc eſt mentionem il-
lã diei reſpectu renunciationis reſtringi ad partẽ di
ei, qua lux eſt tantũ, quinimmo intelligitur etiã reſ-
pectu noctis, ut ſupra ꝓxime demõſtratũ fuit; quo
ſtante, tantũ abeſt, ut argumentũ d. l. iam hoc iure
cõtra d. D. Equitem faciat, ut potius retorqueatur, ſi
cut. n. reſpectu renunciationis, ea mentio diei intel
ligitur de die 24. horarũ, ita etiã reſpectu ſolutionis
Illud autẽ qd creditor non cogatur recipere ſolu-
39 tionẽ de nocte nihil penitus aduerſatur, quia † con
trariũ uerius eſt, debitor. n. ſoluere poteſt etiam de
40 nocte, † cum tota dies ultima quę ad mediã noctẽ
extenditur appoſita ſit ad eius fauorẽ l. q hoc anno
& l. qui certãũ ff. de uerb. obli. & ita tenet glo. 1. c.
pronũciandũ de conſe. diſt. 3. & c. ꝙ a patribus. 75.
di. idẽ not. Bal. l. acceptã q. 2. de uſu. & tandẽ ſequi
tur Alex. qui in contrariũ non bene uiſus allegarus
d. l. more. ſub. nu. x. in fin. & eſt de mẽte Guil. Cun.
& Ang. ibidem & ſalycet l. minorem C. de tranſac.
uolentium glo. d. l. more procedere in caſu ſpeciali
ut mox ſubicietur.
Non obſt. authoritas glo. & ſequaciũ d. l. more
41 quia procedit in caſib. ſpecialib. uidelicet † quando
creditor paratus eſt prorogare ſolutionẽ in lucẽ ſe-
42 quentẽ, uel quãdo † locus eſt inſidijs paratus credi
43 tori, uel † periculũ ſit aperite hoſtiũ, uel incedere de
44 nocte propter inimicos, uel † de facile poſſet decipi
in qualitate pecuniarũ, ut declarãt Guil. Cun. Ang.
Saly. & Alex. in ſupra citatis locis, Verum eſt igi
tur creditorem non cogi accipere ſolutionem de
nocte, non tamen propterea debitor cogitur ſol-
uere ante lapſum mediæ noctis illius diei, quã
tempus ſolutionis finitur, quia ſi creditor non vult
arctari ad accipiẽdam ſolutionem, cogitur ipſa
differre uel prorogare tempus ad lucem ex predi-
ctis, & apparet retorquendo, quod etiam in ma
teria ſolutionis dies accipitur pro ſpacio 24. hora
rum, ex quibus dilucide conſtat mentionem diei
ad ſpacium 24. horarum referri.
Non obſtãt modo ea, que adducuntur ad probã
dum, quod tempus iſtud diei & 24. horarum cur-
rit de momento ad momentum & propterea exple
tum dicitur die 27. hora 22. d. menſis atq; ideo pra
dictus Bonifatius, qui occubuit hora 4. noctis ſe-
quentis uideatur deceſsiſſe finita ſocietate q argu
menta quę ad hoc adducta fuere facile eliduntur.
Primum quod allegatur faciendã eſſe interpreta
tionem contra fundantem ſe in uerbis d. l. ueteribus
atque ita contra ipſum D. Equitem, qui ex uerbis
conuentionis dicit non finitam ſocietatem, nihil
eſt, quia ipſe non ſe fundat in uerbis, ſed in comuni
regula iuris, q̃ eſt ꝙ dies termini non computatur in
termino ut ſupra dictum eſt, immo ſi recte aduerta-
tur in uerbis potius ſe fũdat hęres Bonifatij, q ſecũ
dum uerba intelligere querit, a momento diſdictę
xv. illos dies conuentos cucurriſſe, atq; intra retor
queatur, ſicut etiam illud quod preſuponitur Boni-
fatij heredem tractare de damno euitando D. Equi-
tem uero contra per allegata ſupra.

Secundum

Secundum uero dum dicitur, quod illa uerba con
45 uentionis, † cū diſdicta xv. dierum p̄cedentium p.
inde accipiuntur ac ſi dictum fuiſſet ab actu renun-
ciationis & ſic de momēto ad momentū, eodē uitio
falſitatis aſſumpti laborat l3.n. uerū ſit de momēto
ad momentum procedi qū dictum eſt ab ipſo actu
per ſupra allegata, actum aſſumptū eſt falſum, dum
dr̄, illa uerba cum diſdicta xv. dierum intelligi.j. ab
ipſo actu, nec iſtam aquiparationem iſtorum termi
norū probant ordinarij, nec eſt uerū φ appellentur
dies diſdictę, & dato φ ita appellarentur, non ſequi
tur ppea, φ xv. illi dies currant ab actu renuncia-
tionis, qa uere incipiunt currere finito die diſdictę,
ut ſupra.

Nec uerū eſt, illa uerba, cum diſdicta xv. dierum
precedntiū ſignificare, φ primus dies dictorum qn
decim incipiat ſtatim poſt actum diſdictæ, nec hoc
ꝓbatur, & dato φ ſermo ille accipiatur perinde ac
ſi dictū eſſet, φ labi debeāt xv. dies poſtq̄; renuncia
tum fuerit ſocietati, non ppea ſequitur, φ illi xv. di
46 es currere incipiant ab ipſo actu renunciacionis, †
Iſta.n. uerba poſt uel poſtq̄; & ſimilia duob. modis
accipi poſſunt, vno ut deno.ēt tēpus ab ipſo actu &
tūc poſſet ꝓcedere, φ exaduerſo dr̄, ut uidetur uol-
uiſſe Ang.cōſ.404.col.5.uer. hoc cōfirmatur. Altero
47 uero † à die actus, & tūc illi quindecim dies incipiēt
currere, finito die renunciationis, ut hanc diſtinctio
nē poſt multa aperte ponit Tiraq. d.glo.xj.nu.55.
ſed in caſu noſtro accipi debet hoc ſecundo modo
merito &c. Preterea, qcqd ſit de ſignificatione dic-
tionis poſt, & ſimiliū parū aut nihil curandū cū in
conuentione noſtra huiuſmodi dictiones nō adſint
ſed ſimpliciter, & abſolute dictū ſit, cū diſdicta xv.
dierum precedentium.

Idē de tertio argumento dicimus, licet .n. dicatur
diem termini computari in termino ne ſequatur ab
ſurdū, ut in exemplis petitis, nullū tamen abſurdum
ſequitur in caſu noſtro, ſi xv. illi dies incipiant cur-
rere finito die, quo renunciatio facta fuit.

Eodē modo dicimus de quarto argumento licet
.n. admitti poſsit, φ qn̄ tēpus apponitur ad cōple-
mētū, & expirationē alicuius beneficij alicui cōceſ
ſi cōputetur de momēto ad momentū l.3.§ minorē
sm̄ Bal.ibi ff. de mino.cū alijs ſupra citatis, hic tn̄ tē
pus non eſt appoſitum ita, ſed ad ſolutionem facien
dā pecuniarū in ſocietate poſitarū, & ad oſtenden-
dū, qn̄ finita dicatur ſocietas φ diuerſū eſt omnino.

Quoad quintū latius inſtandū nō eſt, qa licet ex-
aduerſo dicatur diſceptationē illā, an dies termini
cōputet̄ in termino inſipidā eſſe hic, & uarie dubi
tet̄ quis terminus in caſu noſtro ſit, ueritas tn̄ eſſet
noſtrā diſceptationē eſſe de termino xv. dierū pre
cedentiū ad finē ſocietatis, quib. renuncians uiuere
debet, ne amittat pecunias in ſocietate poſitas & ita
accipiēdo tertiū recte q̄ſtio illa an dies termini &c.
caſui noſtro adaptatur qa queritur an dies ille; quo
renunciatur ſocietati, cōmputetur in illo termino
xv. dierum aſsignatorum uitæ renunciationis.

48 Sextum nullo modo ad rē facit, quia † ut patet
in ratione ſui, de qua ibi, procedit in his, quę mini-
ſterio iuris ſolūmodo fiunt, nos uero loquimur in his
quę factū huiuſmodi exigūt, cū illi xv. dies nunq̄;
currant niſi renunciatio hominis aliqua die fiat
ideo ibi non cadit queſtio, an dies termini &c. hic
uero rectiſsime adaptatur.

Septimum φ pene in terminis dr̄, ſumptum ex
auctoritate Ang conſ.404.& not.p Tiraq.d.glo.xj.
nu. 24. noſtrę opinioni pariter nō aduerſat̄ qa ello
φ qn̄ aſsignat̄ terminus ad alqd faciēdū, poſtq; alqd
factū fuerit, ille incipiat currere cōfeſtim illo facto
49 explicato, sm̄ Ang. & Tiraq d.d. locis Illud eſt ui go
re dictionis poſt, poſtq̄; & ſimiliū, ut ibi ipſi decla
rāt hic nō ad eſt dictio poſt, uel ſimilis, ſed pactum
ſimpliciter ſactum eſt φ ſocietas duret p ſex mēſes
& deinde ad beneplacitū cū diſdicta xv. dierū, nec
dicatur illa uerba æqpollere dictioni poſt, qa non
ꝓbat̄ nec uerū eſt ut ſupra dixi, & ut clarius apiatur
tres caſus principales cōſiderari poſsūt in ꝓpoſito.

50 Primus eſt, quando † tertius apponitur ab actu
ipſo ut ſi terminus aſsignatus ſit aliquot dierum
poſt aliquid faciendum, Ang.d. conſ. 404. uel uer
ba aliqua ad ſunt, quę oſtendunt terminum ab actu
ipſo appoſitum ut hinc ab hinc, ex tūc, & alijs ſimi
libus ſi quę ſunt, ut late colligit Tiraq. d. glo. xi.
nu 22. & 39. hic, non eſt caſus noſter, cum nulla ha
rum dictionum in eo adſit, & expreſſe ab actu ter-
minus ille aſsignatus non ſit.

51 Secundus eſt qn̄ † conſtat clare ex uerbis loquētis
diem termini nō computari in termino ut ſi ſtatua-
tur, diem termini non computari uel dictum ſit ex
a, ab die notificationis, uel poſt diē notificationis
tūc.n. clare excludit̄ dies termini ut poſt alios cōclu
dit Tiraq.d.glo.xj.nu. 42. & ſi & hic pariter nō eſt
caſus noſter, cum nulla harum dictionum adſit.

52 Tertius Caſus eſt, † quando ex uerbis clare non
apparet, an dies termini computetur in termino ut
quia uerba non adſunt de quibus in primo & ſe-
cundo caſu ſed ſermo eſt ambiguus propter uerba
generaliter prolata, & abſolute, ut in caſu noſtro,
in quo dictum eſt, cum diſdicta xv. dierum, & tunc
licet dubitent doct. noſtri, & inter ſe diſſentiant,
* magis tamen communis* eſt, quod dies termini nō
cōputet̄ in termino ut ſupra concluſum eſt, & licet
hic tertius caſus limitari poſsit quibuſdā modis, nō
tamen eę limitationes hic adaptantur.

Vltimū quod preſuponitur eſſe in ſimillimis ter
minis de termino uiginti dierum aſsignatorum per
regulam Cancellarię de infir. reſignan. cur recte
ab actu reſignationis, ut allegatur uoluiſſe Gui.
Pap. Boe. & Io: de Sel. locis ſupra citatis, tantum
abeſt ut aduerſetur concluſioni noſtrę, ut magis eā
confirmet, nam ut hoc obiter animaduertatur, pre
53 terquam quod rectius diceretur † predictum tem-
pus xx. dierum currere ab actu admiſſæ reſigna
tionis, non autem reſignationis factę, ut bene uiſi
proprie dicunt, aut preſuponunt Gui. Pap. Boe.
Io: de Sel. & omnes alij, qui de hac re loquuntur
ad rem ipſam ueniendo, & tangendo punctum
54 ueritas eſt, † quod dum xx. dies in d. regula aſsi-
gnati currere incipiunt, non ab actu reſignationis
admiſſæ, ſed die reſignationis admiſſæ finita, atqi
ita dies termini nō cōputantur in termino & de mo
mento ad momentū nō p̄ceditur Id quod imprimis
55 probatur una communi* opinione in caſu ſimilli-
mo. nam ſi alicui data ſit dilatio unius pone
menſis die x. Feb. finietur dilatio in fine diei x. men
ſis Martij ſequentis, nec attenditur hora datę dilatio
nis ut procedatur de momēto ad momentū, ſed dies

termini non computatur in termino ut recte facto calculo colligitur ita uoluit glo. c. quam ſit. uerbo mẽſem.de elec.li.6.quam ſequuti ſunt Io.And.Imo. Ang. Paul. Lazza & alij in locis citatis per Alex. eandem ſequentem, & atteſtantem cum ea eſſe co- munem * opinionem l.de diuiſione nu 4.ff.Sol.Mat. & pro uerjore ſequutus eſt Rebuff.ad concor.Fran. io rub. de manda.Apoſto.§.ſtatuimus ſuper forma manda. in glo.poſt menſem uer.quomodo compu tetur,ubi ex predictis uoluit in fortioribus terminis
56 quod, † ſi in literis Pontificis mandetur prouideri alicui de beneficio aliquaodo ſi uacare contingerit poſt menſem poſtquam literæ preſentatę fuerint, ad computandum menſem nõ attenditur hora pre ſentationis literarum neque dies illa computatur in termino.

Cæterum omiſsis ſimilibus, quæ multa allegari
57 poſſent,ne eamus per mendicata ſuffragia,† in pro prijs terminis d.regulę de in fir.reſignan.an illi xx. dies computentur de momento ad momentum uel non,eam ipſam queſtionem late,& ſedulo diſputãs optimis rationibus,& quibus reſponderi uere non poteſt,concludit diem termini nõ computari in ter mino Gom.ad illam eandem regulam Cancellarię par. 3 q. 37.

58 Nec contrarium bene uiſi tenuerunt Guid. pap. & Boer.locis ſupra allegatis, tum quia loquuntur ſo- lum de ritu curiæ Francię,hoc eſt quomodo in Frã cia uſu receptum fuerit d.regula de in fir reſignan. non autem quomodo in urbe,& hic practicatur. & intelligatur,tũ quia non determinant,an ab actu re ſignationis admiſſę,uel p notariũ receptę,aut poti us ab ipſa die admiſſę uel receptę reſignationis cur rant, prout nos querimus,tum etiam ulterius cũ ip ſi dicant computari a die reſignationis admiſſæ,uel per Notarium receptę,intelligunt diem termini in termino xx. dierum non computari ſecudum glo. c.ſtatutum uer.numerandum paulo ante fin.de prę be.lib. 6. & multi alij,quos late congerit Tiraq. d. glo.x1.nu 51.

Non obſt.authoritas Io. de Selua.loco ſupra cita
59 to, quia † eius opinio eſt falſa ex ſupra allegatis, Nec ea ſubſtineri poteſt ex traditis per Rot.decis. 208.in no. per eum allegatam, quia licet ea deciſio in ſimili dicat terminũ 8.dierum datum per c.ſolet. de ſent.exco ad probandum offenſam manifeſtam
60 de momento ad momentum computari † ea tamẽ opinio falsa eſt ex notatis per Gom. ubi ſupra, & alijs a nobis allegatis, pręcipue cum ea deciſio ni- tatur ſolum auctoritate Lorand. qui in loco per eũ citato, id non dicit, & contra eam tenuerit Hoſti. ibi allegatum.

Ex quibus apparet (ni fallor) parum aut nihil curandũ de auctoritate Io.de ſel.& de deciſione in contrarium allegata, quinimmo potius ea in con trariũ ualidiſsime retorquetur,nã ſi caſus eſt ſimilli mus noſtro huic vt ex aduerſo dicitur, & in eo cõ cluditur diem reſignationis admiſſæ nõ coputari in termino xx. dierum, eodemmodo admittendum eſt, diem renunciationis in caſu noſtro non compu tari in termino xv. dierũ diſdicte, prout uerisſimũ eſt, & rectiſsimum Iudicem iudicaturum confido

CONSILIVM XXXXIX.

Argumentum.

An Pater Arrogator teneatur ad legiti mam ſoluendam pro filio arrogato in contumaciam condemnato uigore Conſtitutionis Marchię Anconitanę lib. 4. c.18. & Bullę Sixti, ac etiam Motus Proprij Pij iiij pulchere, ac late diſcutitur.

Et concluditur negatiue ad fauorem Illu ſtriſs.& Excellentiſsimi Aſcanij Cor nei Marchionis Caſtellionis Ciuſini.

SVMMARIVM.

Pater p filio condẽnato ad legitimã fiſco nõ tenetur nu. 1.
Quia filius nullum ius habet p ſuo legitima in uita patris nu. 2.
Ius conditionale in publicatione bonorum non uenit nu. 3.
Pater, uel Auus habens in poteſtate filium, uel nepotem aſtringitur ſoluere legitimam pro filio condemnato ex conſtitutione, Mar. Anconitanę lib. 4. c. 18. & ex bulla Sixti ibidem inſerta nu 4.
Quod intelligit de patre naturali,nõ in arrogãte nu. 5.
Magis attenditur natura,quam accidens nu.6
Verba legis in dubio intelliguntur naturaliter, non ciuili- ter nu 7.
Lex loquens de legitima filiorum,intelligitur in ueris filijs non in fictis,ut ſunt Arrogati nu. 8.
Auth. de tri. & ſemiſſ.que auxit legitimam filiorum non procedit in arrogato nu 9.
C. Raynaldus & c Raynuntius de teſta.quod filius diuerſis temporibus detrahere poſsit duas quartas, non proce- dit in arrogato nu. 10.
cis matrimonij, quia † qui ligitimatur, non fingi-
tur natus ex uero matrimonio, ut opinatur Paul.
Caſtren. & non nulli alij, ſed tanquam natus illo
primęuo iure naturali, quo omnes ex quocunque
coitu liberi legitimi naſcebãtur, & fictio refertur
ad illud tempus, non ad conceptionem matris, ut
uidetur expræſſum l. 2. ff. de natu. reſtit. & §. ſi
quis ergo filius aut. quibus mod. nat. eff. ſui patet
50 in ſimili † in filio ſacerdotis, qui ſi reſtitutus ſit na
talibus a Comite Palatino etiã Ceſareo, dicitur uere
legitimatus, licet uitium ſit in radice matrimonij,
cum inter matrem illius, & ſacerdotem matrimoni
um conſiſtere non poſsit ita ſibi ipſi contrarius fir-
mat idem Paul. Caſtren. conſ. 102. lib. 2. Car. Alex.
c. per uenerabilem Soc. Seni. conſ. 65. lib. 3. Curt.
51 Iuni conſ. 136. & alij paſsim. Patet etiam in † om
nibus legitimationibus Imperatoris, & aliorum ab
eo auctoritatem habentium, quę ſine dubio ualet
etiam in Terris Eccleſię quoad temporalia l. qui in
prouincia §. diuus ubi Bar. & Cęteri communiter
ff. de rit. nupti. uti legitimationes, quorum tamẽ
nulla eſſet legitimatio, ſed quęlibet diſpenſatio,
ſi ratio ſupra allegata de defectu radicis matrimo
52 nij uera eſſet, † cum ipſe Imperator non poſsit reſpe
ctu matrimonij diſpenſare, ut dicit Alex. l. adoptiuũ
§. patronũ ff. de in ius uoc. ita argumẽtatur & ratio-
nẽ prędictã uti falſam reprobat Ruy. in rub. de lib.
& poſt ubi eum ſequitur etiam Alcia. & latius poſt
alios Alci. d conſ 207. nu. 2. clarius poſt Bar. Alex.
Soc. Aret. & Roſel. ubi per eum, hoc idem dedu-
cit Ruy. conſ. 76. ſub. nu. 14. uers. non obſtat, dũ
53 tertio &c. ubi dicit, † quod cum Imperator, uel
Pontifex uelit, quod Comes, uel alius cui aucto-
ritatem concedit, poſsit natum ex quocunque dam
nato coitu reducere primæuę naturę, & legitimita
ti omnes uere legitimi fiunt, quia tunc id non facit
Imperator tãquam legitimum matrimonium inter
generantes illum, adfuiſſe uelit, quia non poſſet
hoc ſed quaſi remouendi modum interdictum iure
poſitiuo faciendi, & creandi legitimos per mediũ
matrimonij, & inducendo alium modum, uideli-
54 cet, per reſcriptum legitimationis, quod poteſt, †
non enim matrimonium eſt neceſſarium ſemper ad
inducendam legitimitatem ſed ſicut ille modus fuit
inuentus iurę poſitiuo ciuili ſemel, ita alius poteſt
induci a Principe, ſcilicet, legitimatio per reſcripe
ctum, ſicuti ſine matrimonio inducta eſt etiam le-
gitimitas uera per adoptionem, uel arrogationem
Inſtit. de adopt. in princ. & patet hoc clarius ex eo
quod ſubtiliter conſiderauit Bar. l. manumiſsiones
55 ſub. nu. 2. ff. de iuſt. & iur. ubi aſſerit, quod † ſic
cut reſpectu iuris naturalis manumiſso nõ eſt datio
libertatis, ſed detectio, quia libertas, quę aderat
iure naturę, poſtea ſeruitute iure gentium introdu
cta, quodammodo uelata fuit medio manumiſsio-
nis, uelamine ſublato ipſa natura eluceſcit, & liber
56 tas detegitur ita † eũ quiſque iure naturę legitimus
ſit & ipſa legitimitas iure humano, quo illigitimitas
introducta fuit in nato extra figurã matrimonij, ſit
cooperta p mediũ legitimationis nubecula illigitimi
tatis remota legitimus apparet nõ de nouo factus,
57 ſed defectus, † quemadmodũ expulſio nubium non
58 facit ſerenum, ſed detegit, † & excuſſio ſpicarum
non facit frumentum, ſed excutit & apparere facit
l. adeo de aqui. rer. domi. cum ſimilibus.
Non obſtat, dum dicebatur, legitimationem fuiſ
ſe obreptitiam, & ſureptitiam ex multis, ideoque
inualidam, ut ſupra quia reſpondetur primo Nam
quod narratum fuit de abſentia Perſanctis, non eſſe
falſum eius enim pręſentia probata non eſt immo
uidetur probari abſentia, depoſitione Ludouicę
59 teſtis inductę per partem aduerſã, † cui licet unicę
creditur contra producentem, ut ſupra dictum eſt.
Pront

Prout etiam nec probatum eſt (ut ex aduerſo prę
ſuponitur) dictam Comeſſam cum Centio & Li-
uio conſuetudinem habuiſſe, ideoque narrari opus
60 nō fuit. Prout, † nec etiam neceſſe exprimere, quod
extarent nepotes teſtatoris, qui conſeruare pote-
rant eius agnationem, aut quod bona eſſent ſup-
poſita fideicommiſſo quia hęc non uitiant legitima
tionem, quę fit de uoluntate patris, ut hic ſecun-
dum communem Gozza. conſ. 29. Meno. cōſ. 20.
nu. 38. Alci. d. conſ. 207.

Quemadmodum etiam non uitiatur d. legitima
tio ex defectu formę, ex eo, quod non preceſsit ca
61 uſę cognitio, † ea enim non requiritur in legitima-
tione, qualis eſt hęc noſtra de qua diſceptatur, ut
oſtenſum eſt, ſed in diſpēſatione tantum, ut poſt
62 alios tradit Meno. d. conſ. 20. nu. 41. † concurrente
maxime uoluntate patris ad legitimationem, quę
dabitur pro cauſe, ut hic, ſecundum communem
opinionem, Meno. conſ. 19. nu. 22. Rolan. conſ.
89. nu. 16. lib. 1. Port. Imol. conſ. 105. nu. 29.
63 † Sicuti etiam nec citatio fideicommiſſariorum
omiſſa uitiat legitimationem, quia legitimatio fa
cta fuit uiuente adhuc grauato, quo caſu eum fidei
commiſſarij non haberent ius in re nec in ſpe. non
erant citandi Meno. d. conſ. 20. nu. 37. & ſeqq. Noni.
conſ. 69. nu. 8. & eſt communis ſecundum Mod.
64 Pati. ad Alex. conſ. 2. lib. primo Maxime, † cum
legitimatio, ut ſupra dictum eſt, facta fuerit de in
tentione grauantis ſaltem tacita, quia uidetur te-
ſtator cogitaſſe etiam de legitimatis, quo caſu cita
tio non requiritur Soc. conſ. 226. nu. 7. lib. 2. Goz
za. conſ. 29. ſub. nu. 23.

Non obſtat Bulla Pij. iiij. ſupra allegata, quia
65 † illa uere non tollit omnes omnino legitimationes
in pręiudicium fideicommiſſorum, & aliarum legi
timarum diſpoſitionum, ut ex aduerſo pretenditur
ſed tantummodo facultas legitimandi conceſſa cō
tra formam iuris, & in pręiudicium fideicommiſ-
ſorum, aliarumque ualidarum diſpoſitionum quę
tenderent contra uoluntatem diſponētium, ut ſunt
illę Campegiorum, & non nullorum, qui habent
auctoritatem legitimandi in pręiudicium uenienti
um ab inteſtato, ex teſtamento, ac aliter ualide diſ
ponentium, de rebus ſuis, ac etiam legitimatio-
nes factas, & quę fierent ad derogationem uo
luntatis diſponentium; cum enim ſummus ille
Pontifex animaduertiſſet, tam Romanos Pontifi-
ces prędeceſſores ſuos, quam alios ab ipſis auctori
tatem habentes legitimaſſe, & legitimare quotidie
in pręiudicium uenientium ab inteſtato, ex teſta-
mento, aut aliarum diſpoſitionū ualidarum, uolens
huic morbo adhibere medelam, dictas auctoritates
& legitimationes annullauit, non autem alias. Nec
dicatur, quod hoc uix unquam accidere poterat,
quia eueniebat Primo ex teſtamento, quoties ap-
parebat, teſtatorem noluiſſe per legitimatum ex-
cludi ſubſtitutum, quod multis in caſibus accidere
66 poterat † Primo ſi id expręſſe cauiſſet, quod nulli
dubium eſſe poteſt Secundo ſi ſubſtituerit alicui de
cedenti ſine filijs natis ex legitimo matrimonio ad
notata per Dec. conſ. 425. col. 1. & per Paris. conſ.
9. nu. 45. & ſeq. & conſ. 12. nu 47. lib. 2. Tertio ſi ex
cluſerit ſuum filium legitimatum, cum hic cenſe-
atur etiam nepotem legitimatum nolle excludere
ſubſtitutum a quo proprium filium legitimatum ex
cludi uoluit Paris. d. conſ. 9. nu. 47. in his igitur
& ſimilibus caſibus factę legitimationes contra uo
luntates teſtatorum tendebant quod uiſum eſt gra
ue ſummo illi Pontifici, ideo eas nullas ſtatuit, &
declarauit, non autem illas, quę factę non eſſent
contra uoluntates teſtantium, aut in pręiudicium
uenientium ab inteſtato, ut noſtra hęc eſt; Qui qui
dem intellectus ueriſsimus luce clarior (ni fallor)
oſtenditur.
67 † Primo ex prohemio dictę Bullę, quod pluri-
mum poteſt, ad eruendam mentem diſponentium
l. qui filiabus in princ. ff. de leg. primo ubi not. Doct.
ibi, ac in ſtatutum redigit rationis &c. ex quibus
uerbis, cum reducere uelit ad ſtatutū rationis, clare
patet, quod ſummus Pontifex intendit tollere au-
ctoritates legitimandi, ipſaſque legitimationes que
tendūt in detrimentum, & pręiudicium iuris alte-
rius, & contra ius fiunt, non autem corrigere ius
commune, quo legitimatus rationabiliter ſubſtitu
tum excludit, ſecundum communem, de qua ſu-
pra, quia tunc non redigeret ad ſtatutum rationis,
ſed deſtrueret ius, & rationem.

Secundo huiuſmodi Bullę ſenſus probatur in
eius diſpoſitiua pluribus in locis, nempe, ibi, in
pręiudicium uocatorum ex teſtamento &c. rurſus
ibi, non obſtantibus teſtatorum uoluntatibus ſucce
dunt &c. ac inferius, ibi, ut in huiuſmodi fidei-
commiſsis, hęreditatibus, uel donationibus, non
obſtantibus teſtatorum uolūtatibus ſuccedant &c.
iterumque ibi, in pręiudicium fideicomiſſorum,
& aliarum diſpoſitionum. Antequam enim ibi,
decernentes Comites, ac alios legitimandi faculta
tem habentes, nullas in pręiudicium fideicommiſ-
ſorum, & uoluntatem teſtatorum legitimationes
facere poſſe &c. inquibus omnibus locis alijſque
totius fere illius Bullę uerbis apertiſsime liquet in
tentionis Pontificis fuiſſe, tollere legitimandi facul
tates conceſſas ipſaſque legitimationes, quatenus
tenderent aduerſus legitimas ualidaſque diſpoſitio
nes hominum ſolummodo, non autem eas illas,
quę conſeruarent diſpoſitiones hominum, uel ex
iuris interpretatione. & tacita mente teſtatoris col
lectas, ut eſt iſta, quod legitimatus ſubſtitutum ex
cludat, cum enim hoc caſu omnes in ſupradictis lo
cis admittant, ſubſtitutum excludi ab ipſo legiti-
mato ex tacita mente teſtatoris, non diceret ſapien
tiſsimus Pontifex legitimationem factam, aut fieri
in pręiudicium uoluntatis, aut contra uoluntatem
diſponentis, & propterea patet, quod hunc caſum
non comprębendit.

Tertio idem intellectus Bullę probatur, ibi nos
illa, ut pote contra ius, & equum exiſtentia &c.
Poſtquam enim Pontifex recenſuit auctoritates le
gitimandi ipſaſque legitimationes, quas tollere ſa
tagebat, rationem clanculū ſubdit, nempe ſe id fa
cere, quia ſunt contra ius, & equum, apparet,
ergo, quod tollit illas, quę ſunt contra ius, equum
que, non autem quę ſecundum ius, & ęquitatem
ęſtarent, ex quo conſtat, quod legitimationes fa-
ctę ſine preiudicio uenientium ab inteſtato, ſim-
pliciter, & informa ſolita; qualis eſt hæc noſtra
Vincentij Iunioris, nullo modo per Pontificem
reprobantur.

Quarto

Quatro quod idem Pontifex non ordinariam unam legitimationum, ſed extraordinariam, abnſi uam, & immoderatam quamdam tollere uelit colligitur, quia damnat ſimul Rom. Pontifices pręde ceſſores, & alios ab eis auctoritatem habentes eorumque legitimationes. ut patet, ibi, non nullos Rom. Pontifices &c. Iterumque ibi, per Rom. Pōtifices predeceſſores præfatos &c. quaſi ex iſta cōbinatione uelit Pontifex intelligi quod loquitur reſpectu utriuſque, de illa auctoritate ampliore, quam ſibi quandoque ſolent Principes aſcribere, non de ordinaria legitimandi facultate.

Quinto clarius eumdem ſenſum oſtendit ſubſequens oratio reſtitutiua, ibi, ita legitimaſſe, ut in huiuſmodi fideicomiſsis hæreditatibus, aut legatis uel donationibus, non obſtantibus uoluntatibus teſtatorum, ſuccedant, † dictiones enim illæ ita ut
68 ſunt reſtrictiue l.quidam teſtemento de leg.primo ſicut illę, ita demum, l.lucius §. qui habebat ff. ad treb. l.liberras §. 2. ff. de manu. teſta. ſicut etiam illę ita tamē l.ſi pecunia in princ.cum glo.ff.de cōd.
69 cauſ. dat. † generalis igitur ſermo pręcedens de legitimationibus, reſtringitur ad alias, quę ſunt contra uoluntates diſponentium, & contra huiuſmodi uoluntates non aperitur, perinde'eſt, ac ſi dixiſſet Pontifex, ſe tollere legitimationes, que tenderent contra diſponentium uoluntates,ſicut enim relatiuum, quę reſtringit generalitatem precedentem l. ea tamen adiectio de leg.3.uot.Bar. l. omnes populi.1.opp. de iuſt.& iur. ita illę dictiones ita ut ut ſupra dictum fuit.

Sexto recipiendus eſt hic noſter immo uerius ipſius Pontificis intellectus quia parum, aut nihil pręiudicat iuri communi contrarius autem in totū corrigit ius commune in eo puncto, quod legitimatus excludat ſubſtitutum, de quo ſupra ſæpius
70 † In dubio autem notum eſt, non induci legum & iuris correctionē l. pcipimus in ſi.de app. Quinimmo ſemper faciendam interpretationem, ut quo minus poſsibile ſit, ius commune corrigatur l. ſi uero §. de uiro ff.ſol.matri.ubi omnes glos. & Doctores auth. quas actiones C. de ſacros Eccle. optimus tex. l. 3.ff. de parri. cum multis ſimilibus.

Nec quicque obeſſe uidetur, quod in caſibus a nobis ſupra poſitis ius uideretur clarum, & ꝓptera adaptari non uidetur quod Bulla dicit antea contentiones uarias oreias fuiſſe, ut ex ad uerſo dicitur quia raſpōdetur primo quod contentiones ōe bātur non ſuper puncto iuris tantum, ſed ſuper ſa cukat ibus legitimandi An. 53. poſſent preiudicare illis claris teſtatorum, & diſponentium uoluntatibus. Secundo dato, quod iuris deciſio clara eſſet etiam ſuper hoc, quid pręualere deberet, uoluntas ne diſponentium, an uero legitimatio contra eam, & propterea ſuper hoc nulla extaret contentio, reſpondetur, quod Pontifex non intelligit tollere cōtrouerſiam aliquam iuris, ſed eas, quæ erant facti ut quia homines propter hoc ueniebāt ad arma, ut Bullę uerba ſonant aperte, ibi, uariç contentiones & ſcandala in graue multorum præiudicium, & animarum iacturam hactenus exorta ſint,& in pręſentiarum oriantur &c.

Ex quibus (ni fallor) oſtenſum eſt, dictam Bullā non obeſſe Vincentio legitimato, quominus excludat dictos ſubſtitutos ſecundum regulam iuris communis quam habet pro ſe in correctam ut ſupra.

Non obſtat Poſtremo quod Vincentius non uideatur poſſe obtinere ex eo, quod egit, ut hęres Vincentij ſenioris, cum tamen non ſit, neque ex
71 teſtamento, quia † poſitus in conditione non dicitur uocatus ſecundum magis communem, de qua per glo. & alios d. l. lucius cum ſimilibus,neque ab inteſtato cum ſit legitimatus ſine pręiudicio aliorū uenientium ab inteſtato, ut ſupra.

Quia primo reſpondetur quod Vincentius Iunior agit remedio retinendę poſſeſsionis bonorum, non ut hæres Vincentij ſenioris, ſed uigore ſuæ tē nutæ adeptę, & poſſeſsionis in qua eſt, ut apparet per inſtrumēta adeptę poſſeſsionis in proceſſu producta, & probat ſententia lata in fauoram ipſius ſuper iudicio attentatorum.

Secundo dato quod agat, ut hæres Vincentij ſenioris, reſponderi poteſt quod recte egerit, ut hæres ex teſtamento, cum fuerit poſitus in conditione
72 Nam † poſitus in conditione ſecundum unam opinionem, non dicatur uocatus,contrarium tamen tenetur regulariter, ſecundum aliam opinionem affirmatiuam, quam etiam innumerari Doctores tenuerunt, quos late congerit Ant. Gab. d. conclus. 4. nu 2. quam dicit magis communnem hodie ſoc. Iuni. conſ. 141. col. 1. & ſeq. & conſ. 158. col. 10. conſ. 168. col. 12. & 174. col. 1. 2. & 3. lib. 2. licet hoc ſit pericoloſum tenere.

Tertio quatenus teneamus aliam opinionem negatiuam forte magis communem & tutiorem, reſp
73 ondetur,quod ea non procedit in caſu noſtro. † in quo apparet Vincentium uocatum, dum teſtator ſubſtituit filium ſuperuiuentem, & eius filios, ut ſupra deductum fuit.

CONSILIVM LIII.

Argumentum.

An legitimatio de eo, qui natus eſt ex coniugatis, proprio ſit legitimatio, uel diſpēſatio.

Et reprobatur multis argumenti Pede. Decis. 119.

SVMMARIVM.

Legitimatus non dicitur, ſed diſpenſatus, qui natus erat ex coniugatis, inter quos conſiſtere aliter matrimonium non poterat nu. 1.

Contra ſecundum magis communem opinionem nu. 34.

Ac etiam ſecundum ueriorem nn. 35. & ſeq.

Inter quos matrimonium cōſiſtere non poteſt nec eius imago fingi poteſt nu. 2.

Legitimatur uere non dicitur, ſed diſpenſatur, quoties nitium illegitimitatis a iure diuino deſcendit nu. 3.

Legitimatus cum clauſula, ſine præiudicio uenientium ab inteſtato, eſt diſpenſatur, non autem legitimatus proprie nu. 4.

Contra

Contra infra nu. 54. in fi.
Diſpenſationis uocabulum, uno modo capitur in genere pro quadum iuris communis relaxatione nu. 5.
Secundo modo capitur in ſpecie, ut differat a diſpenſatióne nu 6.
Legitimatio reſtitutiua eſt, quando reſtituitur perſona ad ius, uel quia retro quis natalibus reſtituitur nu. 7.
Velquando reſtituitur pro ut nunc, quę dicitur legitimatiõ collatiua nu. 8.
Legitimatio diſpenſatiua eſt, quando quis diſpenſatur ad ſucceſſionem, uel aliquos actus ciuiles, nõ obſtante, quod remaneat illegitimus nu. 6.
Legitimatio ſecundum Roſellum quatuor modis fit nu. 10.
Primo quando diſponitur ſuper uitio matrimonij, ſuper quo ſolus Pontifex diſpenſat d. nu 10.
Secundo quando non ſuper matrimonio, ſed de prole diſponitur per modum reſtitutionis antiquę naturę nu. xi
Tertio quando nouiter pro ut nunc legitimus quis creatur nu. 12.
Quarto quando quis cum aliquo diſpenſat, non obſtante, quod ille remaneat illegitimus. tribus primis modis legitimatio, Vltimo uero diſpẽſatio ꝓprie eſt nu. 13.
Legitimare proprie eſt abolere maculam, & defectum natalium, etiam, quod modus ſuccedendi reſtringatur nu. 14.
Diſpenſare eſt tollere obſtantiam defectuum. i. efficere, ut aliquis inhabilis ſuccedat non obſtante defectu nu. 15.
Verbum, legitimare, importat, ut quis ſit plene reſtitutus antiquæ ingenuitati nu. 16.
Maxime ſi poſitum ſit ad differentiam uerbi diſpenſare nu. 17.
Plenariæ reſtituto perſonæ ad iura naturę legitimatio eſt nu. 18.
Clauſula, omni meliori modo, ſubſtinet actum eo modo, quo poteſt meliori, & magis proficuo legitimato nu. 19.
Vinum merũ eſt illud, quod non dilutum eſt aqua nu. 20
Imperium merum ad differentiam mixti dicitur nu. eod.
Ius merum, ſubtilitas mera, æquitas mera & ſimilia ad differentiam mixtorum dicuntur nu 20.
Legitimatio pura, & ſimplex differt a diſpẽſatione nu 21.
Legitimationẽ proprie facere uidetur, qui ſe ſe legitimare dicit ad differentiam diſpenſationis nu 22.
Remouens omnem inhabilitatem, & geniturę maculam facit legitimationem nu. 23.
Verbum diſpenſatio accipi poteſt in genere ut comprehendat etiam legitimationem nu. 24.
Verba proprie capienda ſunt nu. 25.
Niſi ex alijs contrarium appareat nu. 26.
Significatio propria illa eſt, quę ex mente loquentis innuitur nu. 27.
Verba deſeruiunt intentioni, non contra nu. 28.
Conceſſio facta a Principe late eſt intelligenda nu. 29.
Argumentum a maiore ad minus ualet nu. 30.
Data facultate legitimandi, non intelligitur data diſpenſandi nu. 31.
Secus e contra nu. 32.
Milites Sancti Pauli omnes ſunt comites Palatini, & habent facultatem legitimandi & diſpenſandi nu. 33.
Error Pauli Caſtren. & ſequacium detegitur nu 36.
Error auctoris Decis. Pede. in decis. 119. detegitur nu. 37. & ſeqq.
Duas uxores habere non fuit prohibitum iure humano omnium populorum nu. 38.
Nec iure diuino ueteris teſtamenti nu. 39.
Natus ex coitu iure diuino damnato per principem ſecularem legitimari poteſt nu. 40.
Differentiam legitimitatis & illegitimitatis non eſt introducta iure diuino, ſed humano nu. 41.
Intellectus ad textum in §. ſi quis ergo in auth. qui mod. nat. effi. legit. nu. 42. 43. & 44.
Intellectus §. liceat igitur, & § natura qui mo. nat. effi. ſui & d. §. ſi quis ergo traditus per Octa. Cacha. d. decis. 119 damnatur nu. 45.
Tempus non diſtinguit ius naturæ ab humano, ſed conuenientia. i. an id de quo agitur, conueniat huic, uel illi iuri nu. 46.
Ius naturale apud noſtros eſt, quod comune eſt omnibus animantibus & ſic inſtinctus quidam naturalis inſitus etiam Brutis nu. 47.
Et eſt quędam uis animę ſenſibilis in eius productione a natura inſita ad faciendum pro ut libet nu 48.
Matrimonium introductum eſt a Deo inter primos parentes nu 49.
Non tamen ex hoc dicitur introductum iure naturali nu 50.
Ius diuinum multis modis dicitur & conſideratur nu 51.
Princeps Eccleſiaſticus poteſt diſponere ſuper radice matrimonij nu 52.
Princeps ſecularis per fictionem matrimonij non diſponit aut legitimat, ſed per modum reſtitutionis primeuę naturę nu 53.
Matrimonium aut induci aut tolli non poteſt per Principem ſecularem, poteſt tum eius obſtaculum tolli ne impediat legitimationem iuris ciuilis nu. 54
Diſpenſatus eſt æquiparatus legitimato per modũ regulæ, & conſequitur omnes iuris legitimi effectus nu 55.
Ludouicus de Sard. in tract. de nat. lib. titulo de effec. legit per reſcrip. damnatur nu 56.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato:

IN eadem cauſa rurſus in dubium reuocatur, An Vincentius Diotiaiuti dicatur legitimatus, uel potius diſpenſatus? ex aduerſo conſtanter aſſeritur diſpenſatus.

1 Primo quidem, quia natus eſt ex coniugatis, inter quos conſiſtere aliud matrimonium nõ poterat Ancha. conſ. 427. Paul. Caſtren. conſ. 30. col. 3. uers. item certum eſt &c. lib. 1. aſſerẽs ita uidiſſe conſultum per Collegium Bononienſe, & per Bal. & Petrum fratres in iſta Ciuitate ſuper ardua cauſa Bononienſi Dec. conſ. 579. nu. 1. & conſ. 624. Soc. Iuni. conſ. 120. nu. 17. & 18. conſ. 142 nu 23. lib. primo. Neuiz. conſ. 99. nu. 12. Mandel. conſ. 7. nu. 4. Ceot. conſ. 60. nu. 20. lib. 1. Sena. Pede. decis. 119. per totam, ubi late defendit.

Mouentur ij omnes, præcipue Paul. d. loco &
2 l. 2. ff. de iur. aur. anulo. quia † inter hos, ut dicimus, cum non poſſit eſſe matrimonium, nec etiam eius imago fingi poteſt, quod neceſſe uidetur, ut quis legitimus fiat l. 1. C. de lati. lib. tolle.

3 † Secundo quando uitium illegitimitatis procedit a iure diuino nemo per reſcriptum dicitur uere legitimatus, ſed diſpenſatus, ut poſt Plumbi ludõ

Roma

Roma. & quoſdam alios tradit Ias. l. ſi is qui pro
emptore ſub. nu. 206. uerſi. ant tale uitium ff.
de uſucap. cum alijs pro comuni congeſtis per
d. decis. Ped. 119. nu. 3. hic ad eſt huiuſmodi ui-
tium iure diuino prouenìens, quia eo iure nemo
plures uxores habere poteſt Gen. c. 2. exo. c.
20. Deut. c. 5. Mat. c. 5. & 19. Paul. ad Chorin.
c. 6. & 7. ad ephe. c. 5. c. nemo ſibi blandiatur.
& ſeq. 32. q. 4. c. non męchabaris & c. fin. ead.
32. q. 6. ideoq; iure diuino nullus, prærerq; uxo-
rius cohitus admictitur, ut eſt glo. Clem. ult.
uer. non eſt; de hæret. merito in his terminis diſ-
penſatio odioſa, & ſtricte intelligenda eſt c. ſi. de
fil. pręsbit.

Accedit preterea, quod iſta ſit diſpenſatio,
4 † quia confecta fuit cum clauſula, ſine preiudicio
uenientium ab inteſtato, quo caſu quis dicitur
diſpenſatus Alex. conſ. 25. nu. 5. lib. 1. Dec.
conſ. 338. nu. 3. Soc. Iuni. conſ. 127. nu. 20.
lib. 2. Aret. l. gallus §. & quid ſi tantum uerſi-
culo ad tertium de lib. & poſth. & non nulli alij ex
aduerſo citati.

His non obſtantibus cenſeo reſpondendum
prædictum VIncentium eſſe uere, & proprie le-
gitimatum, non autem diſpenſatum; ad quod
oſtendendum, ne in æquiuoco laboremus; ſup-
pono Imprimis diſpenſationis uocabulum duobus
modis accipi.

5 † Vno modo in genere ſumpto, prout eſt
quędam iuris comunis relaxatio, ut in eius deffini-
tione ponit Spec. de diſpen §. nunc breuiter. Ab.
c. de multa. de preb. & alij paſsim, & hoc modo
quelibet legitimatio quamuis ampla, diſpenſatio
dicitur c. per uenerabilem. ubi not. omnes qui
fil. ſint legit. Alciat. conſ. 207. in princ. ideoq; iſta uo
cabula multoties conſunduntur, & quottidie diſpen
ſationis uocabulo ꝑ legitimatione utimur; Hoc pri
ori modo ſumpta diſpenſatio, non facit difficulta
tem in caſu noſtro, cũ non differat a legitimatione.

6 † Secũdo modo capitur diſpenſatio in ſpecie, ut
a diſpenſatione in genere, de qua ſupra, ac etiã a le-
gitimatione differat; etenim diſpenſatio in genere
ſupra diſtinguitur in diſpenſationẽ in ſpecie, & legi
timationem, ut in ſimili de adoptione dicitur l. 1. ff.
de adop. §. 1. Inſtit. eo & quia iſtę duę ſpecies inter
ſe differunt, noſtrę queſtionis cardo conſiſtit,
cui magis hęc noſtra accedat, id, quod facilius
fieri non poteſt, quam per cognitionem ipſarum
ſpecierum.

Quia in re licet Doctores uarijs modis loquuti
ſint, ego quidem ſuppono ſecundum ueriores, &
receptiores traditiones, duas eſſe opiniones parum
aut nihil inter ſe diſtantes, quibus cognitis appa-
rebit clara differentia harum inter ſe ſpecierum.

Prima eſt Ant. But. quem ſequuti ſunt alij comu
niter d. c. per uenerabilem aſſerentis, legitimatio-
7 nem eſſe duplicem, Vnam Reſtitutiuam, Alteram,
Diſpenſatiuam, Reſtitutiua eſt, quando reſtitui-
tur perſona ad ius, quod ſecundum eũ duobus mo
dis fit. Primo, quando quis retro plene natalib. &
8 primęuæ naturæ, eiuſq; iuri reſtituitur, quo caſu
proprie legitimatio reſtitutiua dicitur † ſecundo
quando ſuperficies prolis refertur ad ius primeu-
um naturę non retro ſed prout nunc, quæ proprie
dicitur legitimatio collatiua, cum ipſe legitimans
9 conferat nunc, non retro legitimationem † Diſpen
ſatiua autem eſt ſecundum But. ubi ſupra, quoties
quis diſpenſatur ad ſucceſsionem, uel aliquos actus
ciuiles, quorum quis antea incapax erat de iure
non obſtante, quod ſit, & remaneat illegitimus
quo modo habilitatur ius ad perſonam, non per-
ſona ad ius, ut ſi quis licet ſpurius ſit, habilite-
tur ad ſuccedendum patri, & hęc proprie dicitur
diſpenſatio, quia ius relaxatur, perſona autem
non alteratur, ſecundum eum, & alios ſe-
quaces.

Secunda fuit opinio Antonij Roſel. de legit.
ſub. rub. de caus. forma. uerſi. legitimationis
effectus. nu. 9. & ſeq. qui materiam quadruplicitec
conſiderat.

10 † Primo quando ſuper uitio matrimonij
diſponitur, quod a ſolo Pontifice fit, cum ip-
ſe tantum ſuper eo, diſpenſandi facultatem,
habeat.

11 † Secundo quando non diſponitur ſuper ma-
trimonio, ſed de prole illegitime genita per mo-
dum reſtitutionis antiquæ naturæ, puta, cum
Princeps reſtituit illegitimum antiquæ naturæ,
& ingenuitati, abſque eo, quod aliquid de ma-
trimonio diſponat, ut regulariter, & comuni-
ter fiunt legitimationes, & proprie intelligitur
loqui tex. §. liceat aut. qui. mo. nat. effi. legi. Et
eę duæ ſecundum eum ſunt reſtitutiuę, quia utraq;
licet diuerſimode, illegitimum antiquæ ingenui-
tati, & legitimitati reſtituit.

12 † Tertio quando nouiter prout nunc aliquis
legitimus creatur, quæ ſecundum eum dicitur,
legitimatio inductiua, quia non refert ſe retro
ad antiquam ingenuitatem, & tempus ſuæ natiuita
tis, ſed inducitur nunc, prout poſt But. de collati-
ua ſupra dictum eſt.

Quarto quando quis cum aliquo diſpenſat
non obſtante, quod illegitimus, ſit, ut nihil-
ominus frui poſsit ijs, quæ tantum legitimis con-
feruntur,

13 † Tribus prioribus modis proprie legitimatio
inducitur; Vltimo uero proprie diſpenſatio. Hæ
duæ opiniones in unam eamdemque recidunt,
ſi aduertatur, eaſque comuniter Doctores approbãt
Alexandri. d. c. per uenerabilem col. 17. Curt. Seni.
conſ. 16. 72. & 73. nu. 7. Gozza. d. conſ. 6. nu. 63.
& conſ. 29. nu. 32. Nec diſſentit Alci. d. conſ. 207.
nu 2. & 7. Didac. ad quartum Decret. par. 2. §. ot-
tauo in princ.

Ex quorum omnium ſententia in ſumma col-
14 ligitur, quod, † legitimare, eſt abolere macu-
lam, & defectum Natalium, etiam quod modus
15 ſuccedendi reſtringatur, † Diſpenſare eſt tollere
obſtantiam, (ut appellant) defectuum, ideſt
efficere, ut aliquis inhabilis alias, ſuccedat, non
* obſtante defectu, & dicit comunem * Rol. conſ.
96. nu. 25. lib. 3. Gozza. conſ. 29. nu. 31.

His ſuppoſitis pro uerìſsimis, dico, noſtram
hanc propriam, & ueram eſſe legitimationem
quia plenarie facta eſt reſtitutio perſonæ ad ius
naturæ, & ſic ex ſupra dictis legitimationi conuenit
Quod apparet multis modis ex inſtrumento legi
timationis.

Primo quidem, quia quemadmodum in ſuppli
ci libello petitum fuit principaliter legitimari Vin
centium, & quatenus opus ſit diſpenſari, ut appa
ret, ibi legitimari, & quatenus opus ſit diſpenſa-
ri, ita in reſcripto, ſiue inſtrumento legitimationis
utrumq; factum fuit, ut ibi, legitimamus, & qua
16 tenus opus ſit, diſpenſamus, & habilitamus, † Ver
bum enim illud, legitimari, & legitimamus, im-
portat, quod dicatur quis reſtitutus plene antiquę inge
nuitati, & naturę. Aret. d. l. gallus §. & quid ſi
tantum. Ang. conſ. 17. & Rolan. qui hos allegat d.
17 conſ. 96. nu. 24. & ſine dubio hic, † cum ponatur
ad differentiam diſpenſationis, ex quo ſtatim ſub-
ditur, & diſpenſamus &c.

18 Secundo quia † fuit plenaria reſtitutio perſonæ
ad iura naturę, ita enim petitum fuit, ibi, legiti-
mare, & ad omnia, & ſingula etiam primęua, &
legitima naturę iura, nec non &c. rurſuſque ibi,
omnem in habilitatir, & geniturę maculam, ſiue
notam &c. quemadmodum per legitimantem eti
am factum fuit. Primo quia legitimauit ad petitio
19 nem huiuſmodi, omni meliori modo, † quę clau-
ſula ſubſtinet actum, eo, quo poteſt, modo melio-
re, & proficuo legitimatio, ad not. per Bar. & Imol.
l. cum pater §. filiur matrem de leg. 1. Dec. conſ.
14. nu. 24. & conſ. 77. nu. 4. Feli. c. cum ſuper
de offi. dele. in terminis in legitimatione tradit
poſt Bal. Alex. Ruy. & Craue. Rimi. Iuni. conſ.
115. nu. 110. lib. 2. Quod hic nullam patitur dif-
ficultatem, ut reſponſio legitimantis aptetur pe-
titioni legitimari petentis arg. §. preterea Inſt.
de inut. ſtipu. & in terminis arguit idem Ri-
mi. d. loco. Secundo iſtud idem factum fuiſſe
per legitimantem apparet, ibi mere, pure, & ſim-
pliciter legitimamus, & quatenus opus ſit diſpen-
ſamus, tum quia aſſerit, ſe facere meram legiti-
mationem, que eſt illa, quę propria eſt, non mix
20 ta aliqua diſpenſatione, Sic enim † merum ui-
num dicitur, non dilutum aqua, ſic merum im-
perium, ad differentiam mixti l. imperium. ubi
omnes de iur. om. iud. ſic merum ius, mera ſub-
tilitas, mera ęquitas, & ſimilia, ut notat Bal. l.
etiam de obre. pat. pręſtan. Tum quia ſubijcit,
21 † ſe facere legitimationem puram, & ſimplicem,
quæ ſine dubio differt a diſpenſatione, uti ſupra.
22 Tum etiam, quia intendit facere principaliter
legitimationem uti diuerſam a diſpenſatione,
cum de utraque ſpecie loquatur, & aſſerat,
illam principaliter, hanc quatenus opus ſit
efficere.

23 Tertio idem colligitur luce clarius ibi, † om-
nemq; inhabilitatem, & geniturę maculam,
ſiue notam a ſupra dicto Vincentio caſſamus.
tollimus, & abolemus, ita quod deinceps &c.
quę uerba iunctis pręcipue ſuperioribus, pleniſ-
ſimam fieri legitimationem oſtendunt Dec. conſ.
258. col. pen. Rol. d. conſ. 96. nu. 23. Cum
ergo conſtet, ex inſtrumento, hũc eſſe legitimatum
habet Vincentius intentionem fundatam, ut poſt
Soc. Dec. Curt. Sent. & alios, arguit Rol. conſ. 96.
nu. 16. lib. 3.

Nec dicatur, prout uim fieri audio, quod
Bernardinus Iacobillus Miles Sancti Pauli legi-
timans facultatem legitimandi non habebat, ſed
diſpenſandi tantum, ut aſſeritur apparére ex Bul-
la facultatum Collegij dictorum Militum, pagi-
na tertia. ibi libere ualeant diſpenſandi &c.

24 Quia reſpondetur Primo uerbum illud, †
diſpenſandi, accipi ibi, in genere, quo mo-
do comprehendit etiam legitimationem, ut ſupra
dictum fuit.

25 Secundo reſpondetur quod licet, uerba pro-
26 prie ſint capienda l. non aliter de leg. primo †
quando tamen ex alijs apparet, ut hic, ſi diligen-
ter uerba dictę Bullę conſiderentur, quibus d. fa-
cultas conceditur, quod loquens ea in genere ac-
cipit, a propria ſignificatione recedimus l. ſi uno
27 ff. loca, † Immo tunc propria dicitur ſignificatio
illa, quę ex mente loquentis innuitur, tex. eſt
28 l. 3. §. bonorum ff. de bon. poſſ. Nec mirum, †
quia uerba deſeruiunt intentioni loquentis, non
è contra l. labeo de ſupp. lega. In terminis,
quod uerbum diſpenſatio, capiatur pro legiti-
matione, quando pręcedentibus, uel ſequen-
tibus apparet Gozza. conſ. 6. ſub. nu. 67. ver-
ſiculo. octauo.

Tertio reſpondetur quod licet in diſpen-
ſatione ipſa, quę odioſa dicitur, & ſtricte in-
terpretanda eſt, uerbum diſpenſatio, proprie
29 accipiendum ſit, tamen, quia † hic ſumus in
facultate conceſſa interpretanda, late eſt fa-
cienda interpretatio, ut etiam legitimandi,
poteſtatem comprehendat. Ab. c. fin. nu. 5.
de Simo. Feli. c. poſtulaſti. col. 14. in fin. &
ſeq. de reſcrip. Dec. c. & ſi clerici §. 1. ſub.
nu. 10. uerſiculo. gratioſa etiam de iud. Gozza.
conſilio 6. nu. 48. Zuccar. l. poſthumorum ſub.
nu. 54. uerſiculo. in hac materia. C. de bon. poſſ.
cont. tab.

Quarto dato, quod uerbum diſpenſandi ſi-
net in propriam diſpenſationem (quod nega-
30 tur) reſpondetur † quod ad huc legitimandi quo-
que auctoritatem comprehendat ſaltem a maiore
ad minus. aut. multo magis. C. de Sacroſ. Eccle.
31 Dato enim † quod conceſſa facultate legitimandi
non dicatur data diſpenſandi quod eſt maius Al-
ci. parad. lib. 1. c. 16. in fi. Zuccar. d. l. poſthu-
morum nu. 24. ubi alios citat. Hier. Gab. conſ.
32 30. nu. 21. † Attamen e conuerſo, ut hic, bene
infertur per ſupradicta.

Quinto ut tollatur omnis dubitatio, ſatis eſt,
33 † quod milites omnes Sancti Pauli ſunt comites
Palatini, qui, ut ex eorum priuilegijs apparet,
habent facultatem legitimandi, & diſpenſandi ſi-
ne dubio, & ideo in praxi quotidie legitimant,
& diſpenſant, ita, ut quando cętera deeſſent de
quibus ſupra, uſus, qui interpretatus eſt eorum
facultatem, ſufficeret.

Non obſtat auctoritas multorum tenenti-
um, huiuſmodi eſſe proprie diſpenſationem,
cum facta ſit de eo, qui natus eſt ab ijs, inter
quos matrimonium eſſe non poterat, Quia con-
trarium magis communiter tenetur, & ueri-
us eſt.

34 † De magis * communi patet, quia tenu-
it Bar. l. ſi. is, qui pro emptore 3. q. prin-
cip. de uſucap. Bal. l. nuper de natu. lib. Paul.
Caſtren. & Alex. l. ſed ſi hac §. patronum ff.

dctn

de iniuſ. uoc. Cald. conſ. 3. ſub titulo qui fil. ſint legit. inducẽdo hos omnes, prout latè proſequitur Vb. r. Zuccar. d. l. poſthumorum nu. 22. ubi etiã nonnullos alios allegat Ant. Roſel. de legit. titulo de eſſe. legit. col. 2. nu. 8. Vincent. Paleo. inter conſilia Curt. Seni conſ. 17. col. tertia. aſſerens, hanc • eſſe comunem * ſententiam omnium in utraq; cen- • ſura Doctorum, prout etiam fatetur eſſe comunẽ * Octa. Cache. compilator deciſionum Pede. d. decis. 319. ſub nu. 17.

Nec minus numerãdus eſt Vinc. Paleot. inter tenẽtes hanc opinionẽ ex eo, ꝙ ipſe in eo conſ. ſubſcribat ſe ſententię Curtij contrarium ibi tenentis conſilio precedenti, quia dum Vinc. Paleot. ibi ſequitur Curtium, diuerſificat caſum, mouetur q; diuerſis rationibus a dicta comuni.

Minus etiam numerandus eſt, ex eo, quod Vinc. Paleot. loquitur de filio ſacerdotis, in quo diuerſa uidetur ratio inter ipſum, & adulterium, de quo hic, ut ibi per eum nu. 16. & 17. quia eius diuerſa ratio non eſt generalis, concludit .n. ſolummodo, in Pontifice, qui diſpenſare poteſt, non in ſeculari Principe, qui non diſpenſat, & tamen legitimat filium ſacerdotis, ſecundum Doc. Eãdem opinionem ſequitur Hoſti. d. c. per uenerabilem, col. 2. in fi. Ias. conſ. x1. col. 3. uerſiculo non obſtat li. 3. Aret. l. ex facto in princ. ſub nu. 12. uerſiculo & abſoluta de vulga. & pup. & d. l. gallus §. ſi eius ubi etiam Soc. col. 4. uerſiculo ſed ultra ea. Card. d. c. per uenerabilem col. xr. Gozza. d. conſ. 6. nu. ſequitur pluribus in locis Ruy. conſ. 75. nu. 24. cõſ. 67. pariter nu. 14. conſ. 79. nu. 3. conſ. 94. ſub nu. 10. uerſiculo & quamuis lib. 3. & ad rub. ff. de lib. & poſth. nu. 13. quo ultimo in loco aſſeris, Docto • res omnes comuniter * hoc preſuponere omnibus in locis, in quibus materiam hãc pertractant. Idem ſequutus eſt ibi Pau. Paris. nu. 30. & 31. Alci. pariter ibidem, & remiſsiue d. l. ſi is, qui pro emptore nu. 34. & d. conſ. 207. nu. 2. late defendit Zuccar. d. l. poſthumorum nu. 21. & 22. Nat. l. hac conſultiſsima §. ex imperfecto q. 17. nu. 19. & ſeq. C. qui teſt. fac. poſſ. & conſ. 624. col. 2. Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 1. § is nu. 26. & de ſucceſ. progreſſ. lib. 1. §. 2. nu. 42. dum utroque in loco late probat nomen legitimitatis, & illegitimitatis cognitum non fuiſſe inſpectis naturę cunabulis, ſed omnes ęque legitimos natos fuiſſe, illegitimitatisque inuentum mere humanum fuiſſe, ut aperte colligitur ex Iuſti. d. §. liceat d. §. natura, & §. ſi quid ergo & propterea tanquam a legibus introductum eiſdem etiam tolli poſſe, & conſequenter quemlibet illegitimum legitimum fieri poſſe Rol. conſ. 61. nu. 50. lib. primo & conſ. 99. nu. 26. & ſeq. lib. 3. Hier. Gab. conſ. 30. nu. 2. aſſerens in caſu illo ſuo eſſe ueram, propriam, & plenam legitimationem, quam tamen factam fuiſſe de eo, qui natus erat ex coniugato, ut hic clare colligitur ex narratione facta in ſupplici libello, quo legitimatio petita fuerat, de qua ibi in principio conſilij illius. Hanc opinionem ſequuta eſt etiam Rot. Neap. per Io: Tho. Minando. decis. 34. Ac etiam quod magni faciendum eſt propter eius maximam auctoritatem Rot. Roma. per Acchil. decis. 280. quam citat Hier. Gab. d. conſ. 30. In qua deciſione clare dicitur, per Dominos de Rota concluſum fuiſſe, legitimationem, in qua quis eſſet plene reſtitutus, legitimationem proprie eſſe, non diſpenſationem, non obſtante, quod eſſet facta de filio eius, qui habet uxorem, exploſa opinione Paul. Caſt. Decij. Lud. de Sar. & aliorum ibi allegatorum.

35 † De ueritate huiuſmodi opinionis patet ex uera diffinitione legitimationis, & diſpenſationis in ſpecie, & proprie ſumptę, de qua ſupra, & clarius patebit ex remotione contrariorum.

Non obſtat igitur, quod ubi non poteſt matrimonium conſiſtere, ibi nec imago eius fingi poteſt l. 1. C. de lat. liber. tollen. Quia reſpondetur pluribus modis, qui colliguntur a Doctoribus ſupra citatis locis, ſed cęteris omiſsis, precipue
36 † quod Paul. & ſequaces errarunt, putantes, non poſſe perueniri ad legitimationem, niſi per medium facti, fingendo matrimonium, cum falſum ſit, poteſt enim id fieri etiam medio reſtitutionis ad ius naturę primeuum d. §. liceat igitur cum ſimil. etiam ſine matrimonio uero, uel ficto, ut per omnes ſupra citatos concludentes duobus modis fieri legitimationem, Vno fingendo matrimonium, quo caſu non ualeret legitimatio, ubi matrimonium uere conſiſtere non poteſt, uel facta a ſeculari, qui ſuper matrimonio diſpenſare non poteſt. Altero per reſtitutionem ad ius naturę, qui modus cum explicetur ſine medio matrimonij ueri, uel ficti, nihil eſt impedimento, quod legitimans non habeat poteſtatem ſuper matrimonio, uel quod illud conſiſtere non potuerit inter parentes legitimati, ut predicti omnes aſſerunt.

Non obſtat, quod iure diuino prohibitum ſit, plures Vxores habere, & ex hoc uitium illegitimitatis hoc caſu deſcendat a iure diuino, ideoque per reſcriptum Principis tolli non poſsit d. decis. Ped. 219. nu. 3. & ſeq. Quia reſpondetur. Primo eam deciſionem loqui in principe ſeculari non in habente auctoritatem ab Eccleſiaſtico.

37 † Secundo reſpondetur argumentum Auctoris illius deciſionis corruere, ut erroneum in pluribus

38 † Primo, quidem quia quod ſupponit, Vxores habere ab initio prohibitum fuiſſe iure humano populorum uniuerſi orbis, eſt quam quod falſiſsimum, cum clarum ſit Indos, Traces, Catharos, Egiptios, Naſamones, Peones, Syros, Numidas, Mauros, Medos, Britannos, Rom. ipſos quandoque, aliosque innumeros ex eorum inſtitutis, legibusque plures uxores eodem tempore habuiſſe, ut late congerit Tiraq. ſexta lege connu. nu. 15. & ſeqq. & nu. 18. de Romanis in ſpecie dicit apud eos aliquando duas Vxores eodem tẽpore habere licuiſſe, referens ex hiſtoricis ita ſanxiſſe Valentinianũ Imperatorem, & Helium Cinnã tribunũ plebis ꝓfeſſum fuiſſe ſe habere paratã legẽ quã Iulius Ceſar ferre iuſsiſſet, ut uxores liberorum querẽdorum cauſa quot ducere uellet cuiquę
39 liceret † iure etiã diuino Veteris teſtamẽti id licuiſſe exẽplo ſunt, Abram. Iacob. Dauid. Salamon. de quibus mẽtio eſt c. recurrat §. his ita reſpõdetur 32. q. 4. & c. gaudemus de diuor. & aparet Gene. c. 4. ubi Semech. Adę trinepos duas habuit uxores, ruſusq̃ Gene. c. 6. illis uerbis uidẽtes filij dei filias hominũ

quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant, nec uidetur negare auctor d. decis. ſub nu. xi.

40 † Secundo dum aſſerit, omnem coitum prohibitum iure diuino preter uxorium. ideoq; natum ex quolibet coitu illegitimum uitio, iure diuino prouenientе repugnat menti omniũ in utraq; cenſura, qui admittunt ita natum ſaltem naturalem tantum legitimari poſſe per Principem ſecularem, & tamen eius opinione retenta, nulla uera legitimatio per eum fieri poſſet, obſtante ſemper impedimento iuris diuini.

41 † Tertio dum latius uagatur nu. xi. 12 13. & 14. differentiam legitimitatis, & illegitimitatis introductam iure diuino, ac naturali iterũ aduerſatur communi opinioni, & uere, ac etiam uerbis, & menti Iuſti. dd. §§. liceat igitur. natura & ſi quid ergo. Nam quod huiuſmodi differentia ſit non iuris diuini, aut naturalis, ſed humani, uoluit Riccar. Malumb. ut refert Bar. l. 3. de concub. Alb. l. 1. §. ius naturale de iuſt. & iur. Bal. Nouell. de dot. par. 3. nu. 7. & ſequuntur uarijs in locis communiter * õnes ut patet ex congeſtis per Vaſq. d § is, nu. 26. & d. §. 2. nu. 42. & probatur clariſsime, quod non de iure naturali d. §. liceat ibi neq; n. ſola natura antequam ſcripte prouenirent leges, fuit quędam differentia naturalis, atq; legitimi &c. ac etiam ibi ſed antiquis Parentibus antiqui filij mox ut procedebant, fiebant legitimi &c. & eiſdem fere uerbis d §. natura ibi, natura ſiquidem &c. iuncto ibi, ſimiliter autem legitimi. Iterumq; d. §. ſi quis ergo idem Iuſti. ibi, non enim fuit a principio, quando natura hominibus ſanciebat ſola antequam ſcriptæ procederent leges, quędam differentia naturalis, atque legitimi, ſed primis Parentibus primi filij (ſicut preſentem inchoantem diximus legem) etiam ipſo proceſſu nati legitimi ſint &c. & paulo infra ibi, nam legitimas protulit ſoboles, Patet etiam quia Iuſt. tam d § liceat: quam §. natura comparat legitimitatem libertati quoad inuentionem utriuſque inuentionem naturę attribuens, unde cum libertas iuris naturalis ſit § 1. Inſt. de iur. perſona. eſt etiam & ipſa legitimitas.

Quod autem huiuſmodi differentia non ſit aſcribenda iuri diuino, licet nõ me lateat, non nullos id uoluiſſe, patebit infra ex reſponſionibus ad contraria. Quod ſit Iuris humani probatur ſtante, quod non fuerit iuris diuini, uel naturalis, Item ex d §. liceat & d. §. ſi. quis ergo ubi id clare exprimitur, & uidetur apparere ex comparatione, quam facit ibi Iuſti. dum inquit, quemadmodum bella adinuenerunt ſeruitutes. ita etiam naturales, & illegitimos.

Nec dicatur eſſe de iure naturæ, per tex. d. §. ſi quis ergo ibi, ad concupiſcentiam facta conuerſio naturale ius eis inſeruit &c. Quia reſpondetur duobus modis legi illum tex.

42 † Primo Ad concupiſcentiam facta conuerſio naturale ius inſeruit, & ſic abſque dictione, eis, & tunc poteſt intelligi, ut illa uerba, naturale ius, ſint accuſatiui caſus, prout eum caſum exigit uerbum inſeruit, & ſit ſenſus (ut ipſe intelligo) quod conuerſio ad concupiſcentiam inſeruit ius naturale, quod ſolum legitimos conſiderauit, & inuenit, ut etiam adeſſent illegitimi, ſumpta ſimilitudine ab arborum inſitione, quibus alterius qualitatis, fructus inſeruntur quam ſit propria eorum natura, & ſecundum hanc lectuam ita intellectam nihil, probat ille tex. ad uerſus noſtram, & communem opinionem.

43 † Secundo legitur, prout corruptum habuit Octa. Cache. Compilator illius deciſionis, & hodie ut plurimum habetur, Ad concupiſcentiam, facta conuerſio naturale ius eis inſeruit, intelligendo, quod illud uerbum, naturale ius ſit nominatiui caſus, & ſenſus ſit quod naturali iure additi ſint illegitimi legitimis, & ſic inuentio illegitimorum iuri naturę attribuatur. ſed hęc lectura penitus eſt explodenda. Primo quia oratio regeretur duobus nominatiuis, nempe, uno ibi conuerſio, altero ibi ius naturale, & quidem diuerſis ſecundo quia deeſſet accuſatiuus caſus, atque ita quod inſertum fuiſſet eis, neque poteſt referri ad ſoboles legitimas, pro accuſatiuo caſu, ut dicatur, inſeruiſſe ſoboles legitimas, quia diceret ſoboles legitimas legitimationis, quod non conuenit, Et ſi diceretur, ſubintelligi, illegitimas, eſt ſuppletio, & diuinatio. Tertio iſta lectura eſt contra uerba, & mentem Iuſtiniani d. §. liceat igitur ubi ipſe inuentum hoc illegitimorum non attribuit iuri naturę ſed humano, ut ſupra dictum clariſsime fuit ideoque non admittenda, non ſolum, ne ſibi met Iuſtiniano contrarietur uerum quia ipſe intelligit illud idem repetere ibi, quod dixerat d. § liceat igitur, dum inquit d. §. ſi quis ergo citans ſecundum gloſ. ibi d. §. liceat igitur, ſicut preſentem inchoantem diximus legem &c.

44 † Tertio igitur modo legendus eſt (ut reor) ille tex. Ad concupiſcentiam facta conuerſio naturales eis inſeruit hoc enim modo legendo omnia conueniunt & precipue ſibi conſtat Iuſti. recteque ſe ipſum citat d. §. liceat igitur, ibi, enim dixerat Natura quidem legitimas produxit ſoboles, attamen ad concupiſcentiam diuerſio naturales eis inmiſcuit In d. uero § ſi quis ergo tribus tantum dictionibus mutatis, nempe, quia loco produxit diuerſio, & immiſcuit, repoſuit protulit, conuerſio inſeruit, reddendo ſingula ſingulis inquiens, Natura legitimas protulit ſoboles, ad concupiſcentiam uero facta conuerſio, naturales eis inſeruit, Deprauatio cauſata eſt ex interpoſitione duarum literarum in fine dictionis naturales ante ſcilicet & ex una factę ſunt duę dictiones, naturale ius.

Igitur ſi reſtituatur tex. ſuo nitori ut debet. legendo prout, ſupra dixi, nullo modo probatur ibi inuentum illegitimorum iuri naturę attribuendum eſſe.

45 † Nec ſtare poteſt Intellectus quem ipſe Oct. Cache. d. loco dat ad d. § liceat igitur & §. natura. & §. ſi quis ergo. dum conatur probare, quod Iuſtinianus uoluerit, inuentionem illegitimorum factã ante ius ciuile ſcriptum ex eo, ꝙ illam attribuit caſui caſtitatis ſiue diuerſione ad concupiſcentiam, quod idem eſt, probando eum caſum, & diuerſionem ortam ante diluuium tempore Noe. Gen. c. 6. uerſiculo uidit autem deus &c. Quia ita intelligendo

gendo, contrariaretur ſibi met Iuſti. in eodem lo-
co, & ſtatim ſe corrigeret, quod credendum non
eſt l. non ad ea. ff. de cond. & demõſt. cum aperte
ibi dicat, natura omnes legitimos natos fuiſſe ve-
rus ergo ſenſus eſt illorum uerborum, ut non lo-
quatur reſpectu facti, hoc eſt, ꝙ ſtatim atque aliqs
ex concupiſcentia natus eſt, illegitimus dictus ſit
iure naturę, ſed reſpectu iuris humani ſubſequuti
occaſione cõpeſcendę incontinentię ortę ꝓpter
casũ idest defectũ uel priuationẽ caſtitatis, quaſi di-
cat, ꝙ caſus caſtitatis occaſionẽ prębuit legũ latori-
bus ad refrenã dam libidinẽ, ut conſtituerent diffe
rentiã legitimorum, & illegitimorum, atque inuen-
tum ita hoc iuris humani fuit, non nature.

Nec etiam quicquã refert ꝙ d. differẽtia inuenta
fuerit tempore Noę ante diluuium, antequam ius
ciuile proditum eſſet, ut Octa. Cache. contendit
& ante ipſum Paleo. de nor. & ſpur. c. 1. & 2. quia
46 † Solum tempus (ut putant ipſi) non diſtinguit ius
naturę ab humano, ſed conuenientia, hoc eſt, an
id, de quo agitur, conueniat huic, uel illi iuri; vn-
de, ut ſciatur, an hoc ſit de illo, uel de iſto iure, opor
tet ſciſcitari, quid ſit ius naturale, quid humanum
47 † Igitur naturale, ut accipitur apud Iuſtinianum,
& noſtros l. 1. §. ius autem naturale & inſt. de iur.
nat. gent. & ciuil. in princip eſt, quod comune
eſt omnibus animantibus, & ſic inſtinctus quidam
naturalis (ut appellant) omnibus animalibus eti-
am brutis inſitus, ut maris, & feminę coniunctio,
liberorum procreatio, & educatio, ut dicitur dd.
48 locis, † Quod ſecundum Cyn. d. §. ius naturale &
Aret. poſt eũ d. princip de iur. nat. gen. & ciuil. eſt
quędã uis animę sẽſibilis, in eius ꝓductione a na-
tura inſita, ad faciendũ, prout libuerit, ex qua diffe-
nitione iunctis ſupra citatis colligitur, ꝙ coniunctio
maris, & feminę, liberorũq; procreatio, & educatio
iure naturę inſita fuit animę sẽſibili omniũ anima-
liũ & ꝙ ea eſt libera, nullis repagulis matrimonij,
aut ꝓhibitionib. reſtricta & ſic iuſti, & legitimi quo
ad inſtinctũ hunc naturalẽ omnes naſceb. ẽ. natiq; sẽ
ꝑ sũt, naſcũtur, & naſcẽt, cõſiderato uidelicet d. iure
naturę qd sẽper fuit, eſt, & erit in nnb. ideoq; nõ
oportet cum tempore uti dicebam, diſtinguere.
49 † Minus facit, quod matrimonium introductum
fuerit a Deo inter primos Parentes Gen. c. 2. in fi.
c. ſicut non omnis § is ita 32. q. 2. ut deducit Cache.
50 d. decis. 119. nu. x1. & Pale. d. c. 1 & 2. † quia
non propterea inductum fuit iure naturali, cum
illud ab iſto diſtinguatur, uti penę naturali ab hu-
mano, conuenit enim naturale (ut ſupra) omni-
bus animalibus etiam brutis, ius uero diuinũ, & hu
manum, minime, cum humanum, ut Cyn. & Aret.
dd. locis aſſerunt, ſit uis quędam animæ humanæ
creatę inſita ad faciendum bonum, & cauendum
a malo, nam cum illa naturaliter ducatur ſolo hbitu
appetitus ut ſupra, iſta uero ratione ad bonum, &
multo magis iure diuino conueniens fuit iſtis iuri-
bus a concupiſcentia retrahere homines uinculo
matrimonij

Et ſi replicetur, ſatis eſt, iure diuino matrimo-
nium introductum primis Parentibus, & ſic legiti-
morum, illegitimorumque differentiam conſtitu-
tam fuiſſe diu ante ius ciuile, quod habemus, admi-
cto, ſed non ſequitur ergo differentia hec non eſt
51 de iure humano, quia † cum ius diuinum multis
modis dicatur, & cõſideretur, ut late per Caccia. de
penſio. q. 19 nu. 32. & ſeqq. in multis cũ eo cõuenit
ius humanum, precipue in his, quę ad bonum ten
dunt, & ad euitandum malum, ut eſt matrimoni-
um; Nec Iuſti. dd. locis diſtinguit hęc, nec curat
ſed ſolum conſiderat, quod quando natura ſola sã
ciebat hominibus, ut ipſe dicit .j. quando inſtin-
ctus ille naturalis tantum conſideratur ut intelligo,
omnes legitimi ſunt, quando uero leges proditæ
ſunt homini uti animali rationali, ſiue iure diuino
ſiue alio, ſecus, & ita intelligendo, uti debet, ceſ
ſant contraria.

Non obſtat, dum dicitur, quod ſi matrimoniũ
introductum eſt iure diuino, ergo ſuper eius radice
diſponi non poteſt, ut ſupra Quia reſpondetur.
52 Primo hoc tollerari poſſe, † loquendo de Princi
pe ſeculari, ut uere loquitur d. Decis. Ped. 119. ſe-
cus in Principe Eccleſiaſtico, ut hic, ita omnes pre
ſuponunt, & tradit Roſell. loco ſupra citato, &
alij, qui eum ſequuti ſunt, de quibus ſupra, dicen
tes, ueram eſſe legitimationem, quando Pontifex
per modum fictionis matrimonij legitimaret ali-
quem ſpurium.

Secundo etiam quod loqueremur in Principe
53 ſeculari Reſpondetur, † illud procedere poſſe,
quando quis legitimaret per fictionem matrimonij
ſecus, quando per modum reſtitutionis primeuæ
naturę, & iuri naturali delendo omnem maculam
geniture, quia hoc modo poteſt etiam per ſecula
res Principes, quia non eſt neceſſe, quod diſpenſe
tur ſuper radice matrimonij tunc. ſed ſufficit, quod
quis potuerit in genere filios habere, vt tradunt
Domini de Rota. d. decis. 180. in fi. Rolan. d. conſ.
96 nu. 29. arguendo de arrogatione ad legitimatio
nem, ut per eum.

Tertio reſp. dato, quod matrimonium tolli aut
etiam induci non poſsit per Principem ſecularem,
54 † eius tamen obſtaculum tolli poteſt ad effectum
dumtaxat, ne impediat legitimationem iuris Ciui
lis, ut dicunt in terminis Domini de Rot. d. decis.
180. in fine.

Non obſtat, quod iſthec noſtra uideatur diſpen
ſatio propter clauſulam, ſine preiudicio uenienti-
um ab inteſtato, Quia reſponſum eſt ſatis, ſuper-
que in prioribus allegationibus.

Poſtremo quatenus dubietas aliqũa opinionum
ſup eſſet, & teneretur, hanc noſtram eſſe diſpẽſatio
nem ſicq; Vincentiũ eſſe fictũ legitimatum, nihil
55 refert q̃ ſ eſt plene ęquaratus legitimo, ꝑ modũ re-
gulę, ideoq; cõſeqtur õnes effectus iuris legitimi, ut
arguũt, & concludunt ꝑ multas rationes poſt alios
Natt. d. §. im ꝑfecto nu. 95. & 96. Vaſq. d. §. 2. nu 50.
in fi. & Rolan. conſ. 83. nu. 19. lib. 3. qui uideatur.

De opinione Ludo. de ſard. in tract. de nat. lib. tit.
de effec. legit. per reſcrip. non eſt curandum, quia
damnatur comuniter, cum indiſtincte teneatur ꝑ
Doct. ꝙ legitimatus excludit ſubſtitutũ cõſ. 425. nu
8. Paris. conſ. 1. nu. 64. & conſ. 8. nu. 9. lib. 2.
Tiraq. l. ſi unquã glo. ſuſceperit lib. nu. 84. C. de
reun. dona. ubi alios allegat, Odd. noſter Perus.
de compen. ſubſt parte 6. uers. an legitimati uers.
contrarium igitur ubi inumeros allegat pro iſta co
muni, ideo in hoc non putaui laborandum.

CONSILIVM LIIII.

Argumentum.

De Intellectu Auth. res, quæ C. comm. de fideicom. Maxime an ea procedat tam in dote conſtituenda de bonis fideicommiſſo ſubiectis, quam etiam in reſtituenda per filium grauatum, pro vxore ſua, cuius dotem habuit poſt onus iniunctum, & mortem fideicommittentis.

Et An etiam d. Auth. procedat in quo cunque poſſeſſore hereditatis grauatis, quaſi illud ſit onus hereditarium.

SVMMARIVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta in præiudicium fideicommiſſarij in dotem dari non poſſunt, quando dotis conſtitutio ſit poſt onus iniunctum, & mortem teſtatoris nu. 1.

Mulier ſciens, uirum ſuum alienare, & diſſipare bona ſua & nõ prouidens, agere poteſt aduerſus tertios poſſeſſores rerum alienatarum, non aduerſus fideicommiſſarium ad quem deuoluta ſunt cætera bona nu. 2.

Contra, quia ad libitum ſuum poteſt mulier pro recuperatione ſuarum dotium agere contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum, uel penes ſe retinere bona fideicommiſſo ſubiecta nu. 3.

Nec præiudicatur fideicommiſſario per grauatum, ſed fauore dotis nu. 4.

Vxor ignorans uirum uergere ad inopiam ſine dubio contra quemcunq; agere poteſt nu. 16.

Auth. res, quæ C. comm. de fideic. quod de bonis fideicõmiſſo ſubiectis dos conſtitui poſſit, locum habet etiam in reſtitutione dotis nu. 5.

Damnatur Ias. qui uoluit, quod mulier ſciens, maritum uergere ad inopiam, & ſibi non prouidit, perdat priuilegium d. aut. res quæ nu. 6.

Limitatio prędicta ad d. auth. res, quæ ut non procedat in ſciente, Virum uergere ad inopiam, falſa eſſe creditur nu. 7. & ſeqq.

Fideicommiſſarius poteſt facere, ut ſibi caueatur de non diminuenda, & reſtituenda hereditate nu 8.

Maior culpa eſt fideicommiſſarij non facientis ſibi caueri, quã mulieris non prouidentis ſibi, dum uidet Virum uergere ad inopiam nu. 9. & ſeq.

Vxor reuerentiam debet uiro nu. xi.

Maritus Vxorem, non e contra, de adulterio accuſare poteſt nu 12.

Vxor timere grauiter debet, ne offendat uirum ſuum nu 13.

Cauſa dotis fauorabilis eſt ſemper, & ubique nu. 14.

Viro uergente ad inopiam, vxor agere poteſt, ut ſibi dos conſignetur nu. 15.

Fallit, ſtante ſtatuto de lucro dotis d. nu 15.

Bona fideicommiſſo ſubiecta p dote deſcendentibus conſtituenda alienari poſſunt nu. 17.

Fallit in deſcendentibus conceptis poſt mortem teſtatoris nu 18.

Contra uerius nu. 21. & 22.

Vbi ponderantur Doctores allegati in contrarium, & oſtenditur id non dixiſſe nu. 22.

Ratio ubi ceſſat, ibi etiam & diſpoſitio nu. 19.

Regulę in dubio ſtandum eſt nu. 20.

Vera ratio deciſionis d. auth. res quę nu. 23.

Onus dotandi filias, ſiue neptes, hereditarium eſt, & tranſit in quemcunq; poſſeſſorem hereditatis nu 24.

Oneri dotandi neptes, auus derogare non poteſt ſubijciendo bona fideicommiſſo nu. 25.

Mater puellę poſt mortem patris, qui alienauit legitimam & trebellianicã dotare potiſt puellam de bonis fideicommiſſo ſubiectis nu. 26.

Auth. res, quę loquitur tam in dote danda, quam reſtituenda nu 27.

Limitatio ad d. auth. res quę. ut non procedat, quando eſt data dos poſt onus iniunctum, ſiue poſt mortem. fideicõmittentis, damnatur nu 28. & ſeqq.

Limitatio alia ad d. auth. res quę. ut non procedat in natis, & conceptis poſt mortem fideicommittentis, damnatur nu. 29. & ſeqq.

Bona fideicommiſſo ſubiecta, uti alienari poſſunt pro reſtituenda dote data poſt onus iniunctum, ita pro dote danda deſcendentibus, patre eorum egeno nu 32.

Vxor preferitur fideicommiſſario, ut poſſit eligere, an uelit dotes conſequi a tertiis poſſeſſoribus bonorum alienatorum, vel ex reſiduo hereditatis illis fideicommiſſario relictis nu. 33.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN preſenti cauſa, in qua agitur per Nicolaum de Diragoris ad reſtitutionem fideicõmiſsi ex teſtamento Simçonis contra D.D. Anteam. & Claricem filias Horatij, Præſupoſito, ꝙ propter multas alienationes bonorũ hereditatis d. Simçonis factas per d. Horatium non ſuperſit in eius hereditate, unde poſsit fieri reſtitutio dotis D. Philomenę Vxoris d. Horatij, & dotes dd. Antęę, & Claricis conſtitui de duobus dubitari contingit.

Primo an prędictę dotis D. Philomenę promiſſę, & traditę poſt onus iniunctum, & mortem d. N. reſtitutio fieri poſsit de bonis, quę ſi p ſunt fideicommiſſo ſubiectis?

Secundo An Dominabus Antęę, & Claricis de prędictis dotes conſtitui poſsint, cum bona paterna, ex quibus dotari ualeant, non reperiantur?

Nonnulli, qui munere Aduocatorum pro d. Nicolao funguntur, negatiue in utroque reſpondendum

1 aſſerunt. Primo quoad primum quia quando dotis conſtitutio, & traditio fuit facta filio fideicõmiſſo grauato poſt onus iniunctum, & mortem teſtatoris, non uidetur, quod prędicet fideicommiſſario, ideoquę ſi bona hæreditaria ſui patris filius grauatus alienet, & diſsipet, mulieri pro ſuarum dotium recuperatione uidetur, quod poſsit agere contra tertios poſſeſſores, non autem reſtitutionẽ

peiere

petere de reliqs fideicõmiſſo ſubiectis, ut dicũt tenu
iſſe Ias. in aut. res. q̃ nu. 29. & ſub nu. 53. uerſ. quinto
limita &c. C. com. de lega. Ruy. conſ. 137. ſub nu.
18. ad fi. lib. 2. Ias. conſ. 23. nu. 2. lib. 3. Soc. conſ.
36. & 42. lib. 3. Alci. l. 1. nu. 6. uerſ. ego tamen ff.
ſol. matri. & conſ. 555. Paris. conſ. 92. nu. 34. lib.
2. Soc. Iuni. conſ. 119. nu. 7. lib. 2. Natt. conſ 61.
col. 3. Rimi. Iuni. conſ. 23. nu. 325. lib. primo &
non nullos alios, & uidetur ſatis ęqua opinio, ne
ſit in poteſtate grauati diſsipare bona hęreditaria
uſque ad quantitatem legitimę, & trebellianicę ſi-
bi debitę, & reſiduum fideicommiſſo ſubiectum re
linquere onuſtum ęre alieno pro reſtitutione dotis
Vxoris.

Secundo pariter quoad hoc primum caput id
ipſum dicendum uideri, aſſerunt, eſto etiam, quod
uerior eſſet alia affirmatiua ſententia, quia, ea
2 non procedit, † quando mulier ſciens uirum ſuum
alienare, & diſsipare bona ſua, ſibi non prouidit,
argumento l. ſi conſtante in princ. & ubi not. per
Doct. omnes ff. ſol. matr. prout in terminis decla-
ratur & tenet Ias. d. auth. res quę ad finem. & eum
ſequitur Cepha. conſ. 344. nu. 35. lib. 3.

His tamen non obſtantibus uerior, & frequentio
3 ri * calculo comprobata ſententia eſt † prędictę do
tis reſtitutionem fieri debere, etiam quod ea conſti
tuta, & tradita fuerit poſt onus iniunctum & poſt
eam habitam uir bona hæreditaria patris diſsipaue
rit, & ſuccurſum eſſe poſsit Vxori contra tertios
poſſeſſores bonorum alienatorum Mariti, ita ut
in effectu liceat mulieri pro ſuis dotibus retinere,
uel petere bona fideicommiſſo ſuppoſita, quę ſu-
perſunt uel agere aduerſus tertios poſſeſſores ad li
bitum, & in hoc ſpeciali fauore pręferatur fideicõ-
miſſario cui per hoc ius ſuum non deperit, ſed po-
terit ipſe agere contra tertios poſſeſſores pro conſe
quendis bonis ſuo fideicommiſſo ſuppoſitis male
alienatis; ita uoluit Ang. conſ. 61. in fi. & Paul.
Caſtren. conſ. 15. circa eã col. 1. & conſ. 2 19. ultio
col. 2. lib. 1. Alex. conſ. 67. nu. 4. lib. 4. Corne.
d. aut. res, quę nu. 12. Soc. Seni. conſ. 23. col. 1.
lib. 3. Ias. conſ. 157. col. 1. lib. 2. ubi pro hac opi
nione, inquit conſuluiſſe poſt alios celebres Docto
res Florentinos, qui ꝓ hac etiam opinione nume
rari debent Ruy. conſ. 89. nu. 41. & conſ. 199. nu.
23. lib. 2. Dec. conſ 375. & conſ. 519. ubi latius id
firmat, & aſſerit, hanc opinionem communiter *
teneri, ſubſcribens ſe alijs in ea cauſa ante eum Cõ
ſulentibus Curt. Iuni. d. aut. res, quę nu. xj. & conſ.
59. nu. 3. ubi pariter de comuni * teſtatur Gozza.
conſ. 97. nu. 10. Crot. qui late ad partes diſputat,
& ita concludit tenendum l. iliſuſta §. diui q. 8. nu.
65. & ſeq. ff. de leg. 1. ubi idem firmat Rip. nu.
76. Natt. conſ. 61. nu. 3. lib. 1. Mant. conſ. 291.
lib. 2. Rol. conſ. 85. nu. 33. lib. primo Emil. conſ.
144. Coras. l. qui liberos nu. 190. in fi. ff. de rit.
nupt. Dida. uari. reſol. lib. 3. c. 6. nu. 10. ubi pa-
riter de comuni * teſtatur Marza. in epit. ad fideic.
ſubſt. par. 2. q. 49. uerſ. contrariam tamen ſenten-
tiam referens, ſe ita uidiſſe etiam conſultum per
Ant. Negus. & atteſtans, hanc opinionem eſſe ca-
nonizzatam Florentię Iac. Meno. qui maiorem par
tem horum allegat conſ. 33. nu. 27. lib. primo &
ultra hos idem tenuit Hieronymus Cagnolus l. qui
cum alio nu. 21. ff. de reg. iur. latius atteſtans etiã
& ipſe de comuni * l. fi. nu. 272. C. de pac. Nico.
Bello. qui & ipſe communem, * & ab omnibus indiſ
ferenter teneri aſſerit. conſ. 83. nu. 4. Soc. Iuni. pa-
riter pro comuni * conſ. 119. nu. 7. lib. 2. Rube.
Alexandri. conſ. 78. col. 2. Rolan. de comuni eo-
dem modo atteſtans, conſ. 27. nu. 1. & 2. lib. 4.
Craue. conſ. 291. in fine. Sim. de Prat. conſ. 126.
nu. 8. Franc. Becci. conſ. 54. nu. 2. ubi late teſtatur
hanc eſſe communem * opinionem, & tenendam.

Ex quibus luculenter apparet, uere hanc eſſe
magis communem * opinionem ſine dubio, quic-
quid aliqui, de quibus ſupra aliter tenuerint, &
non nulli contrarium affirmare auſi fuerint.

Non obſtat, quod non uideatur ęquum, ut hoc
modo ꝑ grauatum pręiudicari poſsit fideicommiſ-
4 ſario, quia † hoc pręiudicium non cauſatur mere
& ſimpliciter ex uoluntate grauati, qui non pſumi
tur alienare ea intentione principaliter, ut pręiudi
cet fideicommiſſario, & ob hoc ſuum iactare uelit
argumento l. cum de indebito de proba. ſed proue
nit potius caſu quodam, q caſus magis pręiudicat
fideicommiſſario quam uxori, cum ipſa Vxor in
dote ſit magis priuilegiata, argumento l. 1. ff. ſol.
matri. & patet in d. aut. res quę, ubi fauore dotis
inductum fuit, ut de bonis fideicommiſſo ſubiectis
5 dos conſtitui poſsit. † & quod ibi dicitur de conſti
tutione dotis, ad reſtitutionem Doctores trahũt,
ut patet apud omnes ſupra citatos tanto magis cum
ita tenendo non admodum graue, quin potius mo
dicum patetur pręiudicium ipſi fideicommiſſario
cui reſeruatum eſt ius agendi cõtra tertios poſſeſſo
res, & in hoc ſolo prefertur uxor, ut poſsit agere
aduerſus quos elegit, ſaluo iure agendi per fidei-
cõmiſſarium contra non electos per ipſam Vxorẽ,
ſecundum omnes ſupra citatis locis.

Non obſtat, quod hęc opinio, ut ſupra firmata
limitetur, quando mulier ſciens maritum uergere
ad inopiam ſibi non prouidit quaſi tunc ſibi ipſi im-
putetur argumento d. l. ſi conſtante. in princ. ſecũ
dum Ias. & Cepha. ubi ſupra.

6 Quia reſpondetur quod Ias. † ibi loquitur ex ca
pite ſuo, neque aliquem allegat, qui id affirmet, &
Cepha. d. loco tranſit perfunctorie, non tamen te-
net ex profeſſo, quinimmo in caſu ſuo aderant alię
rationes & argumenta quib. mouebatur ad illud tenẽ
dum, ideo ipſis quoad hoc parum fidei dandum
eſt, tum uel maxime cum Doctorum auctoritas nõ
ſit neceſſaria, ſed tantum probabilis, quantum lege
uel ratione probatur, ſecundum omnes comuniter *
l. 1. ff. ſi cer. pet. & cum hęc careat lege, & ra-
tione, ut mox apparebit, nullo modo admitti
debet.

Secundo reſpondetur quod uere huiuſmodi limi
tatio eſt falſa, fundat enim eam, Ias. ſolummodo
7 in eo, † quia culpa imputari poteſt, mulieri, quod
cum haberet remedium d. l. ſi conſtante uiro inci-
piente uergere ad inopiam, cogendo eum ſibi
in tuto ponere dotem ſuam, non fecerit, & tamen
iſta ratio retorquetur contra fideicommiſſarium,
qui pariter eſt in culpa, quod ab initio mortuo teſta
tore ſibi non prouiderit † remedio iuris quod ha-
bebat faciendi ſibi caueri de non diminuenda, &
reſtituenda hereditate ſiue fideicommiſſo tor. titulo
ut leg.

ut leg. ſeu fideicom. no. caue. & l. inter omnes ubi
glo. & alij pręſertim Ang. uerſ. in glo. magna, &
rurſus uerſ. ſequitur in glo. ff. qui ſat. cogan. Plot.
ijus multos alios allegat de iureiurando §. 26. nu. 4.
9 cum multis ſimil. † quinimmo maior eſt negligen-
tia, & culpa fideicommiſſarij, qui poterat proui-
dere ſibi, etiam quod hęres eſſet ditiſſimus l. 5. §.
ſemper ff. eod. ut leg. ſeu fid. no. caue. ac etiam nō
ſubſiſtente alia cauſa Bar. Alex. Ias. & alij. d. l. in
10 ter omnes per illum tex. † ipſa autem uxor non
ita. quia remedium d. l. ſi conſtante non habebat,
niſi uiro uergente ad inopiam, ut ibi Accedente
etiam quod iuſtior eſt petitio prędicta fideicommiſ
ſarij contra grauatum, quam uxoris contra uirum
11 † ob reuerentiam quam ipſa Vxor Viro debet l. 1.
§. cum autem C. de rei. ux. act. l. alia cauſa § fin.
12 ff. ſol. mat. ubi Rom. & Aret. † ideoque maritus uxo
rem non autem uxor maritum de adulterio accuſa-
re poteſt l. 1. ubi glo. & Cyn. C. de adult. tum uel
13 maxime, † cum ipſa timere debeat grauiter, ne of-
fendat uirum ſuum, cum quo die noctuque perpe-
tuo manſura eſt, & iurgijs, contumelijs, uerbe-
ribuſque quotidie ab eo affici poſſet, ut etiam ob
leuiores cauſas multoties fieri uidemus, que ratio
non militat in fideicommiſſario & quando hęc om
14 nia deeſſent, † cum cauſa dotis fauorabilis ſit ſem
p & ubique l. 1. ff. ſolus. matr. admittendū uidetur ſi
ne dubio ꝙ facilius culpa & negligentia fideicōmiſ
ſarij in propoſito ſibi noceat. quam ipſi uxori. &
ex his, & multis alijs quę adduci poſſent, explo-
denda eſt limitatio Iaſonis d. loco.

Tertio dato, quod eam limitationem teneamus
non obeſt caſui noſtro, quia cum ipſe eam firmet
argumento d. l. ſi conſtante. eſt intelligenda inter-
minis illius legis, qui ad caſum noſtrum non aptā-
15 tur, regula enim ea, † quod uiro uergente ad inopi
am, mulier poteſt petere ſibi dotem aſſignari, non
procedit ſtante ſtatuto de lucro dotis, ut hic, ita
uoluit Vber. de Bob. quem refert Alb. l. ubi ad huc
col. ſecunda in fin. uerſ. ſed numquid C. de iur. dot.
& licet ipſe Alb. non uideatur tenere, uera tamen
limitatio eſt argumento l. peto §. fratre ubi etiam
Doct. ff. de leg. ſecundo cum multis alijs congeſtis
per Io. Lop. in repet. c. per veſtras §. 44. de don. int.
uir. & uxo. ubi hanc opinionem tenet.

Quarto & ultimo quicquid de hac limitatione
Iaſonis ſit, Parum curandum eſt, quia etiam ſi eam
16 teneamus, † ea loquitur in muliere ſciente uirum
ſuum uergere ad inopiam, quid hic non accidit,
non enim probatur, immo nec articulatum fuit mu
lierem hanc noſtram id ſciuiſſe, nec potuit id prę
uidere, cum ignoraret adeſſe prędictum fideicom
miſſum auitum, quo remoto uir eius non erat adeo
pauper, ut etiam factis prędictis alienationibus
Vxori, ſuſpicandum eſſet de ſua dote, ideo nulla
culpa ei imputanda eſt, etiam ſi notitiam habuiſſet
de alienationibus, ſtante ignorantia fideicommiſſi,
ita conſiderando ceſſat penitus ratio limitationis
Iaſonis, & argumentum.

Qvoad Secvndvm dubium idem Aduocati pa
riter negatiue reſpondendum eſſe aſſeruerunt, quia
17 licet regula ſit, † quod bona fideicommiſſo ſubie-
cta alienari poſſint pro dote deſcendentibus con-
ſtituenda auth. res quę. & ibi omnes C. com. de leg.
18 & fideic. † Hoc tamen limitari dicunt in deſcenden
tibus conceptis poſt mortem teſtatoris fideicommiſ
ſum iniungentis, pro quo allegans Bar. d. aut. res
q̄. in lectura antiqua q. 3. & ibi Corne. col. 1. uerſ. ſi-
militer &c. & col. 2. uerſ. in glo. 2. & col. 3. q uidetur
atteſtari de communi, & praxi. Ias. col. x. uerſ.
ex ſecunda & col. antepenu. uerſ. Quinto limita.
Paris. conſ. 52. nu. 34. & conſ. 63. nu. 46. lib. 2.
ubi poſt hos de communi dicunt eum atteſtari, aſ
ſerentes, etiam quod eam ſequuta Rot. Floren. in
ſuis monitis lib. x. nu. 522. & Marza. in epito. ad
fideic. ſubſt. par. 2 q. 48. in fi. Hipp. Rimi. conſ. 590.
nu. 58. & ſeq. lib. 2.
19 † Cuius limitationis ratio eſſe dicitur, quia ceſſat
ratio diſpoſitionis d. aut. res q̄. unde eius diſpoſi-
tio ceſſere debet l. adigere §. quamuis de iur. par. c. cū
ceſſante de app. De ceſſatione rationis conſtare dici
tur, quia uera ratio diſpenſationis d. auth. res que.
illa eſſe uidetur quod onus conſtituendarum dotiū
prędictarum ſit loco ęris alieni d. aui ſecundum
Doct. d. auth. res que. Bero. q. 510. nu. 4. cum onus
dotandi neptes ex filio ęgeno ſit aui. Bar. & alij d.
aut. res que. Soc. conſ. 33. nu. 16. lib. 3. Soc. Iuni.
l. filiusfa. §. diui. nu. 155. ff. de leg. 1. quod onus
dotandi neptes conceptas poſt mortem aui nullo
modo eſt aui, aut eius hęreditatis quamtūcumque
neptes natę ſint ex egeno patre, ſecundum Paris. d.
conſ. 52. nu. 33. merito &c. ut arguit Paris. d. nu. 35

Cęterum his, & ſimilibus non obſtantibus cen-
ſeo ſine dubio reſpondendum, prędictis mulierib.
dotes congruas conſtitui poſſe ex bonis prędicto
fideicommiſſo ſubiectis p regulam d. aut. res quæ.
C. comm. de leg. & fideic. paſſim á Doctoribus
20 comuniter receptam, † à qua recedendum non eſt
niſi aperte de exceptione in propoſito caſu doce-
tur l. omnis diffinitio ubi glo & Doct. comuniter
de reg. iur. Bar. l. 1. nu. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non
ierit Dec. l. 2. nu. 7. ff. de reg. iur. & ita in terminis
d. aut. res quę. arguit Meno. conſ. 88. nu. 50. &
51. lib. 1. Hic de exceptione non docetur, ut in-
fra mox patebit, merito. &c.

Non obſtat, quod regula d. aut. rés que. non
procedat, reſpectu Neptum conceptarum poſt
obitum teſtatoris fideicommittentis, ſecūdum prę
21 allegatos quia reſpondetur primo † quod ſi diligen
tiori cura precitati Doctores conſiderentur, pauci
ex eis, id ad quod allegantur dicunt Nam Baldus
ab eo incipiamus, qui anteſignanus huius opinio-
nis citatur, in libro meo & lectura quę ordinarie
imponitur, & circum fertur, non ſolum id non di
cit, uerum nec quęſtionem in tali caſu aliquam for
mat Corne. noſter in d. aut. res que. in locis ſupra
citatis, quamuis id aſſereat, tenendus tamen non
eſt quia ratio qua mouetur, corruit ut infra mox
oſtendetur. idemque dicendum eſt, de Paris. dd.
conſ. 52. & 63. cum eadem reproba ratione moue
atur. Iaſon autem in precitatis locis uere non loqui
tur in caſu conſtituendę dotis, & neptum concepta
rum poſt mortem aui teſtatoris fideicommittentis
ſed tantum in caſu reſtituendę dotis, & allegatur
ut puto in hoc caſu quaſi ſimili, quia ipſe tenet,
ibi non procedere diſpoſitionem d. aut. res quę.
quia erat dos habita poſt onus iniunctum, quaſi
idem iſti uelint etiam in neptibus conceptis poſt

onus

onus fideicommiſsi iniunctum, ſed ſi ita argumen
tari intelligunt, quanti ponderis ſit argumentatio
relinquo iudicio DD. Iudicum, cum opinio Ias.
in eo puncto, in quo loquitur, magis communiter
exploſa ſit ſine dubio, ut deductum fuit ſupra in
primo dubio ſatis abunde; Quinimmo apertiſsi-
me patet (ut opinor) quod tantum abeſt, ut hoc
faciat pro negatiua, ut magis pro affirmatiua re
torqueatur; Sicut enim Ias. in ea opinione falſitate
ſibus rationis exploditur communiter, ita ſimili ra
tione exploſa hic affirmatiue concludendum eſt,
neptibus dotes congruas aſsignari poſſe ex bonis
fideicommiſſo ſubiectis Rota Florentina quid ſen-
ſerit in hoc puncto, non ſat liquet, cum eius mo-
tiua non extent, quę uidere potuerim, ſed creden
dum eſt eam iſtam opinionem non firmaſſe Maza.
d. q. 48. in fine uere nihil certi firmauit, ſed ſatis
frigide, & per functorie id refert, & magis lectorē
remittit ad dd. motiua, quam determinet Poſtre-
mo Rimi. Iuni. licet illud teneat d. conſ. 190. nu. 58.
& ſeqq. tamen ſe inuoluit, cum prius ibidem nu.
17. & ſeq. uoluerit, matrem poſſe dotare filias de
bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, & non reſpondeat
motiuis Decij, & aliorum, de quibus nos infra di
cemus. Ex quibus apparet paucos huius opinionis
eſſe ſectatores, ideoq; grauiter errare eos, qui di-
cunt eam communem.

22 † Secundo quicumque & quotcumque fuerint hu
ius opinionis ſectatores, parum curandum eſt, qa ea
falſa eſt, qui enim eã ſequuntur illa ratione mouen
tur, ut ſupra dictum fuit, quia ceſſat ratio d. aut.
res quę. C. comm. de leg. quæ fundata eſt in one-
re dotandi neptes, quas conceptas poſt mortem ſu
am, nec auus, nec eius hæres dotare tenetur, ut ſu-
pra, quę tamen non eſt uera ratio d. aut. res quę.
& quatenus eſſet penitus non ceſſat, & in his duo-
bus labuntur ita tenentes.

23 † Etenim uera ratio d. aut. res quę. & in corpore
unde ſumitur, non eundo per mendicata ſuffragia,
expreſſa eſt in tex. ibi, & in corpore unde ſumi-
tur, Nempe, quia preponenda ſunt, quę commu-
niter omnibus pręſunt ijs, quę ſimpliciter quibus-
dam utilia ſunt, hoc eſt, fauor, & priuilegium do-
tium, ne mulieres ſint indotatę, quod ad publicũ
fauorem pertinet, præponi debet fauori particula-
rium fideicommiſſariorum cum nuptijs (ut aperte
dicitur dd. locis) nihil ſit hominum utilius, ut quę
ſolę homines creare & producere, poſsint, quę qui
dem ratio expreſſa in dd. textibus & recepta per
uerisſima non ſolum oſtendit, falſam eſſe aliam,
quam prędicti in contrarium citati allegant uerum
etiam cum generalis ſit, & faueat neptibus tam
ſi natę conceptęue ſint ante, quam poſt mortem
aui, ut in ſimili eam adducens arguit Meno. conſ.
33. nu. 15. 19. lib. 1. oſtendit clarisſime falſam eſſe
prędictam limitationem ad d. aut. res quę. in contra
rium ſupra allegatam.

Preterea eſto, quod ratio diſpoſitionis d. aut. res
quę. quam iſti aſſerunt, uera eſſet, ad huc eorum
opinionem non fulcit, quia dum poſtea inferunt,
quod onus dotandi neptes conceptas poſt mortem
24 aui, non eſt hæreditatis auitę, uerum non eſt, † qui
nimmo uerius eſt, onus illud, patre earum inope
exiſtente tranſire in ipſam hęreditatem auitam cuã

ex uoluntate aui, quia iuris preſumptio eſt, quod
teſtator uelit hęredem ſuum facere, quod ipſe fac
turus eſſet ſi uiueret, ut expreſſe dicitur in l. cum
ſeruus de cond. & demon. atque ſi auus uiueret, cō
ſentiret filio egeno uolēti dotare neptes, eum ſi nol
let, compelli poſſet, ſecundum Bar. l. ſi eum do
tem § transgrediamur nu. 6. ff. ſol. matri. ergo fi-
25 lius egenus poteſt neptes ex dd. bonis dotare, † pro
inde, tantę efficacię, & roboris eſt hęc obligatio,
quam ſubire tenetur auus ut ei derogare ipſe non
poſsit, ſubijciendo bona fideicommiſſo, quia illa
inhęret bonis ipſius & cum illis tranſit in quecum
que bona uadant, ita in ſimili arguunt Paul. Caſt.
d. aut. res quę nu. 7. & l. mulier §. cum propone-
retur ff. ad treb Dec. conſ. 57. nu. 5. & d. conſ. 519.
Bal. Nouel. de priui dot. par. ſexta priui. 20. nu. 8.
Curt. Iuni conſ. 59. nu. 6. Natta. conſ. 61. col. 3.
lib. 1. Rol. conſ. 85. nu. 36. lib. primo & eſt de men
te omnium merito non eſt in conſideratione, quod
auus fideicomittens mortuus ſit tempore cōceptio
nis vel natiuitatis neptũ, quia onus ſemper ad eius
26 bona pertinet, ut ſupra, & † quod mater, ut in
caſu noſtro, poſt mortem patris, qui alienauit le-
gitimam, & trebellianicam, poſsit de bonis ſubie
ctis fideicommiſſo dotare filias, ponit Paul. Caſt.
conſ. 14 in antiquis & refert. Rimi. Iuni. d. conſ. 191.
nu. 17. & 18. lib. 2.

Poſtremo, ut penitus detegatur falſitas d. allega
27 tę limitationis conſiderandum eſt, quod ut † di-
ſpoſitio d. aut. res quæ. loquitur tã in dote reſtituē
da, quam in dote danda, ut omnes admittunt
per illum tex. & per rationes uerisſimas & dictum
fuit ſupra in reſolutione primi dubij, ita duę po-
28 nuntur limitationes á quibuſdã Doctoribus, † Vna
ad regulã Dotis reſtituendę, vt non procedat, quã
do data eſt poſt onus iniunctum, ſiue mortem fidei
29 committentis, † Altera in dote data, vt non proce
dat in natis, & conceptis poſt mortem fideicom-
mittentis, & vtraq; fere ſimilibus rationibus funda
30 tur, † & ſicut illa prima communiter exploſa eſt,
quia falſa ratione fundatur, cum non attendatur,
an tempore dotis datę, onus fideicommiſsi impoſi
tum ſit, necne, ſed quia quę comuniter omnibus
proſunt, ijs, quę ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt
præponuntur, ut ſupra dixi, & ne mulier ignara fi
deicommiſsi fallatur, ut late deducit poſt alios
Meno. d. conſ. 33. præcipue ſub nu. 14. uers. ter-
tio non leuiter & nu. 37. & 38. quæ generaliter con
cludunt, quocunque tempore neptes conceptæ
31 ſint. † Ita etiam neceſſe eſt fateri, hanc ſecundam
tacite communiter damnatam eſſe, cum radix, &
ratio, qua fundatur, falſa ſit, ut ſupra deductum
fuit, & quod huiuſmodi argumentatio efficax ſit,
colligitur aperte ex Pau. Caſtren. d. conſ. 14. & Ri-
mi. Iuni. d. con. 190. nu. 17. 18. & 19. qui dicunt
quod ſicuti bona ſubiecta fideicommiſſo alienari
poſſunt pro reſtituendã dote data poſt onus iniun-
32 ctum, † ita pro dote danda deſcendentibus patre
eorum egeno etiam poſt alienationem legitimę, &
trebellianicæ facto, quia in præiudicium dotanda-
rum filiarum alienationes fieri non potuerunt, &
dato, quod nec in præiudicium fideicommiſsi fieri
potuerint in hoc eſt priuilegium dotium, ut ſupra
33 in reſolutione d. primi dubij dixi, † quod mulieres
pre-

prę feruntur fideicommiſſario, & habent electionem, an uelint dotes conſequi ex reſiduo hæreditatis, uel agere contra tertios poſſeſſores, & ſi ipſæ uolunt conſequi ex reſiduo hæreditatis, fideicommiſſarius habebit actionem contra poſſeſſores bonorum male alienatorum, & ideo non multum ſibi præiudicabitur.

CONSILIVM LV.

Argumentum.

An & quando legatarius, ſeu fideicomiſſarius poſſit capere poſſeſſionē propria auctoritate.

Et quę requirantur principaliter ad capiendam dictam poſſeſſionem bonorum, late demonſtratur.

SVMMARIVM.

Vſusfructus morte finitur nu. 1.
Et reuertitur ad proprietatem nu. 2.
Vſufructuarius uidetur conſtituere ſe poſſidere nomine proprietarij nu. 3.
Immo accipiens uſumfructum, tacite uult alium poſſidere ciuiliter, & ſuo miniſterio alium poſſeſſorem conſtituit nu. 4.
Vſufructuarij morte finitur conſtitutum, & detentio ſiue naturalis poſſeſſio, que apud eū erat, morte expirat n. 5.
Detentio, ſiue poſſeſſio uſufructuarij non tranſit in haredē etiam ſtante ſtatuto, quod poſſeſſio bonorum defuncti ipſo iure tranſeat in haredem, ſeu in proprietarium nu. 6 & 7.
Detentio, ſiue poſſeſſio uſufructuarij finita eius cauſa dicitur iniuſta nu. 8.
Poſſeſſio Ciuilis proprietarii potentior eſt poſſeſſione naturali uſufructuarii, ſtante etiam ſtatuto quod, poſſeſſio defuncti continuetur in haredem nu. 9.
Proprietario licet capere poſſeſſionem naturalem propria auctoritate, ut iungat cum ſua ciuili, extincto uſufructuario nu. 10.
Si teſtator mandat ſtatim reſtitui rē per uerbum in primis legatarius capere poteſt propria auctoritate nu. 11.
Legatarius habens licentiā ſiue expreſſam, ſiue tacitā, eſt legitimus cōtradictor hęredis agentis ex remedio l. fin. C. de edic. di. Adri. toll. nu. 12.
Idem in fideicommiſſario uniuerſali nu. 13. & 14.
Legatarius, uel fideicommiſſarius, quibus reſtitutio fit ipſo iure, non poteſt capere ſine licentia teſtatoris actualem poſſeſſionem nu. 15.
Contra nu. 16.
Vel ſaluatur iſta opinio tantū, quādo iam hares poſſidet, ſecus antea nu. 17.
Vel ſaluatur d. opinio, quando relictum tranſit ipſo iure ex diſpoſitione legis, ſecus ſi tranſit ex diſpoſitione teſtatoris nu. 18.
Interdictum quorum legat. non datur ei, qui falcidiā detrahere non poteſt nu. 19.
Legatarius capere poteſt legatū propria auctoritate quādo hęres falcidiam detrahere nō poteſt ex prohibitione teſtatoris nu. 20.
Et omni alio caſu, in quo ceſſat falcidia nu. 21.
Ratio uera, qua introductum fuit interdictum quorum legatorum nu. 22.
Interdictum quorum legatorum ceſſat, ubi legatum defalcabile non eſt eod. nu. 22. & 23.
Etiam ſi hares falcidia priuatur ob non confectionem inuentarij nu. 24. & 25.
Legatarius capere poteſt poſſeſſionem propria auctoritate quando nemo adit hęreditatem nu. 26.
Legatum relictum cum clauſula, omni meliori modo poteſt capi propria auctoritate nu. 27.
Clauſula omni meliori modo ſupplet titulum inſtitutionis, Ac etiam licentiæ capiendæ propria auctoritate nu. 28.
Clauſula in fine appoſita refertur ad omnia pręcedentia nu. 29.
Maxime ſi in fine appoſita ſit reſpectu totius diſpoſitionis nu. 30.
Intentio actum explicantis declaratur ex actu ſubſequuto nu. 31.
Actus agentium non operatur ultra intentionem nu. 32.
Maxime in materia capiendę poſſeſſionis nu. 33.
In capienda poſſeſſione animus requiritur nu. 34
Qui iure amicitię, uel familiaritatis locum aliquem ingreditur poſſeſſionem non acquirit nu. 35.
Quę in animo conſiſtunt, probantur aſſertione facientis nu. 36.
Dummodo id iureiurando firmetur nu. 37.
Et contra iurantem non adſit aliqua alia praſumptio nu. 38.
Taciti, & expreſſi eadem eſt uirtus nu. 39.
Actus, qui poteſt uideri factus proprio, & curatorio nomine, in dubio uidetur factus proprio nu. 40.
Maritus, qui facit oblationem pracij intra tempus retractus, qui competebat uxori ſuę, non dicitur feciſſe nomine uxoris, niſi expręſſerit nu. 41.
Maxime in capienda poſſeſſione, cum ea per procuratorē tutorem, & Curatorem, & ſimiles non quæratur, niſi uti tales ſe apręhendere dicant nu. 42.
Inſtrumenta, & teſtes parem uim habent nu. 43.
Poſſeſſio probari poteſt per inſtrumentum, per teſtes, & alijs modis nu. 44.
Niſi quando quis pro poſſeſſione adiuit iudicem quia tunc per ſcripturam ſolam poſſeſſio probatur nu. 46.
Multi caſus ſunt, quibus probatio fieri poſt ſolum per ſcripturam nu. 45.
Acta ad eſſentiam ſuam requirunt ſcripturam nu. 47.

Deï Opt. Max. ſuffragio Implorato.

EX Dubijs ſubtiliter excitatis, duę uidentur principales Quęſtiones explicandę, Vna, An Io. Antonio Venturino nomine ſuo, & Nepotum litis conſortum licuerit abſque reſtitutione reali uel uerbali hęredum Frāciſci Sbottę poſſeſsionem bonorum, de quibus agitur, capere ſaltem eo modo, quo cepit?

Altera

Altera, dato, quod licuerit, An poſſeſsio Alber
ti de Sbottis, ſiue Io: Angeli eius Curatoris dica-
tur ita, & taliter probata, ut illa Venturinorum
poſterior, & clandeſtina dici poſsit? iux. tradita
per Ancha. conſ. 274. Dec. conſ. 301. nu. 7. Rip.
c. cum Eccleſia. nu. 23. de cau. poſſ. & proprie. Nat
ta. qui multos alios ad id cumulat, conſ. 572. nu.
29. lib. 3. & conſ. 649. nu. 13. lib 4.

Quoad primam quęſtionem perſtringendo, quo
breuius poteſt, materiam, conſiderandum eſt im
primis quod bona, de quibus agitur, relicta fue
runt per Iulium de Sbottis Franciſco fratri in uita
ſua, & eo mortuo d. Io: Antonio, & Nepotibus,
quo caſu Franciſcus erat uſufructuarius tantum dd.
1 bonorũ, † uſufructus autem finitur morte uſufructu
arij §. finitur. & § itẽ finitur. Inſt. de uſufr. & ſtatim
2 † proprietarius, uti erat Io: Antonius, & Nepotes
uigore legati ipſis facti in d. teſtamento Iulij, incipit
habere plenam in re poteſtatem §. fin. Inſtit. eod.
3 Fortius, quia † qui retinet uſumfructum, uide-
tur ſe conſtituere poſsidere nomine proprietarij, ſe
cundum glo. l. quiſquis C. de donat. ubi inquit,
4 quod † continuo, quod quis uoluit eſſe uſufructua
rius uoluit etiam alium poſsidere ciuiliter, & ſic fa
cit alium poſſeſsorem ſuo miniſterio, per l. quod
meo ff. de acqui. poſſeſs. & l. quędam ff. de rei uẽ
di. & tenet expreſſe Rapha. Cum. d. l. quod meo.
col. 2. uers. eſt alius, & l. naturaliter in princ. ff. eod.
latius Tiraq in tract. conſti. par. 3. li. 9. nu. 12. & in
5 tract. le mort. ſaiſit. &c. par. 3. decla. prima nu. 2. †
Morte autem ipſius uſufructuarij finitur illud cũſti
tutũ ſiue precarium atque ita detẽtio, ſiue naturalis
poſſeſsio, quę apud eũ erat expirat morte, niſi uo
lente conſtituario l. cum precario §. 1. ff. de preca. c.
ultimo extra eo titu. cum alijs collectis per eũdem
Tiraq. de conſti. par. 2. ampliat, 13. nu. primo, &
ſecundo.

Ex quibus conſequens eſt, quod licet ſtante ſta
6 tuto, † quod poſſeſsio bonorum defuncti ipſo iure
continuetur in hęredem ſine aliqua apręhenſione,
contra l. Pomponius § quęſitum. & l. cum hæredes.
& ibi Bar. & l. qui uniuerſas §. quod per colonum
ubi etiam Bar. ff. de acqui. poſſ. & late explicat poſt
alios idem Tiraq. d. tract. le. morti. ſaiſit. &c. in prę
7 fa. decla. 6. † ea tamen detentatio, ſiue naturalis
poſſeſsio quęcunque ſit, adeo fragilis iudicatur,
ut non tranſeat in hæredem, ita conſuluit Cuma.
conſ. 173. galuanus col. fin. uers. nec obſtat, quod
poſſeſsio. ubi etiã fortius ſubdit. quod ſi fateremur, hoc
caſu poſſeſsionem naturalem tranſire ipſo iure
ex forma d. ſtatuti in hæredem, ad huc tamen ei eſ
ſet pręferendus proprietarius poſsidens ciuiliter in
8 poſſeſsione quod inter eos ageretur, quia † naturalis
poſſeſsio vſufructuarij finita eius cauſa remanet
iniuſta, ad not. l. clam poſsidere §. fin. ff. de acqui
9 poſſ. atq; ita † potentior eſt hec poſſeſsio ciuilis
proprietarij, quam naturalis illa heredis vſufru-
ctuario etiam ſtante d. ſtatuto, quanto magis in
caſu noſtro, non exiſtente predicto ſtatuto?
10 Et quod in tali caſu etiam ſtante d. ſtatuto liceat
proprietario capere propria auctoritate poſſeſsio-
nem naturalem, ut iungat eam ſuæ ciuili, uoluit,
in terminis Imol. conſ. 16. uiſo caſu tranſmiſſo.
per multa, quę ibi allegat And. Sicul. conſ. 58.
col. 11. uers. & plus dicit lib. 2. Ias. conſ. 147. pre
ſens conſultatio col. x. uers. item ultra prędicta lib.
2. & conſ. 152. uerſ. in princ. lib. 4. Beru. decis. 572.
nu. 29. & ſeq. Rip. lib. primo reſpons. c. 5. nu.
84. & alij citati per Tiraq. d. tract. le mort. &c. d.
prima decla. nu. 5.

Secundo principaliter dato quod Franciſcus te-
ſtator fuiſſet proprietarius, non autem uſufructua
rius adhuc quod Venturinis licuerit capere pro-
pria auctoritate poſſeſsionem predictam deduxit
alio fundamento Excell. D. Aduocatus, qui antea
pro Venturinis ſcripſit, ex eo, quod per teſtatorem
11 † data fuit licentia capiendi eam ſaltem tacite
cum uoluerit eam poſſeſsionem reſtitui ſtatim, de-
ducendo per illud uerbum, imprimis, ut per eum
ſubtiliter, & latius, quo caſu ſine dubio legatarius
poſſeſsionem ex ſe ipſo capere poteſt preſertim an
te aditam hereditatem per heredem defuncti, ut
hic accidit, & contra eum per hæredem agi non
poteſt interdicto Quorum legatorum ut poſtquam
plures late probat Meno. de rem. adipi. poſſ. reme.
ſecundo nu. 43. & ſeqq.
12 † Comprobatur, quia prędicta licentia, ſiue ex
preſſa, ſiue tacita facit, ut legatarius ſit legitimus
contradictor hæredi uolenti poſſeſsionem bonorũ
defuncti ex remedio l. fin. C. de edict. di. Adri. tol
len. ut late probat idem Meno. d. tract. reme. quar
13 to nu. 742. prout idem concluditur, † de fideicom.
uniuerſali, Zuccar. d. l. fin. nu. 418. Boe. decis.
556. nu. 15 Meno. d. reme. 4. nu. 633. uerſiculo
hanc extenſionem &c.
14 † Sicut etiam fideicommiſſario utili, qui ex licẽ-
tia etiam tacita teſtatoris poſſeſsionem capere po-
teſt, datur remedium d. l. fin. ut poſt multos alios
tradit idem Meno. d. rem. quarto nu. 199.
15 † Nec dicatur, quod etiam in caſibus, in quibus
reſtitutio fit ipſo iure fideicommiſſario, uel legata
rio, aut quũ ij capere poſſe uidẽtur de licentia teſta
toris, adhuc tamen ij actualem poſſeſsionem conſe
qui debent de manu hęredis ſecundum glos. l. 1. §.
quoties ff. ad treb. Alex. conſ. 82. col. 2. lib. 2. cum
alijs non nullis allegatis in dubijs excitatis, quia reſ
pondetur tribus modis.
16 † Primo quidem falſam eſſe opinionem glo. prę
dictę, & ſequacium, & certe ſi uera eſſet confunde
retur communis, q̃ eſt, quod in prędictis caſibus fi
deicommiſſarius, & legatarius capere poſſent
propria eorum auctoritate, nam ſi cogerentur pe
tere de manu hæredis, a ſe ipſis capere non poſsint
Secundo dato, quod uera ſit, ea tantum pro-
17 cedere poteſt, † quando iam hæres poſsidet, tunc
legatarius, & fideicommiſſarius ipſam realem, &
actualem poſſeſsionem ab hęredis manu conſequi
debebunt, ne turbent poſſeſsionem hæredis iam
captam, & ne forte inter eos ad arma ueniatur, &
ita ſaluari poteſt d. glo. & ſequaces, ſecus, ſi adhuc
non ſit adita hæreditas, aut hæres eius rei in poſſeſ
ſione non ſit, ita intelligit Zuccar. d. l. final. nu.
418. & Meno. poſt eum d. reme. 4. nu. 200.
Tertio dato, quod allegata in contrarium intel-
ligantur etiam ante captam poſſeſsionem per hære
18 dem, reſpondetur illa † procedere poſſe in illis ca
ſibus in quibus tranſit legatum ipſo iure ex diſpoſi
tione legis tantum, ſecus in his, in quibus tranſit ex

diſpoſi-

diſpoſitione legis tantum, ſecus in his in, quibus
trãſit ex diſpoſitione teſtatoris, & ab illo reperitur
data licentia accipiendi poſſeſsionem expreſſe, uel
tacite, quia tunc, legatarius ſi occupat, dicitur poſ
ſidere ſine uitio Bal. conſ. 234. ueritas eſt in fi. lib.
c. late Rolan. qui multos alios ad id citat, conſ.
78. nu. 17. & ſeq. lib. 3.

Tertio principaliter licuit Vẽturinis capere pro
pria auctoritate, ad hoc ſaltem, ut euitent interdi-
19 ctum quorum legat. , † quia illud non compe-
tit ei, qui falcidiam deducere non poteſt l. 1. in fi.
* a cõtrario ſenſu, & ibi Salic. & omnes cõmuniter* C.
20 quo. legato & patet, quia, † ſi teſtator prohibuit
falcidiã & ſic ceſſat illius detractio poteſt legatarius
ꝓpria auctoritate legatũ aprehendere abſque eo, ꝙ
aduerſus eum interdicto illo quorum legato. hæres
agere ualeat Alex. in addi. ad Bar. d. l. 1. ff. quor.
21 legato. & non ſolum iſto, uerum † generaliter omni
alio caſu, in quo hæres priuandus uenit falcidia, ceſ
ſat prędictum interdictum contra legatarium pro-
pria auctoritate legatum occupantem Corn. conſ.
240. in fin. lib. 1. Meno. d. reme. 2. nu. 71. & 77.
in fin. & communiter omnes uarijs alijs in locis.

Huius autem concluſionis generalis licet uidea-
tur duplex ratio ſecundum Alb. & Din. d. l. 1. ff.
quo. legato. vna propter falcidiam, alia, ut pu-
* niatur temeritas, & audacia legatariorum, crebriori*
tamen calculo receptũ eſt, ut teſtatur Rimi. Iuni. d.
22 principio de do. nu. 538. † unã ſolã eſſe cauſã finalẽ
illius interdicti, nẽpe, ut hæres ſuam falcidiam ex
legato detrahere poſſet, ut not. d. l. 1. & l. lineã mar
gartiarum. in glo. uerb. reſtituatur ff. ad l. falcid. un-
de ea ceſſante, ceſſare quoque debet ipſum interdic
tum l. adigere §. quamuis. ff. de iur. patro. c. cum
ceſſante de app. ita per hãc rationẽ ubicunque lega
tũ deſalcabile nõ eſt, generaliter uoluit Hippo. Ri-
mi. Inſtit. de donat. in principio nu. 558. ſicuti et à
Rip. d. l. 1. nu. 24. & Meno. de reme. adipi. poſſ.
reme. ſecundo nu. 71. ubi aſſerit hanc eſſe ueram ra
tionem, & in ſpecie, quando legatum non eſt de-
falcabile, quia ſit ad pias cauſas iux. auth. ſimiliter
C. ad l. falci, tali caſu non dari hoc interdictum,
tradit Rimi. Senior conſ. 133. & ſequitur Rimi. Iu-
23 nior d. nu. 558. ad fin. eodem modo † ſi falcidia
detrahi non poſsit, quia a teſtatore prohibita ſit
iux. auth ſed cum teſtator C. eo. Comen. conſ. 61.
24 petrus heres in fi. cui ſe ſubſcripſit Fulgo, ibi, † Pa
ri etiam modo, ſi priuandus hæres uenit falcidia,
quia intra tempus non ſatisfecit iuſſui, & uoluntati
teſtatoris, iux. auth. hoc amplius C. de fideicom.
Paul. Caſtrẽ. conſ. 291. circa primum col. pen. uers.
ſuper ſexto lib. 2. Meno. d. reme. ſecun. nu. 71.
25 & 75. Ac etiam, † ſi falcidę locus non ſit quia in-
uentarium confectum per hæredem non fuerit, ubi
conficiendum ſit, iux. §. ſancimus auth. de hęre. &
falci. & not. per Bar. l. marcellus in princ. nu. 8. ff.
ad treb. cum latius congeſtis per Rolan. de inuenta.
par. 5. cap. ſecun. & Phann. de inuenta. parte pari
ter quinta nu. 134. quod tali caſu ſpecialiter ceſſet
interdictum quo. legato. expreſſe tradit Paul.
Caſtren. d. conſ. 291. & ſequitur Meno. d. reme.
ſecundo nu. 71. & ſeq.

Quibus uetiſsimis ſtantibus, cum clarum ſit,
Franciſcum hæredẽ Iulij Teſtatoris non confeciſſe
inuentarium, & conſequenter priuatũ detractionẽ
falcidię, iux. d. §. ſancimus. & allegata ſupra, prę
ter quam quod in prędicta hæreditate non credi-
tur modo aliquo locum eſſe falcidię, cum ſatis di-
ues ſit, non potuit Franciſcus & multo minus
Albertus hæres ipſius falcidiam deducere, aut prę-
tendere, atque ideo neque interdicto quot. lega.
agere aduerſus Vẽturinos legatarios dicti Iuli poſt
mortem Franciſci legatum occupantes.

26 † Quarto uidetur licuiſſe Venturinis poſſeſsionẽ
dd. bonorum accipere ex eo, quod conſtat in pro
ceſſu apertiſsime Io. Angelum non curaſſe accipe
re poſſeſsionem bonorum olim Iulij, inter quę iſta
erant, quinimmo eam penitus dereliquiſſe, quia
putauit ad eius pupillum non pertinere, cum tamen
alia bona, quę Franciſci erant, acceperit, quo caſu,
cum Venturini uiderẽt, neminẽ extare, a quo pe-
terent ea bona, licuit eis ꝓpria auctoritate accipere
ut in ſimili uidetur uoluiſſe Aret. l. filius a patre col.
octaua & ſeq. ff. de lib. & poſth. ubi notanter uo-
luit, quod quando nemo eſt hæres qui adeat, Vxor
relicta Vſufructuaria poteſt de facto propria auc-
toritate ipſamet bona occupare, & uſufructum ca
pere, & ſi ab aliquo poſtea moleſtetur, poteſt of-
ficium Iudicis implorare, ut in ea poſſeſsione defen
datur, pro ut Venturinos in iſto caſu facere poſſe
non uidetur ambigendum, tum uel maxime, cum
licentiam obtinuerint, eorum bonorum poſſeſsio-
nem capiendi, non ſolum a Iudice, uerum etiam
ab ipſis filijs Marci Antonij Sbottę, ad quos poſt
mortem Franciſci bona omnia Iulij uigore teſtamẽ
ti ipſius pertinebant.

27 † Quinto permiſſum fuit Vẽturinis poſſeſsionẽ
dd. bonorum capere propria auctoritate, uigore
clauſulę, omni meliori modo in teſtamento Iulij
appoſitæ, quę efficit, ut legatarius capere poſsit
legatum propria auctoritate, cum id melius ſibi
28 ſit Curt. Iuni. l. fin. nu. 49. c. de edi. di. Adri. tol-
len. nec mirum, cum enim dicta clauſula ſuppleat
† ſ . lum ſolſtitutionis, ut per Bal. & alios l. quoties
de hęre. inſtitu. & late auth. nouiſsima nu. 8. octaua
limi. C. de inoffi. teſta. ita quoque uidetur ꝙ ope
rari poſsit, ut legatarius propria auctoritate poſsit
capere ut congerit in terminis Rimi. Iuni. d. princi
pio de don. a nu. 567. & 568.

Nec refert, ꝙ clauſula prædicta non ſit appoſi-
29 ta ſpecialiter legato, ſed in fine teſtamenti, † quia
refertur ad omnia precedentia l. talis ſcriptura §.
fin. ff. de lega. 1. l. 3. §. filius ff. de lib. & poſt.
l. doli uerbum. ff. de Sec. vc. Fel. c. cauſam quæ
col. 3. de reſcrip. Aret. conſ. 115. Soc. Iuni. conſ.
239. nu. 5. lib. 1. Quod in preſenti caſu nullam ui
30 detur pati dubitationem, † cum ea apponatur in
fine, reſpectu totius diſpoſitionis teſtamentarię, &
ſic etiam omnium legatorum, cum Teſtator dicat
& hoc eſt eius ultimum teſtamentum & ultima uo-
luntas, quod & quam uoluit ualere &c. & conſe-
quenter inſtitutionem, legata, & omnia, & ſingu
la, quę diſpoſuit, ualere uoluit omni meliori
modo &c.

Ex quibus clariſsime (ni fallor) apparet Ventu-
rinis licuiſſe appręhendere poſſeſsionem dictorum
bonorum, nec ea per Albertum de Sbottis ab
eis auocari poſſe interdicto quor. legato. ut pręten

dituc

ditur, quinimmo Venturinos in ea non moleſtan
dos neque turbandos, ſed potius manutenendos
& defendendos.

QVOAD ſecundam Queſtionem, reſponden
dum eſt, poſſeſsionem bonorum, de quibus agi-
tur, non probari, fuiſſe captam per Io: Angelum
curatorem Alberti Sbortę, antequam Venturini
eandem acceperint, Etenim non apparet, Io: An
gelum ingreſſum dicta bona ante captam poſſeſ-
ſionem per Venturinos, niſi ſemel redeuntem a
templo Diuę Marię Angelorum, per quē ingreſ-
ſum nullo modo uideri poteſt capta poſſeſsio.

Primo quidē q̄ ille ingreſſus nō fuit factus cauſa
31 capiendi poſſeſsionem, ſed ſe reficiendi, † ut ex
actu ſubſequuto, qui dubiam intentionem decla-
rare ſolet. l. qui adulterij. C. de adul. cum ſimilibus
clare patet, Vt enim deponit Ioſephus Vici. &
Baldaſſar Euſebij ambo teſtes Alberti, Io: Ange-
lus nil aliud ibi fecit, niſi q̄ a laboratore dictorum
bonorum requiſitus domum illam ingreſſus bibit
& comedit, & ſic potius ut cibo, & potu ſe ſe refi
32 ceret, quam, ut poſſeſsionem caperet, † Actus
autem agentium ultra eorum intentionem non
operatur l. nō omnis. ubi ſcribentes communiter ff.
33 ſi cer. pet. † Id, quod in materia capiendę poſſeſ-
ſionis eſt clariſsimum, quia inter cętera, quę re-
quiruntur, ad hoc, ut poſſeſsio bonorum immo-
bilium acquiſita dicatur per ingreſſum, uel alium
actum poſſeſsioni congruum, iux. l. naturalem §.
1. ff. de acqui. rer. domi. & l. 1. §. ſi iuſſerim. cum
34 ſimil de acqui. poſſ. † animus, & intentio poſsiden
di requiritur l. 3. in princ. & l. quemadmodum ff.
35 de acquir. poſſeſſ. † Vnde qui precario habet
poſſeſsionē iure amicitię, & familiaritatis, cauſa ſe
recreandi, uel ad aliud, ut iſte hic, faciendum,
quia animum poſsidendi non habet, poſſeſsionem
• non acquirit, ſecundum omnes communiter * d. l. 3.
de acqui. poſſ. & tradit in terminis Rebuff. in Cōſt.
Reg. Gal. Tom. 3. de mat poſſ. in pręfa. nu. 29. & 30.

Nec Iudicem mouere debet, quod Io: Angelus
declarauerit, ſe dictum ingreſſum feciſſe animo
36 accipiendi dd. bonorum poſſeſsionem quaſi † li-
cuerit ſua propria aſſertione probare, quod in ſuo
animo, & conſcientia conſiſtebat, iux. glo. §. ſed
iſtę Inſtit. de actio. cum multis alijs congeſtis ibi
per Iaſ. nu. 88. & ſeqq. Quia ad hoc reſpondetur
egregie p Excellentiſsimum D. Aduocatū, qui an-
tea ſcripſit, pͤcipue autē, ceteris ommiſſis, duobus.

37 † Primo quidem, quia glo. d. § ſed iſte cum ſi-
milibus, procedit quando aſſertio ita probare
uolentis, iure iurando firmatur, ut bene uiſa loqui
tur glo. & ibi Iaſ. Gom. & omnes d. §. ſed iſtę &
idem omnes alij quot quot alijs in locis id dicunt,
ſemper enim hanc tribuunt iuriiurando, non ſim-
plici aſſertioni qualis in preſenti caſu reperitur &
hoc ſolum pro reſpoſitione ſufficeret.

Secundo ad abundantiorem cautelam reſpon-
38 detur † illud non procedere, dato etiam quod aſſer
tio eſſet iurata, quando adeſſet aliqua pręſumptio
contra ita iurantem, ut in terminis reſtringit dictū
illius gloſſę poſt alios per eum ibi citatos Iaſ. d. §.
ſed iſtę nu. 92. Hippo. Marſil. l. qui falſam nu. 14.
& ſeq. ff. ad l. Corne. de fal. & alij alijs in locis Hic
autem ad ſunt plures præſumptiones, quibus Io:
Angelus detegitur clariſſime ingreſſum eum locū
ad aliud, ut ſupra, non autē animo capiendi poſſeſ
ſionē pro Alberto eius curatorio nomine, merito.

Prima autem præſumptio ad id uidetur, quia
aliud agens, quaſi forte fortuna a templo Diuę
Mariæ Angelorum rediens, eū locū ingreſſus eſt.

Secunda quia a laboratore eius loci requiſitus
ut ſecum comedere uellet, eam domum ingreſ
ſus bibit, commedit, nihilq; aliud fecit, aut face-
re uelle uiſus eſt.

Tertia quia per dd. bonorum loca uagatus non
eſt, fructus aliquos non collegit, hoſtium domus
non reſerauit, & clauſit, nec aliquem alium actū
qui per capientes poſſeſsionem fieri ſolent, fecit,
nec aliquod ſignum animi ad capiendam poſſeſsio
nem oſtendit merito. &c.

Quarta fortius, quia, quando ipſe idem Cura-
tor capit poſſeſsionem bonorum Franciſci pro Al
berto eius herede, ſciens bona Iulij fratris eidem
Franciſco in eius uita tantum relicta, deberi poſt
mortem Franciſci filijs Marci Antonij pro maiore
parte ex ſubſtitutione, & pro reſiduo Venturinis
prædictis uigore d. legati, tanquam ad Albertum
minime pertinentium, non curauit illarum poſſeſ
ſionem capere, neque cepit, ſed reliquit capien-
dam ijs, quibus debebatur, & ipſe cepit poſſeſsio
nem tantummodo bonorum, que erant ſolius Frā
ciſci, ut in proceſſu liquet, ex quo colliguntur duo
vnum, quod ipſe nunquam habuit animum capiē
di poſſeſsionem bonorum, de quibus agitur, ſe-
cundum, quod tacite accomodauit uoluntatem ſu
am hæredibus Io: Antonij Sbortę, & Venturinis,
ut capere poſſent ex ſe ipſis, & conſequenter prę
dictum remedium, Quo. legato. non habent, quia
non competit, quando legatarius ex uoluntate hæ
redis legatum occupat l. 1. in prin. a contrario ibi
non ex uoluntate hęredis & §. quod ait prętor uo
luntate, & quibusdam alijs ſeqq. ff. quo. legato. ubi
communiter omnes.

Nec refert, quod expreſſe uoluntatem hæres,
aut eius curator non accomodauerit, quia ſufficit
39 tacita accomodatio uoluntatis, cū par ſit uirtus
taciti, & expreſsi l. cū quid ubi Bal. Alex. Iaſ. &
ceteri ff. ſi cer. pet. Et apparet in propria mate
ria, quia tacita licētia teſtatoris capiendi poſſeſsio-
nē propria auctoritate, prodeſt legatario ad euitā-
dū dictū interdictū, ſicuti expſſa, & patet in his, q̄
dicta ſū: ſupra in prima queſtione, & late explicat
Rimi. Iun: d. principio de dona. nu. 541. & ſeqq.

Poſtremo, q̄a licet Io: Angelus poſtea mutauerit
ſententiam, & curauerit capere poſſeſsionē bono
rum Iulij, quam antea dereliquerat, hoc fecit poſt-
q̄; eam ceperant Venturini, & arguit apertiſsime
eius animū defuiſſe ad capiendā poſſeſsionem bo
norū, de quibus agitur, quando redijt a templo Di
uę Marię Angelorum, quia ſi habuiſſet tunc animū
capiendi eam, non curaſſet iterum illam capere &
cū impenſa pupilli cū nemo preſumatur ſuum aut
puppilli cui reſtituere tenetur uel iactare l. cū de
indebito de proba.

Secundo principaliter, quod ex illo ingreſſu in
dd bona, inferri non poſsit aliquo modo ad acqui-
ſitionem poſſeſsionis eorum pro Alberto, dedu-
citur clariſsime, quia cū Io: Angelus duplicem per

Dd ſonam

ſonam ſubſtineret, ſuam propriam uidelicet &
Curatoris Alberti, & ſic ingreſſus ille in dd. bona
poſſet fieri nomine proprio, & alieno, ideſt, cu-
ratorio, cum non declarauerit, ſe facere curatorio
40 nomine, † actus in dubio ſibi aſcribitur, ut Io: An-
gelo, non ſibi ut curatori Alberti l. & magis ff. de
ſolut. l. Papi. ubi glo. & Alber. ff. mãnda. l. ſi ita ſti
pulatus. §. griſogonus ubi Bar. ff. de nec. oblig. Mar.
Soc. Seni. c. 1. in 7. art. princi. q. 6. de lib. obla.
Tiraq. qui hos, & alios congerit, de utroq; retrac.
par. t. §. x. glo. 5. ſub. nu. 3. uerſ. nam & alias in
41 dubio. ubi propterea in ſimili concludit, † quod
ſi Maritus fecerit oblationem pręcij intra tempus
pro retractu, qui competebat Vxori ſuę, non dici
tur fecisse nomine vxoris, niſi dixerit ſe offerre tan
quam Maritum illius, vel quid aliud appoſuerit ex
quo appareat, oblationem factam fuiſſe nomine
vxoris non ſuo proprio, Quod in acquirenda poſ
42 ſeſsione nullam penitus habet dubitationem, † cum
ea per procuratorem, tutorem, & curatorem, ut
hic, non quęratur domino, & pupillo, niſi eę per
ſone, uti Procurator, tutor, & Curator eam appræ
hendat, tex eſt l. 3. §. per procuratorem ubi om-
nes ff. de acqui. poſſ. Hic non apparet, q̄ Io: An-
gelus aliquo modo declarauerit, ſe poſſeſsionem
illam capere uoluiſſe curatorio nomine pro Alber
to, merito pro eo illam cępiſſe dici nullo modo
poteſt.

Tertio principaliter quicquid feciſſe quocunq;
nomine, egiſſeq; ſe ibi Io: Angelus pręten dat,
nihil penitus eſt in propoſito, cum per ſcripturam
43 ſe cępiſſe poſſeſsionem illam non probet, † licet. n.
parem habeant uim inſtrumenta, & teſtes quoad
probationem faciendam l. in exercendis C. de fid.
inſtru. & l. pactum, quod bona fide. C. de pac. &
44 in ſpecie alias quod † probatio poſſeſsionis non ſo
lum fieri poſsit per inſtrumentum, uerum etiam &
teſtibus, & multis alijs modis, ut late poſt multos
alios, quos ibi recenſet, tradit Meno. de reme. re-
45 ti. poſſ. reme. 3. nu. 577. & ſeqq. † Attamen mul-
ti ſunt caſus, in quibus probatio fieri non poteſt,
niſi per ſcripturam glo. c. 1. §. poſtquam uerb. in-
ſcriptis & ibi Domi. de cenſ. in ſexto. inter quos
46 vnus eſt ad rem noſtram, uidelicet, † quando hæ-
res adiuit iudicem, petijtque ſe mitti in poſseſsionẽ
uigore l. fi. C. de edi. di. Adria. toll. & poſtea aſſe
rens ſe immiſſum, probare vult ſuam poſſeſsionem
eam omnque per teſtes probare non poteſt, ſed tan
tummodo per inſtrumentum, & ſcripturam, ita uo-
luit glo. ad d. l. fin. uer. teſtificatione publicarum
perſonarum ubi Bar. nu. 24. Bal. nu. 47. Dec. d. l.
pactum, quod bona fide. ſub nu. 3. in fi. Hippo.
in rub. C. de proba. nu. 21. Gui. Pap. deciſ. 456. ad
fi. Roma. ſing. 6 Huber. Zuccar. qui non nullos
alios citat d. l. fin. nu. 155. Meno. qui teſtatur de co
muni, de reme. adip. poſſ. reme. 4. nu. 914. & ſeqq.
qui poſt Mantuam, ubi per eum, ac etiam ex men
47 te Bar. & aliorum, † hanc opinionem dicit proba
ri ea ratione, quia immiſsio iſta ex actis conſtare
debet acta autem ad ſui primam eſſentiam, ſcriptu
ram requirunt Bal. l. geſta. col. pen. C. de ex. iudi.
l. litigatoribus in fi. C. de app. Hic autem Io: An-
gelus curatorio nomine d. Alberti adiuit Iudices,
petens ſe immitti in d. poſſeſsionem bonorum, ui-
gore d. l. fina. obtinuit per rogitum Notarij licen-
tiam prędictam, fecitque per acta publica, q̄ plus
eſt, immiſſus in poſſeſsionem aliorum bonorum,
iſtorum autẽ minime, nec & aliorum quondã Iulij,
tanq; ad puppillũ prędictum minime pertinentium
merito quoad hanc probationem nihil ei teſtes ſuf-
fragari poſſunt.

CONSILIVM LVI.

Argumentum.

Reſtitutio in integrum an detur mino
ri contrauenienti præcepto teſtato
ris tam ſi ignoranter, quam ſi ſcien
ter contrauenerit tam ſi contrauen-
ctio facta ſit committendo, quam
ſi omittendo, ac etiam quando dolo.
Et quando hæres tam ſuus quam extra-
neus dicatur habere notitiam teſta
menti ſui auctoris.

SVMMARIVM.

Minor reſtituitur aduerſus omne damnum quod patitur propter omiſſa, neglecta, & non facta, quę per eum facienda erant nu. 1.

Etiam quod tractet de amiſsione lucri nu. 2.

Minor reſtituitur aduerſus non ductam uxorem ſuam intra tempus a ſtatuto pręfixum & lucrum dotis propterea amiſſum nu 3.

Minor reſtituitur in caſu contrauentionis quando pœna eſt appoſita a teſtatore aliquid fieri iubente nu. 4

Etiam ſi pœna ſit amiſsionis hæreditatis uel legati nu. 5

Minor non reſtituitur aduerſus ſpretum præceptum teſtatoris nu 6.

Etiã ſi trãſgreſsio ſit in omittẽdo ſecundũ multos nu. 10

Contra uerius nu. 11.

Niſi contrauenıens ſit in dolo nu. 12.

Et quando contrauentũ eſt dolo in committendo ad minor ſine dubio non reſtituitur nu. 13.

Tranſgreſsio precepti teſtatoris facta per hęredem delictũ eſt nu. 7.

Contra quod ſit potius inobſeruantia promiſsionis ex quaſi contractu nu. 8.

Hęres contraueniens precepto teſtatoris expręſſo ſcienter eſt in dolo nu 9. & nu. 16.

Idem ſi præcepto teſtatoris tacito nu. 17.

Dolus delictum nu. 14.

Dolus ubi eſt ibi malitia ſupplet ętatem nu. 15.

Hęres ſuus poſt immixtionẽ preſumitur habere notitiam teſtamenti nuncupatiui nu. 18.

In extraneo idem ſine dubio nu. 19.

Minor non reſtituitur contra Eccleſiam cum priuilegiatus non utatur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum nu. 20.

Quod non eſt omnino tutũ, ſed uidendum pro reſolutione ubi remiſsione nu. 21.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

1
LICET ex his, que late,
docte, & ſubtiliter dedu
cta & adducta fuerunt p
Excell. D. Conſulentem
ad fauorē ſocietatis Cor-
poris Chriſti Ciuitatis
Anchonę, & pauperum
puellarum nuptui per d.
ſocietatem tradendarum
iuxta diſpoſitionem teſtatoris, luce clarius apparet
piam diſpoſitionem teſta toris ualidam fuiſſe, pœ-
nam amiſsionis legati ex contrauentione uolunta-
ti teſtatoris facta non ſolum per Bartholomeum pa
trem, & D. Pieram matrem, uerum etiam per ip-
ſos filios poſt illorum mortem incurſam fuiſſe, non
uideatur aliqua ſuper eſſe probabilis dubitatio, At
tamen, cum dicti filij fuerint, & ſint minores, ui
detur, quod reſtituantur aduerſus omiſſum imple
mentum uoluntatis, & precepti teſtatoris, propter
damnum, quod eis contigeret, nempe amiſsio-
2 nis dicti legati ex dicta omiſsione, † minor enim
regulariter reſtituitur aduerſus omne damnum,
quod patitur propter omiſſa, neglecta, & non
facta, quę per eum facienda erant l. penul. C. de
2 reſtit. in integr. l. non omnia ff. de mino. † Etiam
quod minor ſit potius in amiſsione lucri, quam
damno Pet. Bella. pert. l. in minorum C. in qui. ca
uſ. in integ. reſti. non eſt neceſ. Cardi. Clem. 1. nu.
25. eod. titulo Ruy. conſ. 33. nu. 8. lib. 3. Rimi.
Iu. conſ. 261. nu. 27. & ſeq. lib. 2. & idem Ruy.
conſ. 199. nu. 3. lib. primo ubi pulchre propterea
3 uoluit, † minorem reſtitui aduerſus non ductam
uxorem in domum ſuam intra tempus á ſtatuto
pręfixum, & propterea amiſſum lucrum dotis
4 † & in terminis, quod minor reſtituatur in caſu con
trauentionis, quādo pęna eſt appoſita á Teſtatore
aliquid fieri iubente, uidetur aperte tenere Corne.
conſ. 298. nu. 5. & ſeq. lib. 3. & Ruy. d. conſ. 199.
5 nu. 4. Ac etiam proprius, † ut reſtituatur, quando
omiſit adimplere preceptum teſtatoris, ſub pœ-
na amiſsionis hęreditatis, uel legati, uidetur clare
decidere Bal. l. pupillorum in fi. uers. quia propter
uidetur C. de repu. hæredi. Roma. Sing. 94. & alij
uarijs alijs in locis; uidetur textus l. 3. §. ſi hæres.
ff. de minori.

Diligentiori tamen cura omnibus in preſenti fa-
cti ſpecię perpenſis, & diſpoſitionibus iuris in ma
teria loquentibus mature conſideratis ſupradictis
in contrariū nō obſtantibus cenſeo pręd ctis mino
ribus reſtitutionem in integrum in pręſenti caſu
non competere.

Et id quidē omiſsis multis q̄ dici poſſent in hac
anguſtia temporis mihi ad ſubſcribendum aſsi-
gnata, quia uidetur clara iuris deciſio, & Docto-
6 rum opinio, † minori in integrum reſtitutionem
non dari, quando euitare vult penam legis, uel te-
ſtatoris incurſam ex eo quod ſpreuit præceptum
teſtatoris, faciendo aduerſus illud, puta ſi teſtator
prohibuit alienationem ſtabilium ſub pæna hęredi
& illi alienauit, Vel ſi prohibuit puellę ſub certa
pœna, nubere forenſi, & illa nupſit, ita uoluit Ma
the. Feli. Peruſinus in conſi. incipi. omnis difficul-
tas, inter conſilia Paul. Caſtren. conſ. 259. nu. 8.
lib. 1. Ful. conſ. 61. nu. 5. uerſ. ad quintum. Aymo.
conſ. 193. minor. xxv. uers. ſed in terminis. Cephal.
7 conſ. 355. nu. 3. lib. 3. † licet hoc ſimpliciter, & ab
ſolute uerum non ſit, maxime ſola ratione, qua
pręd cti mouentur, dum uolunt hoc eſſe tenendum
quia huiuſmodi tranſgreſsio ſit delictum, & prop-
terea non dari reſtitutionem in integrum per l. au-
8 xilium §. in delictis ff. de mino. † ex quo tranſgreſ
ſio iſta delictum proprie non eſt, ſed inobſeruantia
quaſi contractus, hęres enim ex quaſi contractu
obligatur ad uoluntatem teſtatoris ad implendam.
§. hęres inſti. de obli. quę ex quaſi cont. ut poſt
Dec. Ruy. & Aut. egregie aduertit, & ſubſtinet.
Sfor. Odd. olim meus Auditor, quem honoris gra
tia ita appello de reſti. in integ. par. 2. q. 83. art. 6.
nu. 58. & ſeq. in caſu tamen noſtro indubitanter
9 reſtitutio iſta dari non debet, † quia hęres ſciuit
contenta in teſtamento ut. j. deducam, quo in caſu
uerius eſt reſtitutionem in integrum non dari, quia
tunc propter dolum ex ſcientia inſurgentem eſt
in delicto, & militat ratio d. l. auxilium. §. in de
lictis, ſecus ſi ſit ignorans, tūc enim propter iuſtam
ignorantiam precepti teſtatoris hęres excuſatur,
ſaltem ex capite iuſtę ignorantię. ſicut quilibet ma
ior ut declarat idem Sfor. Odd. d. loc. nu. 60.
10 Quinimmo non deſunt, † qui uelint inſtitutio
nem denegari etiam ſi tranſgreſsio ſit in omitten-
do, inter quos fuit Bal. d. l. pupillorum nu. 5. &
alij relati pro Aymo. d. conſ. 159. ſub nu. 5. uers.
11 ſed in terminis. † & licet contrarium uerius ſit re-
gulariter in eo qui non paret precepto teſtatoris
omittendo Roma. ſing. 94. & l. ſi inſulam de ver.
ob. Ruy. conſ. 199. nu. 5. lib. 1. Rim. Seni. conſ.
261. nu. 23. li. 2. & alij congeſti per Odd. ubi ſu-
pra ſub nu. 62. vers. ſed breuiter &c. ubi teſtatur
12 de communi † quia tamen hęc communis intelligi
tur quando quis non eſt in dolo, ſecus alias, ut col-
ligit idem Odd. d. loc. nu. 63. poſt. Bal. Aret. &
Cepha. locis per eum citatis, & nos. j. oſtendemus
in caſu præſenti dolum adfuiſſe, tenendum eſt d.
reſtitutionem non dari hic, & quod tantum omit-
tendo non eſſet paritum teſtatori. Sed quicquid
ſit quando non eſt paritum omittendo, quod admo
dum non pertinet ad caſum preſentē, ſatis eſt, q
13 † quando committendo dolo contrauentum eſt pręce
cepto teſtatoris ſine dubio minores nō reſtituuntur
Bal. d. l. pupillorum in fin. & quod minori doloſe
uenienti contra preceptum teſtatoris faciendo non
datur reſtitutio tex. eſt in l. ſi ex cauſa § nunc
uidendum & §. in commiſſum ff. de mino. l. 1. C.
ſi aduers. delic. Bar. l. 1. §. nunciatio col. pęn. ff. de
oper. no. nunciat. Dec. l. in actionibus col. ult. ff. de
in litem iuram. & eſt comunis ſecundum Ias. d. §. re
nunciatio. nu. xi. Crot. nu. 84 Corne conſ. 242. lib.
1. Pari. conſ. 94 nu 9. & 42. lib. 1. Nat. l. hac cōſultiſsi
ma §. ex imperfecto nu. 22. C. de teſta. l. 2. & 3. C. ſi
miſe maio. dixe. l. 1. C. ſi aduer. deli. & eſt ratio quia
14 † dolus eſt delictū l. 1. § nunc tractemus ff. de tut. &
ratio. diſt. ergo d. § in delictis † itē ubi dolus eſt, ibi

malitis ſupplet ętatem ergo c. l. 3. C. ſi mi. ſi maio. dixer. aceriam quia ex dolo, & malitia ſua nemo auxilium legis conſequitur ut iura ſunt vulgaria, Quod autem hic contrauentum ſit committendo patet quidem, quia licet conſiderari poſsit matrē patrem ipſoſq; minores noſtros deliquiſſe omittendo fructus d. poſſeſsionis non ponendo in banco (ut teſtator iuſſerat) pro minoribus uſque ad xxv. eorum ann. attamen negari non poteſt, quin etiam dolus ipſorum adfuerit in committendo ex alio, quia amouerunt pecunias dictorū fructuū & in alios uſus conuerterunt contra expreſſum preceptum teſtatoris, qui uoluit pecunias ex dictis fructibus redigendas non remoueri in aliquem uſum ſub pęna predictę priuationis.

Item quod huiuſmodi amotio & tranſgreſsio facta fuerit dolo apparet pariter manifeſtiſsime
16 ex eo quod † qui ſcienter quod ſibi prohibitum eſt facit, dicitur in dolo uero, quia facit rem ſibi prohibitam Alex. conſ. 103. col. 5. lib. 1. uidetur tex. l. ait pretor. §. ſi quis particeps ff. de his quæ in frau. cred. l. uni §. penul. ff. de lega. preſtan. l. non poteſt dolo ff. de regu. iur. prout in fortioribus ter
17 minis, † nempe in eo qui contrauenit prohibitioni tacitæ. idem uoluit Corn. conſ. 140. col. 2. lib. 2. & ex multis late probat Aymo. d. conſ. 193. nu. 2. 3. 4. & 5.

Nec negari poteſt ullo pacto in preſenti caſu adfuiſſe ſcientiam prędicti teſtamenti ex parte hæredum, Etenim quamuis non mediocriter apud doctores dubitetur in filio, ſeu alias ſuo hęrede, quia is poteſt hęres eſſe etiam ſine teſtamento, & multi ſubſtineant negatiuam poſt Bar. in l. cum hęres de libe. lega. in l. tres fratres in fi. ff. de pact. & in l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. cum multis
18 alijs ſimilibus, † Verior tamen ſententia affirmatiua uidetur poſt imixtionem facti, & ſtante teſtamento nuncupatio ſecundum Bal. d. l. qui in prouincia col. 8. in fi. & ſeq. ubi Dec. §. ultimo nu. 8. qui aſſerit hodie in nuncupatiuis teſtamentis uideri clarū ab eo quod communiter fit, quia ſtatim poſt mortem teſtatoris legatur hęredibus, uel ex ſtatutis, uel ex conſuetudine locorum, prout in hac noſtra ciuitate adamuſsim in obſeruatur, idem repetit Dec. in l. qui in alterius nu. 3. de reg. iur. & conſ. 267. nu. 29. conſ. 288. col. ult. & conſ. 303. col. 2. Coaza. conſ. 98. nu. 21. Grat. conſ. 65. col. penuli & ſeq. lib. 2. Rol. conſ. 36. nu. 12. lib. 2. & Meno.
19 conſ. 87. nu. 59. lib. 3. † In extraneis, ut hic ſumus, concurrentibus ſupradictis nemo eſt qui hanc affirmatiuam opinionem non ſequatur, ut omnes
* comuniter *in pręcitatis locis clarę præſupponunt, & affirmāt. In preſenti autem caſu nulla poteſt adeſſe probabilis dubitatio de ſcientia predicta, quia reſpectu dictorum Bartholomei, & D. Pierę apparet in proceſſu inſtrumentum relaſſationis poſſeſsionis dictę uineę, ſeu poſſeſsionis factę per hęredes dicti teſtatoris, prędictis Bartholomeo, & Dominę Pierę recipientib. pro eorū filijs, uigore legati eis facto in pdicto teſtamento, manu Thomę Perſciani die ſeptima Iulij 1569. reſpectu uero ipſorum filiorum conſtat ex proceſſu inter dictam ſocietatem ex una, & ipſos filios agitato, ex quo licet in eorum ſcientiam deductus fuerit tenor dicti legati, & teſtamenti, nunquam tamen hactenus uoluntatem teſtatoris adimpleuerunt.

Secundo uidetur deneganda iſtis Minoribus
20 reſtitutio, † quia ea non conceditur Minoribus contra Eccleſiam, ſiue etiam pauperes puellas ſubſtitutas, & ſic piam cauſam, cum priuilegiatus non utatur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum § ſed hoc pręſenti auth. de Sanctiſſ. Epiſ. Io: Mona. c. ſi a ſede nu. 12. de preben. & c. cum perſona nu. 4. de priuil. lib. 6. Dec. conſ. 22. nu. 6. & conſ. 319. col. prima cum vulgaribus.

21 Sed in hoc non lacio magnum fundamentum † cum articulus ille an priuilegiatus utatur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum, ſit arduus, de quo Bar. in aut. quas actiones col. 2. C. de Sacro Eccle. Alb. in l. ult. C. ex quib. caus. maio. Dec. c. in preſentia nu. 170. de prob. Odd. d. tract. part. 1. q. 18. arti. 4. Prout etiam ille alius, de quo proprie diſceptatio eſt hic, an minor reſtituatur contra Eccleſiam vel Eccleſia contra minorem, uel Eccleſia contra Eccleſia de quo idem Odd. d. q. 18. art. 9. & ultra eum pulchre, & ſubtiliter Cephal. conſ. 7. fere per totum lib. 1. a quo colligi poteſt diſtinctio, ut aliter concludatur quando qui vult reſtitui eſt in lucro, aliter quando eſt in damno, & quomodo procedat tex. in c. auditis de præſcrip.

Non obſtant allegata ſupra in contrariū, quia patet ſolutio ex his, quę modo citauimus, & deduximus pro dicta Societate, procedunt enim generaliter, aut quando dolus conſiſtit ſolum in omittendo, non autem, quando adeſſet etiam in committendo, tunc enim minori contra uenienti pręcepto teſtatoris ſcienter per ſemetipſum, uel patris & matris adminiſtratorum perſonam, quę ipſis nocet, ad tradita per Bar. in tutore. l. qui duos & ibi Soc. queſt. quinta ff. de reb. dubi. non datur reſtitutio, ut abunde ſupra deductum fuit. Ex quibus a nobis ſupra allegatis, & plenius ab Excelentiſſ. Domino Conſulente adductis, & deductis cenſeo ſine dubio reſtitutionem prædictam minime concedi.

CONSILIVM LVII.

Argumentum.

Pater naturalis quid relinquere poſsit filio illegitimo, ſtantibus legitimis, uel filia legitima excluſa a ſtatuto, tam olim, quam hodie.

Et quid legitimis non exiſtentibus.

Item, quid relinquere poſsit filio naturali legitimato, prædictis exiſtentibus, uel non.

Legitimatio an ualeat ſine citatione filij,

Et

Et an ſinè expræſsione ſtatuti excluſi ui feminarum, ſtante filia excluſa?
Et an ſecunda legitimatio de eodem teneat, non facta mentione de prima.
De intellectu §. & quoniam auth. quib. mod. nat. effi. ſui,

SVMMARIVM.

Filio illegitimo, ſtante filia legitima, & naturali, pater relinquere non poteſt ultra unciam nu. 1.
Et hodie non plus quam uni ex legitimis nu. 14.
Siue legitimatus ſit per oblationem Curię, ſiue per reſcriptum nu. 15.
Contra nu. 84. ubi quod procedit id ſolum per oblationem Curię
Legitimatio filijs naturalis nõ ualet, ſtante filia legitima, & naturali nu. 2.
Fallit, quando de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula non obſtante &c. legitimatio facta eſt nu. 36.
Etia ſi á Comite Palatino facta ſit legitimatio nu. 37.
Legitimatio non citato filio, uel filia naturali, non ualet nu. 3.
Fallit, ſi legitimans poteſt legitimare, abſentibus, & ignorantibus, ſeu inuitis legitimis, & naturalibus nu. 38.
Fallit in habente priuilegium legitimandi, etiam ſine citatione nu 40. & 41.
Fallit in legitimatione facta ex certa ſcientia nu. 42
Fallit, ſtante clauſula derogatoria nu. 43.
Fallit in legitimatione facta uiuo patre, & ad eius inſtantiam nu 45.
Fallit quando in priuilegio adeſt clauſula citatis, uel non citatis nu. 46.
Limitatio non ualet, non facta mentione ſtatuti excluſiui fœminarum, ſtante filia legitima, & naturali nu. 4.
Fallit, ubi ſtatuto predicto eſt derogatum nu. 49.
Siue generalis ſit derogatio, ſiue ſpecialis nu. 50. & 52.
Maxime ſi facta ſit a Comite Palatino nu. 5.
Legitimatio ſecunda non ualet, non facta mentione prima nu. 6. & 57.
Contra nu. 58.
Fallit quando pater legitimationem impetrat nu. 63.
Fallit, quando prima legitimatio pleniſſima eſt nu. 64.
Cõtra Hieronymum Gabri. contrarium tenentẽ nu 65.
Nec neceſſe eſt fieri mentionem de prima nu. 66. & 67
Legitimatio reiterari non poteſt ſub d. nu. 6. 60. & 61. ubi ponitur ratio.
Quod intelligitur reſpectu ſtatus perſonę, non quoad iuris effectus nu. 62.
Legitimatus non uenit appellatione filij, uel agnati in ſtatutis, ad excluſionem fœminarum, ſtante ſtatuto excluſiuo earum nu. 7.
Contra ſecundum magis communem nu 76.
Quia proprie filius, uel agnatus non dicitur nu. 8. & 12.
Contra ſecundum communem nu 77.
Maxime, quando uitium illegitimitatis procedit iure diuino, uel canonico nu. 9.
Legitimatus, cui obſtat impedimentum iuris canonici, uel diuini, non uere, ſed ficte dicitur legitimus nu. 10.
Et non legitimatus, ſed diſpenſatus nu. 13.
Contra nu. 79.
Maxime, ſi primeuæ naturæ reſtitutus ſit nu. 80.
Vel procedit prima opinio in nato ex muliere coniugata, & ſoluto, non e contra nu. 81.
In ſtatutis uerba proprie ſunt accipienda nu. 11.
Legitimatus per reſcriptum ęquiparatur legitimis, & naturalibus nu. 16.
Et nihil differt a legitimato per ſubſequens matrimonium nu. 17.
Nec a legitimis nu. 18.
Et habet uerum ſtatutum legitimorum, licet non uerũ principium nu 20.
Et æquiparatur filio legitime nato quoad ſucceſſionem nu. 21.
Et habet exiſtentiam ſuorum hęredum nu. 22.
Et eſt agnatus, & agnatio per eum conſeruatur nu 23.
Et agnaſcitur non ſolum patri, ſed etiam omnibus nu. 24. & 88.
Et connumeratur in numero duodecim filiorum ad immunitatem obtinendam nu. 25.
Et debetur ei legitima nu. 26.
Et ſuccedit ab inteſtato patri ſimul cum alijs legitime natis nu. 27.
Et preteritus habet ius dicendi nullum teſtamentum nu. 28.
Et iniuſte exhæredatus querelam nu. 29.
Et excludit ſubſtitutum nu 30.
Et ut uere legitimus ex teſtamento ſuccedit nu. 31.
Dictio, nihil, eſt uniuerſalis negatiua nu. 19.
Facultas legitimandi non competit iure magiſtratus, ſed reſeruata eſt ſupremo Principi nu. 32.
Conceſſa tamen Comiti Palatino per Principem, idem operatur nu. 33. & 35.
Quia legitimatio facta a comite Palatino dicitur facta a Principe nu 34.
Diſpenſatus, non legitimatus dicitur, quando legitimatur is, inter cuius patrem, & matrem matrimonium conſiſtere non poterat ſub nu. 45.
Fallit, quando impedimentum matrimonij eſt ex parte viri nu 47.
Fallit, ſtante ampliſsima legitimatione per quam quis reſtituitur natalibus, & primeua naturæ nu 48.
Derogatio generalis ſtatutorum non uidetur ſufficere, ſed uidetur requirere ſpecialis nu. 50.
Princeps preſumitur, ſtatuta locorum ignorare nu. 51.
Fallit in ſtatuto excluſiuo fœminarum nu. 53.
Maxime, ſi ſtatuto aliquo modo narratum ſit nu 54. & ſeq.
Auctoritate duplici qui fungitur, una, aut altera uti poteſt ad libitum nu 50.
Legitimatus plene una legitimatione per aliam ſubſequutã quoad ſtatum perſonę legitimari non poteſt, cum iam illam per primam conſequutus fuerit nu. 68. 69. & 70.
Fallit, ſi is uti uelit ſecunda, non prima, quia per ſecundam illud conſequi dicitur nu. 71.
Prodeſt tamen dicta ſecunda legitimatio ſine dubio quoad ſuccedendum nu. 72.
Facultas legitimandi data non cenſetur, ſtantibus legitimis. nu. 73.

Quod procedit in dubio, ſecus ſi uerba priuilegij inferant nu. 74.

Famlia de campegijs Bononia babet ampliſſimum legitimandi priuilegium nu. 78.

Coitus mulieris coniugata cum alio, quam cum Viro, damnabilior eſt quam Viri coniugati cum alia quam cum uxore nu. 82.

Intellectus ad §. & quoniam uarię in auth quib mod na. effi. ſui. quod loquatur ſolum in legitimato per oblationem Curia nu. 84. 85. 86. 87. & 88. ubi de communi.

Et dato, quod loquatur de legitimato per reſcriptum etiã non procedit ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum aliquid preſeruante fęminis nu. 89.

Vnum dicens, alterum uidetur excludere nu. 85.

Pater poteſt relinquere plus uni filio, quam alteri, dum modo quis non fraudetur ſua legitima nu. 86.

Legitimatus per oblationem Curię agnaſcitur patri, non alijs agnatis nu. 87.

Stante ſtatuto excluſiuo feminarum, ut perſona una aliam excludat, neceſſe eſt, ut ipſa ſuccedat nu. 90.

Auth. licet. C. de nat. libe. diſponens, per patres relinqui poſſe totam ſubſtantiam naturali, non exiſtentibus legitimis, procedit etiam ſtante filia tantum excluſa a ſtatuto nu. 91.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

EXIMIVS Artium & Medecinę Doctor D. Vincētius Cibo Fulginaten. uxoratus, habens D. Gabrielam filiam legitimam, & naturalem, nuptui traditam & con decenter dotatam, ac, etiam Fulgtnium naturalem ex quadem D. Hieronyma Petrouilla ſoluta curauit. d. Fulginium primo per N. Secondo uero per D. Vincentium Campegium Comitem Palatinum ampliſſ. legitimandi facultatem tam Appoſtolicam quam imperialem habentem, in ampliſſima forma legitimari anno domini 1568 Die xxvj. menſis Aprilis.

Poſt d. factam legitimationem, Die prima Ianuarij 1572. ſuum condidit teſtamentum in quo inter cętera ſuum uniuerſalem hæredem inſtituit. d. Fulginium legitimatum, & cum eodem ultimo teſtamento Die 25. Auguſti dicti Anni 1572. diem clauſit extremum.

Eo defuncto, orta queſtione inter d. Fulginium legitimatum hęredem inſtitutum ex uoa, & d. D. Gabrielam filiam legitimam, & naturalem ex altera ſuper hæreditate dicti quondam Vincentij.

Contingit dubitari an prędicta uniuerſalis inſtitutio ad fauorem fulginei legitimati facta, ad pręiudicium D. Gabrielę de iure ualeat ſuſtineri.

Prima quidem conſideratione, uidetur eam minime ualere, ut non nullos huius noſtrę ętatis iure conſultos audio de iure reſpondiſſe.

1 Primo quia ea facta eſt de filio illegitimo † cui ultra unciã, ſtante filia legitima, & naturali relinqui non poteſt aut. licet C. de nat. lib. & in corp. un. ſum. & licet Fulginius prędictus fuerit legitimatus ea tamen legitimatio perinde eſt ac ſi facta nõ fuiſſet, cum non ualuerit pręcipue ex quatuor.

2 Primo quia † extabat, ut preſupponitur, filia prędicta legitima, & naturalis, quo caſu legitimatio non tenet §. ſi quis ergo, & §. ſeq. ubi glo. Bart. & Angel. aut. qui. mo. nat. effi. ſu. & §. ſit igitur. aut. qui. mo. na. effi. legi. Bart. aut. item ſi quis C. de nat. lib Bal. aut. præterea C. eo. & l. 2. q. 19. C. de ſer. & aq. & l. cum filius ff. de mi. teſt. Franc. Aret. l. gallus §. & quid ſi tantum col. pen. uers. circa. tertium ff. de lib. & poſthu. Anch. conſ. 241. col. prima uerſ. Secundo requiritur. Rom. conſ. 194. col. pen. uerſ. ult. accedat. Paul. Caſt. conſ. 180. col. 2. uer. poſito autē lib. 2. conſ. 22. col. 1. lib. 2. Corn. conſ. 93. col. 3. lib. 2. Alex. conſ. 67. col. 5. uers. ad predicta lib. 1. & conſ. 187. col. 1. lib. 5. Dec. conſ. 307 nu. 2. & conſ. 392. nu. 4. & conſ. 479. in fin. Bart. Soc. conſ. 212. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 83. col. 3. & conſ. 35. col. 4. in fin. Ruy. conſ. 67. col. fin. lib. 3. Boer. decis. 240. nu. 28. & alij alijs in locis.

Secundo Dicta legitimatio non uidetur ualuiſſe
3 ex eo † quod dicitur facta ſine citatione dictæ filiæ legitimę, & naturalis, cui per eam preiudicaretur in iure ſuccedendi ſi ualeret Iac. ab Are. l. fin. C. de nat. lib Iac. Belui. aut. qui mod. nat. effi. ſui col. 2. Ancha. conſ. 428. circa primũ queſitũ. Alex. conſ. 67. & 94. lib. 1. Bart. Soc. & alij d. §. & quid ſi tantum idē Soc. conſ. 251. nu. 11. lib. 2. Ruy. conſ. 104. non uidetur nu. 5. lib. 3. Rol. conſ. 67. nu. 49. lib. 3. cũ ſimil. a predictis in pręcitatis locis allegatis.

Tertio non uidetur ualuiſſe dicta legitimatio
4 † quia non fuit in ea narratum extare legem municipalem d. Ciuitatis Fulginei, excluſiuam fœminarũ quo caſu legitimatio tamquam ſurrepititia non ualet, ex quo ſi narratum fuiſſet tale ſtatutu forte non fuiſſet conceſſa ꝑpter magnu preiudicium filiæ ita in ſpecie uoluit Goz. d. conſ. 6. prima facie nu. 6. Iac. Menoch. de qq. arbi. iud. caſu 203. nu. 8. quibus
5 ſimpliciter ſequitur. † quę concluſio in Comite Palatino, ut hic non uidetur habere dubium, cum ſibi non cenſeatur data facultas legitimandi, extantibus filijs legitimis Bal. c. duo guerram in princ. tit. hic fin. lex. Corradi. l. cum filius ff. de mil. teſt. Alex. cõſ. 60. uiſum lib. 2. Cro. d. §. & quid ſi tantũ nu. 132.

Quarto ex alio uidetur d. legitimatio ſurreptitia
6 atq; ideo inualida, quia † in dicta ſecunda legitimatione, in qua ſit precipuum fundamentum non fuiſt facta mentio primę, quo caſu, ſecunda non tenet, ut late conſuluit Curt. Sen. conſ. 16. nu. 21. quia quando quis impetrat plura priuilegia ſuper eodem, ſi in ſecundo non facit mentionem de pri-
* mo illud nõ tenet, Inno. communiter * approbatus c. ueniens de preſcrip. Io: And. ad Specul. de cleric. non reſid. q. 2. ubi uolunt legitimationem non eſſe reiterabilem non facta mentione de prima idem Curt. conſ. 73. nu. 12. Mar. Soc. iu. conſ. 121. nu. 24. lib. 2. Gozad. conſ. 6. nu. 89. Hier. Gab. conſ. 30. nu. 17. & ſeq. nu. 35. in addit. ad Ruy. conſ. 80. nu. 20. conſ. 96. nu. 9. lib. 2. conſ. 161. nu. 27. 30. 32. & ſeq. lib. 2.

Secundo Principaliter, eſto quod legitimatio predicta ualuerit, ſtante predicta filia & ſtatuto Ciuitatis Fulginei excluſiuo fœminarum, propter maſculos agnatos, non uidetur quod poſſit prodeſſe

7 deſſe dicto Fulgineo, quia, † appellatione filij aut
agnati a ſtatuto uocati ad excluſionem fœminarũ
8 non uidetur uenire legitimatus, † qui proprie fili-
us aut agnatus legitimus non dicitur, ut determinat
Bene. Plu. in diſpu. ſtatutum Piſarum. dubio quar
to. Rapahl. Fulg. conſ. 62. ſtatuto Ciuitatis Verro.
Ant. But. c. tanta per illum tex. qui. fil. ſint. leg.
& c. per uenerabilem col. 17. uer. nunc ultimo eo-
dem tit. Curt. Sen. conſ. 16. Clarus uir. cui ſe ſub-
ſcripſerunt Bart. Soc. & Vinc. Paleot. & latius idẽ
Curt. conſ. 73. ſuper memorata col. 19. ubi teſta-
• tur de communi * Dec. conſ. 52 uiſo eleganti. Soc.
conſ. 246. eleganter col pen. & fin. lib. 1. & non
nulli alij quos refert Crot. dicto §. & quid ſi tantum
nu. 156. Bru. Aſten. ſuper ſtatuto excluſiuo fœmi-
nar. 12. nu. 47. & ſeq. & licet huiuſmodi concluſio
9 a quamplurimis damnetur, † ea tamen ſine dubio
tenenda uidetur quando uitium illegitimitatis cau
ſatur ex impedimento iuris diuini uel Canonici, ut
ſi filius, qui ligitimatur ex inceſtu uel adulterio, ut
10 hic, ſuſceptus ſit, † quia tunc uigore legitimationis
iſte non fit uere legitimus, ſed tantum ficte, ideo-
11 q; in ſtatuto, † in quibus uerba proprie accipiun
12 tur l. 3. §. hęc uerba ff. de neg. geſt. † appellatione
filiorum uel agnatorum nõ uenit ſecundum Bene.
d. diſpu. in quarto dubio. Alex. conſ. 2. col. 8. in fin.
lib. 2. & conſ. 87. uiſis codicillis eo. lib. Curt. Sen.
d. conſ. 73. & Crot. d. §. & quid ſi tantum nu. 170.
13 ubi etiam addit aliam rationem, facit optime, †
quia iſto caſu non uidetur legitimatio, ſed proprie
diſpenſatio Dec. conſ. 264 nu. 3. conſ. 307. nu. x.
343. col. 2. uer. accedit. 393. col. fin. in princ. &
conſ. 610 col. 2. Soz. iun. conſ. 120. nu. 18. lib. 2.
& conſ. 93. nu. 6. lib. 3. Roland. qui alios citat cõſ.
96. nu. 6. lib. 3.

Tertio quicquid ſit de ualiditate legitimationis
predictæ, non uidetur dicta inſtitutio uniuerſorum
bonorum ualuiſſe, ſtante predicta filia legitima, &
14 naturali, quia † pater, legitimato filio, non poteſt
hodie relinquere plusquam uni ex filijs legitimis
ut eſt expreſſum §. & quoniam aut. qui. mo. nat.
effi. ſui. l. cõmunium C. de nat. lib. Bal. per iſtos
tex c. per tuas de maior. & obed. Dec. qui teſtatur
• de communi * conſ. 393. conſului col. 2. Gozzad.
conſ. 48. in cauſa nu. 18. & alij paſsim. Nec dica
tur, quod diſpoſitio d. §. & quoniam, procedit in
legitimato tantum per oblationem curiæ, ut loqui
15 uidetur, † quia uidetur quod procedat etiam
in legitimato per reſcriptum ut not. Angel. d. §. &
quoniam. Bene. Plum. d. diſputatione ſtatuto Piſa
no in fine 3. dubi. Alex. l. ex facto §. ſi quis roga-
tus. il primo col. fin. ad treb. l. neceſſarijs col pen.
de acqui. hęred. Cæm. ſing. 51. Dec. d. conſ. 393.
• col. 2. ubi dicit communem * Zuccas. l. poſthumo.
nu. 44. C. de bon. poſſ. contra tabul. Ruy. conſ.
107. nu x. lib. 5. Poſt. Imo. conſ. 106. nu. 78. circa
finem. Tiraq. de iur. prim. q. 34. nu. 51. & ſeq.

Cæterum priuilegio Ill. familiæ de Campegijs
inſtrumẽto legitimationis, ſtatuto, ac teſtamẽto prę
dictis maturius perpenſis, cenſeo predictum Ful-
ginum ad. d. hæreditatem admittendum, excluſa
16 Gabriela. quia † cum Fulginius ſit legitimatus per
reſcriptum, conſequitur illas eadem ſucceſsiones,
quas habent ij, qui ab initio nati ſunt legitimi tex.
eſt expreſſus §. ſi quis igitur, iuncto §. ſi quis ergo fi
17 lios legitimos d. aut. qui mo. nat. effi. ſu. † & nihil
differt a legitimato per ſubſequens matrimonium §.
ſit igitur licentia aut. qui. mo. nat. eff. ſu. Bar. l. ex
• facto §. ſi quis rogatus ubi etiam alij cõmuniter. ff.
18 ad. treb. † immo nihil a legitimis differt. d. §. ſit igi
19 tur, ibi nihil a legitimis differentes, † quæ dictio
nihil eſt uniuerſalis negatiua denotans nullam eſſe
differentiam inter hos legitimatos, & legitimos &
naturales. item d. §. & quoniam, ibi, nihil diſsimi-
les a legitimis. & §. reliqui illas ſucceſsiones, quas
habent ij, qui ab initio ſunt legitimi. & §. illud, ibi
nihil a legitimis differentes aut. qui. mo. nat. effi.
ſu. & tradit Bar. aperte. l. cum acutiſsimi C. de fi-
20 deicom. † dicens in legitimatione eſſe uerum ſtatũ
legitimorum, licet non adſit uerum princ. Ruy.
21 conſ. primo nu. 55. lib. 1. dicens † æquiparari filiũ
legitimatum ſolemniter filio legitime nato, & quo
ad ſucceſsionem, nihil legitimatum a legitime na-
to differre, idem repetit Paris. conſ. 10. nu. 75. eo.
22 li. 1. & alijs uarijs in locis doctores, † immo dicun-
tur habere exiſtentiam ſuorum hæredum §. 1. inſtit.
de hæred. quæ ab inteſt. def. Bal. l. eam quam C. de
23 fideic. col. 1. in fin. Iaſ. conſ. 202. col. 5. lib. 2. † &
dicuntur agnati, & p eos agnatio conſeruatur Alex.
conſ. 2. col. 5. ver. & predictam li. 2. Ruy. conſ.
145. nu. 3. li. 3. per l. communium C. de nat. lib.
24 & conſ. 95. nu. 8. eo. li. 3. dicens † legitimatum agna
ſci non ſolũ patri, ſed etiã omnibus Soc. Iuni. conſ.
145. nu. 34. lib. 1. Dec. conſ. 393. col. 2. ueſ. quarto
confirmatur. Gozzad. conſ. 6. nu. 77.
25 † Vnde connumerantur in numero xij. filiorum
ad obtinendum immunitatẽ ab oneribus, ut notan
ter tradit Ruy. conſ. 124. nu. 5. lib. 4. Rol. conſ. 67.
26 nu. 18. lib. 3. † & debetur eis legitima in bonis pa
tris, ſicuti uere legitime natis Bal. c. de cauſis col.
pen. de offi. deleg. & ad Specul. de ſucceſſ. ab in-
teſtata. in fin. Dec. conſ. 267. col. 1. Iaſ. d. conſ.
27 202. col. 5. Rol. d. conſ. 67. nu. 20. † & pariter
ſuccedunt ab inteſtato patri ſimul cum alijs legiti-
me natis Bal. l. ſi impuberes per illum tex. C. de ſui.
& legit. hęred. Iaſ. d. conſ. 202. col. 5. Dec. conſ.
365. nu. 7. & conſ. ſeq. nu. 5. & conſ. 264. col. 1.
28 & conſ. 588. pariter col. 1. † Sicut etiã prętériti a patre
inteſtamento habent ius dicendi nullum uti legiti
me nati de iure ciuili. & ius cõtra tabulandi iure pre
29 torio, ut dicunt predicti, † ac etiam querelam ſi
ſunt iniuſte exhæredati Bal l. cum adoptiuus col. 3.
C. de adoptio. Alex. rub. ff. de lib. & poſthu. dicens
• hac eſſe communem, & ſequitur etiam Iaſ. d. conſ.
202. col. 5. & Rol. d. conſ. 67. nu. 22. & ſeq.
30 † & excludit ſubſtitutum uocatum ſub conditione
ſi hæres deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus
• ſecundum magis communem, opinionem quic-
quid aliqui contradicant, ut teſtatur mod. d. §. ſi
quis rogatus. Alex conſ. 2 nu. 41. li. 1. Dec conſ.
258. col. 3. conſ. 365. nu. 6. & conſ. ſeq. nu. 4. Pari.
conſ. 9. nu. 27. li. 2. Soc. Iun. conſ. 136. nu. 10. &
nu. 40. li. 3. Iaſ. conſ. 39. col. 2. uerſiculo confir-
matur lib. 3. ubi dicit communem Cephal. conſ. 117.
nu. 2. lib. 1. & conſ. 276. in princ. lib. 2. Rol. d.
• conſ. 67. nu. 15. atteſtatus pariter de communi • &
conſ. 83. nu. 19. lib. 3. Barba conſ. 27. lib. primo
Franc. Burſa. conſ. 2. nu. 30. qui teſtatur de magis

comuni

comuni lib. 1. & admittitur etiam ad fœuda glo. c.
1. §. naturales uer. legitimi de Feud deſun. communi-
* ter * approbata ſecundum Paris. conſ. 1. nu. 76. li.
2. & poſt Ruy. Cust Iun. & alios ſul. clar. ſēt. recept.
lib. 4. §. feudum q. 82. & poſt. Vaſq. Neuiz. colleg.
Paca. Mant. ubi per eum Franc. Burſa. conſ. 85. nu.
19. ubi dicit magis communem * eſſe, & cum ab
inteſtato cum legitimis filijs ſuccedunt, ac etiam cō
tra teſtamentum patris ſi preteriti ſint ſecundum
31 communes traditiones, ut ſupra † facilius uere le-
gitimi intelligentur quoad ſucceſsionem ex teſta-
mento argum. §. emancipatis inſtit. de hæred.
quę ab inteſt. defes. & l. in arenam de inoffi. teſtā
& ſese in terminis Vaſq. de ſucces. inter. ſuper l.
ſi quando nu. 63. C. de inoffi. teſtam. Nec dica-
tur illiusmodi omnia procedere in legitimatio per
32 reſcriptum ipſius Principis, † cum facultas legiti-
mandi non competat iure magiſtratus, ſed reſer-
uata ſit ipſi ſupremo Principi tanquam in ſignis
poteſtas Cæſarea l. 2. C. de adopt. Paris. conſ. 2. &
33 conſ. 3. nu. 8. lib. 2. † quia idem eſt ſi facta ſit legi-
timatio per Comitem Palatinum, cui ex priuilegio
ſit comunicata huiuſmodi authoritas prout fuit D.
Vincentio Campegio in preſenti caſu, ut ex eius
34 priuilegio apparet. quia † actus legitimationis fac-
tus a Comite Palatino dicitur factus a priuilegian-
te, l. 1. §. omnia C. de uet. iur. Enue. Soc Iun. col. 121.
35 nu. 2. li. 2. Ceph. conſ. 23. nu. 18. lib. 1. † & dicta fa-
cultas non eſt ita reſeruata Principi, ut non poſsit
per eum uolentem alteri communicari. immo po-
teſt Pari. d. conſ. 2. nu. 7. & conſ. 12. nu. 131. eo.
li. 2. cano. c. per uenerabilem qui fi. ſint legit. &
interpretes iuris Ciuilis d. §. & quid ſi tantum Rol.
conſ. 4. nu. 18. & conſ. 96. nu. 4. lib. 1.

Non obſtant quę in contrariū grauiter prima fa-
cie urgere uidebantur, in quorum diſſolutione ueri-
tas preſentis conſultationis dilucidius apparebit.

Et primo non obſtat, dum dicitur legitimationē
non ualuiſſe cum facta fuerit de illegitimo, ſtante fi-
lia legitima, & naturali illud procedit quando Im-
perator uel habens ab eo authoritatem legitimat
36 ſimpliciter, † ſecus quando de plenitudine poteſta-
tis, & cum clauſula non obſtante, ut hic. ita colli-
gitur ex not. per Alex. conſ. 187. col. 5. & 188. col.
* 2. lib. 5. ubi dicit ita communiter * Doct. tenere Ias.
d. §. & quid ſi tantum col. 21. dicens communem
& conſ. 68. col. 5. ubi idem dicit Ruy. conſ. 82.
col. 1. lib. 3. Ant. Gab. de legit. conclus. 6. nu. 3.
37 & 4. ubi licet loquatur de ipſo ſupremo Principe, †
idem tamen eſt in habente auctoritatem ab eo, cū
hæc facultas per Principem concedi poſsit etiam
exiſtentibus legitimis Bal. l. cum filius de teſt. mil.
Paul. Caſt. & alij d. §. & quid ſi tantum. Dec. conſ.
308. uiſo puncto nu. 2. ut poſt hos Alex. & alios
cōmuniter tradit idē Gab. d. conſ. 6. nu. 8. & ſeq. ubi
declarat quando cenſeatur data huiuſmodi facultas
quod in caſu noſtro non eſt neceſſe indagare, cum
ex uerbis priuilegij clare pateat id eſſe conceſſum
etiam ſtantibus legitimis.

Minus redargui poteſt de nullitate d. legitima-
tio ex eo quod ad eam non fuerit citata d. Domina
38 Gabriela, quia reſpondeo primo † quod cum d. Co-
mes Palatinus habuerit facultatem legitimandi a
ſupremis principibus, abſentibus, & ingnorantibus,
bus, uolentibus, ſeu inuitis fratribus legitimis, &
naturalibus, ac ceteris quibuscumque agnatis, &
cognatis, & ipſe Comes ea facultate uſus eſt in prę-
ſenti caſu, ut clare liquet ex forma priuilegiorum,
& ex inſtrumento legitimationis prædictæ citatio
39 nulla fuit requiſita †, cum quando quis actum po-
teſt facere aliquo inuito, & ignorante, poteſt etiā
explicare eo non citato arg. l. eum qui poteſt de reg.
iur. tradit in propoſito Alex. conſ. 2. nu. 47. li. 1.
Dec. conſ. 269. col. fin. in princ. Soc. conſ. 4. col.
pen. in fin. lib. 3. Paris. conſ. 1. nu. 19. lib. 2. Rol.
conſ. 67. nu. 57. lib. 3.

Secundo reſpondetur non fuiſſe requiſitā citatio-
40 nem in preſenti legitimatione † quia Princeps uoluit
poſſe legitimare Comitem prędictum etiam ſine ci-
tatione, ut in eius priuilegio expreſſum eſt Pari. cōſ.
1. nu. 140. lib. 2. ubi id intelligit ſiue ipſe Prin-
ceps legitimet, ſiue Comiti Palatino communicet
ut hic. quia etiam Comes id facere poterit, ut ibi
per eum & conſ. 7. nu. 49 & conſ. 8. nu. 51. & cōſ.
41 10. nu. 130. et. lib. 2. † immo ſi Comes habens dictā
facultatem legitimet ſimpliciter ſine mentione dic-
tæ citationis ualet legitimatio, quaſi uti uoluerit
ſua auctoritate, ut dicit idem Paris. conſ. 55. col. 5.
lib. 3. & refert. & ſequitur Gab. de citat. conclu.
prima nu. 141 & 142. & ultra eum Franc. Burſa. conſ.
50. nu. 4. lib. primo.

42 Tertio Non † requirebatur dicta citatio propter
clauſulam ex certa ſcientia de qua in dicto Priuile-
gio, & legitimatione Innoc. c. niſi iampridem de
renunci. dec. d. conſ. 269. nu. x. cum ſeq. Paris. d.
conſ. 1. nu. 70 lib. 2. prout etiam propter aliam
clauſulam de plenitudine poteſtatis ſecūdum Dec.
conſ. 195. nu. 6 & 269. nu. 10. in fin. & 383. nu.
43 7. Alex. conſ. 16. col. pen. † ac etiam ex clauſula
derogatoria appoſita in dd. priuilegijs per quam
ſtatutis conſtitutionibus, decretis, decretalibus re-
formationibus & omnibus alijs in contrarium fa-
cientibus motu proprio, de plenitudine poteſtatis
derogatur, quo caſu non requiritur citatio ſecun-
dum glos. C. ad hæc de reſcrip. ubi Abb. Ias. Soc.
Iun. & alij uolentes per dictam clauſulam tolli cita-
tionem in legitimatione locis allegatis p Roland.
ubi in terminis hoc dicit d. conſ. 67. nu. 58. 59.
60. lib. 3.

Quarto reſp. non fuiſſe requiſitā d. citationem,
44 quia † in eius Priuilegio in facultatibus conceſſa fuit
legitimandi facultas citatis, & non citatis Fratri-
bus, & alijs legitimis & naturalibus prætendenti-
bus intereſſe quod cum ipſe Princeps potuiſſet per
ſe ipſum facere, potuit etiam in alium transferre
Bal. l. cum filius de mil. teſt. & poſt Paris. ſignor.
& alios in terminis Franc. Burſ. d. conſ. x. nu. 4 &
poſt alios late tradit Rol. d. conſ. 67. nu. 63. oſten-
dens Comitem poſſe ac etiam ſine cauſæ cognitio-
ne, & etiam quod clauſulas illas de plenitudine po-
teſtatis ex certa ſcientia, & non obſtante in ſua le-
gitimatione non expreſsiſſet, quia pro expreſsis
habentur ex quo in priuilegio ponuntur maxime
in caſu noſtro, cum inſerta ſint ſingula uerba pri-
uilegiorum in contractu legitimationis.

Quinto quatenus ſuperſcripta facultas expediē-
di legitimationem in ſine citatione deficeret, quod
negatur, reſpondetur ad hoc eam ſuſtineri poſſe,

Nec

44 quia cum fuerit facta, uiuo patre, & eo per pro
curatorem ad id legitime conſtituto, vt in ea patet,
potuit ſine citatione D. Gabrielę & aliorum inte-
reſſe pretendẽtium explicari Hoſt. d. c. per uenera
bilem col. 5. Ia: And. ibidem col. 5. Bal. l. fin. C.
qui. re. iud. non nocet. & c. Albericus de teſti. Cu-
ma. conſ. 98. col. fin. & conſ. 168. And. Barba. cõſ.
49. col. 1. lib. 2. Paris. d. conſ. 1. col. 2. lib. 2. Alex.
conſ. 25. col. 1. & ſeq. lib. 1. & conſ. 187. col. 2. lib.
5. Corn. conſ. 1. col. pen. lib. 3. Angel. conſ. 87. Ias.
conſ. 68. col. 4. & pen. lib. 4. Bert. conſ. 210. col. 5.
lib. 3. Soc. conſ. 246. col. 4. & conſ. 251. col. xj. lib.
2. Ant. Gab de citatione. conclus. 1. nu. 134. & ſeq.
Mohe. deci. 246. de legitimat. Put. decis. 1. 4. & 5.
qui fi. ſint. legit. Franc. Burſa. conſ. 100. nu. 5. in fin.
qui dd. decis. allegat. lib. 1.

Nec dicatur quod ſumus in diſpenſatione cum
inter patrem, ac matrem d. Fulgineij non poſſet
conſiſtere matrimonium patre habente uxorem
iux. tradita per Ancha. conſ. 241. & 247. in princ.
in qua predicta citatio non requiritur etiam quod
ea fiat a parte Ancha. d. conſ. 241. in princ. & per
46 totum. quia reſpon. poteſt † hoc non procedere quã
do in priuilegio adeſt clauſula, citatis uel nõ citatis.
&c. ut hic Rol. conſ. 61. nu. 16. & 21. lib. 1. Vel pro
47 cedit † quando impedimentum matrimonij eſt
ex parte mulieris, ut quia ſit coniugata, ſecus ſi ex
parte uiri, ut quia ſit uxoratus, ut hic, quia tunc ſi
bus nõ dicitur diſpẽſatus, ſed legitimatus. Soc. Iuni.
qui alios citat conſ. 93. ſub nu. 56. & ſeq. lib. 3.
48 Vel tertio † reſpon. predictam opinionem non eſſe
ueram ſtante legitimatione ampliſsima p quam
quis reſtituitur natalibus, & primeuę naturæ ut la
tę deduxi ſupra in alia cauſa pariter Fulginaten cõſ.
53. nu. 18.

Non obſtat quod legitimatio predicta uideatur
ſubuerti ex eo, quod non fuit narratum ſtatutum
Fulginaten. excluſiuum ſęminarum ſecundum Go
zad. d. conſ. 6. cum ſimil. quia reſpon. primo illud
49 † non procedere ubi ſtatuto predicto eſt derogatũ
50 ut hic †. & licet generalis derogatio ſtatutorum ſuf
ficiens non uideatur, ſed uideatur requiri ſpecialis
51 dicti ſtatuti excluſiui fœminarum, † cum Princeps
pręſumatur ſtatuta locorum ignorare c. 1. ubi Abb.
Dom. Fanc. & alij de conſt. lib. 6. in pſenti tamẽ
52 caſu. † uidetur ſufficere mentio generalis ſtatutorũ
Gozzad. d. conſ. 6. nu. 70.

Secundo dato, quoad cætera ſtatuta propter
pſumptam dictã ignorantiã reqiri ſpecialẽ deroga-
tionem reſp. non tamen inferri idem hic eſſe, eſt
enim adeo frequens huiuſmodi ſtatutum excluſiũ
fœminarum precipue per Italiam, ut ob eius fre-
53 quentiam † preſumatur notitia eius. & conſequen
ter ſufficiat generalis derogatio, ut pene in termi-
minis poſt Feli. c. fin. de iud. c. fin. de re iud. tra
Gozza. d. conſ. 6. nu. 71.

Tertio reſp. predicta procedere, ubi narratum
predictum ſtatutum non fuiſſet, ut predicti loqu-
54 untur, † ſecus alias, ut hic. id enim apparet mani-
feſte ibi ſi ac etiam ex diſpenſatione iuris, & ſtatuto
rum, maſculis extantibus ex cludentium &c. Rur-
ſus ibi, etiam ex diſpoſitione iuris & ſtatutorum
maſculis extantibus, fœminas excludentium.

Quarto reſp. in caſu noſtro nihil curandum de
huiuſmodi ſtatuto, quod enim dicitur omiſsionem
de rogationis d. ſtatuti inducere ſurreptitionem le
gitimationis eo tantum modo pertinet, ut fœmina
per ita legitimatum uirtute dicti ſtatuti non narrati
55 nõ excludatur † & ſic quod legitimatio non ualeat
quoad excluſionem filiæ fœminæ, quia non eſt d.
ſtatuto derogatum, non autem quoad cætera, ita ſen
tit aperte Gozzad. d. conſ. 6. nu. 6. illis uerbis non
ualet legitimatio ſaltem ut uigore ſtatuti exclud-
tur ſoror ſua, & ſic filia teſtatoris. Rurſus in illis
alijs uerbis, vitiatur d. legitimatio ſaltem quoad
56 tale ſtatutum &c. † vnde dato millies, quod in con
trarium dictum eſt, procedere, cum tamen hic nõ
agatur de admittendo Fulgino ab inteſtato, ut pre-
dictum ſtatutum maſculos uocat, excludens fœmi
nas, ſed ex ipſo teſtamẽto, ut ſupra, quomodo ſucce
dere poteſt, ſiue extãte, ſiue nõ d. ſtatuto nõ uideo
quid faciat predicta argumẽtatio in cõtrariũ facta.

Non obſt. quod Fulginius ex ſecunda legitima
tione iuuari non uideatur cum legitimatio reiterari
57 non poſsit, † precipue non facta mentione prioris
in poſteriore. ut hic ad not. per Curt. Sen. d. conſ.
58 16. nu. 21. & conſ. 73. nu. 12. cum ſimil. † quia pri
mo reſp. uerius eſſe legitimationem ad cautelam,
reiterabilem eſſe, & legitimatum pluribus legiti-
mationibus uti poſſe ea, quæ ſibi magis proficua
erit, ut aperte preſuponit Paul. Caſt. conſ. 41. uiſo
teſtamento Reliquiani. uerſ. ſed quia ſubeſt a lia
lib. 2. Vbi cum legitimatus duabus legitimetioni-
bus prima iuuari non poſſet, ad ualiditatem inſti-
tutionis de eo factę in teſtamento paterno condito
ante illam legitimationem, utitur priore facta ante
teſtamentum, & clarius aſſerit ibi in fine ſere, ubi
allegat in argumentum notat. per Innoc. c. cum ex
59 officij uer. autoritate. de preſcrip. qui uoluit † q
quãdo quis duplici autoritate fungitur, una, aut al-
tera uti poteſt ad libitum, pro ut magis deſeruiet,
idem preſupponit Dec. conſ. 55. col. 4 uer. & cla
rius. & explicite tradit ibi ſub nu. 6. uers. & conſide
rando &c. idem Dec. c. 1. quod legit etiam cum
ſecundo col. fin. uers. & ille, qui fuit legitimatus
&c. de confir. uti, uel inutil. r. bonę ſub. quarto
not. uers. ſic etiam quis pluries &c. de app. & l. ſin
gulari nu. 21. ff. ſi cert. pet. Gozzad. qui alios ci-
tat conſ. 6. nu. 55. & conſ 92. nu. 3 Paris. conſ. 15.
nu. 48 lib. 2. qui dicit quod quando ſecunda legi-
timatio eſt facta a patre eſt ualidiſsima poſt Dec.
conſ. 338. nu. 8. conſ. 383. nu. 3.

Secundo quod dicitur legitimationem ſemel.
factam ualide reiterari non poſſe, procedere poteſt
60 † reſpectu ſtatus perſonę legitimatæ ex eo quod
qui ſemel legitimus factus eſt, amplius legitimus
fieri non poteſt, ita ut amplius ſtatum legitimorum
61 aſſumat, id enim impoſsibile eſt omnino, † cum de
fectus natalium qui in illo amplius non eſt, tolli
non poſsit argumento l. decem de uer. obli. l. ma
62 numiſsiones de iuſti. & iur. † & hoc modo proce-
dit l. 2. C. de ma. uind. ubi quod ſemel legitimatus
legitimari amplius non poteſt. Non autem quoad
alios effectus iuris, quos parit ipſa legitimatio, quia
quoad eos reiterari poteſt ad cautelam, ut legitima-
tus poſsit uti magis ſibi proficua. & ita pcedit com-
mũis opinio cõtraria illorũ, q tenẽt, ut in proxima reſ
poſiõne, reiteratioẽ pdictã fieri poſſe, q̃ quod in ad-
uerten-

uer:enter cõtrariũ ſentiat Hier. Grat.cõſ.30.nu.35.
Tertio reſp. allegata in contrarium non proce-
63 dere, quando † pater uiuens utramque legitimatio
nem impetraſſet, ut hic, quia impetrans ſecundam
uidetur primæ renunciare. Feli. ſub dubius c. ueni-
ens col. 2. uers. & hoc de preſcrip. qui tamen loqui
tur in fortioribus terminis quando prima eſt diſpẽ
ſatio, ſequitur idem Ruy. conſ. 161 ſub. nu.33. uers.
preterea contraria opinio lib. 2. confirmans pluri-
bus ſimil.
Quarto ſi dicatur eſto, quod legitimatio uno, uel
altero reſpectu reiterari poſsit ad hoc tamen, ut
ualeat in poſteriore, mentio fieri debet de priore,
64 aliàs ut ſurreptitia uitiatur, ut ſupra, reſpo. † iſtud
procedere quando quis non fuiſſet prius legitima-
tus plene per legitimationem reſtitutiuam ſed fuiſ
ſet tantummodo diſpenſatus, ſecus uero, quoniam
prima legitimatio fuit in forma pleniſsima & reſti-
tutiua & per quam legitimatus fuit reſtitutus pri
meuæ naturæ prout hic, quia tunc cum conformes
ſint legitimationes non eſt neceſſe in ſecunda fieri
mentionem de prima Abb. poſt Iuno. d. c. ueniens
ita declarans egregie reſpondet etiam in ſimili caſu
Deci. d. conſ. 55. uer. 4. & ultimo non obſt. Gozzad.
conſ. 92. breuiter nu. 3. & rurſus nu. 10. uers. 5.
cõcluſione latius aliquot alios abducẽs & atteſtans
* eſſe magis communem* opinionem ad effectum ſal
tem, ut legitimatus poſsit ſe ex utraque legitimatio
ne aut magis ſibi proficua iuuare Aug. Bero. conſ.
172. nu. 56. 57. & 58. lib. ſecundo.
Non obſt, quod contrarium teneret etiam in
65 hoc puncto Hier Gab. d. conſ. 30. ſub nu. 19. quia
cum habeamus communem, a qua in iudicando
non eſt diſcendendum locis uulgaribus, de eius ſẽ
tentia parum curandum, precipue cum eius ratio
nes non concludant, quando utraque legitimatio
plena eſt ut hic, ſed aliquid facere uideantur ſolum
modo, quando prior eſt diſpenſatio & habilitatio
ad partẽ aliquam ſecũda uero generalis legitimatio
Nec dicatur quod d. ſecunda legitimatio uidea-
66 tur ſaltem uti ſurreptitia uitiari ex eo, † quod narra
tum non fuit Fulginium legitimatum, cum tamen
eſſet ex priore iam factus legitimus, ut in terminis
conſiderat idem Hier. Gab. d. conſ. 30. nu. 17. 18.
67. & 36. quia reſp. † ex prędicta ſupprę́ſsione non ca
uſari ſurreptionem non. n. eſt tale quid ſuppreſſum
quod ſi exprę́ſſum fuiſſet legitimans aut omnino
derogaſſet, aut difficilius conceſsiſſet legitimatio-
nem ſecũdam ut requiritur ad hoc, ut quæ ſuppreſ
ſa ſunt, uitient conceſsionem factam, ut ſurrepti-
tiam c. dudum de elec. c. ſuper literis c. poſtulaſti
de reſcrip. Card. conſ. 90. Dec. conſ. 541. nu. 2. Goz
zad. d. conſ. 6. nu. 6. Curt. iun. conſ. 27. in fin.
Aym. conſ 296. col. 4. in fin. cum ſimil. ſed quod
legitimandus iterum, ſit ſemel legitimatus, non fa
cit difficiliorem ad legitimandum ipſum legitimã-
tem, merito. &c.
Nec etiam dicatur, quod hæc ſecunda non uide
tur eſſe legitimatio, ſed potius quędem diſpenſa-
68 tio, † atque ideo ſtricte intelligenda, ex quo nul-
lum effectum producere potuit, quoad ſtatum per
ſonæ legitimatum, ut ſupra ſed ſolummodo habili-
tauit ad ſucceſsionem, iux. not. per Paul. Caſtren.
lat. & alios l. ſed ſi hac ſ. patronum. ſecundo ff. de
in ius uoc. cum ſimil, ut ſubtiliter arguit Her. Ga.
d. conſ. 30. nu. 17. 18. & 36.
Nam primo dato, quod quando reſpectu ſtatus
legitimatio non operatur, quia alia quoad id ope-
rata eſt effectum ſuum, & reſpectu ſucceſsionum
generalis eſt, ad huc tamen diſpenſatio dici poſsit
69 reſpondetur † id uerum ſi legitimatus ex utraque
70 legitimatione iuuari uelit, † quia quid conſequtus
eſt priore, non poteſt conſequi ex poſteriore argu
mento d. l. decem, & aliorũ allegatorum pro Gab.
d. conſ. 30. d. nu. 17. 18.
71 † Secus in caſu quo loquuntur Doctores, ui-
70 tra quadriennium, † illudque numquam currere
poſt completam preſcriptionem, niſi a die ſcientię
læſionis, ideo que appellari utile ab initio, conti-
nuum autem in progreſſu ſecundum Bal. l. 3. C. ſi
ex fals. inſtru. Feli. c. 1. col. pen. uer. ad illud de
preſcrip. unde cum hic d. ſcientia Eccleſię non pro
betur & ipſa petierit reſtitutionem, ſine dubio reſti
tutio debetur.

Nec releuat, quod ex aduerſo dicitur predic-
tam preſcriptionem completam fuiſſe antequam
predicto monaſterio ius aliquod competeret in bo
nis d. D. Thimotei, cum monaſterium, ſi quod ius
pręiendere poſsit, ſolum pręiendere poſsit a die re
uocationis teſtamenti, quo tempore iam erat com
pleta d. preſcriptio quia tantum abeſt, quod hæc

conſideratio ſubuertat ſupradictum noſtrum fundamentum, ut in emtabiliter fulciat, ſiquidem ante reuocationem predictam preſcriptio currere nõ potuit, ſiue reſpectu D. Thimothei ſiue Eccleſię lo
71 quimur, † ille enim quia ſecuta profeſsione bona ſua erant dicata monaſterio d. aut. ſi qua mulier d. aut. in greſsi cum ſimilibus, & quia de dictis bo
72 nis diſpoſuerat in alios, † iſta, quia ante reuocationem nullum ius habebat, ut etiam ex. aſſeritur, age
73 re non potuit, unde ſuccedit regula quę eſt, † quod non ualenti agerre non currit preſcriptio l. 1. § fin.
74 C. de anna. preſcrip. ex quo dicitur, † quod cũ constãte matrimonio dos repeti nõ poſsit regulariter per uxorem a marito l. ſi conſtante ff. ſol. mat. pręſcriptio non currit repetitione dotis, niſi matrimonio ſoluto, uel uiro nergente ad inopiam l. in rebus
75 §. omnis. ubi Bal. C. de iur. dot. † & qs filius uiuo patre, & patria poteſtate durante nõ poteſt agere pro aduentitijs l. 1. in fin. & aut. niſi tricẽnali C. de bon. mat. in eis contra eum non currit preſcriptio Feli.
76 c. 1. col. pen. de pręſcrip. † ſicut in bonis ſub conditione debitis, uel obligationibus ſub conditione contractis ante conditionis euentum, quia actio non competit & pſcriptio non currit l. cum notiſſimi. § illud. C. de preſcrip. 30. anno. & latius in his & ſimilibus firmat Balb. de preſcrip. prima par. 6. par. princ. caſu. 20. 21. & 22. Quinimo non ſolum non ualenti agere non currit preſcriptio,
77 † uerum etiam nec currit ei, qui ſi ageret, repelli poſſet exceptione Anch. conſ. 5. pro parte nobilis poſt med. Feli. c. extra miſſa col. fi. de præſcrip. Balb. d. par. 1. 6 par. princ. nu. 10.

Et licet D. Thimotheus impedimentum potuerit remouere, teſtamentum ad libitum reuocando
78 iux ſententiam ſupra firmatam, † quod etiam poſt
79 profeſsionem reuocatio fieri potuerit, † quo caſu currit tempus negligenti remouere impedimentũ c. quia diuerſitatem de conceſſ. pręben. Rom. conſ. 9. Feli. c. cum inter col. x. uers. utrum excomunicatus de excepti. glo. in uer. ſuſpenſionis d. c. q. diuerſitatem, & ibi Bur. & Abb. & ideo uideatur D. Thimotheo preſcriptio cucurriſſe, attamen hoc difficultatem non tollit, data in reuocatione teſtamenti ſolum tollitur unum ob ſtaculum, quo impediebatur agere non autem aliud, quod ipſe Monachus erat, & poſt profeſsionem bona dedicauerat
80 monaſterio d. aut. ingreſsi † & propterea cum nulla actio ei competeret ad agendum pro recuperatione poſſeſsionis prædictæ, præſcriptio nullo
81 modo currere potuit ut ſupra † certum eſt autem quod ſi duo adſint impedimenta aliquid repellentia, & alterum tantum ſublatum ſit, alterum uero ſuperſit, æque illud vnum repellit, ac ſi ambo ſubſiſterent l. ſi domus de ſer. urb. predi. c. cum nuncius, ubi Ant. Bur. Imo. Abb. Feli. & omnes poſt princ. de teſti. c. ex tuarum de aut. & uſu. pal. c. ſi gratioſe in fi. de reſcr p. lib. 6. glo. c. ſtatutum in princ. uer. canonicus de reſcript. eo. lib. 6. Bal. Ang. & Imol. l. ſi non lex elia ſentia ff. de hęred. inſti.
82 † ſicut in ſimili licet ualidum ſit argumentum a ceſſante ratione, cum c. ceſſante de app. cum ſimil.
83 † ſi tamen duæ plures ue cauſe ſint quarum una ceſſet, aliæ ſuper ſint, argumentum minime concludit d. l. ſi non lex elia ſentia & late cõgerit Aud. Tiraq. tract. ceſſant. cauſa ſecunda part. princi. lim. 22. &c.

CONSILIVM LIX.

Argumentum.

Quando quid certum ſiue certa alicuius diſpoſitio, uel diſpoſitionis certitudo dicatur, & in ſpecie an ſi quis plura antea fecerat teſtamẽta manu diuerſorũ Notariorũ diuerſis in locis, & temporibus, & in alio ultimo reuocat ſubſtitutionem perle factam in teſtamento ſuo rogato manu, & non exprimatur cuius, ſed in albis nomen Notari relinquitur, dicatur certum eſſe eum ſenſiſſe de ſubſtitutione facta in proximo precedenti teſtamento? Rota Rom. tenuit affirmatiuã; Autor late defendit negatiuam.

Et quando dicantur facta teſtamenta.

Et quæ ſint teſtamenti perfectiones.

Et an teſtator confirmare poſſit teſtamentum ſuum alias per ſe reuocatũ.

Et quando teſtamentum poſterius tollat prius conditum.

Et an teſtamentum primum ſublatum per ſubſequens, ſi teſtatorem penitet reuocaſſe, reuiuiſcat ipſo iure.

SVMMARIVM.

Rota Rom. quia ſolum quęrit ueritatem articuli, ſolet pluries eundem articulum etiam per ſe reſolutum proponere reuidendum nu. 1.

Certitudo etiam per demonſtrationes habetur nu. 2.
Et ad minus per duas nu. 3 nu. 55.
Dũ modo uerificentur omnia ſpecificata in ipſa demonſtratione nu. 53.
Et dummodo ſint duę quia una non ſufficit nu. 55.

Teſtamentum precedens tollitur per ſubſequens nu. 4.
Item per expreſſam ſine dubio reuocationem in poſteriore factam nu. 5

Relatio quando ad unum tantum fieri poteſt, ad illud facta uidetur licet nom nat im de eo mentio facta non fuerit 6. & 11.
Immo tunc expreſſa dicitur nu. 9.
Et teſtator de illo tantum ſenſiſſe dicitur ubi unum tantum eſt nu. 7.

Diſpoſitio generalis, quæ ad unum tantum referri poteſt dicitur ſpecialis nu. 10.

Teſta

Teſtamentum reuocans, in quo inſtituit Sophiam, non dicitur reuocare quod fuerat unicum, ſi in eo Sophia inſtituta non ſit nu. 54.

Fallit quando non uerificantur omnia expreſſa in relatione ſiue demonſtratione nu. 53.

Teſtamentorum pluralitas non præſumitur nu. 8.

Teſtamentum factum dupliciter de iure ualidum & quod ſortiri poteſt effectum, alio modo factum de facto tantũ nu. 12.

Teſtamentum factum de facto tantum, quod non ſortitur effectum tribus modis conſideratur, primo quando eſt ſine ſolẽnibus, ſecundo quando teſtator non habuit teſtamenti factionem actiue. tertio quando filium in poteſtate præterit, uel aliter factum ualidum ab initio ex poſt facto rumpitur nu. 13.

Teſtamentum recipit quatuor perfectiones nu. 14.

Prima eſt Materialis nu. 15.

Secunda Subſtantialis nu. 16.

Tertia Formalis nu. 17.

Quarta Irreuocabilitatis nu 18.

Teſtamento reuocato per ſecundum poſtea per aliud conualidato an heredi in illo primo inſtituto detur ex eo teſtamento actio, uel exceptio? Aliqui tenent dari tantum exceptionem, uerius dari actionem nu. 19.

Facta infecta fieri non poſſunt nu. 21.

Intellectus l. cancelauerat cũ ſeq. C. de his quæ in teſt. deleat nu. 23.

Teſtamentum a principio ualidum ſi irritatur per cancellationem, uel aliter a teſtatore ſi poſtea eum peniteat reuocaſſe ipſo iure illud primum reuiuiſcit abſque alia nu. 24.

Si ab initio non ualuit omnia ex integro fieri neceſſe eſt nu 25.

Teſtator qui plura fecerat teſtamenta impugnans, uel approbans teſtamentum per ſe ante factum, aliter non declarans de quo ſenſerit, intelligi poteſt tam de penultimo proximo precedenti, quam de alijs uiribus euacuatis nu. 28.

Teſtamenta natiuitate poſthumi rupta ſi teſtator coram 5. teſtibus litteris factis confirmauit ualebunt ut codicilli nu 29. 51.

Teſtamento primo rupto per ſecundum ſi in ſecundo dictum ſit primum ualere nolle, hæres ſcriptus in ſecundo reſtituit hæreditatem per fideicomiſſum ſcripto hæredi in primo nu. 30.

Teſtamentum uiribus euacuatum per arrogationem teſtatoris, illo ſui iuris poſtea effecto declarante eo coram quinque teſtibus uelle mori cum illo teſtamento ualet, ac ſi de nouo factum eſſet nu 31.

Teſtamentum primũ per ſecundũ reuocatum ſi per teſtatorem ſecundæ tabulę inciſæ ſint, reuiuiſcit conualeſcit, ſiue inſtauratur nu. 32.

Et quidem ipſo iure non ope exceptionis ſecundum ueriorem ſententiam nu 33.

Teſtamentũ primum tollitur per ſecundum, ſtatim atque ſecundum eſt ita fieri nu 34.

Cancellandum proxime pro cancellato habetur nu. 55.

Notoria nobis difficilius e memoria exeunt nu. 56.

Copula, & coniungit eque principaliter nu. 37.

Maxime poſita inter duo ſubſtantiua nu. 38.

Et quando illa duo ſunt prolata ſimul reſpectu eiuſdem finis nu 39.

Et in fideicommiſſis nu. 40.

Copulatiua in uno falſa, redditur falſa etiam in omnibus nu 41.

Reuocatio tantum infert, quantum continet non ultra nu. 42.

Geminatio oſtendit enixam uoluntatem nu. 43.

Et multo magis triplicatio, & quatriplicatio nu. 44.

Enunciatiua uerba non diſponunt, ſed quandoque probant nu. 45.

Relictum eſt nullum, ſi non eſt expreſſum nomen eius, cui relinquitur.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur nu. 47.

Probatio ubi deficit non ſufficit ius habere nu. 48.

Etiam in fauorabilibus, ut in libertate nu. 49.

Libertas fauorabilis eſt nu. 50.

Referens non probat niſi appareat relatum nu. 51.

Confirmatio teſtamenti incerti eſt nulla nu. 52.

Relatio certa dici nõ poteſt quãdo non uerificantur omnia expreſſa, licet unum tantũ extet ad quod fieri poteſt nu. 53.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN cauſa fideicommiſſi Illuſtriſſ. D. Camilli Vitelli per mortem Illuſtriſſ. Ferantis eius filij ſine filijs decedentis purificati, ut ueritas elucefcat, primo ſupponẽdum eſt prędictum Illuſtriſſ. D. Camillum plura conſeciſſe teſtamenta, diuerſis temporibus manu diuerſorum notariorum, inter quę unum manu Ser Fanciſci Thiſernatis ante annum 1551. unum manu. Ser Io: Baptiſtę Florentini ſimiliter ante dictum annum. Aliud de anno 1551. manu eiuſdem tabellionis Florentini, in quo inſtituto hærede uniuerſali Illuſtriſſ. D. Ferrante filio ei morienti ſine filijs ſubſtituit Illuſtriſſ. D. Conſtantiam ſororem in ſcutis ſeptem millibus, in reliqua eius hæreditate Illuſtriſſ. D. Angelam matrem. Aliud de anno 1554. in terra Montonis ſuę Iuriſdictionis manu   notarij ſibi optime noti. cum nõn ſolum eius eſſet Vaſallus ſed in ſimilibus ſolent ei inſeruire, & unicus eſſet in d. terra, in quo Inſtituto pariter eodem Illuſtriſſ. Ferrante filio hærede uniuerſali eidem morienti ſine filijs in omnibus ſibi quocũque relictis Illuſtriſſ. D. Malateſtam Balionũ filium, felicis recordationis, Illuſtriſſ. D. Rodulfi de Balionibus & Illuſtriſſ. D. Conſtantię eiuſdem teſtatoris ſororis germanę, & poſthumum ex eiſdem naſciturum pleno iure reuocauit, qui omnia precedentia eius teſtamenta, Demum in Vrbe Roma anno Domini 1557. aliam ſuam ultimam uoluntatem confecit manu pub. not. in qua abſque ſpeciali, & expreſſa inſtitutione ſolum confirmando diſpoſuit uelle ualere, & obſeruari omnia contenta & diſpoſita per ſe in ſuo teſtamento rogato manu Ser

exceptis quibuſdã ſubſtitutionibus, ut .j.

Secundo ſupponendũ eſt quod huiuſmodi ultima diſpoſitio tres habet partes Primam confirmatoriam his uerbis *Il Signor Camillo diſpone ordina, & conferma tutte le coſe fatte nel ſuo Teſtamento rogato*

rogato per mano di Ser & tutte quelle tuttele, che s'oſſeruino, & uagliano in quel miglior modo, che puo, cioe tutto quello, che in detto teſtamento ſi contiene.

Secundam partem reuocatoriam ſubſtitutionũ his uerbis, *eccetta che quelle ſubſtitutioni, che haueua fatte alla Sorella, in caſo ch'mancaſſe la linea del ſignor Ferrãte ſuo figliuolo a che moriſſe ſenza figli che in quel caſo la detta Sorlla ſuccedeſſe, ne i beni ſtabili di detto teſtamento, & in queſta reuoca, annulla, & caſſa detta ſubſtitutione, & non vuole che habia luogo, & per caſſa, nulla, & inualida vuole che s'habbi.*

Tertiam partem diſpoſitiuam nouę ſubſtitutionis ad locum alterius reuocatę conceptã his uerbis *Et in luogo della ſubſtitutione fatta della d. Signora Goſtanza e ſuoi figli a altri ſubſtituiſſe l'Illuſtriſſ. & Reuerendiſs. Signor Cardinali Vitelli, & ſuoi fratelli, in quel modo, ordine, & conditione che ſtaua la ſubſtitutione della Signora Goſtanza.*

Tertio pręſupponitur, quod poſt mortem d. Illuſtriſſ. teſtatoris, Illuſtriſſ. D. Ferrantes eius filius, & heres diu poſt aditam hæreditatem ſine filijs deceſſit.

His omnibus ſuppoſitis cum uiſum fuerit ueniſſe caſum ſubſtitutionis factę D. Ferranti ſine filijs decedenti, pędicti filij D. Coſtantię ex una parte inſurrexerunt petentes uirtute teſtamenti anni 1554. ad dictum fideicommiſſum admitti, ex altera uero Vitellij oppoſuerunt ſubſtitutionem prędictorum filiorum dominę Cõſtantię reuocatã fuiſſe & ſe eſſe uocatos uigore ultimę diſpoſitionis anni 1557. & cauſa coram ſacro, ac prudentiſſ. Auditorio Rotę Rom. propoſita antequam deueniretur ad ipſum principalem punctum reuocationis d. ſubſtitutionis Dominorum Balionum ad effectum uidendi de ualiditate d. ultimę diſpoſitionis ex more ipſius Rotę Dubium propoſitum fuit, an Confirmatio, de qua in d. ultima diſpoſitione, eſſet certa? quod quidem dubium diu agitatum fuit, & tandẽ per dd. DD. Auditores uidetur facta quędam reſolutio dictam confirmationem eſſe certam. Et licet nefas eſſe uideatur idem ſaxum iterum uoluere, &
1 Rotę determinationi non acquieſcere, † quia tamen ex eiuſdem ſacri Auditorij (quod nil aliud curat quam ueritatem reperire) inſtituto atque conſuetudine paſsim receptum eſt eandem queſt. ac punctum uerũ atque iterum examinari, maxime in cauſis grauiſsimis, ut eſt iſta, in qua agitur de fideicommiſſo & interpretatione uoluntatis teſtatoris, & de ampliſsima et ã hæreditate inter Nobiliſſ. DD. & Illuſtriſſ. DD. meis Balionis inſtantiſsime petunt ut ſtante reſolutione facta iterum ſcribam quid pro ueritate ſentiam; Conabor eundem punctum de incertitudine dictę confirmationis quo breuius fieri poterit examinare amplectendo ſimul etiam punctum reuocationis ſubſtitutionis factę in perſonam DD. Balionum, tum ut ipſa met ueritas magis eluceſcat, tum ut ea, quæ alias ab initio ſcripſi pro ueritate me ſcripſiſſe appareat.

Igitur quoad dubium ppoſitum uidebatur prima facie affirmatiue pro DD. Vitellijs reſpondendum.

2 Primo quidem quia certitudo habetur etiam per demonſtrationes l. certum ff. ſi certum petatur & ibi Doct. preſertim Dec. ſub nu. 2 uers. & iſte tex.
3 Purpur nu. 3. uers. ſecundo habetur † Demonſtrationum autem duę tantum ad id ſufficiunt Bar. in l. demonſtratio in princ. nu. 14. uers. ſeptimo quęro de cond. & demon. Aymo. conſ. 198. nu. primo lib. 1. ſed hic uidẽtur adeſſe duę demonſtationes ergo &c.

Prima demõſtratio colligi uidetur ex dicta ultima diſpoſitione, quia licet in ea nõ ſit uerbis claris expſſũ quod nam ſit illud teſtamentũ, ad quod teſtator relationẽ facere intendit, cum in albis reliquerit nomẽ Notarij, ſatis tamẽ oſtendi uidetur, ꝙ ea relatio ſit ad teſtamentũ anni 1554. quia cũ teſtator in illo anno 1554. caſſauerit omnẽ, & quãcumque aliã ſuam ultimã uoluntatẽ illucuſque factam ideo quę ante dictum teſtamentum anni 1554. non poſſit apparere alia precedens eius uoluntas non ſolũ
4 † quia per illud teſtamentum pręcedentia ex diſpoſitione Iuris reuocata dicuntur §. poſteriore. Inſtit.
5 quib. teſta. infir. uerum etiam † quia ipſe met teſtator omnia priora teſtamenta reuocauit nec etiam alia ſubſequens dicti teſtatoris uoluntas hic appareat, quę confecta fuerit inter d. teſtamentum anni 1554. & aliã ultimã diſpoſitionem anni 1557. ac quę ita unicum tantum extaret tunc temporis teſtamentum uidelicet illud dicti anni 1554. ad illud
6 tantum, relatio certa fieri uidetur, † quia quando relatio ad unum tantum referri poteſt ad illud ſolum neceſſario facta dicitur, ut per Ang. conſ. 365. nu. 5. per l. 2. ff. de lib. & poſth. ubi ſi exhæredatio de filio facta abſque nomine non poteſt niſi de uno intelligi quia alius non extat, ad illum referatur, & certa habetur, ac ſi nominatim facta eſſet, & ita etiam dixit Bar. conſ. 196. col. 2. nu. 4 Aymo. conſ. 162. nu. 4. cęterique communiter omnes d.
7 l. 2. & uarijs alijs in locis † Et ubi non eſt, niſi unum pręſumitur quod de illo teſtator ſenſerit Bar. l. ſi. quis in princ. nu. 8. ff. de leg. 3. & conſ. 22. nu. 5. quod in caſu noſtro tum uel maxime procedere uidetur, quia illud teſtamentum anni 1554. tunc tẽporis erat proximum & ultimum. Simon de Prętis de interpreta. ult. uolun. lib. 1. col. 50. fol. 18. nu. 32. in fi. ubi ad id citat tex in l. ſi ſeruus plurium
8 ff. de leg. 1. † Et quia pluralitas teſtamentorum non preſumitur, ſed quod apparet dicitur poſterius l. omnium ſũcta glo. in uer. comprobetur & ibi not. Alex. nu. 4. in fi. & Iaſ. nu. 14. C. de teſta. Bal. l. ult. in fi. C. de heb. cred. Alex. conſ. 4. nu. 12. lib. 7.
9 Dec. l. hac conſultiſsima nu. 13. C. de teſta † quia immo quando non extat niſi unum, ad quod poſſit relatio, fieri id ꝙ per relationẽ, expreſſum dicitur Fel. c. cum ordinem nu. 21. de reſcript. Affli.
10 decis. 121. nu. 12. † & diſpoſitio generalis q̃ poteſt uerificari ſolum in uno cenſetur eſſe ſpecialis l. ſi. optio. ff. de opt. leg.

Secunda colligi uidetur demõſtratio ex uerbis d. ultimæ diſpoſitionis, dum reuocatur ſubſtitutio de filijs dominę Cõſtantię facta. ibi *la luoga della ſu-*
11 *ſtitutione fatta della Sorella Conſtãtia a ſuoi figli.* † q̃ ſubſtitutio filiorum D. Conſtantię, cum reperiatur facta tantum in teſtamento anni 1554. clare demonſtrari uidetur quod ultima diſpoſitio non poteſt intelligi de alio, quam de illo teſtamento, in

quo

quæ adeſt d. ſubſtitutio arg. d. l. 2. & not. per eam.
Ceterũ re tertiũ atq; iterũ perpenſa, & conſiderata
ut a me alias in e huiuſmodi materia reſpondi, ita hodie
quoque eis minime refragantibus, ut infra apparebit,
pro Baronibus reſpondendum eſſe cenſeo, Nẽ
pe certam non eſſe confirmationem d. teſtamenti
anni MDLiij. & conſequenter nec reuocationem
ſubſtitutionis in eo factæ de dd. Baronibus.
22 Primo etenim conſiderandum eſt quod duplici
ter facta dicuntur teſtamenta uno modo de iure
ualida, ita ut ſortiri poſſint iuris effectum; de qui
bus ut plurimum iura loquuntur, & ut ab alia ſpe
cie diſtinguant, addunt uerbum de iure, ut inſtit.
qui. mo. teſt. infir. in princ. ibi iure factum, & §.
poſteriore ibi iure perfectum, & §. ſed & ſi quis
teſtamẽta iure pfecto &c. inſtit. eo & alibi paſſim
23 Alio modo facta dicuntur teſtamenta, quę uel
de facto tantum per aliquem facta nullius robore
de iure ſunt, puta tribus precipue caſibus, primo
quando quis teſtatus eſt ſine ſolemnibus, ut inſtit.
qui mo. teſt. infir. §. alio autem modo in fi. ibi
non iure facta &c. iuncta prima expoſitione glo.
ibi uers. non iure facta &c. Secũdo quãdo teſtator
nõ habet factionẽ teſtamenti actiuẽ, & fuit ſecun
dum aliam ſecundam expoſitionem glo. d. loco.
Tertio quando filium in poteſtate conſtitutum
preterijt l. 1. ff. de iniuſto. rup. teſt. per quam ita ex
emplificauit glo. d. loco in tertia expoſitione uel
quando ab initio iure facta fuerunt tamen rumpun
tur per arrogationem, per agnationem, & per ſe
cundi teſtamenti confectionem, ut eſt tex. d. ins
inſtit. qui. mo. teſt. in fir. d. §. alio in fi. iuncta glo.
ibi uer. rumpi, uel irrita fiunt puta per capitis dimi
nutionem teſtatoris uel per non aditionem hæredis
ut probat d. §. alio in fi. & ibi glo. uer. irrita quę
ita irrita fieri teſtamẽta dicit pl. 1. ff. de iniuſto rup
irri. fac. teſt. Ex quibus apparet non eo minus di
ci teſtamenta per aliquem facta, quę non ualeant,
uel quæ ab initio non ualuerint uel ex poſt facto
rupta, irritaue facta fuerint, quia hæc ſaltem de
facto facta dicuntur ut ſupra probatum fuit.
24 Secundo conſiderandum eſt, quod teſtamentũ
recipit quatuor perfectiones, ut conſiderat Bald. &
ubi Paul. Caſt. nu. 5. & alij ff. de teſt. Port. Inſtit.
25 de teſta. in princ. nu. 9. ubi cęteri doctores prima
perfectio materialis eſt reſpectu uoluntatis, cum
enim pro perfecta teſtator habet l. ſi quis cum ff.
26 de teſtis ſecunda ſubſtantialis quę in hæredis in
27 ſtitutione conſiſtit § ante hæredis inſt. de lega. ter
tia eſt formalis quę in ſolemnibus uerſatur l. ſi quę
28 ramus ubi glo. ff. de teſta. quarta conſiſtit in ir
reuocabilitate, quę quidem ſolum per mortem teſ
tatoris contingere poteſt l. omnium C. de teſta. l.
ſi quis in principio teſtamenti ff. de leg. 3. quinta
eſt perfectio addita per Pau. Caſt. d. loco quę fit
per aditionem hæredis quibus ſtantibus reſoluitur
29 illa ardua difficultas noſtratium, an ex teſtamen
to primo aliculus reuocato per ſecundum tacite,
uel etiam expreſſe, conualidato tamen per aliud
ulterius (ut in caſu noſtro) hæredi in illo primo in
ſtituto detur actio uel potius exceptio, nam licet
multi tenuerint dari ſolum exceptionem, ut glo.
in l. pen. § plane de bon. poſſ. ſecundum tabu. &
in l. ſancimus C. de teſta. & utroque in loco Bar. &
Bal. d. l. ſancimus col. 2. uers. aut cum incidit &c.
Verius tamen eſt dari actionem ſecundum Bal. d. l.
ſancimus nu. 4. quia primo tabulę non fuerunt om
nino inciſæ, immo remanſerunt ſecundum eum
ibi reliquię, ideſt remanſerunt duę perfectiones
teſtamenti, formalis, & materialis, quę ſublatę
non fuerunt, & efficiunt, ut ſine dubio dicatur
facta extare, & propterea ſaltem de ęquitate prę
toria actionem parere, Clarius in hac ſententiam
Vaſqui. de ſuccer. creat. lib. 2. §. 16. nu. 104. & ſeq.
20 ſubſtinens hoc ſine dubio, quando pręcedens
teſtamentum in ſe ualidum fuerat, & poſtea per
ſecundum uel aliter ruptum, uel irritum factum,
21 ut hic, quia tunc cum facta infecta fieri non poſ
ſint l. primum §. ſi uir. uxori. ff. de acq. poſſ. cum
22 ſimil. teſtamentum quod ſemel ſuum firmamẽ
teſtatore recepit, non poteſt non fuiſſe factum &
ſequuta reuocatione teſtatoris, cecidit eius uolun
tas, & ſic iuribus euacuatur, & iuris effectus ma
23 nente tamen forma ipſius ut ſentit aperte C. l.
cancellauerat, cum ſeq. ff. de his quę in teſt. dele.
24 ut quem cancellatione non rumpi iure teſtamẽtũ
Vide ſi teſtatorem pœnituerit incuſſo illud renoua
ſcit abſque eo, quod ex integro omnia fiant d. §.
plane ut cum tex. declarat Vaſqu. d. lo. nu. 108. &
25 ſeq. quanquam neceſſe eſt omnia ex integro fi
eri, quando teſtamentum in ſe ab initio non ualuit,
ex defectu ſollemnitatis l. 1. ibi glo. communi
ter recepta ff. de his quę in teſt. delen. quam ita in
26 telligit Vaſqu. d. loco nu. 111. & ſeq. uerũ eſt er
go opinio Bal. quando teſtamentum ruptum, ir
27 ritumue ex poſt facto eſt, pro ut etiam procedit
ſine dubio, quando ſaltem alio loco conſtat de
uoluntate teſtatoris, pro ut hic, ut opinionem Bal.
ſequatur tenuit Meno. conſ. 176. reſpondendum
28 nu. 8. lib. 2. His ſtantibus in iure uetiſſ. cum teſ
tator is noſter ante illud teſtamentum ſupra anni
1547. plura alia, & in ſpecie quatuor fecerit, & qui
dem ualida omnia ab initio diuerſis locis, manu
diuerſorum notariorum, ut ſupra dictum fuit in
primo preſupoſito, licet de iure illud tantum anni
1554. tunc temporis ſubſiſteret, quia cetera erant
poſtea reuocata, ut ſupra, negare tamen non po
teſt, quin illa alia quoque ſua teſtamenta dicerẽ
tur, eaque ſaltem de facto facta, eorumque reli
quię extarent, reſpectu cauſę, & perfectionis for
malis, & materialis & propterea omnino in cer
tum ſit ad quod illorum ſuorum teſtamentorum
ſe referat teſtator dum dicit *Il Signor Camillo diſpo
nẽ ordina & conferma tutte le coſe fatte nel ſuo teſta
mento rogato per* eum non expreſſo nomine tabel
lionis unius illorum plurium, qui confecerat illa
diuerſa teſtamenta, apparere non poſſit de quo
ſenſerit.
Et quod huiuſmodi eius ſermo confirmationis
referri potuerit tam ad ualida, quam inualida teſta
menta, & conſequenter potuerit etiam confirma
re unum ex illis antea reuocatis, non uidetur ali
qua dubitatio, id enim probat tex. in l. ſi quis pri
ore ad fi. ibi, quibus, ut ualeret prius teſtamentũ
expreſſum eſt tex. in l. poſthumos §. ſi paganus
ibi, fidei hęredis committere, ut priores tabulę
ualerent & iuncto ibi & ſine dubio illic ſcripta ſunt
in cauſa fideicommiſſi erant &c. ff. de iniuſt. rup.
&c.

29 & c. tex. in l. prima ubi glo. & Doct. C. de codicil.
ubi teſtamentum natiuitate poſthumi ruptum,
ſi teſtator literis coram V. teſtibus factis confirma
bit, ut codicilli ſine dubio ualebit tex. Inſt. qui.
mo. teſt. infir. §. ſed & ſi quis uers. teſtamentum ad
30 fi † ubi primum teſtamentum rumpitur per ſecun
dum in quo quis heres certarum rerum inſtitutus
eſt, cum inſtitutus totam capiat hæreditatem, per
inde ac ſi rerum mentio facta non eſſet, quia tamen
in ſecundo dictum fuerat per teſtatorem ut primũ
teſtamentum ualeret, hæres ſcriptus in ſecundo
reſtituit per fideicommiſſum primo hæreditatem
illam. Planior tex. & ad caſum noſtrum aptior in
l. prin. §. plane ff. de bon. poſſ. ſecundum tabu.
31 † ubi licet primum teſtamentum in ſe ualidum il-
lius, qui poſtea ſe ad arrogandum dedit, capitis
diminutione ſublatum eſt, attamen ſi deinde ſui
iuris effectus Codicillis, uel coram V. teſtibus
ſecundum glo. ibi uer. iuris declarauerit, ſe mori
uelle cum illo teſtamento priore teſtamento, uolũ
tas, quę defecerat iudicio recenti rediſſe intelligi
32 tur † Non ſecus ac ſi quis facit teſtamentum primũ
ſuum poſtea ſecundum per quod reuocare primũ
intelligitur d. §. poſteriore tertio loco incidit tabu
las ſecundas, ut ueteriores, id eſt primas tempore
poſteriores relinqueret nam iſto caſu reſuſcitantur
reuiuiſcunt, conualeſcunt ſiue inſtaurantur primę
tabulę, ut aperte ſentit ibi glo. uet. conſtituit, quę
exponit, id eſt reſuſcitari, uel in eodem ſtatu re-
poni in quo ante ſecundum erat ſequitur Bar. ibi
& cęteri in l. ſancimus C. de teſta. Ang. 108. col. 2.
uers. ſi uero teſtamentum, & omnes uno ore, ut teſ
33 tatur, & ſequitur Meno. conſ. 176. nu. 7. ad ſi † &
licet ſit dubitatio, an ipſo iure, uel ope exceptio-
nis teſtamentum tali caſu reuiuiſcat uerior tñ eſt
ſententia ipſo iure id fieri, ut ſupra.

Accedit his, quia licet in caſu noſtro, quando
teſtator ultimum teſtamentum confecit unum ta-
ntum extaret, quod iuribus non erat ante euaca-
tum, Attamen illud quoque ſi diligentius conſide-
34 remus non ualere decidit † quia cum teſtator, dum
cepiſſet conficere aliud teſtamentum anni 1557.
per quod erat in fieri tollendi alia precedentia, iam
illud quoque ſublatum dici poterat argumento l.
pen. ff. de teſta. mil. l. non tamen. in princ. ubi Alb.
not. ff. de excus. tut. l. item legatum ff. de leg. 3.
ubi proxime faciendum dicitur factum ſecundum
35 Bal. & alios ibi † & in ſimillimo caſu, proxime can
cellandus, cancellatus dicitur Bal. conſ. 21. lib 5.
cum concor. congeſtis per Tiraq. poſt. ll. connu-
b. a glo. 1. nu. 5. & ſeqq. & quod per ultimum teſ-
tamentum tollatur precedens etiam quod teſtator
uelit illud effectum ſortiri, eſt tex. in l. poſthumus
§. paganus ff. iniuſt. rup. Igitur ſi iam confecta an
no 1551. quam anno 1554. ſtante ultimo in fieri
anni 1557. iuris effectum carebat & ſic quoad hoc
pari paſſu ambulatur, & agebatur de confirmatio
ne unius illorum, teſtator dicendo ſe confirmare
ſuum teſtamẽtum ſine nomine Notarij, ſine dubio
demonſtratio non eſt certa immo incertiſſima,
cum referri poſſit ad quodlibet illorum precedentiũ.
36 † Augetur magis magiſque in pſenti caſu iſta in
certitudo, quia notius erat teſtatori nomẽ tabellionis
qui rogatus fuerat de teſtamento anni 1554. cum

eſſet eius Vaſallus, ſolitus eius negocia gerere, in
eaque terra Montonis unicus notarius quam eſſent
cęteri tiferntes, & Florentinus, ideoque ommiſſio
illa nominis Notarij in teſtamento anni 1557. ut
uериſimilius eſt, magis credendum eſt quod fuerit
nominis Notarij Tifernatis, uel Florentini, qui
non ita noti teſtatoris potuerunt è memoria ex
cidere.

Rurſus augetur d. incertitudo quia teſtator dum
uoluit exprimere nomẽ unius Notarij rogati de ſuo
teſtamento ſatis innuere uiſus eſt ſe fuiſſe recorda-
tum plura feciſſe teſtamenta manu diuerſorum
tabellionum, & ne contingeret de eius mente dubita
re exprimere uoluiſſe unum, uel alterum illorum,
qui rogati fuerant & cum defuerit expreſſio incer
tum remanſiſſe, de quo ſenſerit.

Secundo incerta eſt d. confirmatio, quia illa pri
ora ſua teſtamenta non ſolum manu diuerſorum
notariorum erant confecta, uerum etia diuerſis in
locis, diuerſis temporibus, coramque diuerſis teſ
tibus & cum in d. ultimo teſtamento anni 1557.
non ſit expreſſum quo tempore, quo in loco, co-
ram quibus teſtibus confectum fuerit ſine dubio
apparet incertitudo, de quo teſtator ſenſerit in ſua
confirmatione.

Tertio incertitudo conſtat ex defectu expreſſio
nis prioritatis, & poſteritatis, cum enim plura ſua
pcederent teſtamenta, & non dixerit ſe cõfirmare
Primum, Secũdum, Tertium, uel Quartum, ſed ſim
pliciter ſuum, quę demonſtratio per adiectum ſu-
um in certa eſt cum omnia precedentia illa teſta-
menta eſſent ſua nec alia ſit certa demonſtratio,
procul dubio fatendum eſt, incertum eſſe de quo
teſtamento teſtator ſenſerit.

Nec dicatur quod unum tantum teſtamentum
teſtatoris precedebat ad quod relatio certa dicitur
argumento d. l. 2. ff. de lib. & poſth. quia patet reſp.
ex ſupradictis, dum oſtendimus aſſumptum fal-
ſum, & plura teſtamenta, quę confirmari poterãt
extare, & infra clarius reſpondetur.

Minus dicatur, quod ſi hęc pars confirmatoria
per ſe non eſt omnino certa certificatur per ſubſe-
quẽtem partem reuocatoriam ſubſtitutionis dum
reuocatur ſubſtitutio facta de filijs D. Conſtantię
quę reperitur tantum in teſtamento anni 1554. &
cõſequenter ad illud refertur relatio d. l. 2. quia, &
hoc corruit, cum etiam iſta ſecunda pars ambigua
& incerta remaneat, ut infra mox oſtendetur.

Igitur ſecunde quoque partis, in qua reuoca-
tur ſubſtitutio, magna eſt incertitudo, immo ad ea
quę continentur in dicto teſtamento anni 1554.
referri non poteſt.

Primo quia teſtator reuocat ſubſtitutionem
factam de D. Conſtantię quæ non reperitur in d.
teſtamento anni 1554. ſed ei ſolum 50. relicta ſunt
iure inſtitutionis.

Secundo quia in d. ultima diſpoſitione reuocatur
ſubſtitutio D. Conſtantię facta in bonis ſtabilibus
quę ſubſtitutio in bonis ſtabilibus tantum, non eſt
facta in perſona D. Conſtantiæ, neque filiorum in
d. teſtamento anni 1554. ad quod pretendunt aduer-
ſarij fieri relationem in d. reuocatione, Immo dd.
filij ſubſtituti ſunt ibi in omnibus bonis mobilibus
& immobilibus, licet Conſtantia reperiatur ſub-
ſtitu a

ſtituta in alio anni 1551. tantum in ſcutis ſeptem
millibus non in ſtabilibus ex quibus d. reuocatio
remanet ualde incerta cum non poſsit adaptari, ne
que ad teſtamentũ anni 1551 neque ad aliud 1554.
Tertio teſtator in hac diſpoſitione mentionem
facit de ſubſtitutione facta D. Conſtantię & filijs
cõiunctim, & copulatiue, ibi, *In luogo della Signora*
Conſtanza & figli, que ſubſtitutio ita copulatiue cõ
cepta non reperitur in aliquo ex pręcedentibus teſ
tamentis, ideoque nonſolum reuocatio incerta eſt
uerum nec ualet, cum adaptari non poſsit ad ali-
quam ſubſtitutionem conſiſtentem in uno ex dd.
teſtamẽtis. quod reuocatur ſubſtitutio coniunctim
37 facta, eſt clarum, † quia copula & coniungit ęquę
principaliter l.3.&l.ſi cui.ff.de fund.inſtru.l. ſi is q
ducenta § utrum.ff. de reb.dub Feli.c.quanto col.
pe. uers. ſed poſito ubi etiam Doct. pariter col.pe.
38 uers. & hoc ſane de iudi. † tum uel maxime quan-
do eſt poſita inter duo nomina ſubſtantiua, ut hic,
quia requirit concurſum copulatorum Sim de Prę
39 tis conſ. 2. nu. 12. Hier. Gab. conſ. 90. nu. 31.† &
illa duo ſunt prolata ſimul reſpectu unius euſdem
finis, ut hic Soc. conſ. 33. col.3 ſub uers.pręmiſsis
40 lib. 3. quem ſequitur Sim. de prei.d. loco † in fidei
commiſsis ut hic copulam requirere concurſum
copulatorum tradit expreſſe Bero.conſ.40. nu. 35.
41 lib.1. † & ſi copulatiua eſt falſa in uno redditur fal
ſa in omnibus Paris.conſ.63.nu.15.lib.3.unde cum
teſtator loquatur de ſubſtitutione facta D. Conſtã
tię, & filijs coniunctim, & in dicto teſtamento an
ni 1554. ita ſimul facta non reperiatur, non poteſt
dici per reuocationem ſubſtitutionis ita factę, cer
tam fieri demonſtrationem teſtamenti anni 1554.
Quinimmo etiam ſi ſeparatim ſubſtituti D Cõ
ſtantia, & filij conſiderentur aptari non poſſunt
ſubſtitutiones reuocatę ſecundum uerba teſtatoris
reuocantis ad illas, in prioribus teſtamentis factas
Nam in dicta ultima diſpoſitione ubi fit reuocatio
& relatio, mẽtio fit de ſubſtitutione facta in bonis
ſtabilibus tantũ, ibi, *Che in quel caſo ſuccedeſſe la d.*
ſorella ae i beni ſtabili di iſſo teſtatore, & in queſto re-
uoca, annulla, & caſſa d. ſubſtitutione, ſtatim .n.
atque fecit mentionem, quod D. Conſtantia erat
ſubſtituta in bonis ſtabilibus, ſubdit, *& in queſto*
reuoca &c. quaſi dicat, ſi D. Conſtantia reperia-
42 tur ita ſubſtituta in ſtabilibus, reuocabat. † & ſpe-
cialis reuocatio ſubſtitutionis in ſtabilibus tantum
non trahitur ad factam de D. Conſtantia in ſeptẽ
millibus in teſtamento anni 1551. nec ad aliam de
filijs factã uniuerſaliter de omnibus mobilibus, cũ
tantum inferat reuocatio, quantum continet, &
non ultra argumento l. preter ſeuenniam in princ.
ff. de cond & demon. & not. per Dec. conſ. 273.
nu. 3. cum vulga. quęquidem ſubſtitutio in bonis
ſtabilibus tantum reſpectu factę de filijs D.conſtã
tiæ in teſtamento anni 1554 non adaptatur, cum
illa ſit de mobilibus, & ſtabilibus, minuſque reſpec
tu factę de D. Conſtantia ſiue in teſtamento anni
1551. in quo eſt ſubſtituta in ſcutis ſeptem milibus
ſiue in illo anni. 1554. in quo non eſt modo aliquo
ſubſtituta ſed ei ſunt relicta ſolum 50. iure inſti-
tionis.
Quarto quod teſtator nõ ſenſerit de reuocanda
ſubſtitutione dd. filiorum facta in teſtamento anni
1554. patet in dicta ultima diſpoſitione ubi fit
reuocatio ſubſtitutionis factę de D Cõſtãtia in ſe-
cunda parte, ibi *Eccetò che le ſuſtitutioni che haue*
ua fatto alla ſorella & ibi, *che in quel caſo ſuccedeſſe*
43 *la ſorella* † Quę geminatio ſororis oſtendit enixam
uoluntatem teſtatoris in reuocando ſubſtitutionẽ
ſororis l. Baliſta ad trebell. immo quadruplicatiua
eſt repetitio ſororis ut tertio loco, ibi, *in luogo del*
la ſuſtitutione facta dalla Signora Coſtãza & quarto
44 loco, ibi, *la ſuſtitutione della Signora Coſtanza* †
duplicatio autem adhuc magis enixam uolunta-
tem oſtendit, triplicatio, & quadruplicatio plus
operatur, quam geminatio §. hoc de eo.aut. quo
oper. Epi. ubi Aug. Dec. conſ. 504. nu. 9. Decia.
conſ. 3. nu. 138. conſ. 5. nu. 28. conſ. 10. nu. 12.
conſ. 23. nu. 65. lib. 1. conſ. 41. nu. 50 40. nu. 76.
lib.1. licet autem in tertia parte, quę incipit uers. &
in luogo. &c. fiat mentio filiorum D. Conſtantię.
hoc tamen nihil ad rem. primo quia agitur de ad
miſsione nouorum ſubſtitutorum in locum ſub
ſtitutionis reuocatę, non de reuocatione, & ubi
proprie eſt facta reuocatio, non fuerat reuocata,
niſi ſubſtitutio, facta de D. Conſtantia ut ſupra.
ſecundo clarius ad idem, quia mentio filiorum
non eſt facta in diſpoſitiua reuocationis, ſed in ſup
poſitione nouorum ſubſtitutorum incidenter, &
45 enumeratiue † uerborum autem enunciatiuorum na
tura eſt, non diſponere, ſed quandoque tantum
probare l. Publia.§. ult. ff. de poſi. cum vulg.
Tertio quia in d. tertia parte teſtator, dum de filijs
meminit, loquitur copulatiue ut dictum fuit, quę
copulatiua ſubſtitutio non reperitur.
Ex quibus luce clarius (ni fallor) apparet om-
nino incertum eſſe ad quod teſtamentum teſtator
ſe referat, tam reſpectu confirmationis, quam re
uocationis, & conſequenter relationem prędictã
nihil operari, cum nullum teſtamentum demon-
ſtratum dici poſsit, ſaltem quod probari poſsit,
argumento l. in tempus. § quoties ff. de hęre. inſti.
l. Paulus & ibi glo. & Bar. ff. de reb. dub. & l. quę
plures ubi pariter Bar. ff. de uſu. & uſufructu. lega.
46 † in quibus probatur, quod ubi deeſt expreſsio no
minis eius, cui relinquitur, relictum eſt nullum,
nec releuat, quod in mente ſua teſtator habuerit
47 certum teſtamentum † quia propoſitum in mente
48 retentum nihil operatur, † & ſatis eſt quod deficit
probatio l. duo ſunt titij. de teſt. tut. l. cum ex plu
ribus ff. de manu. teſt. ubi ſi ex pluribus ſeruis teſ-
tator dixerit ſe uelle unum eſſe liberum diſpoſitio
dicitur incerta nomine ſerui non expreſſo, & pro
49 pter incertitudinem uitiatur † quamuis agatur de
50 libertate † quę fauorabilis eſt l. libertas. de reg. iur.
51 cum vulg. † facit quia relatio non operatur, ſi nõ
apparet ſcriptura, ad quam ea fit l. in teſtamento
la prima. de cond. & dem. Deci. conſ. 302. nu.
16. & conſ. 303. nu. 1. Mari. Soc. conſ. 189. lib. 2.
Bella. deci. 200. ubi quod. relatio dubia & incerta
nulla remanet, prout tenet etiam Rom. conſ. 179.
ad fi. & Soc. in l. qui habebat ff. de reb. dub. Fab.
de Monte inter conſ. ulti. uolun. conſ. 149. ſub
52 nu. 57. ad fi. & nu. ſeq. † ubi interminis quod
confirmatio teſtamenti in genere facta non con
ſtito clare de quo teſtator ſenſerit, tanquam in
certa eſt nulla.

Non

Non obſt. in contrariũ ad ducta, quia ſuperius ſubiacta apparent, ut tamen iuſtitia DD. Balionum ad huc clarius liqueat ſigillatim reſp.

Nõ obſt igitur primo ꝙ certũ fiat etiã ꝑ demonſtrationes d. l. certũ & ibi Doct. & ꝙ duę ſufficiãt demõſtrationes ſcđm Bar. d. l. demonſtratio nu 14 qa datis his pro ueris, dũ poſtea ſubijcitur ad eſſe in caſu noſtro duas demonſtrationes eſt falſũ, qa demõſtrationes, q̃ afferuntur non ſunt certę, ut ſupra dictis clariſsime liquet. Prima. n. demonſtratio, quod nõ poſſit relatio intelligi niſi de uno, quod ualidũ pręcedebat, nẽpe anni 1554. non procedit, qa licet alia teſtam. reſpectu ualiditatis, ſiue roboris, & effectus iuris non extarent, ſed vnũ tantũ d. anni. 1554 reſpectu tamen confirmationis faciendę, & imprimendę ipſis teſtamentis, ſiue ꝑ dd. teſtamenta recipiendę, & huius ſubiectę materię, de qua agebatur omnia pręcedẽtia extabant, cũ vnumquodq; illorũ confirmationẽ recipere poſſet ꝓ libito teſtatoris ut ſupra abunde oſtenſũ fuit, & ita ceſſant omnia allegata de unico tantũ teſtamento pręcedente qa ꝓcedunt ſolũ, quando unicum tantũ extaret, ad ꝙ tantũ relatio de neceſsitate fit, & ita loquitur Ang. d. conſ. 363. col. 2. & d. l. a. ff. de lib. & poſt. hic autem erant plura, q̃ confirmationem de qua agebatur, recipere poterant, merito &c.

Quoniam etiã illud ãni 1554. nõ poterat dici extare reſpectu roboris, & effectus iuris, cũ eſſet ĩ fieri reuocãdi d. §. poſteriore d. l. poſthumus §. paganus iũcta l. pe. de mil. teſt. cũ ſimil. ſup allegatis, atq; ita ꝙ etiã quoad robur & iuris effectũ omnia ꝓcedẽtia teſtamenta pari paſſu ãbulabant, ut ſupra dictũ fuit, Pręterea non eſt uerũ, ꝙ alia teſtamenta pręcedentia ad illud ãni 1554 nõ extarent, cũ facta legitime eſſent, q̃ infecta fieri nõ potuerunt, ſed tantum ab eis uo ũtas teſtatoris diſceſſerit ſecundũ Vaſq. ubi ſupra & confirmari poterãt ſaltẽ expreſſe. ſecundũ Meno. loco ſupra citato, & ſecundũ materiam cõfirmationis ſubiectã, ad l. ſi vnũ. ff. locati ad illa q; ſine dubio confirmatio adaptari potuit.

Secũda quoq; demõſtratio de ſubſtitutione filiorũ D. Cõſtantię q̃ dicitur non reperiri alibi, q̃m teſtamẽto anni 1554 pariter corruit, qa eſt incerta, & referri nullo modo poteſt ad facta ĩ teſtamẽto. 1554. ut plene quatuor argumẽtis deduxim. ſupra uerſ. igitur ſecundę quoq; &c. & ſeqq. oſtendẽtes, ꝙ reuocatio loqtur de ſubſtitutione d. Cõſtãtię ſolius, uel Conſtãtię, & filiorũ ſimul q̃ nõ aderat in d. teſtamẽto ãni 1554. Itẽ de ſubſtitutione facta in ſtabilibus, q̃ pariter ibidem non aderat, cũ facta eſſet uniuerſaliter ſtabiliũ, mobiliũq; Itẽ de ſubſtitutione cõditionali, dũ dicitur, ꝙ ſuccedere debeãt Vitelij cũ eiſdẽ, cõditionibus, quib. erat ſubſtituta D. Cõſtãtia & in d. teſtamẽto ãni 1554. nec D. Cõſt. ſubſtituta, nec conditiones appoſitę eidem apparent, ut ſupra dictum fuit.

Nec dicaſ ſatis ſup. eſſe in ultima diſpoſitione fieri mẽtionẽ de ſubſtitutione filiorũ D. Conſtantię quę in d. teſtamento anni 1554. tm̃ reperitur, quia ꝑter ea, quę ſupra circa hoc dicta fuęre, quę
53 hanc obiectionẽ tollunt, ſine dubio reſp. † nõ ſatis eſſe ex plurib. ſpecificatis in ultima diſpoſitione ſinũ tm̃ uerificari ut relatio ſit certa, ſed opus eſſe õnia narrata cõuenire illi ſoli teſtamẽto ꝓcedẽti, ut ex narratis poſſit certificari, quod nã ſit illud vnũ teſtamẽtũ, ad quod ſe referat teſtator in genere tm̃ nominatũ, ut egregie probat Roma. cõſ. 179. ſub.
54 nu. 22. uerſ. 2. ex eo, † Vbi ꝓpea inquit, ꝙ ſi quis reuocauit ſuũ teſtamentũ, in quo inſtituerat Sophiã ſi reperiatur vnũ teſtamentũ in quo tm̃ Sophia inſtituta non ſit. reuocatio tanq; incerta non ualet, idẽ probat Ruy conſ. x. nu. 8. cũ ſeq. lib 3 nec mirũ qa falſe demonſtrationes eorum, quę nõ ſunt, infirmãt diſpoſitionem Bar. d. l. demonſtratio falſa nu. 4. uerſ. ſed contra oppono l. titio § 1. ff. eo.

Poſtremo dato, qđ aliqđ ſcrupuli remaneret quoad hãc demõſtrationẽ (quod nõ admittimus) illud uel nõ facit clarã hãc ſecundã demõſtrationẽ ex ſuperio
55 rib. Vel ſi facit, non ſufficit, † quia non una demonſtratio certã facit, ſed ad minus duę Bar d l. demonſtratio §. falſam nu. 14 cum alijs ſupra allegatis.

CONSILIVM LX.

Argumentum.

De turbãtiua an Ciuiliter, & Criminaliter in iudicium deduci poſsit.

Qua pęna turbans alium in ſua poſſeſſione afficiatur. Quis dicatur turbare. Agẽs turbata poſſeſsione cõtra turbãtẽ, quo tempore ꝓbare debet ſe poſſediſſe? Et an agẽs criminaliter ꝓ turbatione ꝓbare debeat dolũ aduerſarij turbantis, uel latam culpam.

SVMMARIVM.

Turbatiua in iudicium ciuiliter deduci poteſt per interdictum, ut i poſsidetis nu. 1.

Ac etiam criminaliter ſaltem quando in turbatione eſt etiam uiolentia expulſiua, uel ablatiua cum armis uel ſine, uel alijs modis nu 2

Ac etiam ſi ſit ſine ui nu. 8

Turbatiuę pęna iure comuni eſt l. iulię de ui. pub nu. 4.

Si cum armis deportationis, & cõfiſcationis ſi uiolentia ſit cum non abl atiua. uel expulſiua nu 5.

Si ſine armis tertię partis bonorum. & infamię nu. 6.

Turbans quandoq; tenetur uarijs alijs pęnis ſecundum ueritatem delictorum remiſsiue nu 7.

Iure muncipali tenetur ad uarias alias pęnas ſecundum formam ſtatutorum nu 9.

Quę ſubrogatę dicantur in locum earum de iure comuni ſtatutorum nu. 10.

Iudicium criminalę dicitur quando pro turbatiua agitur ad pęnas criminales ex forma ſtatuti ſicuti eſt quando agitur ad illa iure comuni nu. 11.

Violentia octo modis committi poteſt remiſsiue nu. 3.

Criminale iudicium eſt quando pęna corporalis uenit imponenda, uel pecuniaria fiſco applicanda nu. 12.

Turbare non dicitur maxime criminaliter, qui continuã dę ſuę poſſeſsionis cauſa, actus poſſeſſorios facit nu. 13.

Maleficia uoluntate, & propoſito diſtinguntur nu. 14.

Turbatę poſſeſsionis in iudicio agens probare debet ei poſſediſſe tempore pretenſę turbationis nu. 15.

Immo etiam tempore litis conteſtatę quando aduerſarius in-

us interim fuit in poſſeſſione nu. 16.
Ratio huius ultimi nu. 17.
Poſſeſſio p filiũ capta acq̃rit patri etiã ſine mãdato nu. 18.
Poſſedit ſi quis olim pſumitur etiã hodie poſſidere nu. 19.
Fallit qñ eſt alia efficacior pſumptio in cõtrariũ nu. 20
Fallit quando poſſeſſionem allegans amplius non repe ritur naturaliter poſſidere nu. 21.
Fallit in Criminalibus nu. 22.
Turbatiua agens criminaliter probare debet dolum, vel aliter obtinere non poteſt nu. 23.
Fallit quando agitur uigore ſtatuti in rem loquentis quia tunc non requiritur probatio doli nu. 26
Quo caſu ſi pbata eſſet culpa abſoluẽd. reus eſſet nu. 28
Turbatiuo in Iudicio reus abſoluendus eſt etiam probato eius dolo, uel culpa, quando ipſe probauit iuſtam cauſam habuiſſe turbandi nu. 29.
Iuſta cauſa dolum extinguit nu. 30.
Qualitas deducta in libello probanda eſt nu. 27.
Iuſta cauſa turbationis eſt ceſſio poſſeſſionis ſibi facta nu. 31.
Maxime ſi habeat a camera Fiſcali nu. 32.
L. bene a Zenone procedit ſine dubio in non recognoſcente ſuperiorem nu. 33.
Et in habente Regalia nu. 34.
Iuſta cauſa turbationis eſt ſcientia poſſeſſionis habita legitime nu. 35.
Etiam ſi cauſa ſcientie eſſet falſa nu. 36.
Dolus delictum eſt nu. 38.
A dolo quelibet cauſa iniuſta, leuis, & beſtialis dummodo colorata excuſat nu. 39
Ignoratia iuris excuſat ubi dolus reperitur nu. 40.
Leſe Maieſtatis pena nõ tenetur qui ad beſit inimicis ſui Principis, habens licentiã Vice Principis cõponẽdi ſe cũ inimicis prædictis pro ſtatu ſuo recuperãdo nu. 41.
Accuſatore non probante reus abſoluitur nu. 42.
Mandatum non preſumitur nu. 43.
Mandato non probato illius qui de mandato inquiritur criminaliter abſolui debet nu. 44.
Etiam ſi ſimus in mandato eius qui fuit prius offenſus ab illo, qui offenditur nu. 45.
Filius offenſus, non tenetur quaſi ipſe mandauerit ſi pater eius offenderit illum qui filium offenderat nu. 46.
Teſti deponenti ad eius exonerationẽ, nõ creditur nu. 47.
Procurator nõ habens ſpeciale mandatum ad delictum, delinquendo non nocet Domino nu. 48.
Officialium probitas preſumitur, & lex eis fauet nu. 50.
Sindicatur de conſuetudine generali hodie nemo de iniuſtitia facta ſed ſolũ de furto corruptione, accepta pecunia, male ablatis, Barattaria & bũo di tantũ nu. 49.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

VT elace appareat bene fuiſſe iudicatũ p Magnificos DD Sindicatores Ciuitatis Tergeſti, & male appellatũ ab illorũ ſentẽtia p D. mõtanellũ, dũ illi pdicta ſentẽtia abſoluerũt Magnificũ D. Iudicẽ maleficiorũ d. Ciuitatis a duodecim q̃relis corã eis ꝓpoſitis pee D. Montanellum

Imprimis ſupponẽdũ eſt, cũ ptenderetur ꝓ parte Archiducalis Cameræ Bernardinũ Aglec debitorẽ eſſe d. Cameræ in ſumma 300. Raynenſiũ, eius q̃ fide iuſſorẽ eſſe Petrũ Endenũ, q̃dã fruſtra terrarũ d. Bernardini in territorio Tergeſtino in cõtrata Lazzari, & fontis ſ etiarũ, & aq̃ caporũ citato Domino Mõtanello pro ſuo iure, & intereſſe fuiſſe ſubaſtata, & adiudicata d. Cameræ & ſubinde p Camerã pdictã d. Petro Endẽo 300. Raynẽſes ſoluẽti ceſſa, & cõceſſa, eũq; in poſſeſſionẽ dd. bonorũ realẽ & corporalẽ miſſũ fuiſſe die x. Martij 1581. Subinde cõtrouerſiã ortã inter Endenũ & Mõtanellũ, q ptendebat dd. bonorũ poſſeſſionẽ prius v 3. de mẽſe Februarij eiuſdẽ ãni ſibi adiudicatã, & p Magnificũ D. Locũtenetẽ die xx Iunij d. ãni ſentẽtiam declaratũ fuiſſe dd. bona remanere debere penes Endenũ, ſaluo credito ptenſo Mõtanelli. Ac ẽt ulterius xiij. Nouẽbris eiuſdẽ ãni Regimen, & Camerã Archiducalẽ, ad q̃ Montanellus recurſũ habuerat declaraſſe dd. bona extimãda, & cõcedenda Mõtanello pro iuſto pcio, & quod ſupeſſet ultra ſuũ creditũ Endeno p cũ ſoluendũ, Intimatũq; deinde pro parte Endeni fuiſſe an Montanellus acqeſcere uellet, illoq; nõ acqeſcente Endenũ rurſus uigore d. declarationis in poſſeſſionẽ dd. bonorũ miſſũ fuiſſe p d. locũtenẽtẽ die x. Ianuarij 1582. Peceptũq; ſub [illegible] de factũ Montanello de nõ ingrediẽdo dd. bona die xij. d. Menſis, Ac etiã Endenũ ſuã poſſeſſionẽ proſeq̃ndo plures actus poſſeſſorios feciſſe Poſtea uero die 3. Martij d. ãni Montanellũ pſentaſſe in iudicio, & mãdato Iudicis intimaſſe Endeno q̃dam ſententiã Aulici Archiducalis Conſilij latã: 8. Ianuarij. d. ãni copiãq; Endeno petẽti conceſſã cũ termino xv. dierũ ad dicendũ contra In qua ſententia cõmittebatur ẽt reuiſio declarationis pcedentis Regiminis, & Cameræ pdictæ, Endenũq; die 26. d. mẽtis cõparuiſſe, exceptionesq; oppoſuiſſe petendo p ſu dicẽ ſcilicet S. S. referri, & interim ſup ſederi ex quo ut aſſerbat ſimpliciẽ libellũ Sereniſſ. Archiduci porrexerat, & ineſſione ſentẽtiæ Aulici Archiducalis Cõſilij nouiter productæ, deinde q; dictũ Mõtanello intimatũ, & eũ nihil amplius oppoſuiſſe, ſed pdictas q̃relas turbatæ poſſeſſionis dd. bonorũ contra Endenũ perrexiſſe corã d. Iudice maleficiorũ, ultra querelas alias datas ãtea corã D. Io: Dominico Vitaleone pceſſore pdicti, de quo agitur Iudice maleficiorum.

1 Secundo pſupponendũ eſt, † q̃a licet pro turbatiua agi poſſit ciuiliter interdicto uti poſſidetis l. 1. ff uti poſſ. quo Pretor defendit poſſidentẽ quẽlibet in ſua poſſeſſione ab illicita turbatione ut ibi, & tradit Aret. § quadrupuli Inſt. de actio. Papi. de forma lib. 1. p turbat maxime in uer. tener, & poſſidet Bos de pluri. uiol. nu. 4 & omniũ latiſſimũ Me
2 no. de reti. poſſ. rem. 3. p totũ † Attamen dubiũ nõ eſt agi etiã poſſe criminaliter ſaltẽ quando non ſumus in ſimplici turbatione, ſed etiã in uiolẽtia, uel expulſiua, uel ablatiua uel cõpluſiua uel [illegible] cũ armis, ſine armis, uel alijs uarijs modis, ut cõſiderat celebris glo. l. extat. ff quod me. cau. late
3 Gom. tomo. 3. delict. c. 4. ſub. rub. de uiolen, †
4 ubi octo modis uiolentiam committi conſiderat † ſi enim aliquo ex his modis quis alium in ſua poſſeſſione turbat iure cõe lege. Iul. de ui pub. tenetur Odo. & Alb. l. in eadẽ lege. ff. ad l. Iul. de ui. pub.
5 Alex. l. 5. ff eo. † modo ad pœnam deportationis, & confiſcationis, ſi cum armis uiolentia ſit ablatiua uel expulſiua d. l. 1. ubi glo. Bar. Alb. Ang. &

comu-

comuniter alij l. 2. ubi glo. Pet. Ci. Iac. But. Bal.
Sali. & alij C. eo. §. item l. Iulia de ui. ubi pariter
glo Fab. Ang. Aret. Io:Plat. & cęteri *comuniter
6 inſt. de pub. iud. † Modo ad pœnam confiſca-
tionis tertię partis bonorum & infamię, ſi d.
uiolentia ſit ſine armis l. 1. ff. ad l. iul. de ui. pri.
l. 2. C. eo. d. §. item lex iulia de ui. & his locis
7 Doct. † Modo uero ad uarias alias pœnas ſecun-
dum ueritatem delictorum ut perſequitur Gom.
8 d. loco † Quinimmo criminaliter agi poteſt etiam
ſi turbatio ſit ſine ui iux. declarationem Fel. c.
licet cauſam col. 8. uers. not. 12. de probat. quam
uis hoc caſu non detur alia actio criminalis, ni-
ſi iniuriarū iure comuni, ut poſt Iacob. ab. Aret.
tradit Bar. d. l. extat. nu. 3. & Meoo. qui alios
9 ad id coogerit d. reme. 3. nu. 49. & 606. † Iure
autem municipali uarijs pœnis. Modo Corpora-
libus, modo pecuniarijs Fiſco, aut etiam pro ra-
10 ta parti aplicandis turbatores ij puniuntur, † quę
pęnę a ſtatutis impoſitę in locum illarum de iure
ciuili impoſitarum ſunt ſubrogatę ſecundum Bal.
11 d. c. licet cauſam in fi. † & ideo ſicuti de iure co-
muni huius cauſa quaodo ad has pœnas agitur
criminalis eſt, ita quando ex ſtatutis iſtis Pap.
de for. lib. pro tur. pos. nu. 4. Alex. conſ. 82.
nu. 7. lib. 1. Bos. de plur. uiolen. nu. 48. & quam
plurimis alijs locis eius tit. & poſt hos Meno. d.
reme. 4. nu. 607. 608. 609. & 610. damnans egre
gie Ripam aliter diſtinguentem ubi per eum

Tertio præſuponendum eſt in pręſenti ca-
ſu proculdubio Montanellum contra Petrum En-
denum xij. Illis libellis coram d. Iudice Maleficio-
rum de furto, de turbata poſſeſsione criminaliter
egiſſe, non ſolum, quia id in toto proceſſu ambę
partes pro firmo ſupponunt, uerum etiam quia
per eum aditus fuit Iudex Maleficiorum, coram
quo huiuſmodi tantum cauſę proponuntur, & qui
ſeparatū habet tribunal a Iudice ciuilium cauſarū
in eo loco, ut pariter pręſuponunt partes, ac eti-
am quia in eis pętebatur Endenum uti turbato-
rem, & furem in pœnas Iuris, & ſtatutorum Ciui-
tatis Tergeſti condemnari, Iuris autem communis
pœnę tam corporis afflictiuę, quam etiam pecu-
niarę Fiſco applicandę huiuſmodi turbationi im-
poſitę reperiuntur, ut ſupra dictum fuit, ſicuti
etiam & ſtatutorum d. loci, ut apparet in proceſ-
12 ſu A. pag. 12. † Certum eſt autem iudicium cri-
minale eſſe quando infligenda uenit pœna corpo-
ralis, uel applicanda Fiſco iux. glo. in l. 3. uerb
aureorum de ſepul. uiol. communiter recepta ſe-
cundum Gom. inſt. de actio. in princ. nu. 18. Dec.
& Cęteros ad Rub. de Iudi. Iul. Clar. ceteros abū-
de allegans re. ſen. lib. 5. §. ult. q. 1.

His ſuppoſitis in facto. & in iure clariſsimis. Iu
ſtitia prędictę abſolutorię reſpectu omnium quere
larum generaliter ne ſingulas (cum uere non ſit
opus) deſcutiamus iure clarius apparet.

Primo Quidem, quia ex ſupra relata facti ſerie
apparet Endenum fuiſſe in poſſeſsione dd. bono-
rum a die x. Martij 1581. uſq; quo date fuerunt dd.
quęrele uigore aſsignationis factę Camerę Archi-
ducalis, & per eam ſibi, ex cauſa quidem onero-
ſa ſolutionis 30. Raynenſium, nec non uigore ſen
tentię pro eo latę 20. Iunij d. anni, ac rurſus aucto
ritate Iudicis traditę & confirmatę poſſeſsiones x.
Ianuarij 1582. nolente Montanello aduerſario ac
quieſcere declarationi regiminis d. Camerę ac etiā
taciti cuiuſdā conſenſus Montanelli acquieſcentis
compatitioni ultimo loco factę per Endenum de
quibus ſupra primo pręſupoſito latius.

13 Quibus inſtantibus† cum Endenus ſuę poſſeſsio
nis cōtinuandę cauſa actus poſſeſſorios faceret nul
lo modo potuit de turbatiua criminaliter imputa-
ri argumento l. ſi quis uxori §. ſed ſi rem. & l. qui
14 iniurię. in princ. ff. de fur. † ubi uoluntas & propo
ſitum maleficia diſtinguunt.

Non obſt. q poſſeſsio eorumdem bonorum fue-
rit adiudicata antea Montanello, nempe de Men-
ſe Februarij d. anni 1581. & ſic ea dari non potuit
Endeno poſtea modis, quibus ſupra quia hoc per
tinet ad iuſtitiam adiudicationis factę Camerę præ
dictę, de qua D. Iudex Maleficiorum non cogno
ſcebat, nec cognouit, ne falcem mitteret in meſſem
alienam, ſed eius ſolum erat cognoſcere, an En-
denus turbaſſet poſſeſsionem Montanelli, in qua
quidem cognitione, cum ipſe uideret poſſeſsionem
illam Endeno tot modis conceſſā conſiderariq; poſ
ſe probabiliter actus illos poſſeſſorios factos p En
denū cauſa pſeqēndi ſuā poſſeſsionem legitime ab-
ſoluit, nō habita conſideratione de priore illa poſ-
ſeſsione Montanelli ſi qua fuit, prout habere mini
me debuit.

Secūdo iuſtitia ſentētię abſolutorię apparet ma-
15 nifeſte † quia accuſator non probauit ſe poſſidere
tēpore prętenſarū turbationū, ut debuit ad obtinē
dū Bar. l. 1. §. ult. nu. 18. ff. uti. poſſ. & l. unica §.
1. nu. 3. C. eo. Fab. §. retinēde nu. 19. Inſt. de inter ed.
Cor. cōſ. 105. li. 2. Bos. de plur. uiol. nu. 5. & 44. Me
16 no. d. reti. poſſ. rem. 3. nu. 556. † Quinimmo iſto caſu
nec ſufficiſſet accuſatori pbare ſe poſſediſſe tēpo-
re turbationū, ſed opus fuiſſet probare etiā ſe poſſe
diſſe tēpore litis cōteſtate, q; interim Endenus fuit
immiſſus bis, ter in d. poſſeſsiōe ut ſupra primo
17 pmiſſo, † quo caſu q a nō poteſt pſumi continuata,
poſſeſsio p Mōtanellū, probare debuit ſe poſſediſſe
etiā tēpore litis cōteſtate Afflı. deci. 394. nu. 1. & 2.
Rebuf. de nat. poſſ. art. 3 glo. 1. nu. 8 Meno. alios ad
idē cōgerēs d. reme. 3. nu. 557. q nec probauit, nec
pbare potuit Mōtanellus, cū utroq; tēpore d. poſſeſ
ſio eſſet apud ipſū Endenū, ut ſupra deductum eſt
3. pręſupo.

Nec dicatur, q de mēſe Februarij d. āni 1581. eo
rūdē bonorū poſſeſsio adiudicata fuit Montanello
18 † & p eius filiū capta, eidē acquiſita fuit etiā ſine mā-
dato l. 1. § itē acquirimus ubi not. ōnes & l. p eū a con
trario ff. eo. q a reſp. tēpus illud captę poſſeſsionis, p
filiū Mōtenelli nō ſerire tēpus pretenſarū turbatio-
nū, cū illud fuerit de menſe Februarij 1581. iſtud ue
ro a menſe Maij āni 1582. citra, ut ſupra dictū fuit
19 Nec oberit ſi dicas q olim poſsedit pſumitur ho
die etiā poſsidere glo. l. ſiue poſsidetis C. de pbat. l.
nō ignorauit C. ad exhibē, Ant. But. Ab. & alij c. cū
ad ſedē de reſti. ſpol. Quia primo reſpondet pſūp
20 tionem illam non procederet qn̄ adeſt alia effica-
cior pręſumptio, q immo talis hodie non poſsideb-
at, puta pręſumptio oriens ex ſententia, ut hic ex
ſupra dictis, ut poſt Imo. & Feli. ubi p eum tradit
Alcia. reg. 2. preſup. 21. nu. 16. Secundo fortius

21 † quia non procedit præſumptio, de qua obijcitur
quando eam allegans amplius naturaliter non re-
peritur poſsidere Bar. l. ulti. ad finem C. de ędi. di.
Adri. tol. Mathes. not. 516. nota immobilem do-
ctrinam Alex. ad Bart. in. l. celſus. in uerb. extre
nuitates. de uſucap. Montanellus tempore turbatio
num amiſerat poſſeſsionem naturalem, cum eſſet
translata in Endenum pluries, ut ſupra, merito &c.
22 Tertio reſpondetur d. pręſumptionem non pro-
cedere in criminalibus in terminis turbatiuę, ut
hic, Bos. de plur. uiol. nu. 5. & inter criminalia diuer
ſorum conſ. 55. nu. 4. & ſeq. lib. 2.
Tertio eadem ſententię abſolutorię iuſtitia oſtē
ditur, quia accuſator non probauit reum doloſe
23 turbaſſe poſſeſsionem dd. bonorum, † quia in tur
batiua criminaliter intentata accuſatore, uel Fiſco
non probante dolum rei ſequi debet abſolutoria
ut ait Bal. conſ. 159. col. pen. li. 2 & conſ. 289. col.,
2. uers. quarto eſt lib. 4. Catald. inter crim. diuer
ſorum conſ. 58. nu. 2. lib. 5. Alex. l. iuſte poſſe-
dit. de acqui. poſſ. Corn. conſ. 205. lib. 2. Ruy.
conſ. 83. nu. 5. lib. 5. Soc Iun. conſ. 18. lib. 1.
& non ſolum accuſator hic non probauit dolum
rei, uerum nec probare potuit, cum non animo
turbandi fecerit Endenus, ſed eam poſſeſsionem
ex titulo oneroſo habitam & ex ſententijs confir
matam continuandi ex ſupra dictis.
24 Nec aduertatur † quod ex forma ſtatuti Terg.
in rem loquentis doli probatio non requiratur,
Iai. d. l. iuſte poſsidet. cum alijs congeſtis per
Meno. d. rem. 4. nu. 613. quia primo non fuit
accuſatio propoſita ſolummodo uigore dd. ſtatu-
torum, ſed etiam uigore Iuris communis, quo re-
quiritur. dolus, ut ſupra. Secundo eſto, quod fue
rit uigore ſtatutorum tantum accuſatus Endenus,
25 & quod non fuerit neceſſaria probatio doli † erat
ſaltem neceſſaria probatio latę culpę Bar. l. 1. §.
nunc autem ff ſi quis teſt. lib. eſſe ius. fue. l. 1. §.
1. ff. ſi mens. Fal. mo. di. & d. l. iuſte poſsidet in
fi. Papi. de for. lib. pro tur. poſſ. uers. & in eo niti
tur eum turbare &c. nu 1. & 2. Barb. conſ. pen.
nu. 19. in fi. lib. 2. Corn. d. conſ. 100. nu. 4. & d.
conſ. 205. nu. 6. conſ. 94 nu. 20. in fi. conſ. 172.
nu. 2. lib. 3. & d. conſ. 280 nu. 4. Boſſ. d. tit. de
pluri. uiol. nu. 49. & poſt hos Meno. d. rem. 3. nu. 614
ubi alios aliter ſentientes reprehendit, quę lata culpa
26 probata non fuit merito &c. † Tertio quia accuſa-
tor in ſuis quęrelis expreſsit per reum turbari doloſe,
quo caſu, quia reſtrinxit ſe ad dolū, quęquid alias ſtatuto
uel aliter nō teneretur, dolū probare, ſine dubio de
27 bet, † quia qualitas deducta in libello probanda eſt
Bar. l. titius ff. de milit. teſt. Bero. conſ 264. nu x. li.
28 3. † Immo ſi culpa probaretur de ea puniri non po
tuiſſet, ſed liberādus fuiſſet l. habebat ff. de iuſt. Bar
l. denunciaſſe §. quid tam. de adult. cum alijs allega
tis per Cepha. conſ. 76. nu. 45. lib. 1
Quarto ulterius ſi lata culpa, aut dolus aliquo
modo probatus pretenderetur, adhuc abſoluen-
29 dus reus iſte meruiſſet, † quia probauit ſe iuſtam
cauſam habuiſſe turbandi, quo caſu turbator abſol
30 ui debet † quia iuſta cauſa dolum extinguit & cō
ſequenter pœnā turbationis interimit Bal. conſ. 58.
in fi. lib. 5. Corn. d. conſ. 205. nu. 7. Bos. de decret.
medio. nu. 19. & poſt hos Meno. d. rem. 3. nu. 631.

De pluribus autem iuſtis cauſis Endeni conſtat om
31 miſsis ceteris † primo quia fuit ingreſſus eam poſ
ſeſsionem uigore contractus ceſsionis ſibi à Camé
ra Archiducali factę ex cauſa oneroſa ſolutionis
309. Raynenſium, quo caſu cauſa iuſta ſine dubio
cenſetur Corn. d. conſ. 205 nu. 7. Bos. d. tit. de de-
32 cret. medio. nu. 1. Meno. d. rem. 3. nu. 631 † Quinim
mò cum ipſe haberet a d. Camera probabiliter cre
didit ſe fuiſſe ſecurum ſtatim ab omnibus iux. l. be
33 ne a Zenone. C. de quadri. preſcrip. † quę locum
habet ſine dubio in Camera Archiducali non re-
34 cognoſcente ſuperiorem, † aut habente regalia
Bal. conſ. 359. lib. 3. Balb. de preſcrip. 2. par. 5.
par. princ. q 8. nu. 2. Secundo quia ingreſſus fuit
Endenus poſſeſsionem precedente licentia a iudi-
35 ce legitime conceſſa † quę licentia cauſam iuſtam
pręſtitit proſequendi ſuam poſſeſsionem Bal. in
ſua diſput. accuſatus de turbatiua col. ante pen. uer.
quarto queritur & d. conſ. 58. uers. pręterea, ubi
36 quis &c. Meno. d. rem. 3. nu. 640. † ubi nu. ſeq. oſtē
dit hāc licentiā patrocinari etiā ſine cauſa & iuſſus
illius licentię eſſet falſa poſt multorum auctorita-
tem, quas ibi congerit. Tertio quia Endenus poſ
ſeſsionem habuit uigore ſententiarum, ut ſupra
37 dictum fuit, † quo caſu iuſtiſsima cauſa habetur ar
gumento l. iuſte poſsidet ff. de acq. poſſ. & patet,
quia hanc iuſtam cauſam excuſantem a dolo, & il
lum pertinentem pręſtat etiam ſententia lata in
petitorio ſecundum Meno. d. rem. 3. nu. 650. quā
to magis ſententia lata in ipſo poſſeſſorio, ut hic
una cum alijs de quibus ſupra. Poſtremo conſide-
38 randum eſt, † quod cum dolus delictum ſit l. 1. §.
nunc tractemus uers. plane ff. de tut. & ratio. diſtra.
glo. l. 2. in princ. & ibi Bar. ff. de fide. tuto. & delic-
tum non pręſumatur l. merito ff. pro ſocio. non ſo
lum ex iuſtis cauſis, ut ſupra dolus quicunque eli-
39 ditur † uerum etiam quelibet cauſa leuis, iniuſta,
& (ut aiunt) beſtialis dummodo colorata aliquo
reſpectu uideri poſsit, excuſat a dolo l. igitur § po
teſt ff. de lib. cau. l. ult. cum glo. ff. de abig. l. plagij
ubi etiam glo. ff. de plagi. per quę iura ita tradit
Alex. conſ. 121. nu. 6. lib. 2 Dec. conſ. 418. nu. 23.
40 conſ. 452. col. 4. uers. & tali caſu † ubi quod ubi do
lus requiritur, ignorantia iuris excuſat ſecundum
Ang. l. ſi quis id quod ff. de iur. iud. omn. iud. Idem
Dec. cōſ. 604. col. 2. & cōſ. 605. nu. 4. & cōſ. 669. nu 6
41 & 7. in quib. cōſuluit pro Ill. Duce Grauinę cōcludēs
eū nō teneri pœna criminis lęſę maieſtatis, uel alius
licet ſūpſerit arma cū inimicis Ceſarcę maieſtatis
cōtra terras ipſius, ex quo dolus argui nō poterat
in eo, quia credidit ſibi id licuiſſe, quia habebat licentiā
per alias Vice Regis Regni Neapolitani cōponēdi,
ſe cū inimicis prędictis pro ſtatu ſuo recuperādo, pro
quo in eodē caſu cōſuluit ēt Roy. cōſ. 23. uiſo lib. 1.
Igitur ſi quęlibet leuis, iniuſta, & ruſticanea cauſa,
dūmodo aliquo modō probabilis excuſat a dolo, quan
to magis Endēus noſter ab eo excuſari, & abſolui
debuit, quia nō ſolum unā, uel alterā, ſed tot, ut ſupra
ēſt iuſtiſsimas cauſas habuit credendi ſibi licere cō-
tinuare poſſeſsionē ſuā exiſtimandi per ſe nullo
modo poſſeſsionē alienā turbare, tum uel max. quia
antea fuerat abſolutus a Vitaleone iudice malefici
orū a ſimilibus in eadē re quęrelis, ex quo probabiliter
credebat ſibi licere poſſeſsionē ſuā cōtinuare &c.

Quaeſito

Quinto eadem opinio amplectenda eſt, quia
accuſator non adimpleuit ex parte ſua adimplen-
dum, in alio, defecit in probatione identitatis
bonorum in quorum poſſeſsione ſe turbari per
Endenum conquerebatur, & eum puniri petebat
ut patet in libellis ipſius Accuſatoris, & inſtrumē
to poſſeſsionis per eius filium captę facta eorum
inuicem adamuſsim collatione, & cōſideratis eius
meritis probationibus, maximé, quando quis ac
40 cuſator eſt, & non probat, † tunc enim ſine dubio
ſuccumbit l. qui accuſare C. de eden. l. 2. ff. de pro
bat. l. actor. C. eo. Bar. l. ad monēdi nu. 9. uers. uenio
ad ult. r. ff. de iure iur. Aflli. decis. 2. Corn. conſ. 16 5.
nu. 4. lib. 3. Rol. conſ. 46. nu. 2. lib. 3. & uarijs alijs
in locis Doctores communiter.

Secundo Endenus meruit abſolutionem, quia in
omnibus fere querelis accuſatur, quod operarij,
& miniſtri turbarunt mandato ipſius Endeni, & ac
41 cuſator aliis id Endenum mandaſſe non probat. †
mandatum autem non preſumitur Bal. l. 2. C. ſi ex
falſis inſtru. cum congeſtis per Gab. de procu. con
44 clus. 1. & in delictis quę dicuntur facta mandato
alicuius, quod debeat probari mandatum, alias
45 ſequatur abſolutoria † informationibus termi
nis nempe de mandato eius, qui fuerit prius offen-
ſus ab illo, qui offenditur tex. eſt in c. cum ad
ſedem. uer. nec obſtat de reſti. ſpol. in c. quia prę
ſolatus 2. q. 4. iuncta glo. cum qua communiter alij
46 † dum inquit quod filium offenſus non tenetur, ſi
parentes eius offendāt illum, qui offenderat filium
niſi probetur mandatum filij, idē in l. 3. §. cum igi
tur uers. ea. cum familiam ff. de ui. & ar. Bal.
conſ. 583. col. ult. lib. 5. Ana. conſ. 59. & poſt
hos Bos. de mand. ad hom. nu. 39. & rurſus nu.
51. & clarius Ant. Gom. alios ad id congerens to.
3. delic. c. 3. nu. 47. in 7. q. princi.

Id quod in preſenti caſu nullam controuerſiam
patitur, quia accuſator appoſuit in querela quo
caſu probari deberet, ut ſupra dictum ſine dubio:
47 Nec in hoc creditur ipſis operarijs, cum ad eo-
rum exonerationem deponant Bar. l. deferre §.
idem ff. de iur. fis. Deci. Ped. 79. nu. 40. Bello. conſ.
63. nu. 13. & conſ. 75. nu. 7. & alibi paſsim. Ac-
cedit, quod nemo ex operarijs dicit de mandato
ad turbandum, ſed ad operandum, quod non affi-
cit Endenum, ſicut non affeciſſet, quod ipſe met
operatus fuiſſet ſuę poſſeſsionis continuande cau
ſa, & bono animo, non autem dolo, ut ſupra pro
batum ex titit. Et ſi dd. operarij ad bonum miſsi
fuerunt, etiam quod ipſi animum turbandi habuiſ
ſent, non potuiſſent in hoc nocere ipſi Endeno,
48 † cum etiam procurator generalis non habens ſpe
ciale mandatum ad delictum non poſsit efficere,
ut mandans incidat in poenam Bar. & alij l. 3. § ſi
procurator ff. quod quiſq; iuris. in l. ſi procurator
de cond. inde ubi Ias. & alij uarijs in locis.

Poſtremo quicquid ſit de ſupraſcriptis funda-
mentis a nobis ad abundantiorem cautelam pro-
uidentiore iuſtitia d. ſententię factis, Petrus En
denus proculdubio abſolutoriam merebatur á dd.
accuſationibus turbatiuę, quia criminaliter pro-
poſite fuerunt coram dd. Magnificis Sindicatori-
bus contra d. D. Iudicem maleficiorum in quibus
nihil fuit contra eum intentatum de furto, corrup-
tione, accepta pecunnia, male ablatis, barattaria
& huiuſmodi alijs, aut ſaltem minime fuit proba
tum, ſed ſolummodo accuſatus de iniuſtitia, &
49 iniquitate ſententiarum, † cum hodie de conſue-
50 tudine generaliter officiales, † pro quibus in me
moriam preteriti officij lex pſumit, & eis fauet l. 2.
ff. de off. ciui. iud. non ſindicentur de huiuſmodi,
ſed de furtis, & barattarijs, illicitis extorſionibus
Fran. Accur. de ſindi. quod refert pro notabili di-
cto Ana. de ſindi. nu. 136. in fi. Gram. conſ. 54. nu. 2.
& nu. xj. Lancell. Corr. de off. pto. in cau. ciui. lib.
2. cap. 9. nu. 83. Ioſeph. Ludo. deci. 4. nu. 39. & rur-
ſus nu. 46 iterumq; deci 9. nu. 27. & Iul. Clar. ſent.
recep. lib. 5. §. ult. q. 73. ſub nu. 8. in fin.

CONSILIVM LXI.

Argumentum.

Quando fideicōmiſsū conditionale tranſmittat ad deſcēdentes breuiter ſed admodum dilucide explicantur in hac materia principaliores difficultates.

SVMMARIVM.

Fideicōmiſsi cōditionalis ſpes nō trāſmittit ad heredē ſubſtituti, qñ ſubſtitutus predecedit heredi inſtituto nu. 1.
Fallit qñ agitur de trāſmittēdo ad filios ſubſtituti nu. 2.
Contra ſecundum communem nu. 26.
Et ſine dubio non tranſmittitur mortuo fideicommiſſario pendente conditione nu. 25.
Fallit quando apparet teſtatorem voluiſſe fieri huiuſmodi tranſmiſsionem nu. 3.
Dūmodo cōiectura colligatur ex uerbis expſsis nu. 27.
Mens autem teſtatoris ad hoc apparet, quando portiones ſubſtitutorum aliter diſtribuit, quia uidetur voluiſſe apud eos remanere, & ad filios eorū tranſmitti nu. 4.
Contra nu. 23. ubi quod hoc non ſequitur.
Filius ſubintrat in locum Patris ſeu Matris in fideicommiſſo Aui nu. 5. & 10.
Mens etiam apparet, qñ teſtator habet iam natos Nepotes ex ſubſtitutis, & non ſubſtituit ulterius alios, quia uidetur voluiſſe ſuccedere Nepotes nu. 6.
Contra nu. 33.
Ac etiam, quando ſubſtitutio facta eſt fideicommiſſario decedenti ſine filijs nu. 7.
Filij & fœminę equaliter ſuccedunt ad hereditatem tam patris, quam fratris nu. 6.
Expreſsio eorum quę tacite inſunt nihil operatur nu. 9.
Verum qñ eſt facta exp̄ſsio p modū cōditionis nu. 34.
Fallit quādo eſt facta expreſsio per modū diſpoſitionis quia tunc plurimum operatur regulariter nu. 36.
Fallit ſi expreſsio ſit alio modo; quam ut eſt nu. 56.
Fideicommiſſum nunquam cenſetur iniunctum, niſi expreſſe de eo appareat nu. 12.
Et per Iudicem pronunciandum eſt fideicommiſſum non ſubeſſe in dubio nu. 13.
Heres ſemper interpretatio fit, ut quominus grauet nu. 14.
Legatis & fideicommiſsis quod minimum eſt ſequimur nu. 15.

Fideicommiſſum eſt onus nu. 16.
Fideicommiſſi materia ſtrictiſſime intelligenda nu. 17
Fideicommiſſi ademptio fauorabilis nu 18.
In fideicommiſſis caſus omiſſus pro omiſſo habetur nu 19.
Bona in dubio ſemper libera intelliguntur non ſubiecta alicui oneri nu. 20.
Fideicommiſſum iniunctum heredi, ſi ſine filijs deceſſerit, intelligitur niſi ſubſtitutus predeceſſerit nu. 21.
Ideo fideicommiſſario precedente fideicommiſſum non tranſmittitur ſed apud grauatum remanet nu 13.
Fideicommiſſum conditionale non poteſt dici collatum in fideicommiſſarium ante euentum conditionis nu. 24.
Moriturum heredem certum eſt, ſed incertum an ante ſubſtituto nu 22.
Fideicommiſſum extinguitur quando non ſupereſt perſona cui aptari poſſit ex ipſa reuocatione teſtatoris nu 31.
Teſtatorem uoluiſſe non ſufficit niſi uoluntas in diſpoſitionem tranſiuit nu. 28.
Et aliter dicitur uoluntas abortiua nu 29.
Et uoluntas inmaginatiua non uera nu. 30.
Soc. conſ. 241. lib 2. declaratur nu 33.

Dei Opt. Max. ſuffragió implorato.

QVAE ſupra egregie, & ſubtiliter deducta, & allegata fuerunt per Excellentiſſ. D. Conſulentem dubio procul iuri & rationi cōſentanea ſunt in omnibus capitibus conſultationis. Quo ad primum caput, aliquid ſcrupuli ſupereſſe forte uideri poſſet ex his quę ex aduerſſo audio excitari.

1 Primo quidem † quia licet quando ſubſtitutus predecedit hęredi inſtituto, & antequam caſus ſubſtitutionis eueniat, ſpes fideicommiſſi conditionalis non tranſmittatur ad hæredem ſubſtituti l. ſi ex pluribus ff. de ſuis & legit. l. ſi in perſonam C. de fideicom. cum alijs per D. conſulentem allegatis, & latius per Antonium Gab. de hered. inſti. conclus. 2. nu. 2. † Hęc tamen regula non uidetur pro-
2 cedere quando tractatur de trāſmittendo fideicommiſſum ad filios, & ad deſcendentes, ut hic glo. in l. is cui, de act. & obli. in l. qui primus in glo. mag. ff. de acqui. hęred. & d. l. ſi in perſonam Bar. Soc. in l. hæredes mei § cum ita ſub. nu. 9. in 4. & 5.
3 col. ff. ad trebel. † prout etiam d. regula non procedit, quando, uel clare, uel alias ex coniectura ta mente teſtatoris apparet, quod uoluerit fieri huiuſmodi tranſmiſsionem, quia tunc ſemper tranſmiſsio fit Bal. l. 2. & nu. x. Bar. Bal. Ang. Paul. Caſt. Alex. Rip. & alij d. §. cum ita ubi Soc. Iun. nu. 53. Dec. conſ. 369 in princ. conſ. 397. nu. 5. conſ. 518. in princ. 574. nu. 7. & 594. nu. 7. Aymo. l. cum filioſa. ſecūda par. nu. 131. ff. de leg. 1. Guald. de auctella. tit. 5. de ſubſt. caut. 23. nu. 5. & caut. 6. nu. 38. Cepha. conſ. 283. nu. 22. lib. 2. Burs. conſ. 61. nu. 7. lib. 1. cum alijs fere in finitis congeſtis per Ant. Gab. de hęre. inſtit. conclus. 2. nu. 55 Hic autem conſtare uidetur de predicta mente
4 teſtatoris † quia cum ipſe teſtator inſtituerit hæredem uniuerſalem Io: Baptiſtam filium eique dederit ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituerit omnes filias fęminas, & unamquamque earum pro ęquali portione, nec illarum portiones aliter deinde fuerint per eum diſtributę, uidetur uoluiſſe eas remanere in cuiuſque hæreditate, & in diſpoſitione iuris communis, quę quidem diſpoſitio eſt, ut illę ad earum & cuiuslibet ipſarum filios deuoluan-
5 tur, † cum filius de iure communi ſubintret in locum matris in fideicommiſſo Aut. §. cum filius ut ſil. de hęre. quę ab inteſt. def.

Secundo uidetur adeſſe alia coniectura, quia tempore teſtamenti Andreę iam nati erant filij D. D. Ioannę, & Bernardinæ, de quibus nunc dubi-
6 tatur † quos teſtator dilexiſſe uidetur, cum noluerit filiabus decedentibus, alias ſuperuenientes ſubſtituere, quaſi intellexerit uelle earum portiones trāſmitti ad earum filios iam natos, ut allegatur uoluiſſe Soc. Iun. conſ. 141. lib. 2. credo allega-
7 ri col. antepe. nu. 14. † ubi noluit quod quando ſubſtitutio facta eſt fideicommiſſario decedenti ſine filijs, quia uidetur habita iſte ne filios ... fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, & plures ita tenentes allegat.

Secūdo principaliter nō impeditur hic trāſmiſſio
8 fideicōmiſſi cōditionalis; † quia cū filię fœminæ Andreę teſtatoris abſque ſubſtitutione ſuccederent de iure cōmuni, p ęquali portione ad hæreditaté tā Patris q; Fratris aut de hęre. ab inteſt. §. 1. & ... † &
9 ... † illa uocatio per ſubſtitutionem poſt morté Io: Baptiſtę ęqualiter, quę fuerit in hæreditate, nihil operari uidetur l. hæc uerba ff. de leg. 1. l. non trebel C. de fideicom. Rom. conſ. 368. pro habendo plena nu. 5. & ſic nec impedimentum tranſmiſsionis.

Tertio principali pro nepotibus uidetur facere quia ſumus in fideicommiſſo iniuncto per Andream ſuum Io: Baptiſtę filio, in quo filij ſubintrant in locum ſuarum matrum pręmortuarum pendente conditione, & concurrunt cum amitis, & patruis ſi ex tarent, † quia quū agitur de fideicommiſſo uniuerſali
10 ſiue aſcendentis filius intrat locum patris glo. in l. cum i a §. in fideicommiſſo ff. de l. 2. ita declarata per Doct. uarijs in locis, pręſertim per Corn. col. 80. nu. xj. conſ. 59. nu. 11. per Pari. conſ. 38. nu. 15. per. Ant. Rub. conſ. 82. col. ult. per Soc. iun. conſ. 116. nu. 9. & conſ. 120. nu. xj. lib. 2. per Curt. iun. conſ. 148. nu. xj. & alios uarijs in locis.
11 † Qui omnes admittere uidētur pdictā cōcluſionē generaliter quādo tractatur de fideicōmiſſo aſcendentium in aſcendendo per attendentes, ut hic, prout concludit etiam Dec. conſ. 217. & non nulli alij deinde eum ſequuti.

Cęterum maturius re perpenſa cenſeo rectiſsime reſponſum per Excellentiſsimum D. ſupra Cōſulentem pręedictos nepotes ad fideicommiſſum huiuſmodi non admitti.

12 Primo Quidem, † quia teſtator nunquam fideicommiſſum iniunxiſſe dicitur, niſi expreſſe de
13 eo appareat, † ideoq; per Iudicem ſemper pronunciandum fideicommiſſum non ſubeſſe l. ſuerius §. tres hęredes, uer. & quunciam hęreditatis ff. ad trebel. ubi Iac. ſupra in & Alb. Paul. Caſtren. conſ. 51. in antic. las. l. poteſt de uulg. & pup. Rip. d. §. cum ita nu. 17. Alex. conſ. 81. nu. 6. & conſ.

207.

14 nor. lib. 9. † quia ut ipſe inquit interpretatio ſem
per fit, ut heres nimis grauetur, quam ſit poſsibi
15 le l. unum ex familia § ſi rem ff. de leg. 2. † & in
legatis ac fideicommiſsis, ſemper quod minimum
eſt ſequimur l. apud Iulianum § ſcio de leg. 1. l. nun
quis de leg. 3. Rom. l. plures ff. de dam. infe. l. in
16 teſtamentis ff. de reg. iur. † & quia fideicommiſ-
17 ſū eſt onus coheredis cū filiis ff. de vulg. † ideoq;
eius materia ſtrictiſsime interpretanda eſt Dec.
conſ. 95 col. ante penul. uers. ſed tamen in caſu
de uers. in terminis & conſ. 465. nu. 14. Aymo conſ.
181. nu. 1. Cephal. conſ. 23. nu. 11. & conſ. 268.
18 nu. 27. lib. 2. Bero. conſ. 79. nu. 3. lib. 2. † Vnde
cum eius impoſitio ſit odioſa ut ſupra ademptio
eſt fauorabilis l. ſi fuerit ubi Paul. Caſtr. & Soc.
19 v. not. ff. de reb. dub. † ac etiam quia in fideicom
miſsi caſus ommiſſus habetur pro ommiſſo. Alci.
20 conſ. 5. nu. 2. d. lib. 9. † & quia ſemper dicimus
bona eſſe libere, & nulli uinculo ſubiecta l. altius
C. de ſer. las poſt alios l. ſi petitur ff. de op. no. ſic in
caſu preſenti non apparet teſtatorem uoluiſſe in
iungere fideicommiſſum ad fauorem dd. nepotum,
aut illud ad eos per eorum matrem tranſmitti,
merito &c.

21 † Secundo Quia Io. Baptiſta heres inſtitutus
grauatus, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & natu-
ralibus reſtituere d. hereditatem ſororibus equali-
ter, cenſetur grauatus ſub conditione, ſi D.
Ioanna, Bernardina, & alię non prędecederent
22 l. ſi cum heres ff. quando dies leg. ced. † quamuis e.
certum ſit heredem moriturum, incertum eſt ta-
men an ſubſtitutus meus l. heres meus poſt prin.
23 ff. de condit. & demon. † idea ſi legatarius, uel fi-
deicommiſſarius ante heredem deceſſerit, legatum
uel fideicommiſſum non tranſmittitur, ſed apud
grauatum remanet l. 1. § dies. ff. eo. l. cum illud
ff. quando di. leg. eod. Paul. Caſt. l. ſi ante Tib.
uers. item pater ff. ad leg. falc. Alex. l. fin. nu. 4.
C. de leg. Bar. Soc. conſ. 2. lib. 4. Guald. de arte
teſta. tit. 6. caut. 60. Doct. l. cum filiusfa. ff. de
leg. 1. ubi Soc. nu. 1. Rip. col. 2. ult. not. Beuc.
nu. 164. Soc. iun. conſ. 117. nu. 9. lib. 1. Fabi de
Monte inter conſ. diuer. ultimarum uoluntatum
conſ. 149. nu. 14. lib. 1. Cephal. conſ. 132. nu. 5. lib.
24 1. & conſ. 158. nu. 10. lib. 2. † fideicommiſſum u-
tem conditionale non poteſt dici collatum in fi-
de comiſſarium ante euentum conditionis l. 2. ff.
de reg. Cato. Alex. l. ita tamen § ſi quis ſuſpectam
nu. 6. ad trebel. per l. Paulo Callimaco § 1. de leg.
3. & poſt conditionis defectum non poteſt dici ſi
bi datum, cum ipſe, amplius non ſit in rerum natu
ra Bald. inter dd. conſ. diuer. conſ. 177. nu. 48. lib.
1. Alc. conſ. 567 nu. 5. ſecundum antiquam im-
preſsionem Emilia. conſ. 41.

25 † Vnde communis eſt concluſio, quod fideicom
miſſum conditionale mortuo fideicommiſſario pē
dente conditione, non tranſmittitur etiam ad pro
prios filios, glo. quam Cin. Bar. Sal. & omnes ibi
ſequuntur l. unica C. de his, qui ante apert. tab.
Bar. Alex. & alij. d. § cum ita ubi Soc. nu. 6. Rip.
nu. 60. Aco. nu. 27. Soc. iun. nu. 47. & ſeq. Bal.
d. l. ſi in perſonam col. 1. uers. quero utrum l. ſi
pater col. 6. uers. 4. queritur C. de inſt. & ſubſt.
l. ſi plures col. 6. uers. ſed contra hoc C. de condi.

inſert. & conſ. 98. col. ult. lib. 1. & conſ. 117.
lib. 5. Alex. conſ. 50. col. 1. lib. 2. conſ. 152. lib.
1. & conſ. 165. col. 1. lib. 5 ubi idem teſtatur Caſ
ſa. conſ. 62. col. 2. uerſ. item ſtatio. qui pariter co-
munem aſſerit Paris conſ. 52. nu. 2 lib. 3. ubi idē
teſtatur, & cōnſ. 77. nu. 2. & 3. lib. 2. Soc. iuni.
conſ. 146. nu. 4. lib. 2. plenius conſ. 117. nu. 18.
lib. 1. Rom. conſ. 17. uiſo puncto, & conſ. 161.
ſuper puncto & conſ. 480. aſſerēs hanc eſſe indu-
bitatiſsimam opinionem Cephr. conſ. 76. nu. 10.
lib. 1. Alci. conſ. 35. conſ 51. nu 10. conſ. 81. nu.
13 Gab. multos alios congerens d. concluſ. 2. nu.
10. ſicut etiam mod. peruſ. in tract. compendio
ſubſti. par. 6. art. 2 concluſ. 5. in princ. Vaſq. §
pariter de comuni teſtatur de ſucceſſ. progre. lib.
1 § 9 ſub. nu. 52 Bero. conſ 74. nu. 17 & 20.
lib. 2. Cum ergo fideicommiſſum conditionale nō
tranſmittatur etiam ad filios fideicommiſſario prę
decente conditione pendente non potuerunt dd.
Ioanna & Bernardina premorientes Io. Bapti-
ſtę non dum conditione adimpleta ſeptem fidei-
commiſsi tranſmittere.

26 † Non obſt. ſupra in contrarium allegata, &
primo glo. in d. l. 15. cui cum alijs ſim. allegatis,
in quibus dicitur, quod huiuſmodi tranſmiſsio
ad alios ſit, quia ea glo. & alij eam ſequuti commu
niter reprobantur, ut tradunt omnes d. l. unica &
in locis ſupra citatis, & nominatim Vaſq. de ſuc
ceſ. progreſ. lib. 3. § 29. nu. 19. ſub. tit. commu.
de leg. latius alios congerens Zanc. d. § cum ita nu.
291. ad med.

Non obſt. ſecundo loco, quod de coniecturata
mente teſtatoris dicebatur, quia licet communiter
dicatur fideicommiſſum conditionale tranſmitti
ad filios, & deſcendentes quando apparet de men
te teſtatoris etiam ex coniecturis, ut ſupra conclu-
27 ſum fuit, hoc tamen procedit ſolummodo, quan
do coniecturę huiuſmodi ſumuntur ex uerbis, &
28 diſpoſitis per teſtatorem in ipſo teſtamēto, † quia
non ſufficit teſtatorem uoluiſſe, niſi uoluntas eius
in diſpoſitionem tranſierit l. quidem cum filium
29 ubi Bal. & Doct. ff. de haer. inſt. † & aliter dicitur
uoluntas abortiua l. ſi repetendi C. de con. ob cau.
30 † & immaginaria, non uera Bal. d. l. uni. C. de his
qui ant. aper. tab. & ita intelligit, & reſtringit d.
opinionem Bal. d. l. uni. col. ult. uers. niſi aliqui-
bus Vbi Corn. uers. in eadem, &c Soc. d. § cum
ita col. 5. uers. ex dictis tamen Baldi, & conſ. 6.
col. 3. uers. quod tamen lib. 3. conſ. 574. nu. 4.
conſ. 515. nu. 7. conſ. 397. nu. 6. conſ. 369. nu.
1. Dec. conſ. 417. ad fin. uers. preterea conſ. 574.
col. 2. uers. ſubiicit tamen Soc. conſ. 35. col pen.
uers. & uidetur dicendum Iaſ. conſ. 154. uers. cō
firmatur prędicta lib. 4. Paris. conſ. 63. nu. 17.
& conſ. 14. col. 2. uers. nec iſti concluſioni lib. 3.
Gozza. conſ. 29. col. pen. uers. nec obſtat contraria
Cur. Iuo. conſ. 16. col. 2. in fi. uers. & uerum
quod Baldus Ruy. conſ. 178. col. 2. uers. actam
d. caſu & conſ. 201. col. 4. uers. ſed dato lib.
2. Soc. Iun. conſ. 141. nu. 22. lib. 2. Rip. d. §
cum ita nu. 6. & alijs in locis alij communiter &
31 ad rem admodum conducit † quia quando non
ſupereſt perſona cui aptari poſsit fideicommiſ-
ſum ex ipſa uocatione teſtatoris fideicommiſſum

exun-

f. Pereg. de fideicomm. artic. 21 n.° 7.

extinguitur l. pretor §. pen. §. Iulius Agrippa. de
leg. 3. l. Mutia. ç. ff. de cond. & demonſ. Iaſ. conſ.
164. lib. 4. Alex. conſ. 31. nu. 13. & eſt commu-
nis opinio * ut attestatur, & ſequitur Gab. d. con-
cluſ. 2. nu. 19. ſed nulla coniecturarum, quę alle-
gamus ex uerbis teſtamenti in propoſito colligitur
merito ex eis ad tranſmiſsionem hanc conferri non
poteſt, & hæc ſola reſponſio ſufficeret quoad al-
legatas coniecturas, ſed ſpecialiter percurrēdo eas.
32 † Non obſt. prima coniectura ſumpta ex eo
q teſtator filias feminas ſubſtituit equaliter Io. Bap
tiſtę decedenti ſine filijs. & portiones illarum alte
rius non diſtribuit, quaſi uideatur uoluiſſe remane
re ſub diſpoſitione iuris communis, quę eſt, q
ad filios deuoluatur, cum ij ſubintrent in locum
matris in fideicommiſſo aſcendentium d. §. cum fi
lius, quia preterquam, quod non ſequitur, teſtator
non diſtribuit portiones filiarum ſubſtitutarum er
go uoluit peruenire ad earum filios uia tranſmiſ-
ſionis, per ſupra dicta, ad hoc reſp. infra dum dabi
tur reſponſio ad ultimum argumentum ſupra alle-
gatum.
Nec obſt. ſecunda coniectura, quę eſt, quod ex
quo teſtator noluit ſubſtituere alias ſuperuiuentes
filias filiabus premorientibus cum filijs, rationem
habuit de ipſis nepotibus, uidetur uoluiſſe fieri
tranſmiſsionem ſecundum Soc. iun. d. conſ. 241.
33 lib. 2. † quia reſp. quod tantum abeſt, ut Soc. d.
loco faciat pro iſta opinione, quod uere nihil pro
bat, loquitur enim Soc. quando eſt facta mentio fi
liorum illarum perſonarum, que ſubſtituuntur,
tunc enim ex uerbis teſtatoris uidetur ratio habita
de ipſis filijs, ideo ad eos fit tranſmiſsio, hic nullibi
in dicto teſtamento facta eſt mentio filiorum dd.
Ioannę, & Bernardinæ merito &c.
Non obſt. quod uideamur eſſe in caſu, in quo
tranſmiſsio fideicommiſsi conditionalis impediri
non poteſt, ex quo filię Andreę teſtatoris ſuccede
bant iure communi equaliter tam patri quam fra-
tri d. §. 1. aut. de hęre. ab inteſt. & §. 1. uiſ. eo. &
ideo cum uocatio earum ad fideicommiſſum nihil
operetur non uidetur poſſe tranſmiſsionem impe-
34 dire d. l. hæc uerba ff. de leg. 1. quia reſp. primo †
quod regula illa, expreſsio eorum, que tacite in-
ſunt nihil operatur, non procedit indiſtincte, ha
bet enim duo capita principalia, Vnum quando ex
primitur per uiam conditionis, & tunc regula pro
cedit, licet multas declarationes patiatur, & in ali
is terminis loquitur d. l. hæc uerba, in contrarium
allegata cum ſimil. & ibi notabiliter declarat Bar.
& Iaſ. nu. 34. & hoc caput non facit ad rem, quia
hic non agimus de expreſsione eorum, quę tacite
35 inſunt per modum conditionis †. Aliud eſt caput
quando fit expreſsio eorum, quę tacite inſunt
per modum diſpoſitionis, ut hic, de quo loquitur
late Iaſ. d. l. hæc uerba nu. 43 uſque ad fin. & ut ex
ibi traditis in hoc capite uarijs modis concluditur,
regula tamen fit affirmatiua, quod expreſsio tunc
pluſimum operatur Aret. d. l. hæc uerba col. 4. uerſ.
tu die uerius, & uer. ſed quęritur Cros. l. qui Romę
§. duo fratres nu. 34. uerſ. ſepius dubitatum. de uerb.
oblig. & eſt de mente Bar. in l. diem proferre §.
ſtatu. ff. de arb. ſequitur Abb. c. cum dilecta de reſ
cript. Fulg. conſ. 61. Aymo. conſ. 281. nu. 9. &

Decia. conſ. 41. nu. 51. lib. 1. ubi hoc omnia
adducit. Secundo Reſp. quod expreſsio eorum quę
tacite inſunt non operatur, admitto, quando fit
36 per eum modum quo ineſt † ſecus quando fit per
alium modum, tunc enim operatur l. titia ff. ad l.
falci. l. 1. ff. ſi pen. app. mentio & tradunt omnes
in d. l. hęc uerba de leg. 1. Idem Decia. conſ. 98.
nu. 16. lib. 2. hic fit per alium modum, quam in
eſſet, quia in erat per modum ſuccedendi tantum
ab inteſtato fideicommiſſarijs, id eſt ſi Io. Bapti-
ſta mortuus fuiſſet inteſtatus, filię eiuſdem Andreę
ſucceſsiſſent in totum ei ab inteſtato ut iura in con
trarium allegata loquuntur, expreſsio aliter fit, q
uocatur ad fideicommiſſum etiam eo moriente cū
teſtator cum de bonis ſubiectis fideicommiſſo teſ-
tari non poſſet, ut notiſsimum eſt, ex quo appa-
ret neceſſe eſſe fateri quod hoc caſu expreſsio ope
ratur & ideo ſine dubio, argumentum in contrarium
adductum penitus ceſſat.
Non obſt. ultimo loco, quod ij nepotes An-
dreę admitti uideantur ad d. fideicommiſſum alia
uia, hoc eſt quia ſubintrant in locum eorum ma-
trum, ut concurrant cum amitis, cum quando
agitur de fideicommiſſo aui, uel alterius aſcenden
tis ad admittendis deſcendentibus filij ſubintrent in
locum patris uel matris, ut hic ſecundum Doct. d.
37 conſ. 217. & alios ſupra allegatos, quia reſp. † q
immo uerius eſt in fideicommiſsis filium non ſub-
intrare in locum Patris, ſiue agatur de fideicommiſ
ſo aſcendentis, ſiue tranſuerſalis, quicquid uoluerit
uetus Dec. d. conſ. 217. cum filius non intret in
locum Patris in diſpoſitione hominis, ut tradunt
omnes, quos ipſemet Dec. citat. conſ. 271 in fin.
uti egregie poſt Iaco. de puteo. & Ang. Perig. in
concludit Ant. Rub. reprehendens nominatim
Dec. d. conſ. 217. in conſ. 38. nu. 1. & ſeq. ubi eti
am alias rationes adducit contra Dec. latius hoc
idem firmat Chriſt. Cartul. inter conſil. d. Portij
Imolę conſ. 52. nu. 1. & Alleg. ibidem conſ. 53. d.
1. & late etiam pro communi * & uera poſt multos,
quos ibi congerit, tradit Rolan. conſ. 38. nu.
33. lib. 4.
Secundo, quia multi quoad hoc (ut non me la-
tet) diſſentire uidentur ab iſta opinione, dato q
38 teneamus affirmatiuam iſto caſu, † reſp. affirma-
tiuam iſtam non procedere, quando filij, uel filię
nominatim in teſtamento ſubſtituti, ſubſtitutę re
periuntur, quia tunc non ſubintrant in dicto fi-
deicommiſſo in locum Patris, uel matris Dec. cōſ.
480. col. 3. uerſ. & hoc idem alia ratione. Curt.
iun. conſ. 161. col. 3. ad fi. Rub conſ. 40. col. 1. uer.
alia etiam ratione, & alij collecti per Ant. Gab de
39 fideicom. conclus. 3. nu. 6. † Idem ſi teſtator no-
minatis in parte teſtamenti filios deinde in ſubſti
tuendo eos aliter non nominet nomine proprio
ſed ſubdat filios meos ſubſtituo, quia intelligitur
nominatim eos, ut ſupra appellare Curt. Iunio.
40 cōſ. 58. uer. ſed permiſſa & eodē modo ſi diceret
infraſcriptos, uel ſupra ſcriptos filios meos inſtituo
to Rub. d. conſ. 40. col. 2. Ruy. conſ. 132. col. 9.
lib. 2. & poſt hos Gab. d. conclu. 3. nu. 9. & ſ. in
caſu noſtro teſtator ſubſtituēdo filias eas nomine
proprio expreſsit, uel ſaltem per uerbum infra i
ſeu ſupra ſcriptas aut eas in alia parte teſtamenti

nominauit

nominauit, dum ſingulis ipſarum aliquid titulo honorabilis inſtitutionis reliquit, et facti ſpecie prę ſuponitur merito in locum Ioannę, & Bernardinę ipſarum filij ſubintrare in hoc fideicommiſſo non poterunt.

Ex quibus luce clarius apparet per dd. filios D D. Ioannę Bernardinę neque ex iure tranſmiſſionis ſpecie fideicommiſſi, neque ex iure ſubintrationis in locum matruum ipſarum ad d. fideicommiſſum admitti poſſe cum amitis predictis, Ideoque tam in hoc quam in ceteris capitibus, in quibus nulla adeſt difficultas, in eãdem ſententiã tranſio cum ſuprafcripto D. Conſulente.

CONSILIVM LXII.

Argumentum.

An pręlegatum factum gratia ęqualitatis ſeruandæ inter filios ceſſet æqualitate ceſſante.

SVMMARIVM.

Omiſſus caſus a teſtatore habetur pro omiſſo nu. 1.
Dummodo non ſit omiſſus mente nu. 19. 20.
Teſtator quod non dixit nec nos dicere debemus nu. 12.
Fideicommiſſa iniuncta filijs non uidentur repetita nepotibus nu. 13.
Fallit ſi de mente apparet in contrarium nu. 17. & nu. 30.
Legata exequata ſunt fideicommiſſis nu. 4.
Legatum in unum caſum factum non trahitur ad alium nu. 4. & 5.
Legatum, & fideicommiſſum non expreſſe iniunctum pronunciari debet appoſitum nu. 6.
Fallit ſi apparet aliter ex mente nu. 38.
Fallit ſi agitur de ſeruanda equalitate inter fratres quia tunc adheremus interpretationi, quę ſeruat æqualitatem nu. 39.
Etiam ſi d. æqualitas inter fratres non ſit iuſſa per teſtatorem nu. 40.
Diuiſio erronea retractari debet nu. 7.
Minores leſi reſtituendi ex capite minoris ætatis nu. 8.
Mens ſemper in quibuslibet diſpoſitionibus prę ceteris attendenda eſt nu. 9.
Rationes remiſſiue nu. 12.
Precipuę in teſtamentaria materia nu. 10.
Et in fideicommiſſis nu. 11.
Etiam ex coniecturis collecta nu. 13.
Mens collecta ex coniecturis equiparatur expreſſę nu. 14.
Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur nu. 15.
Fallit ex coniecturis nu. 6.
Fideicommiſſum ampliatur reſtringitur & declaratur ad limites rationis & cauſę nu. 14.
Fideicommiſſum factum filio adiecta ratione, ut bona remaneant in agnatione, extenditur etiam ad filios filiarum deſcendentium ſiue filijs nu. 32.
Mens colligitur ex ratione expreſſa nu. 18.
Immo magis colligitur ex ratione quam ex uerbis nu. 19.
Diſpoſitio teſtatoris ſpecialis expreſſa in perſona aliquorum ad alias perſonas ſub illa ratione comprenſas extenditur nu. 21.
Ratio generalis ampliat diſpoſitionem ſpecialem nu. 22.
Etiam in materia pœnali ſi ratio ſit expreſſa nu. 23.
Maxime in fideicommiſſis, & legatis nu. 24.
Ratio diſpoſitioni adiecta facit ut recedamus a ꝓprietate uerborum, & illi adhęreamus nu. 25.
Ratio facit ut ex ea dictum intelligimus nu. 26.
Renuncians bonorum poſſeſſioni, non intelligitur renunciare petitioni hęreditatis, & ſic remedio ciuili nu. 27.
Niſi addiciat cauſam, que influat in utrũque remedium, pretorium, & Ciuile nu. 28.
Prohibitio alienationis facta hæredi non intelligitur facta hæredi hęredis nu. 29.
Niſi ratio expreſſa ſit qua comprehendat etiam heredem hęredis quia tunc comprehendit etiam hæredem hęredis nu. 30.
Immo etiam omnes Agnatos deſcendentes nu. 31.
Fideicommiſſum dicitur onus ideo in eo ſtricta ſit interpretatio nu. 33.
Fallit quando apparet factũ per teſtatorem ea mente ut bona remaneant in agnatione nu. 34.
Indifinita equipollet uniuerſali nu. 35.
Maxime ſi omnium ſub uniuerſali comprehenſorum eadem & ęqua ratio, qualitas, & conditio eſt nu. 36.
Equalitas eſt ſeruãda inter fratres etiam quod non ſit iuſſa per teſtatorem nu. 40.
Equalitatis ſeruandę ratio ſæpe ãpliat & reſtringit diſpoſitionem teſtatoris quoad ipſius effectum nu. 41.
Pater prẹſumitur adhibere filium ad ſtipulandum animo donandi nu. 42.
Niſi propter numerum filiorum quia tunc contra ne ſequatur inęqualitas inter filios nu. 43.
Subſtitutio accipienda eſt fideicommiſſaria qua alias non eſſet, ut ſeruetur ęqualitas nu. 44.
Primum teſtamentũ inter liberos in quo nõ ſeruatur ęqualitas inter filios reuocatur per ſecundum, in quo ſeruatur non obſtante auth. hoc inter liberos nu. 45.
Equalitas eſt amicitia, & concordia parens, & altrix nu. 46.
Inęqualitas eſt diſcordiarum bellorumque mater nu. 47.
Concordia pax, & amicitia ſeruanda inter fratres eſt nu. 48.
Lex intenta eſt, ut æqualitas ſeruetur inter liberos, & qua ratione nu. 49.
Lex hortatur parentes ut equaliter teſtetur inter liberos nu. 50.
Pater non debet unum facere filium, & alium priuignum nu. 51.
Diſpoſitio teſtatoris eſt lex nu. 52.
Argumentum ab antecedenti neceſſario ualidum nu. 53.
Legati cauſa ceſſante, ceſſat legatum nu. 54.
Opinio illa amplectenda eſt in dubio pro qua adeſt æquitas, ſeruatur mens teſtatoris. fratres ad ęqualitatem reducuntur & conſequenter in pace, cocordia & amicitia conſeruantur nu. 55.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

REQVISITVS, ut ſupra ſcriptæ conſultationi ipſe quoq; ſi iuſta uideretur me, nomenq; meum ſubſcriberem perlecta facti ſpecie quoad primam dubitationem (nã quoad reliquas, quia nõ habent difficultatẽ non inſtabo) ſubſiſti aliquãtulum, uiſumque eſt de ea prima (ut aiunt) fronte non mediocriter hæſitandum, ea potiſsimum ratione, quia, ut in facti prædicti ſpecie ſupponitur, D. Angelus Hieronimi de Baccis de ſuis proprijs bonis erexit unam commendam, ualoris duorum milliorum ſcutorũ ad fauorem domini Hieronimi ſui filij, & eius deſcendentium maſculorum eãque religioni Sancti Stephani & Sereniſſ. Magno Etruriæ Duci d. Religionis mag. Magiſtro ſubiecit, cum quibuſdam pactis, precipue autẽ, quod finita linea maſculina domini Hieronimi de ea inueſtiatur alius, qui primo genitus tunc reperitur d. teſtatoris, Deinde moriens Dominus Angelus in ſuo ultimo teſtamento prælegauit D. Fuluio, D Marcho Antonio, & D. Io: Baptiſtę alijs ſuis filijs legitimis, & naturalibus ſcuta bis mille pro quolibet, adiecta ratione expreſſa ut inter d. ſuos filios æqualitas ſeruaretur, prędicti fratres donec D. Hieronimus uixit ſteterunt in comunione, mortuo D. Hieronimo, eiuſq; linea maſculina penitus extincta ſuperſtitibus omnibus alijs fratribus prędicta commenda delata ad manus D. Fuluij uti tunc primogeniti uigore d. erectionis. & inueſtiturę factaque de reliquis bonis, & hęreditate paterna æquali diuiſione inter dd. tres fratres, partes apparuerũt inęquales, habito reſpectu etiam ad d. commendam, prout tanquã conſtitutã ex bonis ipſius, d. teſtator uidetur habere uoluiſſe, cum precipue D. Fuluius eam obtineret & propterea DD. Marcus Antonius & Io: Baptiſta petunt, ut ad ęqualitatẽ omnia reducantur. ſecundum mentem teſtatoris ſcuta bis mille, quæ ſuper abundant D. Fuluio inter omnes tres diuidantur. Huic autem petitioni uidetur obſtare.

Primo quidem, quia teſtator mandauit prælegati illius deductionem de ſuis bonis fieri per tres prędictos eius filios, ut ęqualitas ſeruaretur inter eos, & D. Hieronimum tunc d. comendam detinentem, nec reperitur iuſſiſſe fieri in caſum deuolutionis d. commendę in D. Fuluium, uel alium eius
1 Filium, † unde cum caſus iſte, in quo de d. deductione facienda hodie agitur, fuerit a teſtatore omiſſus, ad eum d. prouiſio non uidetur extendenda l. commodiſsime de lib. & poſth.

Secundo ſi ad hunc caſum prouiſionem prędictam extendi diceremus, nil aliud eſſet quam affirmare quod legatum factum in unum caſum eſſet
2 in alium repetitum, quod abſurdum eſſet, † quia quod teſtator non dixit nec nos dicere debemus l. unica §. ubi autem. in fin. C. de Cad. tollen. Patet
3 in ſimili, quia ſicuti in fideicommiſsis dicimus† ea iniuncta filijs, ſi deceſſerint ſine filijs, non uideri repetita nepotibus pariter ſine filijs decedentibus ut uoluit Oldra. conſ. 21. per l. heredibus & l. ex facto §. pen. ad trebell. & l. ſi quis hęredem ut idem firmant mod. C. de inſt. & ſubſt. Aymo. conſ. ultimo nu. 16. & alij quam plures relati per Gab. de fideic. conclus 7. nu. 1. & per Odd. de compend. ſubſt. parte 6. arti. 2. pagina 189. uer. terti-
4 us caſus &c. † ita etiam legatum hoc, cum exequa-
5 ta ſint legata fideicommiſsis, & e contra l. 1. ubi omnes not. ff de leg. 1. iniunctum in caſum delationis commendę per D. Hieronymum & ad onus ipſius non uidetur repetitum in caſum deuolutionis d. Commendę ad alium filium.

6 † Tertio quia quando expreſſe fideicommiſſum & eadẽ ratione legatum nõ eſt in iniũctũ, in dubio prænunciari debet non eſſe appoſitum aut repetitum Aymo. poſt alios conſ. 180. in fi. Alb. conſ. 1. nu. 6. Mano. conſ. 85. nu. 51. Hier. Gab. conſ. 95. nu. 17 & alij uarijs in locis.

Poſtremo, quia licet nunquam actenus prędictum prælegatum deductum fuerit & propterea uideatur ſaltem ad huc deberi, non obſtante diuiſio-
7 ne ęqualiter facta, † quę tanquam erronea retractari debet ad Dec. conſ. 526. nu. 6. maxime cum iſti (ut mihi pro claro pręſupponitur) minores ſint
8 † & ideo grauiter læſi ex capite minoris ętatis reſtituendi ueniunt, ut iura ſunt uulgaria, Attamen parum aut nihil illud prędictis dD. Marco Ant. & Io: Baptiſtę prodeſſe uidetur, quia cum ipſe D. Fuluius ſit unus prælegatarius ex illis tribus, quibus prælegatum factum eſt, & conſequenter ſi fiat deductio hactenus non facta per ipſum quoq; ſcienda uenit ex hodierno augumento d. commendæ in eius ſolius fauorem eadem inęqualitas, quæ eſt aderit inter fratres prędictos.

Cęterum diligentiori cura, uerbis, ac mente d. teſtatoris, diu poſtea conſideratis, ſententię ſupraſcriptis Excellentiſſ. D. Conſulentis, ac etiam Excellentiſſ. D. Alberti. Aduocati Floren. i ni qui pro hac opinione refertur ſcripſiſſe, licet eius conſilium non uiderim, cenſo eſſe adherendum, nempe, ut d. ſcuta bis mille bonorum d. hæreditatis quæ ſuperabundant hodie domino Fuluio, diuidenda ęqualiter ſint inter dd. tres fratres ſuperſtites, ita ut diuiſio ad ęqualitatem reducatur ad hanc autem ſententiam adducor tam ex multis per ſupraſcriptum D. Conſulentem abunde deductis, & adductis quam etiam ex non nullis alijs a nobis infra afferendis.

9 † Pręcipue autem, quia regula Iuris clariſsima eſt mentẽ diſponentis ſemper pręcęteris attendendam in omnibus diſpoſitionibus l. ſcire §. aliud ff. de excu. tut. ut poſt alios cumulatiſsime colligit Tiraq. ad l. ſi unquam in præfatio. nu. 47. & ſeqq.
10 † in materia teſtamentaria l. hęredes mei §. cum ita
11 ad treb. ubi R. p. nu. 31. Tira. ubi ſupra nu. 52 † ita fideicõmiſsus eſt ex l. in conditionibus primum locum ff. de condi. & demon. cum late congeſtis per eundem Tiraq. d. lo. nu. 48. & ſeqq. maxime
12 nu. 52. † Huius rei ſex rationes coegerit idem au-
13 tor Tira. d. loco nu. 60. uera eſt iſta concluſio, † ut ubicunque non ſolum ex expręſſa uerum etiam coniecturata mente teſtatoris ex uerbis eius elicita apparere poteſt ipſum uoluiſſe aliqd diſponere

illud

Illud ſine dubio præceteris attenditur, non obſtan
tibus aliquibus regulis iuris, & uerbis in contrarium
a quibus propter mentem omnino receditur d.l. ſci
14 tū §. illud † quia mens collecta ex cōiecturis æqui
paratur mēti expreſſę l.licet imperator, ubi Bar. ff.
de leg. 1. l. cum annis de cond. & demon. l. cum ui
15 rum C. de fideic. Vnde uidemus, † quod licet con
16 ditionale fideicommiſſum non tranſmittatur, † at-
tamen tranſmittitur ſi ex coniecturis hoc colliga
tur Bal. l.uni. C. de his qui ant.aper.tab Dec. conſ.
369. in princ. Gabri. de hęre. inſti. conclu. 2. nu.
21. in multis alijs diſpoſitionib. hominum quas,
conſultus per tranſeo, & tangit Ias. d. l. cum uirū
17 ad rem autem illud maxime facit † quia ſi de mēte
appareat fideicommiſſum iniunctum filio deceden
ti ſine filijs etiam nepoti decedenti pariter ſine fili
js inductum, & repetitum ſine dubio cenſetur,
Gui. Pap. deci. 531. Soc. Seni. conſ. 25 nu. 4. li.
2. Corn. conſ. 146. nu. 4. & 21. li. 2. Aymo. conſ.
98 nu. 1. & d. conſ. ultimo ſub. nu. 19. uers. ſecun-
do principaliter Hier. Grat. conſ. 5. col. ultima
lib. 2. Ant. Gab. qui cummulate alios id tenentes
colligit de fideicom. d. conclus. 7. nu. 4. Burſa. cōſ.
2. nu. 1. lib. 1. & alij alijs in locis Vnde cum hic
appareat de prędicta mente teſtatoris, uolētis ęqua
litatem ſeruari inter ſuos filios, ut mox deducetur
non eſt dubitandū predictū prelegatum repetitum
cenſeri, & deberi etiam in caſu deuolutionis d.
commendę in perſonam D.Fului. cum aliter ęqua
litas inter eos ſeruari non poſsit.

Quod autem de mente teſtatoris ita uoleñtis hic
appareat, conſtat apertiſsime, quia inquit teſtator
q. ... erexiſſet de ſuis bonis ſitis in campaneis Are
tij, loco dicto cognata unam commendam ualoris
duorum millium ſcutorum, pro D. Hieronimo ſuo
filio, & ex hoc ſi in reliquis bonis ſuis omnes ęqua
liter inſtitueret, inęqualitas inſurgeret, Ideir-
co uolens, & intendens ęqualitatem, uel quaſi
inter dd. ſuos filios ſeruare iure legati ſiue pręlega
ti, & omni alio meliori modo reliquit alijs ſuis fili-
js & confratribus d. Hieronimi nec non liberis,
& deſcēdentibus ipſorum tot bona immobilia de
ſuis bonis, quę aſcendant ad ualorem duorum
millium ſcutorum pro quolibet dd. confratrum,
& ſic apparet, quod teſtator motus fuit ad iniun
gendum d. prelegatum illa clara, & expreſſa ratio
ne, quia uolebat inter filios conſeruari ęqualitatē
& tolli inęqualitatem inter habentem d. commen-
18 dam, & reliquos eam non poſsidentes, † ea ratio
ne autem expreſſa ſine dubio mens colligitur
Bal. non dubium C. de legi. eſt tex. l. cum mulier.
ff. ſol. mat. l. cum Pater §. dulciſsimis ff. de leg. 2.
§. uxorē in princ. ubi Bar. ff. de leg. 3. late Aymo.
de anti. temp. par. 4. Sectione uideamus modo
nu. 18. ubi poſt Bal. conſ. ... ſcapite col. 3. uers.
19 ſed hic eſt aduertendum lib. 3. uoluit † magis col-
ligi mentem ex ratione, quam ex uerbis per l. iu
ris gentium §. pactorum ff. de pactis. Hęc autem
mens; & uoluntas teſtatoris non ſeruaretur, ſi ad
unum deuoluerentur precipua bona ipſius comen
dę & ille idem ęqualem partem caperet de reliquis
omnibus bonis teſtatoris, eſt ergo neceſſe, ut ſal
uetur d. mens teſtatoris ad ęqualitatem diuiſionem
reducere eo modo quo per D. Marcum Anto-
nium & Io: Baptiſtam petitum fuit.

Non obſtant, quę in contrarium adducta fue-
runt in quorum diſſolutione ueritas pręſentis con
ſultationis deluci dior apparebit.

Et primo quidem non obſt. teſtatorem prelegaſ
ſe ſolum in caſum, quo D. Hieronimus primogę
nitus d. commendam obtineret, hunc autem ali-
um quo D. Fuluius, uel alius filius de ea inueſtire
tur omiſiſſe, & caſum omiſſum, pro omiſſo ha-
bendum eſſe d. l. commodiſsime, cum ſim. quia
reſp. falſum etiam ſuppoſitū, caſum uidelicet hunc
uel alium ſimilem omiſſum per teſtatorem, licet
enim uerbis expreſsis uideri poſsit per eū omiſſus
20 iſte caſus, † ut tamen rationis expręſſę in teſtamen
to, & conſequenter mente, & uoluntate ex d. rati
one reſultante ſatis fuit comprehenſus, ut colligi
tur ex iam dictis, & clarius ad huc, quia ex gene-
21 rali ratione colligitur mens, & intentio teſtatoris †
& ſpecialis diſpoſitio ipſius expreſſa in pſona ali
quorum ad alias perſonas ſub illa ratione compre-
22 henſas extenditur, & ampliatur † cum ex generali
ratione extendatur diſpoſitio ad caſus omnes, in
quibus ipſa ratio militat l. regula § & licet ff de
iur. & fac. igno. ubi Bar. Bal. & alij not. & tradit
aperte Bar. l. frater filium §. fundum in fi ff. de
23 leg. 3. † quod fortius procedit etiam in materia pena
li quando ratio eſt expreſſa ut hic Aymo. de ant.
24 temp. par. 4. nu. 107. † Et ſpecialiter in fideicom
miſsis exequatis ipſis legatis & e contra d. l. 1. de
leg. 1. ad locum habet, quia dicitur, ipſum modo am
pliari modo reſtringi, modo declarari ad limites
rationis, & cauſæ quibus appareret teſtator motus
ad illud iniūgendum l. pręcor §. dulciſsimis ff. de
25 l. 2. Nec mirum, † quia ratio diſpoſitioni adiun
cta facit, ut recedamus a proprio ſignificatu uer-
borum, & ei adhæreamus, ut inquit Bal. l. ſi ſer-
uus legatus §. qui quinque per illum tex ff. de leg.
26 1. & quia ex ratione intelligimus dictum, ut not.
27 gloſ. ad l. ſi is qui omnino ff. de acqui. hęre. † &
propterea licet repudians bonorum poſſeſsionem
atque ita remedium pretorium, poſsit uenire ad
28 hęreditatem remedio ciuili, † Si tamen renun-
cians ad iiciat cauſam, puta, quia hæreditas ſit dam
noſa, quę influit in utrumquę remedium utriquę
iure intelligitur renunciaſſe Bal. l. ſi ſuum hęredē
29 ad fin. ff. de iur. deli. † Rurſus licet prohibitio ali
enationis facta per teſtatorem nominatim hæredi
putatiuo uel ipſi hęredi dicatur perſonalis, & pro
pterea non comprehendat hęredem hæredis ſecun
dum Bal. conſ. 303. nobilis uir. lib. 5. & refert. Ias.
30 l. filiusfa. §. diui. ſecunda lectu nu. 151. † hoc ta
men non procedit, quando, teſtator adiecit pro
hibitioni rationem, puta quia uult ſua bona rema-
nere in familia uel agnatione, nam tunc attendi
debet ratio generalior, quæ dederſi ampliat, &
extendit ipſum dictū d. §. dulciſsimis, & facit pro
hibitionem realem ut compreandat hæredem hæ
31 redis, † & omnes deſcendentes agnatos, Bar. d. l.
pater filium §. fundum poſt Din. & Ruy. de Forli.
quos ibi refert, & poſt hos, Flor. Rom. Paul.
Caſt. & alios per eum ibi citatos, firmat Ias. d. §.
diui. ſecunda lect. nu. 152. aſſerens, ſe alias ita in
contingentia facti conſuluiſſe, & obtinuiſſe ſequi
tur ibi Alex. nu. 38. Rip. ſub nu. 180. uer. reſtringi
ſecun-

ſecūdū &c. Capi. dec. 108 in fi. referens ita in conſ.
32 Neapolitano notatum fuiſſe, & alibi paſſim † Sic
etiam quando teſtator fidei heredis committens aſ-
ſerit, ſe id facere ratione conſeruādi bona ſua in a-
gnatione, fideicōmiſſum cēſetur repetitum in per-
ſonis nepotum, & aliorum deſcendentium, licet
illud uerbis expreſsis ſimpliciter uideatur factum
filijs tantum, ut predictis rationibus uoluit Pariſ.
conſ. 5. nu. 2. & ſeq. lib. 3. Io: Cepha. conſ. 136.
nu. 33. & ſeq. lib. 1. ubi ad hoc inducit optime uer-
ba Bar. d. l. pater filium §. fundum & ibi nu. 37.
quam plurimos alios id tenentes allegat, preſuppo-
nens nu. 38. iſtam eſſe communem opinionem,
dum inquit Deci. in quibuſdam ſuis conſilijs ſibi
contrarium loquutum male, & contra commu-
nem, ſtante etenim predicta ratione & men-
te teſtatoris ex ratione collecta, quod uelit bona
conſeruari in agnatione, non poteſt aliter dici,
quam quod fideicōmiſſum ſit repetitum, cum alier
bona ad agnatos tranſire non poſſent, & ita tenen-
dum oſtendit etiam abunde Marza. conſ. 6. uers.
& ita in illa cauſa, aſſerens ita conſultum p Aymo.
& collegium Bono. & Iudicatum per Torniel. nec
33 mirum, † quia licet alias regulariter fideicommiſ-
ſū dicatur onus & ſtricta fiat in eo inducendū inter-
34 pretatio, † quando tamen apparet, quod teſtatoc
vult bona remanere in agnatione, non reputatur
onus, & pro eo fit lata interpretatio Cum. conſ. 2.
nu. 4. Gozz. conſ. 89. ſub nu. 12. in fi. Cort. Iun.
conſ. 3. nu. 12. Pariſ. conſ. 37. nu. 28. conſ. 63.
nu. 27. lib. 1. Aymo. conſ. 161. nu. 9. Cepha. conſ.
137. nu. 4. li. 2. & latius hos omnes allegans conſ.
330. nu. 19. & conſ. 336. nu. 28. lib. 3.

Nec eſt uerum quod prelegatum predictum fue-
rit factum tantummodo, ut equalitas ſeruaretur in-
ter D. Hieronimum ex una, & reliquos tres fra-
tres ex altera, quia licet uerba prima ſui cortice ita
ſonare uideantur, re tamen uera ex intentionis,
& mētis ipſius teſtatoris, qui uoluit conſulere eque
omnibus filijs, ut d. equalitatem ſeruaret, non
magis inter eos, quam illos, aut in hunc, quam a-
lium caſum id uoluiſſe dici debet, quinimmo etiam
ex ui uerborum dici poſſet generaliter teſtatorem
omnem caſum uoluiſſe conprehendere, licet enim
ob contingentiam caſus, qui acciderat tempore
teſtamenti, loquatur de Hieronimo ex una, & re-
liquis alijs tribus filijs ex altera, dum tamen ſerua-
ri equalitatem inter filios iubet, indefinite, & ſim-
pliciter loquitur, dum inquit uolens & intendens
equalitatem, uel quaſi ſeruare inter d. ſuos filios
ideo &c. quo caſu generaliter, & uniuerſaliter
omnem caſum āplecti dicitur, quia † indefinita equi-
35 pollet uniuerſali l. ſi pluribus de leg. 2. † maxime
36 quando omnium ſub uniuerſali comprehenſorum
eadem, & equa ratio, qualitas, & conditio eſt, tunc
enim ſubiecta materia, & mens ipſius orationem
pronunciantis in uniuerſum eſſe orationem acci-
piendam dictāt. Bar. & alij d. l. ſi pluribus Bar. Bal.
Ang. Paul. Caſt. l. ſi ſeruitus deſer. uerb. predic.
Dec. conſ. 30. col. 3. conſ. 490 nu. 3. & alibi paſ-
ſim pro uera & communi Dida. Couar. uari reſol.
lib. 1. c. 13. nu. 9.

Non obſt. quod teſtatoc non expreſsit de hoc
caſu, ideo nec nos dicere debemus ut ſupra Sacū
de loco opponebatur quia patet reſp. ex ſupra di-
ctis cum immo ſatis expreſſerit ut rationis appo-
ſitę ut ſupra.

Non obſt. opinio Old. d. conſ. 21. cum alijs,
qui ſequuti ſunt eius ſententiam quia licet quam plu-
rimi eius opinionem amplectantur, & ea pro uera
37 ſuſtineri poſsit, † ea tamen non procedit, quin-
immo limitatur ſi ex coniecturata mēte teſtatoris
colligitur quod uoluerit fideicōmiſſum in iunctum
filijs deſcendentibus ſine filijs repetitum eſſe nepo-
tibus, qui ſine filijs occubuerint ut ſupra dictū fuit

Non obſt. quod in dubio prounciandum ſit fi-
deicommiſſum, & legatum non eſſe introductum,
appoſitum, vel repetitum ſecundū Aymo poſt alios
d. conſ. 180. & alios ſupra citatos, quia reſp. pri-
38 mo id uerum in dubio, † at nos hic ſumus in claro
ex qua conſiderata ratione, & mente ex ea colle-
cta ipſius teſtatoris, prelegatum, de quo hic agitur
ſine dubio in hunc quoque caſum, qui accidit,
relictum fuit, ut ſupra oſtendimus.

Secundo dato, quod eſſemus in dubio aliquo
modo, & in dubio legatum non debeat cenſeri re-
39 petitum regulariter ut ſupra † hoc tamen fallit
& non habet locum, quando tractatur de conſer-
uāda equalitate inter fratres ut hic, quia tunc in du-
bio adheremus illi interpretationi, quę d. equa-
litatem conſeruat, Paul. Caſt. aut. hoc inter libe-
ros, col. 1. uers. in contrarium facit C de teſt. Soc.
l. cum auus col. 20. ff. de cond. & demoſt. & conſ.
4. nu. 6. lib. 1. & conſ. 308. nu. 4. uers. 2. & ulti-
mo lib. 3. Tiraq. de iur. primo. q. 4. nu. 5. quos
pro maiori parte refert, & ſequitur Tiber. Deci.
40 conſ. 22. nu. 23. lib. 2. † loquens tā ipſe, quam ſu-
pra allegati in fortioribus terminis, nempe quan-
do non eſt impoſita neceſsitas conſeruandi equali-
tatem inter filios per patrem teſtatorem, quemad-
modum fecit hic, nec mirum, quia etiam, quod
equalitas iuſſa non ſit per teſtatorem inter filios,
ſemper ſeruanda eſt, quia lex ipſa preſumit d.
41 equalitatē, † & propterea ſepe ampliat & reſtrin-
git diſpoſitionem teſtatoris quoad ipſius effectum
l. cum pater §. cunctis de leg. 2. l. ulti. & quod ibi
not. C. comu. utri. iudi. Bal. l. 1. col. 1. C. de pac.
Aret. conſ. 1. col. ult. optime probat l. queſitum
§ ſed & ipſe ff. de fun. inſtru. per quem Old. Ias.
Aret. & Bar. in l. ſi pater in princ. ff. de donat af-
42 ferunt, † quod pater preſumitur filium adhibere
43 ad ſtipulandum animo donandi, † niſi quantitas pa-
trimonij, & numerus liberorum repugnet, ne ſci-
licet ex eo ſequatur magna inequalitas, quā lex
abhorret, ſequitur idem quoq; Bal. l. fil e cuius ſe-
cunda q. C. fami. herc. Aret. d. conſ. 1. col. ult,
uerſiculo pro his optime &c. & conſ. 153. col. 2.
44 Dec. conſ. 41. col. 2 & conſ. 43. in fi. † Hac etiam
eadem ratione lex interpretatur ſubſtitutionem
fideicommiſſariam, ubi alias eſſet ducta inter-
pretanda ſecundum Bal. Ang. & Sal. ad l. in teſta-
mento C. de teſt. mil. Corn. conſ. 124. col. 2.
45 lib. 3. † Rurſus per ſecundum teſtamentum, in
quo ſeruatur equalitas inter liberos reuocatur pri-
mum factum etiam inter liberos non ſeruata equa-
litate, non obſtante aut. hoc inter liberos C. de
teſt. ſpecu. de inſtru. edi. §. compendioſe uer. quid
ſi pater &c. Rom. conſ. 385. in caſu premiſſo, &

hęc

46 hęc, ea quidem ratione, † quia ęqualitas eſt
47 amicitię, & concordię parens, & altrix † eſt con
tra inęqualitas diſcordiarum bellorumque mater,
ut colligitur ex Plat. 6. delegi. & Ariſt. lib. ethi.
9. c. 8. & c. dicimus. 16. q. 7. & poſt Plutar.
apoph. lib. 1. ex hiſtoria Ageſilai, & Leonis
Euryeratidis filij cõfirmat Vaſqui. Illuſt. queſtio.
48 lib. 1. cap. 21. nu. 6. 7. & 8. † interfratres autem
concordia pax atque amicitia ſeruanda eſt l. fra-
tris, & quod ibi not. Bal. & l. de fideicommiſſo
49 C. de tranſ. & † & hac ratione lex quantum poteſt
intenta eſt, ut ęqualitas ſeruetur quę turi naturę
& poſitiuó debita dicitur. l. 1. & per tot. tit. ff. quod
quiſq; iur. l. illud. l. illam C. de colla. l. cum oportet.
inprinc. C. de bo. quæ lib. Vaſq. d nu. 6. Et
pręcipue lex curat ut inter filios ſeruetur. l. pen. in
fin. C. com. diui. l. ult. C. com. utr. iudi. l. ut
liberis, & l. illud §. ultimo, & fere per totum tit.
50 C. de collat. † & hortatur parentes, ut ęqualiter
inter liberos teſtentur §. illud quoquę aut. de
nupti. ubi Ang. probe inquit, probari illud vul-
51 gare † non debet pater unum ex liberis facere
filium, & alium priuignum; Igitur ſi lex ipſa
hoc ſuadet, ita ſemper interpretatur, & ſedulo
perquirit ut ęqualitas inter librros ſeruetur, quan
to magis in caſu noſtro in quo prudens teſtator
ſequutus legis conſilium ęqualitatē uoluit ſeruari
52 † cum diſpoſitio ipſius teſtatoris ſit altera lex §.
diſponat. aut. de nupt.

Non obſt. quod ſi deductio d. prélegati hodie
fieret, adhuc inęquelitas remaneret, ex eo
quod D. Fuluius quoquę eſt habiturus illud ex
diſpoſitione teſtatoris, qui prelegauit ſcuta bis
mille pro quolibet, D. Fuluio, D. M. Antonio
& D. Io: Baptiſtę, & ſic cum ceſſet prędicta ęqua-
litas non inſeruiamus menti teſtatoris, & prop
terea non uideatur facienda d. deductio pręlegati,
aut ſi fiet, facienda ſit etiam pro D. Fuluio. quia
ad hoc reſp. 4. modis D. conſultor ulterius † autem
ipſe reſp. negando, quod D. Fuluius hodie ſit ha
biturus partem d. pręlegati, immo contrarium
uerius eſt, Cum enim caſus acciderit, in quo D.
Fuluius conſequutus eſt d. commendam, & teſ
tator uoluerit ęqualitatem ſeruari inter filios,
nec ea ſeruari poſsit, ſi inueſtitus de d. com-
menda conſequatur etiam prælegatum, ſequi-
53 tur † ab antecedenti neceſſario iux. c. cum ex
offici. de præſcript. & ibi not. per doctor. quod
idem teſtator in huiſmodi caſu uoluerit etiam
legatum a D. Fuluio adimere, cum adaptari non
poſsit, quod ęqualitas inter eos ſeruetur, & D.
Fuluius utrunquę, hoc eſt pręlegatum, & Com-
mendam adipiſcatur. Pręterea cum iſto caſu In
ueſtito D. Fuluio de d. Commenda ipſe non indi
geat prælegato gratia conſeruandę æqualitatis,
quin potius ſi ei pręſtetur inſurgat inęqualitas,
& ſic ceſſet ratio ęqualitatis ſeruandę, propter,
quam ſolam teſtator pręlegatum deberi uoluit -
ſine dubio prelegatum D. Fuluio cenſetur ad-
54 emptum † Cum notum ſit ceſſante cauſa legati
legatum ceſſare l. qui tutelam in princ. ff. de teſta.
tut. l. tutor petitus §. 1. ff. de exc. tuto. l. etiam
ſi patris. ff. de leg. 1. & in ſimillimis, aut uerius eiſ
dem terminis ideſt ceſſationis rationis ęqualitatis
ſeruandę appoſito pręlegato, ut hic, adduco tex.
in l. alteri. ſecundum intellectum glos. & doc ff.
de adempt. legat. ubi teſtator inſtitutis ſibi hęre-
dibus Caio, & ſeio, & prelegato facto Caio
de ſundo, quem pro cc. emerat deinde ut ſerua
retur ęqualitas intęr hæredes iuſsit per Gaium ce-
di actiones ad nomen ſui debitoris pro centum
ipſi Seio, cum poſtea compertum eſſet, teſtatorem
fundum Caio prelegatum alteri in uita uendidiſ-
ſe, atque ita ademiſſe pręlegatum fundi factum
Caio, deciditur non deberi alterum prælega-
tum illarum cedendarum actionum Seio, cum eſ
ſet ratio conſeruandę ęqualitatis, propter quam
factum fuerit, ita etiam cum hic in perſona d. D.
Fuluij ceſſet ratio conſeruandę ęqualitatis, præ-
legatum ſibi ademptum cenſeri debet, facit tex.
in l. Pamphilo. § fin. ff. de leg. 3.

Ex quibus omnibus cenſeo rectiſsime conſultũ
per ſupradictos DD. conſulentes ad fauorem M.
Antonij & Io: Baptiſtę & eo libentius hanc opi
55 nionem amplector, quo clarius eſt † pro ea exta-
re omnem æquitatem, per eam ſaluari men-
tem teſtatoris, & iſtos fratres ad ęqualitatem redu
ci, conſequenter in pace, concordia, & amicitia
conſeruari, quibus omnibus, ut ſupra dictum eſt
iura fauent, & teſtator adheſit.

CONSILIVM LXIII.

Argumentum.

Quando dicatur dies, & nox, & inter diem, & noctem an ſit dare medium & an interuallum temporis, quo inter obſcuritatem noctis, & ortum ſolis de mane, uel poſt occaſum ſolis de ſero, & obſcuritatem Cœli quæ ſequitur aſcribatur nocti uel diei.

Et in materia indiciorum multa, pręcipue de indicijs inimicitiarum, alloquutionis ſecretę, mendacij, teſtium ſingularium, inculpationis offenſi, famæ, & fugæ Socij criminis.

Et quid in occultis, & an, quæ non proſint ſingula, multa unita iuuent, & quanta poteſtas Iudicis ſit in interpretandis indicijs.

Gg SVM-

SVMMARIVM.

Aſſertio vulnerati precipue in articulo Mortis facit indicium ad torturam nu. 1. contra ſecundū ueram, & communem opinionem nu. 35.

Fama facit indicium ad torturam nu. 2. Contra uerius nu 41. Niſi probatis requiſitis de quibus ibi nu. 42.

Et nunquam facit ſi ortum habet a non fide dignis nu. 43.

Tractatus matrimonij non ſequuti arguit remanſiſſe odiū inter conſanguineos puellæ & Virum nu. 4. contra niſi probatur ſub nu. 45.

Iniuriæ factæ uni cenſentur facta etiam Socio tunc præſenti nu. 5.

Maxime, ſi ille Socius acclamauerit accurrere accurrete, arma ſumpſerit, inſequutus fuerit iniurias facientem, alijſq; huiuſmodi factis animum ſuum declaraſſe uideri poſſit nu. 6

Inimicitiæ capitales precedentes faciunt indicium ad torturam nu 7. Contra ſi ſolæ ea ſint nu. 51.

Maxime ſi conſtat de alio Percuſſore nu 52.

Secreta alloquutio facit iudicium ad torturam nu. 8.

Contra nu. 64

Niſi tribus, de quibus ibi concurrentibus nu 65.

Fuga Socij criminis facit indicium ad torturam nu. 9.

Contra nu. 66.

Maxime ſi adeſt alia cauſſa fuge nu 67.

Probationes leuiores ſufficiunt in tractatu, & occultis delictis nu. 10.

Quod intellige quando fiſcus probat ſe non habere alias probationes nu. 68.

Et quando teſtes patiuntur unum tantum defectum nu. 69.

Et quomodo intelligatur Fulg & ſequaces contrarium uolenſes nu. 62.

Singula quæ non proſunt ſimul unita iuuant nu. 11.

In ſpecie in iungendis indicijs nu. 12.

Contra in criminalibus, quia non iunguntur nu 70

Vel procedit. quando indicia ſingula in ſe perfecta ſunt non alias nu. 71.

Indicium quodlibet remotum licet per duos teſtes probandum ſit. plures tamen teſtes ſinglares de pluribus præſumptionibus iunguntur ad indicium faciendum nu 13.

Indicia an ſufficientia ſint, uel ne, in arbitrio Iudicis eſt nu. 14.

Arbitrium tamen debet eſſe æquitati cōgruum nu. 76.

Ita ut Iudex faciat alijs, quod ſibi fieri uelit nu 77.

Nec tenet arbitrium ſi Iudex ex ſua ceruice proceſſerit nu 78.

Argumentum a ſimili non procedit, ubi omnimoda non eſt ſimilitudo nu. 48.

Ex diuerſis non fit illatio nu. 49.

Maxime in Odioſis nu. 50

Inter diem & Noctem proprie non datur medium nu 15.

Nec inter uitā & mortem, ſed homo uiuens moritur nu 16.

Mors eſt diſſolutio uitæ nu 17.

In inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſſe nu. 18.

Momentanea Poſſeſſio proprie poſſeſſio non eſt nu. 19.

Mane ante aduentum ſolis ſuper terram, & Veſpere poſt receſſum ſolis ante tamē obſcuritatem noctis ſpacium. quod eſt, (quod aliqui dicunt) inter diem & noctem nu. 20. & nu. 22.

Aliqui diei adſcribunt, quia res ipſæ corporales oculis diſcernuntur nu. 21. quod uerius eſt nu. 23.

Teſtes dicentes, non era ſimeo d'abbuiare non era finito d'annottare, ſignificant quod Cœlum albeſcebat, & tempus quod adſcribitur diei, & ſine dubio ante duas horas noctis nu 24.

Voluntatis mutatio non præſumitur nu 25.

Teſtis ſingularis probat iunctis alijs coniecturis, & præſumptionibus nu. 26.

Idem ſi prius per Curiam exāminatus, per reum fuerit repetitus nu 27

Argumentum à Veriſimili probat nu 28. Maxime ad defenſam nu 29.

Non tamen ſi ubi apparet diſſimilitudo nu. 48.

De tractatu non poteſt inquiri, niſi prius conſtet aliquid in genere de eo nu. 30.

Quilibet bonus, & innocens præſumitur in dubio nu. 31.

Maxime ſi ſit Vir nobilis, pro quo præſumitur nu. 32.

Vel diues, qui non præſumitur uelle iactare ſuas diuitias delinquendo nu. 33.

Vel de eo ſit bona fama, uel chriſtianæ uitæ ſit nu 34.

Offenſus ſit inimicus offendentis, ideoq; teſtis contra illum eſſe non poteſt nu 31 & 36.

Teſtis ut probet inditium, debet eſſe in vulnerabilis nu. 37.

Immo talis, ut de eius fide, & integritate dubitari non poſſit nu 38.

Teſtis nemo admittitur in cauſa propria nu. 39.

Iniuria facta uni dicitur facta omnibus de agnatione nu. 40 Ideoque ſuper ea agnati non ſunt teſtes idonei ibidem

Confeſſio ſcindi non poteſt contra confitentē nu 44.

Mendatium non eſt ſufficiens indicium ad torturam nu. 45. Quia Mentiri licet ad propriam ſalute in eo. nu 45

Odium an ſublatum ſit arbitrarium eſſe nu. 46.

Ex diuerſis non fit illatio nu 49.

Simulatio non præſumitur nu. 47.

Teſtis ſingularis non probat nu 53.

Maxime ad indicium remotum, quia ad illud duo teſtes requiruntur nu 54.

Et ubi Vnus ſufficit, intelligitur de omni exceptione maiore nu 55.

Teſtis quomodocumque non integer, non probat nu. 56.

Vt conſanguinei & Affines nu. 57.

Pater Vxoris nu 58.

Fenerator, & Spurius nu. 59.

Miles ſtipendiarius belli illiciti nu. 60.

Multū amicus nu 61.

Vſurarius nu. 62.

Teſtis unus contrarius alteri infringit illum nu 63.

In occultis admittitur teſtis alias inhabilis nu. 73.

Fallit ſi ueritas aliter haberi poteſt. eodem nu. 73.

Niſi plures defectus patiatur nu 74.

Iuramentum non ſupplet plures defectus nu. 75.

Indicia ut probabilia ſint, debent eſſe certa & uerisimilia nu. 79.

Et luce meridiana, clariora nu. 80. 81.

Non leuia, & perfunctoria, & quæ patiuntur uarias interpretationes nu. 82.

Teſtes ad indicium faciendum debent reddere rationem in cauſa ſcientiæ non interrogati nu. 83.

Indi-

Indicia non repugnantia. & non ſufficientia ad torturam, quę nu. 84
Indicia ad torturam ſufficientia talia eſſe debent, ut ſola confeſſio rei deeſſe uideatur nu. 85.
Torquendus nemo eſt in dubia nu. 86.
Doctor Torqueri non poteſt nu 87.
Nec conſuetudo contraria tenet nu 88.
Aut ſaltem tunc exiguntur indicia grauiora nu. 89.
Niſi in crimine laſa maieſtatis,
Priuati Carceris, & falſi nu. 90.
Qui non aufugit poſt delictum patratum praſumitur innocens nu. 91.
Comparitio ſpontanea purgat indicia ad torturam, ſi quę aderant nu. 92.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

EX Proceſſu diu agitato in cauſa homicidiorum Ciuitatis Aſſiſij uidetur inquiri contra nobilem & Iuris peritum D. Aſcanium Philipputium, tam de tractatu, quam de appoſitione manus ad ipſa homicidia, & Quidem ex pluribus inditijs, ad eum ſaltem quæſtioni pro reperienda ueritate ſupponendum.

In primis quoad ipſa homicidia, ut a grauiore incipiamus ex inculpatione unius ex interfectis dicentis ſe, & fratrē neci traditos ab ipſo D. Aſcanio, cū alijs homicidis, ut de d. aſſertione deponit de auditu ab ipſo Capitaneo Io: Antonio paulo poſt mortuo in proceſſu informatiuo pag. 16 Vale
2 rius, Margarita famula occiſſorū, & nō nulli alij, † quę offenſi aſſer. Io maxime in articulo mortis uidetur indicium facere ad torturā ſm Ang. in l. ſi qs in grau. §. ſi quis moriens ff. ad Silla. cum alijs congeſtis per Hyppol in prac. crim, § diligenter ſub. nu. 118 uers. ſed contrariam &c.

Secundo pariter quoad ipſa homicidia, qꝛ quā plures teſtes deponunt fuiſſe in Ciuitate Aſſiſij illis homicidijs inter fuiſſe Emiliū Sperellū, Bruniū
3 Bellherbā & D. Aſcaniū Philipputiū, † Fama autē facit indiciū ad torturā S. necu. de pſūpt. § ſpecies, cū quo uidetur eſſe cōſuetudo ſm Io: And. ad Spec. de not. cri. § fama uers ueniens circa fi. Par. Puteo. de ſind. fol. mihi 446. c. xij nu. 2. Hypp. d. prac. crim §. plurimum nu 30. & conſ 72. nu. 16. & alibi paſsim.

Tertiu ad idem delictum, qꝛ ex ipſius ꝓprij oris cōfeſsione, uel colligitur, ꝙ affuerit homicidijs, uel quod ſit mendax, qū aſſerit eo ſero homicidiorū e Palatio DD. Priorū audiuiſſe mulieres prolantes, ó fili mi, o frater mi, uel ſimilia uerba proferentes, quod ob diſtantiam non modicā d. Palatij a domo & loco homicidiorum nullo modo eſſe potuit ideoque aut mendacium dixit, dum inquit e d. Palatio audiuiſſe, aut ſi audiuit uidetur finxiſſe locum, in quo aderat dum audiuit, ut celares ſuam preſen
3 tiam homicidijs & ſic eis interfuiſſet Mendaciū autem facit indicium ſufficiens ad torturam Bar. l. ultima ubi omnes ff. de qq. Bru. de indi. par. 1. q. 3. nu. 28. Blan. de indi. no. 265 & alij uarijs alijs in locis.

Quarto Quoad utrumque delictum ſimul; quia uidentur fuiſſe inimicitię inter interfectos,
4 & D. Aſcanium duplici ex capite † Primo Matrimonij tractati, & non ſequuti inter D. Aſcanium & puellam conſanguineam occiſorum, quod D. Aſcanius uidetur ad animum, & iniuriam reuocaſſe. Secundo inſulti die lunę precedenti fact. per Biſtecchius D. Emilio Sperello, vulneraq; eidem illata, dum una eſſet vna cum d. D. Aſcanio, Quod
5 ipſe ad iniuriam reuocaſſe uidetur, † Tum quia iniuria facta uni dicitur facta etiam eius ſocio ſecundum Doct. in l. lex Cornelia ff. de iniur. Tum quia D. Aſcanius uidetur ad iniuriam reuocaſſe,
6 † eum tunc acclamauerit. *Accurete accurete*, Ingreſſus fuerit domum ſumpſerit arma, inſequutus fuerit cum illis inſultantes vna cum Emilio inſultato, eoſdemq; inſultantes pquiſiuerint in domo dd. fratrum, quaſi in ea ſe receperint, dictiq; fratres eſſent illorum inſultantium fautores, aliaq; huiuſmodi fecerit, quę clare oſtendere uidentur ipſum ad iniuriam inſultum illud reuocaſſe, & inimicitias cum Biſtecchijs, & illis occiſis habe
7 re factis declaraſſe, † Quę precedentes inimicitiæ faciunt indicium ad torturam Deci. poſt alios cōſ. 189. col. 9 Fel. c. afferte col. ult. de pręſumpt. Bru. de indici par 1. q. 5. nu. 9. & alijs locis per multis.

Quod in preſenti caſu precipue dicēdum uideatur, quia ex illa eadem cauſa, que odium incendiſſe uidetur in animo tam D. Emilij, quā D. Aſcanij in illo inſultu, uidentur neci traditi dd. fratres, & ſicuti ad uindictam mouit D. Emilium, ita mouiſſe uidetur D. Aſcanium, ideoq; eum tam in tractatu, quam in ipſis homicidijs interfuiſſe.

Quinto Pariter quoad utrūq; poſt predictum inſultū, & vulnera illata D. Emilio, ꝙ accidit die lune 7. Februarij preſentis anni 158 . Subſequenti die Martis de Sero ipſe D. Aſcanius fuit cū D. Emilio in domo Ceſaris Martelli, in qua uidetur factus tractatus, cum ex ea ſicarij illi ad homicidia poſtea exiuerūt, & etiā in ea, q; in Ede D Franc. d. D. Aſcanius fuerit allocutus ſecrete D. Emiliū, ut deponit
8 Quintus in ꝓceſſu informatiuo pag. 1q ſecreta allocutio ante delictū ꝓbet ſufficiēs indiciū ad torturā Bar. l. ſi uēto. §. ult. de ꝓui. credi. Blāc. de īdi. nu 222

Sexto qa Ceſar Martellus, q eo ſero fuit cū D. Aſcanio in palatio tā D. Gubernatoris q; DD Priorū, ut ex proceſſu liqt clariſsime, poſt homicidia ꝑfata
9 aufugit, & in cōtumaciā cōdēnatus reperitur, † q ſocij fuga, & condēnatio facere uidetur indiciū ad idem cōtra ſociū G ā. conſ. 14 nu. 4 & conſ. 17. nu 19. Sicuti cōtra ipsū Ceſarē, quod affuerit homicidijs, & tractatui ſine dubio. l lex Cornelia ff. ad Silia Bar. l. admonēdi nu. 35 ff. de iur. iur vbi Iaſ. nu. 88 Rip nu. 148. Curt. sē. nu. 56 aſſerēs de cōſuetudine obſeruari Gram. conſ. 52. nu 6. & conſ. 42. nu. 18. Boſſ. de homi. nu 49 cum ſimil.

10 Huiuſmodi indicia ualidius urgere uidētur, † qa ſumus in tractatu, q occulte fieri cōſueuit, & in delicto de nocte ppetrato, quo in caſu ne dū plenæ ſufficiūt, uerū ꝑ plenis leuiores ꝓbationes aſſumūtur arg l cōſenſu. § ſeruis C. de repudi. c. ueniēs. 2 de teſti. ub Feli. nu 21. Alc. reg. 1 pſumpt. 47. nu. 3. Iaſ l. cū raiq nu 4 C. de trās. Ceph. cōſ. 75. nu. 40. & ſeqq. li. 1. Deci. Pede. 72, nu 1 Plo. l ſi qñ § 4 nu. 37. C. ūde. vi. cum latius congeſtis p Gab. de teſti. conclu. 7.

Fortius quia ſi per ſe ſingula non inducunt indi
11 cia ſufficientia, ſimul uncta omnia ſine dubio ui-
dentur conſtituere, l. Spadonem. §. quis tuta mulia
ff. de excus. tuto. c. cauſam que, ubi glo. de pro-
bat. Deci. conſ. 42. col. 3. uers. eſt uerum. moder.
Aſten. in ſil. uopir. pag. mihi 238. ubi inſtruit
Iudicem, ut conſideret omnes allegationes ſimul
iunctas, quia una iuuat alteram, Aſſli. deci. 15. nu.
24 ad fi. uidetur pro hoc tex. in materia propria ꝓ
bationum in l. 3. §. eiuſdem ubi glo. uer. numerus.
ter. confirmet, & uer. ſpeciem de teſti. Hier. de
Monte Brixia. de finib. regen. c. 53. nu. & ſeqq.
per totum. Cepha. conſ. 90. nu. 11. & conſ. 135
12 nu xj. lib. 1. † Et in ſpecie in iungendis pluribus
Indicijs iradit hoc Fulgo. ad l. ultimam. C. fam.
herci. quem ſequitur Bos. de indi. q. 2. & Soc. conſ.
54. col. 1. uers 5. & ultimo lib. 3. aſſerens propte
13 rea † q licet quodlibet indicium probari debeat ꝑ
duos teſtes contestes. glo. communiter recepta ad
d. l. ubi numerus eſt. & Soc. ibi. & Iac. de Ami. conſ. 127.
nu. 10. ſi tamen ſint plures teſtes de pluribus indi-
cijs ſingulariter deponentes, probant plures præ-
ſumptiones, que iunguntur ad indicium ad tortu-
ram argumento eius quod habetur in l. inſtrumen
ta domeſtica. C. de proba. & l. 2. §. etas ff. de excuſ.
tut. idem uidetur ſatis aperte ſentire Seueri. d. l. ad-
monendi dicens. duas ſemiplenas probationes cõ
iungi ad indicium, licet non coniunguntur ad ple
nam ꝓbatio ẽ, & clariſsime firmat poſt aliquot
alios tr. al Alberti. de here. q. 21. nu. 21.

Nouiſsime utcumque res ſe habeat reſpectu
ple iẽ probationis indiciorum ſatis eſſe uidetur ꝓ
14 fiſco, † quod indicia arbitraria ſunt Bal. conſ. 77.
lib. 3. Dec. l. magiſtratibus nu. 10 ff. de iur. omi
iu iud l. nemo uidetur fraudare, nu. 10. de reg. iur
aſſerent in hoc omnes conuenire. Tho. Ferra. cauſ.
5. nu. 3. Gram. conſ. 17 in fi. Boſſ. de indi. nu. 30.
Clar §. ult. q. 20 uers. ad torturam, & q. 64. uers.
dixi quoque oſtendens poſt plures in materia indi
ciorum tradi non poſſe certam regulã, ſed totum
reponi in arb. Iudicis. Meno. de qq. arbi. iudi. caſ.
370. nu. 3. & ſeq. Vnde cum in preſenti caſu cõtra
D. Aſcanium plura uideantur militare indicia, re
dargui non poſſe uidetur Excellentiſſ. D. Locum-
tenens, ſi eum queſtioni ſupponendum indica-
uerit.

Ceterum uniuerſa facti ſpecie ex toto proceſ
ſu collecta, ac diligentiore cura trutinata uerioribus,
& frequentioribus Iuris opinionibus plectis, &
conſideratis, reſpondendum cenſeo non obſtanti
bus ſupradictis D. Aſcanium minime torquendum

Primoquidẽ quoad ipſa homicidia ꝗa clare cõ
ſtat illis eũ minime manus appoſuiſſe, aut modo ali
quo interfuiſſe, quinimmo eum interſſe non
potuiſſe, & propterea de Indicijs contra eũ quera
non poſſe, cũ in claris locus non ſit coniecturis l.
continuus § cũ ita. de uer. obli. Quod autem D. Aſ-
ca. ſus homicidijs interſſe non potuerit apparet,
quia ipſe die Mercurij 9 Februarij qua homicidia
perpetrata fuerunt in ſolis occaſu, ac paulo ante
acceſſit ad Palatium D. Gubernatoris d. Ciuitatis,
illiuſque mandato ſuppoſitus fuit examini coram Cã
cellario in cauſa d. inſulti facti die lune precedentis
contra D. Emilium, in talamo d. Cancellarij per-
manſit ſemper nunquam recedendo uſq; ad dimi
diam horam noctis, & paulo poſt, ut plane pſen
ſum uiſos deponunt in proceſſu defenſiuo Iacobus
Donatus pag. 3. & ſeq Lodouicus Petreciolus pag.
146. & magiſter Reynerius Alex. pag. 111. Homici
dia autẽ de quibus queritur commiſſa fuerunt ante
dimidiam horam Noctis, ut deponunt in proceſſu
informatiuo Vigilantes pag. 85 magiſter Simeon
pag. 46. & ſeq. Repolus Euangeliſta pag. 36. Im-
mo fortius, & magis preciſe de tempore excluſiuo
etiam non dimidiam horam noctis ſunt qui dicant
homicidia accidiſſe tempore unius quarti horę, ut
Ioſephus Notus eod. proceſ. pag 40. 43. & 44. Im
eodem ſi paulo diligentius conſideremus momen
ta tẽporis, concordant Margarita famula occiſorũ
in proceſſu informatiuo pag. 51. a tergo aſſerens
id accidiſſe, ſu l'oſcurare. in proceſſu defenſiuo D.
Franciſca pag. 108 & ſeq. *Che non era finito abu-
iare*. & ruiſus. *Che non era finito d'annotare* D.
Clara pagina 150. *Non era ancora bene annottato*
& iterum *Fu ſu l'hora di farſi buio*. Iacobus Dona-
tus pag 118. a tergo, *Su il ſonare dell'aue maria di
S. Chiara*. que in illa Ciuitate, ut notorium eſt, &
in proceſſu probatur, pulſare ſolet paulo poſt ſo-
lis occaſum. D. Diana pag. 126. *Non era ancora fi-
nito d'abbuiare*. D. Euſepia pag 128. *Era fra notte
& di*. D. Antonia pag. 129 eiſdem ferme uerbis
inquit *Era fra notte & di, ſu l'abbuiare, & a quell'
hora non haueuo ancora acceſo il lume* Oſtendentes
omnes precipue, ut dicunt mulieres, ꝗ tempore quod tẽ-
pore homicidiorũ adhuc aderat aliqua claritas Cę
li, & res humanę oculis corporeis cerni poterant.
15 † Nam licet inter diem & Noctem proprie non ſit
dare mediũ. l. hęc uerba, ille aut ille ff. de uerb. ſig.
ut dicit per illũ tex Caſſa ad Conſtitutiones Burg.
16 §. 8. in tex. Iour. nu. 22. pag. mihi 328. † & pro-
batur, ex eo quod dicitur in ſimili inter uitam &
mortem hominis medium non conſiderari, ſed ho
minem uiuentem mori, ut tradit Bar. l. qui duos §
hęc conditio ff. de manu. teſt. propterea in terminis
concludent diem finiri nocte adueniente, &
medium non dari, quia dum ſol eſt ſuper terram
dies eſt, & eodem momento quo recedit, nox ſub
oritur. ita ut medium non conſideretur, & eſt ue-
riſsimum ut colligitur exemplo uitę & mortis ho-
minis, de quo ſupra, quia ſeparatio animę a Corpo
te, ex qua mors ſequitur, cum mors nil aliud ſit ꝗ
17 diſſolutio uitę ſecundũ Dionis. de Hierar. Cel. fit
in inſtanti, quod inſtantaneum ſẽſut hominis ꝑ
cipit Aug. de Ciui. Dei. lib. 13. c. 11. qui diſſerens
an ſimul quis poſsit eſſe uiuus, & mortuus, diffi-
cilime inquit queſtionem hanc poſſe diffiniri,
quia antequam mors ueniat, non eſt moriens,
cum mors uenerit, mortuus erit, non mori-
ens, & quamdiu anima eſt in corpore, pro-
culdubio uiuit homo, qui conſtat anima & cor
pore, cum Anima abſceſſerit, mortuus perhi-
betur, ubi ergo, inquit, erit illud inter utrumque
quod dicitur moriens? Clarius ibi id explicat,
& apetit Comentator proprie dicit creari, &
creatum eſſe, morientem, & mortuum eſſe,
18 quia in inſtantaneis ſimul eſt fieri, & factum eſ-
ſe, cum nulla in eis detur ſucceſsio, & ut ego ad
do, momentum a temporis breuitate dicitur ut
in eo

ſit eo nec nulla mora haberi poſsit, & tam cito,
quam ſtatim ſaluo negotio reformetur & tamen
huius temporis punctus ſit, ut in aliquam moram
19 non ꝓducatur inquit Iſido.E y lib. 5.c.25.† Vnde
qui momento tantum poſſeſsionem detinent, poſ
ſidere proprie non dicitur, nec momentanea poſ
ſeſsio uere poſſeſsio habetur ſecundum omnes ad
20 l. uni. ſi de mo. poſſ.fuer. app.† Attamen negari
non poteſt, quin mane ante ſolis ortum, & Veſ-
pere poſt illius occaſum Cœlum ita albeſcat, ut lu
men aliquod appareat per aliquod ſpacium tempo
ris mane pp aduentum ſolis proxime futurum ſu
per terram, Veſpere ob receſſum proxime factum
ut clare ſignificat tex. in l.titius. § lucius, ibi albeſ
21 cente Cęlo ff.de lib.& poſt.ſm unā lecturā,† quod
ſpaciū temporis mane, aurora, & diluculum, poſt
occaſum Veſpere, ſiue Sero nuncupatur, & quia
eo ſpacio tēporis homo poteſt oculis diſpiciendo
lumen, aliaſq; res dignoſcere, iſtud tēpus aſcribitur
diei ſecundum Ang.in l. 1.C.de Cuſto. reo.ꝑ c.ſi ꝑ
fodiens, ibi, ꝙ poterat diſcernere &c. de homi. ubi
Floren. dicit ſolem diei eſſe ſup terram, & diem eſ
ſe, qñ res diſcerni poſſunt ꝑ ſenſum uiſus & qñ ſol
receſsit a terra, & tñ abſq; lumine Stellarū, Lunę, ac
artificiali uēpe Lucernę, Candelę & ſimiliū res ocu-
lis corporeis diſcernuntur, ut ibi refert Ana. col. 1.
ad finē uers Florentinus hic, & col. 2 uers. Angelus
22 d. l. 1.† uolens diē poſſe dici, dum Cœlum albeſcit
Alij autē uoluerunt hoc ſpaciū temporis eſſe inter
diē, & noctē, ut per Bal. in l. 2. nu. 15. C. quibus res
iud. non no. & depoſuerūt aliqui ex teſtibus ſupra
23 citatis,† quamuis uere, & proprie totū contrarium
uelit Bar. in l.aut facta, §. tēpus ff. de pœn. Ana. d. c. ꝑ
fodiens, & Caſſa. ubi ſupra, uolentes, ꝙ mane in di-
luculo, quando Cœlū albeſcit ob ſolis proximum
ad uentū, & Veſpere poſt occaſū, ante tñ obſcurita
tem iſta tempora aſcribantur nocti, ex eo, quod ſol
24 non eſt ſup terrā ꝑ d. l. hęc uęrba ille, aut ille. Cęte-
rū quicqd ſit de his, conſtat ꝙ teſtes ꝑcitati illis eorū
uerbis, *era fra di & notte, non era finito d'abbu
iare. nō era finito d'anottare,* & ſimilibus ſignifica
rūt iſtud tēporis ſpaciū, quo poſt occaſū, & obſcuri
taē noctis apparet claritas Cęli, de qua ſupra, quæ
quidē claritas ꝑdurare nō potuit poſt occaſum So-
lis ultra quartū horę ꝑcipue die 9 Februarij, q̄ d. de
lictum perpetratum fuit, cum ut fides habetur, ne
que Luna luceret, neq; ſtellę ob nubiloſum tempus,
ideoq; impoſſibile eſt D. Aſcanium delicto intereſ-
ſe potuiſſe, cum eo tempore uſq; ad dimidiam ho
ram, & ultra in Palatio D. Gubernatoris fuerit, ut
ſupra oſtenſum fuit.

Secundo Eſto ꝙ claritas illa Cœli perdurauerit
paulo plus quarta parte unius horę, aut uſq; ad di-
midiā horę, ſiue etiā paulo ultra ad huc d. Aſcanius
non potuit ꝑſto eſſe dd. homicidijs, quia tā modi-
cū temporis interuallū, quo potuit ꝑdurare d. clari
tas, nō potuit deſeruire D. Aſcanio ad accedendū
à Palatio D. Gubernatoris ad locum homicidio-
rum, & inde ad reditum ad Palatiū DD. priorū, in
quo fuit repertus tēpore quo Barōcellus arma acci
piebat, eumq; cōuocabat cauſa accedendi ad locū
delicti, ꝙ accidit ſtatim ſequuto delicto, & audito
ſonitu, & ſtrepitu archibuſiorū facto in illo delicto.

Nec dicatur, ꝙ homicidia fuerunt perpetrata cir
ca horam noctis, ut nonnulli in proceſſu informa
tiuo depoſuiſſe uidentur, quia uere nemo eſt, qui
precise de hora homicidiorum deponat, ſed quod
inuenerunt D. Emilium, & quoſdam alios homici
das aufugientes uerſus portam Ciuitatis, ut exirent
& ploratus mulierum audiuerunt in domo occiſo
rū hora noctis in circa, quę cum non percutiant de
neceſsitate tempus homicidiorū, non probant c. in
pręſentia. de probat. potuit. n. Emilius, & Socij per
aliquod temporis ſpacium in domo occiſorum de
tineri, quod uidetur ex diſpoſitione Cuſtodis Car
cerum, & Baroncelli dicentiū una ſimul prima ui
ce acceſsiſſe ad eam domum, & ingredi eam nō po
tuiſſe, licet dixerit ſe eſſe de Curia D. Gubernatoris
quinimmo illos, qui intus fuerant, minatos fuiſſe
ſe Archibuſia exoneraturos aduerſus eos, niſi diſ-
cederent, ij autem non potuerunt eſſe niſi ipſi ho
micidę, cum uerisimile non ſit familiares, & con-
ſaguineos occiſorum curiā admittere libenter no-
luiſſe, cum nihil illis optatius accidere potuiſſet,
quam Curię ad uentum, prętterquam quod potue-
rūt etiam aliquo alio in loco ſe in tuto recipere du
nec deliberarent de diſceſſu a d. Ciuitate, ut ſepe fit
ploratus quoque illi potuerunt audiri diu poſt ho-
micidia, cum ꝑdurauerit magno ſpacio poſtea ne-
dum ꝑ horā ꝓut uerisimillimū eſt, & (quod caput
eſt) ij teſtes, qui de hora incirca deponunt, uincun-
tur numero, & pondere teſtium deponentium de
tēpore inter diem & Noctem uel unius quarti, uel
dimidię horę ad ſummū, qui ſunt xij, cum de hora
in circa non ad ſint niſi dui uel tres.

Tertio ꝙ d. Aſcanius manus apponere homicidijs
nō potuerit, cōuincitur, q̄a ut teſtificatur magiſter
Raynerius d. pag. 151. D. Aſcanius diſcedēs a Pala
tio D. Gubernatoris ſtatim ingreſſus fuit Palatiū
DD. Priorū, ibi cōtiguū, in quo ꝑmāſit eo ſero, quo
uſq; diſcēdēs domū cū D. Monaldo, & alijs audiuit
a Sinodoro homicidia commiſſa, itē ploratus illos
mulierū homicidia perpetrata fuiſſe ſignificantes,
& in platea reperit Baroncellum & Io: Baptiſtam
Ghelſium carcerum Cuſtodē, dicentes iam homi-
cidia cōmiſſa fuiſſe, atq; ita ante quā a dd. Palatijs
ipſe diuertiſſet.

Nec dicatur, ꝙ iſte teſtis uidit D. Aſcaniū ſolūmo
do incipientē aſcēdere ſchalas d. Palatij, non autē
intus acceſsiſſe, & ſic potuit mutaſſe uolūtatē, & re
ceſsiſſe tūc quia eū ipſe ꝑnitiū aſcenſionis declara
uerit uelle aſcendere ipſo facto argum. l. Paulus
25 ff. rērac. habe. & † receſſus ſit mutatio uolūtatis, q̄ nō
ꝑſumitē l. eum q uoluntatē ff de probat. l. cū hic ſta-
tus in princ. ff. de don. Alci. de preſump. reg 2. præ
ſūp. 16. & ſit quid accidens quod non pręſumitur
l. ſi uero. §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatis. da
cogan. Alci. d. reg. 2. in princ. & per totum, qui
cepit aſcendere d. Palatium pręſumitur etiam aſcē
diſſe, non autem retroceſsiſſe, niſi probetur, maxi
me cum Angelus Prior. Marcus Antonius famu-
lus priorum, & Alij plures adſint teſtes deponen
tes eo ſero hora eadem dimidia in d. Palatio eum
uidiſſe, & ſic adiuuantes pręſumptionem predi-
ctam eundem aſcenſum tunc ceptum perficiſſe, &
quod plus eſt adeſt alius teſtis Andreas qui dicit
uidiſſe D. Aſcanium eadem hora egredientem Pa-
latiū ꝑd. D. Gubernatoris, & in greſsū fuiſſe dictū

Palatio DD. Priorum, ex quo tollitur etiam obie
26 ctio, quę fieret de ſingularitate iſtius teſtis † cum eius depoſitio alijs coniecturis, ac dictis aliorum teſtium adiuuetur ad not. per Aymo. de anti.tem po. 4. par. nu. 157. pag. 300. maxime cum ſit ad defenſam, & examinatus prius a Curia, & repeti
27 tus per eum † quo caſu etiam ſolus probat ſecun-
• dum comunem • de qua Anto. Gab. de teſti.con clus. 1. ſub nu. 14.

28 † Quarto Idem probatur a uerisſimili, quod ar-
29 gu uentum ualde efficax eſt, pręcipue† ad defenſa n ad late congeſta per Tiraq. ad l. ſi unquam in pręfa. nu. 37. & ſeqq. C. de reuo. don. & per Euerar. in centu. loco. a uerisi. quod deducitur luce clarius, quia enim D. Emilius deſtinaſſet homicidia perpetrare eo ſero ante obſcuritatis aduentum, ne oſtium Domus clauſum reperiret, ſi D. Aſcanius id pręſciuiſſet, & una cum eo adeſſe uoluiſſet, nemo ſani capitis dicet ipſum examini D. Gubernatoris ſe ſupponere uoluiſſe eo ſero circiter ſolis occaſum, & ſe ita ad illud tempus arctare, ut non poſſet ab examine recedere, ſi perduraret per aliquod longum temporis ſpacium, quemadmodum uerisſimile erat, quo ſpacio liberetur occaſio perpetrandorum homicidiorū, ſed potius credendum eſt, quod examen in aliud tempus diſtuliſſet, & cum Emilio, & Alijs acceſſiſſet.

Secundo principaliter quoad tractatū, de eo nul
30 lo modo queri poteſt, cum de illo nec in genere quidem conſtet l. ſi is qui rem §. ſi tu titium ff. de furt. Bar. l. ſi obrepſerit col. 11. ff. de ſal. & cōſ. 199. Tudertinus &c. Alex. conſ. 74. lib. 1. Burſ. conſ. 20. nu. 6. Fulle. prac. crim. uer. capiat informationem nu. 3. & ſeqq. Boſſ. de deli. nu. 35. cū vulg. Sed eſto quod de tractatu queri poſſit, D. Aſcanius quoad eum in tuto ponit uidetur, precipue quia eſt ab omni uerisſimilitudine alienum ipſum de homicidijs prędictis perpetrandis tractaſſe, tum quia non ſe arctaſſet examini eo tempore, ut ſupra proxime uers. 4. Idem probatur &c. dictum fuit. tum quia inuerisſimile eſt ex multis preſumptionibus pro eo militantibus, etenim preter
31 quam † quod preſumptione iuris ordinaria quilibet habetur bonus, & non preſumitur delinquere ſ. merito ff. pro Soc. Alci. par. 3. de pręſump. in pręſump. 1. & 2. D. Aſcanius eſt uir Nobilis, ut pro
32 batum eſt, † pro quo pręſumitur glo. c. illud. diſt. 4. Gerar. ſing. 3. Ang. l. a bonæ fidei ff. de rei uen
33 di Diues, † qui non preſumitur uelle ſua pro
34 iicere delinquendo Aymo. conſ. 6. nu. 20. † bonę conditionis & famę, optimę, & Chriſtianę uitæ quietus, pacificus, ſolitus confiteri peccata ſua ſacerdoti & accipere Sacratiſſimam Euchariſtā, vt omnes fere teſtes deponunt, quę qualitates ſingulę per ſe, ut notum eſt, excludunt pręſumptionem delicti, multoq; magis ſimul unitę argumento d. l. ſpadonem § quis iura multa. Multaq; alia in eo concurrunt late congeſta per D. Baldaſſarrē Nuium eiuſdem D. Aſcanij Aduocatum quę eum omnino innocentem arguunt.

Et licet ſupra ſcripta ſatis ſuperque D. Aſcanij defenſionem in tuto conſtituant, nec propterea opus ſit ad ſūmotionē cōtrariorum deuenire, quia ex his ſublata apparent, cum in re clara indicijs non ſit locus, attamen dato quod ipſe potuerit homicidijs preſto eſſe, & quod de tractatu ipſo conſtet ſaltem in genere, ne ſcrupulus quidem ullus in animo Excellentiſſ. D. Locumtenentis ſuperſit, q̄ in contrariū adducta ſunt ſigillatim ſūmouebunt.

Non obſt. igitur primo inculpatio Vnius ex interfectis q̄ uidetur facere indicium ad torturam ſecundum Ang. d. l. ſi quis in graui §. quis mori-
• ens, quia reſpondetur ueriorem, & frequentiorem•
35 eſſe opinionem † d. aſſertionem indicium ſufficiens non facere, tex. eſt, qui ſine cauillo cuitari non poteſt d. § ſi quis moriens ubi doc. cōmuniter • Ang. Aret. uer. Iudex ad pbationē col. 1. & 2. & ibi Augu. in addi glo. in l. maier & ibi Ang. V bal. ſibi cōtrariꝰ in ſi. C. de calū. dicens pſumptionē hanc inſurgentē ex aſſertione offenſi etiā in articulo mortis eſſe uilem, & nō ſufficere ad habēdam de reo quęſtionem, late Alex. conſ. 14 lib. 3. Old. conſ. 192. uiſo diligenter nu 2. Gerar. ſing. 55. Ias. l. de die in princ. col. ult. qui. ſat. cogan. l. 1. in ſi C. com. de leg. & l. 1. nu. 8. C. de eo per quem fac. erit Aymo. conſ. 99. Bœ. deci. 90. nu. 7. Gram. conſ. 58. nu. 28. Mant. conſ. 118. in ſi lib. 2. Hyppo. mar. conſ. 20. col. 3. Folle. in prac. crim. ſecunda par. ſecundę par. nu. 17. & poſt hos, alioſq; p multos Iul. Clar. recep. ſent. lib. 5. § ult. q. 22. uers.
• aſſertio vulnerati &c. ad ſi. ubi de comuni • teſtatur. Becci conſ. 85. nu. 4 & ſeq. ubi poſt alios huius ueritatis, & frequentioris opinionis duas affert ra-
36 tiones: Primam † quia offenſus maxime ad mortē ſine dubio offendentis inimicus eſt, Hyppo. l. 1. § pręterea ſub nu. 23. ad ſi. d. qq. in de conſ. 20. nu. 28. Aymo d. conſ. 99. ſub nu. 3. vers. repelli debet &c. Rol. conſ. 24. nu. 29. li. 1. qui quoniā omni exceptione maior non eſt, non probat indicium Bar. l. 1. §. idem Cor. de qq. Alex. conſ. 11.
37 in princ. li. 1. & d. conſ. 14 li. 3. † Immo teſtis ve pher in hoc debet eſſe invulnerabilis Bal. cōſ. 41.
38 ii. ſi. li. 5. † & talis, vt de eius fide. & integritate nullo modo dubitari poſſit Aymo. d. conſ. 6. nu. 12. conſ. 9. nu. 55. conſ. 35. nu. 19. & conſ. 264. col. 4. uers. ſi uero agitur late Pari. conſ. 151. nu. 5. li. 4. & Carre. pra. Crim. §. in tex. ego nu. 29. Secundam rationem allegat, quia ſi probaretur delictum ille imputatus teneretur ei ad expenſas
39 & damna † & ita admitteretur teſtimonium eius in cauſa propria, contra l. nullum de teſti. & l. omnibus C. eo. ut in propoſito egregie cōſiderat Bal. conſ 227. li. 5. Aymo. d. conſ. 99. nu 2. & Bec. d. conſ. 85. nu. 8. Accedit quod uxor, & frater interfecti, & ſimiles ſunt teſtes ſuſpectiſſimi, & non probāt d. aſſertionē interfecti quia etiam ipſi ſunt
40 iniuria affecti, † enim iniuria facta uni cenſeatur facta omnibus de agnatione Bar. l. lex. Cornelia ff. de iniur. Dec. conſ. 133. nu. 8. Sali. l. parentes C. de teſti. Feli. c. cum oporteat de accus. Soc. conſ. 17. col. 4. li. 1. quia ea iniuria totam domum, & familiam dedecorat Tiraq. de pęnis molli. caus. 51. nu. 67. & ſeq. propterea omnes ij ut inimici repelluntur c. repelluntur c. cum oporteat de accus. maxime Vxor quę una caro eſt cum uiro Gen. 2. Mathe. xj. Mar. x. Paul. ad Ephes. x. & Tiraq. ad l. ſi unquam in prefat. nu. 32. C. de reuo.

do.

do. Gram. conſ. 44. nu. 6. pręcipue etiam, quia mu-
lieres per ſe non ſunt omni exceptione maiores
Rol. conſ. 24. nu. 36. lib. 1. & quod caput eſt iſti te
ſtes conuincuntur de mendacio, ex quo proba-
tum fuit D. Aſcanium non potuiſſe preſto eſſe d.
delicto, ut ſupra probatum fuit.

Non obſt. Indicium deptõptum ex fama, quia
reſpondetur primo ueriorem, & magis commu
41 nem * opiniõem eſſe quod ſola fama indicium ſuf-
ficiens ad torturam non facit Hyppo. conſ. 3. nu.
4. ad fi. Iaſ. l. admonẽdi nu. 107. de iure iur. Aymo.
conſ. 41. nu. 6. Blanc. de indi. nu. 313. Clar. qui
alios ad id congerit d. q. 21. in princ. hic fama eſt
ſine alijs adminiculis, quia ſi que allegantur, tollen
tur, ut apparebit, merito.

Secundo Eſto quod adſint aliqua adminicula
fama ut cum adminiculis probare poſsit, requirũ
42 tur, ſimul, quod de ea deponentes dicant ſe publi
ce audiuiſſe dici a maiore parte populi, & quod
reddant ſufficientem cauſam ſcientię, & non inte-
rogati deponant, quid ſit forma, & huiuſmodi alia
de quibus late poſt alios idem Clar. d. q. 6. uers. il
lud tamen imprimis. uers. deberet etiam, & uers. poſ
tremo &c. quæ in teſtibus hiſce de fama deponen
tibus non concurrunt, merito &c.

Tertio quia teſtes qui de illa fama deponunt, di
cunt audiuiſſe a D. Flaminia Vxore d. Franciſci,
& Alijs domeſticis dd. interfectorum, & ſic oſten-
dant, ortum habuiſſe a non fide dignis, immo a ſu-
43 ſpectis † quo caſu fama etiam plene alijs reſpecti
bus probata indicium nõ facit; Bar. d. §. plurium
q. 3. nu. 58. Blanc. de indici nu. 265. late Burs. qui
alios congerit d. conſ. 20. nu. 15. & pluribus ſeqq.
pręcipue nu. 33. 34. & ſeq.

Accedit, ꝙ d. uxor interfecti, & margarita, &
alij domeſtici, a quibus ortum habuit d. fama, fa
cile potuerunt decipi, tum deterriti ob numerum
inſultantium, & armorũ genus, & qualitatem eti
am ſexus fęminei, tum etiam ob fumum Archibu
ſiorum ſtatim in ingreſſu Domus, ut uerisimile eſt
exoneratorum, de quo deponunt ipſęmet mulie-
res pręcipue Margharita in ſuo primo examine.

Non obſt. ꝙ D. Aſcanius uideatur conuinci ꝓ
pria ſui oris confeſsione de interuentu ſuo ad ho-
micidia, dum inquit ſe audiuiſſe ploratus illos mu
lierum, aut ſaltem de mendacio dicens ſe audiuiſ
ſe in Palatio dd. Priorum, ubi ob diſtantiam loci
homicidiorum impoſsibile eſt potuiſſe maxime
uocem articulatam audire, Quia reſpondetur
primo non ualere conſequentiam D. Afranius
audiuit uoces plorantium, ergo interfuit homici-
dijs, quia ipſe dicit ſe audiuiſſe in Palatio dd. Pri
44 orum, non in loco delicti † nec debet contra eum
ſua confeſsio ſcindi Bar. l. aurelius §. idem querit
nu. 2. ff. de lib. leg Secundo dato quod neceſſe ſit
eũ fuiſſe in loco, in quo audire potuerit eas uoces
non ſequitur ergo fuit in homicidijs, quia potuit
fuiſſe in loco uicino ut alij quam plures teſtes exa
minati, qui ex loco uicino eaſdem uoces audiue
runt Rurſus potuit audiuiſſe poſt commiſſum de
lictum, cum ploratus ille diu eo ſero perdurauerit
Tertio non ualet ſequela, quia potuit audiuiſſe
ploratus aliarũ mulierũ attinentiũ dd. occiſis ui
cinarum d. Palatio nempe D. Galitię de nepis ſo-
roris d. D. Flaminię prout credendum eſt omnino
ex quo eidem fuerunt dd. homicidia denunciata
ſtatim, & ipſa plorando diſcendens e domo ſua ui-
cina d. Palatio DD. priorum acceſsit ad domum de
licti, ut ibi una cum ſorore eſſet, ſicuti iam mu-
lier quę denunciauit, quam ipſa D. Galitia teſtan
tur in proceſſu in formatiuo pag. 324. & 346.

Nec uis fiat quod D. Aſcanius dixerit de mulie
ribus de domo delicti, quia non dixit, de quibus
ut patet, ibi, *Sentimmo certi ſtridi de donne, & in*
tendet, che certe donne ſtrillauano, & diceuano ò fi-
gliolo mio, ò fratello mio, & ſimile parole, unde
non poteſt fieri fundamentum ꝙ D. Afranius faſ
ſus ſit ſe fuiſſe preſentem delicto, minuſq; quod
mendacium dixerit ꝙ ploratus illos audiuerit, prę
45 terquam ꝙ omnino tutum non eſt ꝙ † mendacium
prębeat indicium ad torturam ad not. per Bar. d.
l. ultimu de qq. quia ſunt plures, qui contrarium
firmant illa efficaci ratione, quia licitum eſt menti
ri ad propriã ſalutem l. nemo. de excep. tradit.
Iſer. ad conſt. damna col. x. Gram. vot. 30. nu. 16.
ubi dicit comunem *. Idem Burs. d. conſ. 20. nu. 22.
ubi alios citat. nec Bar. in d. l. ult. uoluit id, ad
quod allegatur ut oſtendit Iul. Clar d. q. 21. uers.
mendacium.

Non obſtat Indicium quod ſumitur ex pretẽſis
inimicitijs, quia reſpondetur primo falſo ſupponi
inimicitias inter occiſos, & D. Aſcanium. etenim
nullibi probatur D. Aſcanium ad iniuriam reuocaſ
ſe quod ſequutum non fuerit matrimonium inter
ſe & illam puellã cõſanguineam occiſorum. Immo
cõtrarium. nempe ęquo & libenti animo per eum
ſilentium impoſitum illi ratiocinio, hoc ipſum
aperte indicat, quod D. Aſcanius poſt repertas
literas ſub oſtio ſuę Domus ſine nomine, quibus
ei ſigni ficabatur, ꝙ illi occiſi eius uitę Inſidiabã
tur, & ideo ſibi pręcaueret, acceſsit ad domum il-
lorum, alloquutuſq; eos palam declarauit, nõ egre
tuliſſe non ſequutum illud matrimonium, amice
ꝑ illos exceptus fuit, & ab eis amicus diſceſſit, poſt
eaq; illos alloquutus ſemper fuit, ſalutauit, & ami
ce eos excepit. quod oſtendit uel eum ad odium il
lud nõ reuocaſſe, uel odiũ ſi quod contractũ fuerat
depoſuiſſe, cum etenim odium ſi quod fuit ex ea
46 cauſa mitium ſumpſerit †, & reconciliatio non ſit
de recẽti Iudex arbitrari debet illud eſſe ſublatũ
cũ in eius arbitrio ſit de hoc iudicare ex qualitate
inimicitiarum & reconciliationis ſecundum Ar-
chi. c. accuſatores 3. q. 5. nu. 2. & Melchio. de
Feci. conſ. 82. nu. 8. part. 1. conſ. cri. diuer. per
Zile. ſecundum paruam impreſsionem.

Nec obſt. ꝙ D. Afranius id ſimulauerit, ut odiũ
quod gerebat contra Emilium ſimulaſſe ipſemet
47 fatetur in ſecundo eius conſtituto, quia reſponde
tur primo ſimulationem non preſumi, niſi expreſ
ſe probetur l. quamuis. ubi Bal. C. ſi quis alteri,
uel ſibi. cum late congeſtis per Berti conſ. 12. nu.
1. maxime Nobili Viro ibidem nu. 8. Secundo
48 reſpondetur quod † argumentum a ſimili non te-
net, ubi non eſt eadẽ omnimodo ſimilitudo Euer
poſt alios in lo. a ſimili in 4. lim. hic eſt magna
diſsimilitudo, & omnino diuerſa ratio, cum Emilio
enim ſimulauit ad bonum, quia noluit eum pro ini
mico habere, ut ipſe ait, hic uero ſimulatio eſſet

ad pros

ad proditionem, cum acceſerit ad illos de Nepis
ad domum eorum propriam, dixerit ad odium ſe
non reuocaſſe diſſolutionem illam tractatus matri
monij, & ita promiſerit & ſemper per duos annos
ei taiter oſtendit, & ſi quid contra feciſſet proditor
omnino fuiſſet.

Idem quoad cauſam inimicitiarũ ex alio capite
ex eo, quod fuerit preſens quando inſultatus fuit
Emilius, quia inſultus fuit factus per illos de Beſtic
chiis, non per illos de Nepis. Vn dato quod D.
Aſcanius ad odium commotus fuerit, id fuit
49 † quoad Biſtiechioa, non quoad illos de Nepis argu
50 mento l. Papi. exuli. ff. de mino. † maxime in odio
ſis, ut hic c. odia de reg. iur. in 6.

Secũdo dato quod inimicitię aliquę adfuiſſent
51 reſpondetur † eas ſolas non facere indicium ad tor
* turam Boſſ. de indic. nu. 47. Carce. de * communi in
princ. nu. 118. Giam. Vot. 30. ou. 10. & uot. 34.
Clar. d. §. ultimo q. 2. uers. inimicitia, Ant. Gom.
delic. c. 19. nu. 11. Rim. Iun. conſ. 88. nu. 4. li. 1.
Gal. Maluat. crim. diuer. tomo. 1. conſ. 200. nu.
26. cum alijs vulga.

52 Tertio Reſpondetur † tunc indicium ſumi ex
inimicitijs quando ſumus in dubio, & non conſtat
de percuſſoribus, ut omnes, q in contrarium citan
tur, loquuntur, argumento l. continuus §. cum ita
de uer. oblig. maxime ſi conſtet, de, cauſa, ut
hic, ubi notorium eſt qui & ea qua cauſa homici-
dia patrauerint, & hactenus condemnati ſunt. Nec
aduerſatur φ D. Aſcanius uideatur odio ad iram
inflamatus contra iſto uti illos. de Biſticchis ut
apparet, ex quo per quiſiuit Biſticchios in do-
mo iſtorum, Quia reſpondetur retorquendo, cum
enim Biſticchios non reperiret in domo, odium
contraxerat ex falſa cauſa, ea falſa ſiue erronea re
perta depoſuiſſe credendum eſt, Secundo qcquid
ſit de d. cauſa conſtat, φ ex alia cauſa delictum
commiſſum fuit, nempe quia dd. occiſi ſuborna-
bant teſtes D. Emilio, quę cauſa ſubornationis nõ
tangit. D. Aſcanium, & dato φ D. Emilius iſta,
aut alia motus fuerit etiam ad uindictam (ut appel
lant) tranſuerſalem, non poteſt inferri, φ eãdem
uindictam uoluerit ſumere D. Aſcanius, qui nec
vulneratus, nec tã grauiter offeoſus fuit a Biſticchis
concurrentibus precipue eius qualitatibus, de qui
bus ſupra, quę de eo, faciunt preſumi omne bonũ,
non tam maximum ſcelus.

Non obſtat conuerſatio D. Aſcanij cum D. Emi
lio & ſecreta collocutio quia reſpondetur pri
mo huiuſmodi allocutionem probari ſolummo
53 do per Quintium unicum teſtem, † qui regulariter
54 non probat l. iuriſiurandi. de teſti. † maxime re
motum indicium, quia quod libet ꝓbari debet per
duos teſtes nõ deponentes de ipſo delicto, put eſt
Quintius deponens de alloquutione, ex qua curia
arguit ad tractatum, ſiue mandatum glo. ad l. ult.
* C. fam. herci. cum qua communis * eſt opi. Soc. d. conſ.
54. Io. de Ami. conſ. 227. nu. 10. Gram. uot. 32.
nu. 1. Clar. d. §. ult. q. 22. in princ. Boſſ. de indi.
& conſ. ant. tort. nu 5. & ad inquiſi. nu. 18. Pe-
de. Deci. 79. nu. 16. Meno. de qq. arbi. iudi. caſ.
270. nu 13.

Secundo quatenus ſingularis teſtis ſufficeret,
quod negamus, tunc id procederet quando is eſſet
55 omni exceptione maior †, ſecus alias glo. §. item
uerborum. inſt. de inuti. ſtip. c. maiorea de con
ſã & affi. Feli. c. cum Ioannes col. 2 de fi. inſtru. Soc.
* reg. 204 nu. 54. omnes communiter * d. l. admonẽ
di ubi Rip. nu. 176. intelligens in quolibet non
integro, ideoque ſubdens hoc late patere, quia mul
56 ti ſunt defectus teſtiũ, †. & ſpecialiter in cõſangui-
57 neo & affine Bar. ibi nu. 37. Rip. nu. 178. † in
58 fratre uxoris Alex conſ. 148. lib. 5. † in feneratore,
59 & ſpurio Azo. in ſũ. ti. de infan. Soc. d. loco nu. 55. †
60 In infame infamia facti, Soc. ibidem nu. 96 † in
ſtipendarijs illicits belli Bal. c. 1. §. ſacramenta de
61 conces. rect. feu. Curt. Sen. conſ. 282. † In inimico
amico. Bar. d. l. amonendi, nu. 32. Ripa. ibidem
62 nu. 177. † In uariante, ut eſt Quintius ille, qui mo-
do unum, modo aliud aſſeruit Io: And. & Imo. c.
preterea. de teſti. Cur. Sen. d. conſ. 282. Soc. d. reg.
204. nu. 57.

Tertio Iſte teſtis nullum facit indicium, quia
in hoc eſt mendax, cum appareat, eo ſero diei Mar
tis precedentis ad delictum D. Aſcanium non po
tuiſſe eſſe in domo Cęſaris Martellij hora, qua
Quintius id aſſerit, & id quidem ex pluribus teſti-
bus in proceſſu defenſiuo deponẽtibus plene cum
fuiſſe in ſua propria domo ad extinguendum ignẽ
accenſum in Camino, ne tota domus, & forte Vi-
63 cinia combureretur, † maxime cum ſufficiat unus
ibi deponens, cum unus infringat alium Bar. d. l.
admonendi nu. 51. per l. 1. C. qui & aduer. quos.
ubi Bal. nu. 5. Alex. conſ. 103. nu. 12. lib. 6. pro
* ueriore, & * cõmuni Seue. d. l. admonendi nu. 228.
& ſeq. ubi Rip. nu. 215. & Curt. Iun. nu. 65.

Quarto Ex dicta allocutione non poteſt inferri
ad tractatum, cum dicatur fuiſſe die Martis de ſero,
& tractatus ſi quis adfuit, die martis de mane con
cluſſus fuit, quo tempore fuerunt accerſiti ad terrã
Baſtię, non de ſero tempore pręieuſę ſecretę allo-
cutionis.

64 † Quinto ſecreta allocutio non facit indicium
ſufficiens ad torturam, ſed leuiſsimum Bal. l. non
hoc in fi. C. un. lig. Io: de Ami. conſ. 134. nu. 4.
Hypp. Rim. conſ. 88. nu. 24. lib. 1. ubi id aſſerit
etiam ſi coniuncta ſit cum inimicitijs reconciliatis
65 † Immo numquam indicium facit, niſi tribus con
currentibus, uidelicet primo Inimicitijs capitalibus
precedentibus, ſecundo quod ſecreto, & in occul
to facta ſit alloquutio, tertio quod delictum ſtatim
ſit ſequutum Cum. l. ſi rem §. ultimo ff. de pri. cre
di. ubi Rip. etiam col. 1. uers. intelligo Ias. l. ſeruum
fugitiuum col. 6. uers. quinto mirabiliter. C. de Ser.
fugi. Aret. cap. tertio loco. col. ultima uers. & quod
ſufficiat. de proba. Feli. d. c. afferte. col. ult. uers.
datur etiam. & poſt. Cac. Boſſ. Clar. cęteroſque
* multos locis per eum citatis pro * cõmuni Bursſ. d.
conſ. 20. nu. 20. lib. 1. & Ant. Gabr. de crim. con
clus. 2. nu. 52.

Non obſt. Iudicium ſumptum ex fuga, & Con
tumacia Cęſaris Martellij Socij, ut pretenditur,
66 criminis, Quia reſpondetur primo † uerius eſſe ex
fuga unius pretenſi delinquentia non ſumi indiciũ
ad torturam ſufficiens contra alium Io: And. ad
ſpecu. de pręſump. §. 2. uer. uiolenta in addi. ma-
gna, col. 2. & 3. quem refert. & ſequitur Ias. in
lect. ad d. l. admonendi. nu. 89. in fi. & Boe.
deci.

deci. 215. nu. 25. per l. 2. de fi. inſtru. & l. ult. C.
de falſ. optime facit, quia Contumacia non egre
ditur perſonam illius. qui contumax eſt Iul. Sear.
inter conſilia diuer. crim. per Zile. tom. 1. conſ.
214. nu. 5. & ex fuga unius non inſurgit indiciũ
tertij ut dicit Bal. d. l. 2. C. de fi. inſtru. & Rip. d.
l. admonendi nu. 154.

Secundo Eſto, quod ex fuga Socij huiuſmodi
indicium colligatur, id procedere poteſt, quando
non adeſt alia cauſa uel preſumptio fugę, ſecus
67 ſi adeſt, quia tunc una preſumptio tollit aliam
l. diuus de reſt. in integ., ut in alio propoſito
ſupra dictum fuit. in Cęſare Martello adeſt alia cau
ſa duplex. prima quia in proceſſu probatur quod
Emilius & alij Socij exiuerunt de domo ſua ad de-
lictum perpetrandum, ex quo eſt ſuſpectus argu-
mento l. qui domum de adult. ſecunda quia iſte
Cęſar fuit alias diu carceratus, amiſit omnia, &
propterea pluries profeſſus fuit ſe nolle amplius
ad Curiam uocatus comparere, cum nil amplius
ſit amiſſurus, & carceres ualde formidet.

Non obſt. quod in tractatu, & occulto delicto
ut hic, leuiores probationes ſufficiant ex conges-
ris per Gab. de teſti. conclus. 7. quia reſpondetur
68 id procedere †quando fiſcus probat ſe non habere
alias probationes, non alias, ut hic, ubi fiſcus ne-
que id probare tentauit, ita declarat Gram. conſ.
45. nu. 9. & ſeq. Alci. reg. 1. preſup. 47. nu. 40.
Rolan. alios citans conſ. 7. nu. 16. & conſ. 24. nu.
68. lib. 1.

69 Secundo Id poteſt habere locũ in Teſtibus qui ſ
unum tantummodo defectum patiuntur, ſecus ſi
plures Gram. conſ. 55. nu. 22. & ſeqq. Cęph conſ.
65 nu. 27 lib. 1. Lud. Cat. inter dd. Cõs. par. prima
conſ. 99. nu. 26.

Non obſt. quod ſi nõ ſingula iſta, ſaltem ſimul
unita prodeſſe fiſco uideantur contra reum, argu
mento d. l. ſpadonem. § qui iura multa, quia reſpõ
70 detur primo † hanc regulam non procedere in cri
minalibus, ut hic Hypp. cõſ. 20. nu. 48. Gale. Maluat.
d. conſ. 150. nu. 15.

Secundo dato quod pręd. regula locum haberet
etiã in criminalibus, ut non nulli preſuponunt in
71 materia propria indiciorum, reſpondetur illud † p
cedere ubi ſingula indicia in ſe ſunt perfecta, tunc
enim coniunguntur, ut unum perfectum efficiant
l. c. C. qui mu. tut. &c. ſecus alias Bal. in l. ſi qs ex
argentarijs. §. 1. ubi etiam alij. ff. de eden. Hypp. d.
conſ. 20. nu. 47. & conſ. 85. nu. 22. Galea. Maluat.
d. conſ. 150. nu. 16. Aymo. de anti. tempo. ſect.
uidimus. abunde nu. 25. Iaſ. d. l. admonendi nu.
253. ubi Seue. nu. 205. Pari. conſ. 15. nu. 37. lib.
2. conſ. 79. nu. 14. & ſeq. lib. 3. & conſ. 59. nu.
29 lib. 4. Hęc indicia contra reum collecta ſingula
in ſe imperfecta ſũt, immo uerius nullo modo pro
bata, ut ſupra, merito &c.

Neque hoc infringitur ex traditis p Fulg. d. l.
ult. C. fa. herci, Suc. d. conſ. 54. & alios ſupra cita-
tos, uolentes, plura indicia per teſtes ſingulares
probata indicium ſufficiens conſtituere, quamuis
alias quodlibet indicium probari debeat per duos
72 teſtes d. l. ult. ut ſupra dictum fuit, † quia hoc pro
cedere poteſt reſpectu imperfectionis numeri teſti
um, ut in contrarium citati loquuntur ad limitati-
onem d. regulæ, quod duo teſtes ad quodlibet in
ditium requirũtur, quia ſecundum hos limitatur,
quãdo eſſent plura probata unico teſte unum, alio
aliud, & ſic de ſingulis, ſecus ſi hac imperfecti-
one, & alijs etiam illi teſtes unici laborarent, ut
hic, quia plures iſti defectus facientes ſingula in-
dicia imperfecta, efficiunt, ne coniugi poſſint,
Idem ſi imperfecta ſint reſpectu aliarum qualita-
tum, puta fama, quę ortum habeat a non fidedig-
nis, inimicitię non capitales, uel non uerę, uel ſub
lata reconciliatione, Mendacium non probatum
plene, Aſſertio vulnerati probata ſolum per conſã
guineus, affines, uel domeſticos, ut hic, quę ſin-
gula imperfecta ſunt ita, ut non coniungantur ſe-
cundum ſupradictos, & ita concordari poſſunt
opiniones, quamuis non puto errare eum, qui re
iecta opinione Fulg. & ſequacium dixerit ſimplici
ter non coniungi, etiam quando imperfectio eſt
reſpectu numeri teſtium. cum commu. *

Iſta concordia iuſtificatur in ſimili ex eo, quod
73 dicitur † q ubi ueritas haberi non poteſt aliter, ad
mittuntur teſtes alias in habiles c. ueniens ſecun-
74 do. ubi Feli. de teſti. † ſi tamẽ teſtes plures defectus
patiantur, non admittuntur, Gram. conſ. 45. nu.
42. 43. & poſt ſuas deci. conſ. 1. nu. 62. Cepha.
conſ. 65. nu. 27. Lud. Cat. inter crim. per Zile.
75 ſecundum par. impreſſio. Par. conſ. 99. nu. 26. †
Rurſus iuſtificatur in ſimili quia Iuramentum nõ
ſupplet plures defectus, licet vnum ſuppleat Bar.
l. 2. nu. 11. & 12. C. de res. uendi. aut. ſacramen-
ta nu. 54. C. ſi aduer. uend. Ruy. conſ. 212. nu.
6. lib. 1. Dec. conſ. 349. nu. 5. in fi. & nu. 6.
& conſ. 403. nu. 22. Grat. conſ. 7. nu. 4. lib. 1. Al
ciat. c. cum contingat nu. 133. de iur. iur. Soc. Iuc.
conſ. 48. nu. 19 & conſ. 44. nu. 20. lib. 2. Rim. Iun.
inſti. qui, alie. lice. uel. non. in princ. nu. 258. &
ſeq. Anc. Gab. da mino. conclus. 5. nu. 42. & 49.

Non obſt. q Indicia ſint arbitraria Iudici ut ſu
76 pra quia licet id uerum ſit, debet tamen boni Iu-
dicis arbitriũ eſſe iuri, & ęquitati conſonũ Hypp.
l. queſtionis modum nu. 68 ff. de qq. Dec. c. ne
imitaris col. 1. de conſti. c. de cauſis col. 2. de off.
77 de leg. ubi late Bero. nu. 18. † Et huiuſmodi arbi-
trio debet Iudex uti ita, ut faciat alijs, quod in ſua
perſona per alium fieri uellet. Bar. l. 1. ff. ſol. mat.
Aymo. alios cõngereos conſ. 190 nu. 5. Meno. de
78 qq. arbi. iud. q. 9. nu. 3. † nec ſi ex ſua ceruice p
cedere, arbitrium ſuum ualeret Rom. conſ. 376.
col. 2. ubi Mando. late cumulat. Folle. prac. crim.
ſecunda par. ſecundę par. princ. nu. 102. Bos. de
ind. in princ. Carr. trac. crim. in princ. nu. 107.
79 Paris. conſ. 151. nu. 14. & ſeq. lib. 4. † Quinimmo
ut indicia ſufficientia ſint ad torturam debent eſſe
certa, probabilia, & uetiſimilia l. milites §. oporter
80 C. de qq. † Immo grauia, & ſicut dicitur de pro-
bationibus ad condemnandum in criminalibus l.
81 fi. C. de probat. † ita indicia ad torquendum luce
meridiana, clariora. Bal. conſ. 259. col. 1. l. 1. Aymo.
conſ. 6. nu. 12 conſ. 99. nu. 1. ibi. 1. Nat. conſ. 392.
nu. 6. Rol. conſ. 7. nu. 34. lib. 1. Franc. Bece. d.
82 conſ. 85. nu. 1. † Non leuia, non per functoria,
& quę pluribus modis poſſunt interpretari, cũ in
tanto diſcrimine, maxime Viri Nobilis & iuris pe
riti, ut hic nec ambagens eundum non ſit, Bal.
conſ.

conſ 4 02. lib. 1. Natt. conſ. 42 nu. 1. conſ. 298. nu. 13. Rol. d. conſ. 24. nu. 24. & Franc. Becc d. cõſ.
83 85 ſub nu. 1. in fi † Et ſicut teſtes ad condemnãdum in criminalibus reddere debent ſui dicti ratio nem etiam non interrogati Alex. conſ. 15. lib. 1. Ita ad conſtituendum indicium Hyppo. prac. crim. § diligenter nu. 29. & d. conſ. 20. nu. 47. qualia uere non ſunt, quę dicuntur militare contra D. Aſcanium, immo imperfecta, obſcura, non probabilia, non uerisſimilia, leuia, perfunctoria, a longe petita, habentia plures interpretationes quæ eui tari poſſunt & ſolummodo habentia quaſdam le-
84 ues preſumptiones contra reum, † quę dicuntur non repugnantia ſecundum Duar. diſput. Anni. lib. 1. c. 27. & propterea ad torturam non ſufficientia, ut poſt alios optime oſtendit Meno. de qq. ac
85 bi. Iudi. cas. 270. nu. 20. & ſeq. † eum ad torturã deueniri non debeat propter indicia, niſi quando talia ſunt, ut ſola confesſio rei deeſſe uideatur ſecũdum Gand. magnum practicum de indi. col 1. uer. terilum not. Io: de Ami. d. conſ. 127 nu. 27. Bar. Ber. conſ. 70 nu. 26. 10. 2. crim. diuer. per Zilet. Rim Iun. d. conſ. 88. nu. 25. & Franc. Becc. d. conſ. 85. nu. 2. ubi plures alios ad id congerit, huiusmodi non ſunt indicia, de quibus ſupra, merito in caſu iſto pronunciari nõ poteſt ad torturam eſſe ueniendum.

86 † Eo etiam precipue quia ſemper benigniorem partem ſequi debemus nempe ne reus torqueatur in dubio, Ias. conſ. 175. uers. 4. audiuit lib. 2 &
87 l. 1. nu. 40. ff ſi quis in ius. uoc. non erit † maxime in doctorea dignitate fulgente, ut hic, qui de iure torqueri non poteſt Bar. l omnes iudices C. decur. lib. 10. & alij paſsim, pręcipue Galia. l. centurio ff. de vul. & pup. Boſſ. de indi. nu. 111. & ſeq. Clar. d. § ultimo. q. 64. uers. quero an Doctores. Carre. prac. cri. uer excipitur nu. 180 qui communem
88 aſſerunt. † & conſuetudinem contrariam non uale
89 re † aut ſaltem nunc non ſufficere ordinaria indicia ſed exigi grauiora & frequentiora, quam in cęteris, niſi in crimine leſę maieſtatis, priuati car
90 ceris, & falſi, in quorum aliquo hic non ſumus, † Precipue etiam quia reus hic noſter eſt uir Nobilis, Chriſtianę Vitę, bonę conditionis, & famę, & in ſpecie quoad hoc delictum, probatę non aufu-
91 git poſt delictum † quod arguit innocentiã Aymo. d. conſ. 6. nu. 29. Immo ſe in Carceribus conſti-
92 tuit ſpõte, † qua comparitione purgauit indicia ſi quę aderant Bar. l. quis ſit fugitiuus §. 1. de edi. edic. Cap. conſ. 31. col. 4. Seuc. de debi. ingi. q. 1. Par. Put. de indi. uer. fuga circa. princ. Gram. conſ. 42. nu. 19. Rim. Iun. d. conſ. 88. nu. 48. & ſeq. qui alios etiam allegat, demumque pro eius innocentia concurrunt quã plures alię coniecturę ſeriatim collectę & enumeratę p Excellentiſſ. D. Baldaſſarrem Nutum Aſsiſien. qui ad fauorem D. Aſcanij ante in hac cauſa allegauit.

CONSILIVM LXIIII.

Argumentum.

An punitus de vulnere, poſſit iterum puniri de dibilitatione mẽbri ex eo vulnére ſubſequuta, late diſcutitur, & concluditur negatiue cum Butring. contra Bart. & ſequaces pluribus rationibus, & reſpondetur etiam contrarijs.

SVMMARIVM.

Delictum ſemel punitum, poteſt rurſus puniri, quando inſtatur pro puniẽda illud in diuerſa delicti ſpecie nu. 1.
Debilitatio mẽbri diuerſa eſt ſpecies delicti ab inſultu. n. 2.
Contra nu. 66.
Retenta prima opinione, illa procedere poteſt, reſpectu inſultus in genere ſumpti, ſiue vulneris, quia vulneris in genere ſpecies ſunt, debilitas, & non debilitas nu 72.
Diuerſa qualitas diuerſam delicti ſpeciẽ conſtituit nu. 3.
Contra nu 67
Diuerſitas pœnę diuerſitatem delicti conſtituit nu. 5.
Quod ſemper non eſt uerum, & quandoque diuerſitatem qualitatis oſtendit nu 71.
De inſultu, & debilitatione membri diuerſi tituli Conſtitutionis Marchiæ Anconitanę nu 6.
Punitus de ea delicto, cuius eſt minor pœna, poteſt rurſus inquiri de eo delicto, cuius maior eſt pena nu. 7.
Quod procedit, qñ illa duo ſunt inter ſe ſeparata, ſecus, ſi ut genus, & ſpecies nu 74
Vel unum ſequatur ex alio nu 75.
Delicta impunita remanere non debent. nu. 8.
Punitus ſemel de delicto de nouo poteſt inquiri, & puniri, ſe qualitas agrauans de nouo ſuperueniat nu. 9.
Contra nu 77.
De nouo emergentia nouo indigent auxilio nu. 10.
Qualitas delicti non intentata in iudicio in quo deliquens fuit punitus, uideẽ õmiſſa dolo partis & iudicis nu. 11.
Contra nu 80.
Etiam ſi agatur fauore fiſci nu. 83.
Maxime quando de dolo accuſatoris, fiſci, & iudicis pręſumendo agitur nu. 84.
Et prima opinio procedere poteſt in claris, quando procurator, & Aduocatus preuaricati ſunt nu 83.
Punitus ſemel de vulnere, ſi modicam ſubſtinuit pęnam iterum condigne puniri poteſt nu 12.
Quod procedit, alijs concurrentibus, de quibus nu 85
Gratia obtenta de vulnere, non narrata qualitate debilitationis membri, & ſic ſurreptitia, nulla eſt nu. 13.
Fallit, quãdo ſurreptio cauſata eſt ex probabili ignorantia precatoris nu 86.
Capi poteſt quis ex eo ſolo, quod contra eum porrecta ſit accuſatio criminis, pro quo pęna corporis infligenda ſit nu. 14.
Etiam quod nulla adſint criminis indicia nu. 15.
Et ita eſt conſuetudo nu 16.
Contra ſecundum ueriorem, & magis communem ſententiam

ctum, quia neceſſe eſt, ut legitima pręcedant indicia nu 17.

Et ſolet fieri proceſſus informatiuus ante capturum, ſecundum totius Italię conſuetudinē nu. 18.

Et iudex aliter faciens, tenetur in Syndicatu nu 19.

Niſi in delictis enormibus, & occultis, aut quando eſſet ſuſpicio de fuga imputati nu. 20.

Teſtes dicentes aliquem debilitatum eſſe manu, non probant debilitationem cauſatam ex vulnere tum diu illato nu. 21.

Inobediens preceptis medici, & male ſe curans, preſumitur debilitatus aliter, quam ex vulnere nu. 22. & 34.

Et debilitatio vulneranti non imputatur nu 65.

Medicus vnus deponens debilitationem cauſatam fuiſſe ex vulnere, probat de conſuetudine nu 23.

Contra in eo Medico, qui curauit infirmum, quia ei ſoli non creditur nu. 24.

Niſi quoad hoc, ut conſtet de corpore delicti, & in cauſa procedi poſſit nu. 25.

Quodlibet delictum ad minus duobus teſtibus probandum eſt nu. 26.

Rixę authori omnia inde ſequuta aſcribenda ſunt nu 27.

Quod procedit in euentu, qui prodeſt, uel qui ſalutem pollicetur nu. 28.

Non in euentu noxio, quia in eo fit diſtinctio nu. 29. & ſeq.

Cauſę proximę, non remotę euentus noxius aſcribitur nu 30.

Statutum, quod de percuſſionibus ſanguinolentis pax fieri non poſſit, non procedit in eo, qui percuſſionis ſanguinolentę cauſa mediata fuit nu. 31.

Cauſa mediata non eſt in conſideratione nu. 32.

Etiam quando quis dat operam rei illicitę, ſaltem, quando ſumus in caſu, in quo ſola culpa non eſt in conſideratione nu. 33.

Punitus ſemel, caſſato proceſſu, pro illo eodem delicto puniri non poteſt nu 35.

Etiam ſi in loco delicti & de eo puniendo in loco originis agatur nu 36.

Etiam ſi ſubſtinuit pœnam minorem ordinaria nu. 37.

Etiam ſi per reſcriptum ad pœnam aliquam minorem pęna ordinaria ex gratia redacta eſt nu. 38.

Principali ſublato, tollitur acceſſorium nu 39.

Fallit in criminalibus nu. 50. Quod declaratur, ut ibi.

Contractu principali reſoluto, reſolutum eſt etiam precarium ad eum appoſitum nu 40.

Sic etiam & conſtitutum poſſeſſorium in eo appoſitum nu. 41.

Obligatione principali extincta, fideiuſſoria etiam extinguitur nu. 42.

Obligatione principali extincta, peremptu eſt etiam obligatio ad pęnā, & intereſſe, quę ad illam acceſſoria aderat nu. 43.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis nu. 44.

Qualitas ſine ſubiecto ſubſiſtere non poteſt nu. 45

Debilitatio non dicitur qualitas ad vulnus, ſed ſpecies delicti nu. 46

Contra nu 47.

Num debilitatio acceſſorium eſt vulneri, cum ex eo ſequatur nu. 48.

Et qualificat vulnus, ut dicatur vulnus debilitans nu 49.

Delictum idem ſępius in iudicium deduci non debet nu 51.

Nec ſæpius puniri nu. 52.

Vulnus, & debilitatio ex eo, vnum, & idem ſunt delictum, quia vnum factum, vnus actus, una macchinatio, ſiue dolus ſunt nu. 53.

Et quia idem principium, & eadem origo, quę idem delictum conſtituunt nu. 54.

Qualitas aggrauans delictum, non facit, quod delictum idem eſſe deſinat nu. 55.

Debilitatio membri ex vulnere non ſtat per ſe, nec ſubſtantiam delicti habet, ſed dependentiam, & conſequentiam a delicto, & vulnere remoto debilitatio per ſe nihil remanet nu. 56.

Debilitationis qualitas per ſe intentari non poteſt nu. 57.

Immo nec fingi, nec intelligi ab intellectu poteſt niſi pendente re ſuper principali nu 58.

Condēnatione ſuper delicto una uia ſequuta, altera ſublata eſt quando duæ, pluresue actiones, ſiue uię agendi ad publicam uindictam competunt nu. 59.

Secus, ſi de intereſſe priuato agatur nu. 60.

Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito nu. 61.

Delicto extincto propter pęnę ſolutionem, non poteſt inquiri denuo ſuper qualitate ipſius nu. 62.

Maxime, ubi conſtat delictum principale fuiſſe commiſſum culpa uulnerati nu. 6[illegible].

Ex diuerſitate qualitatis diuerſificatur pœna delicti nu. 68.

Intentans dolum, & probans leuem culpam, uel intentās uim turbatiuam, & non probans, non obtinet nu. 69.

Quando plura ſunt delicta ex uno facto, ut genus, & ſpecies, non poteſt quis, niſi una lege puniri nu. 73.

Punitus de homicidio, non punitur de vulnere. nu. 76.

De futuris contingentibus non eſt determinata ueritas nu 78.

Futura præuidere prophetarum eſt nu. 79.

Dolus non pręſumitur ſed probandus eſt nu. 81.

Bonus quilibet preſumitur nu. 82.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

QVod Petrus Iacobus Baptiſtę die 27 Martij 1572. de inſultu cum armis, ac etiā vulneribus Andreę Magiſtri Nicolai illatis ſimpliciter tunc inquiſitus, & die 4. Iulij 1573. certa pœna pro d. delicto ſoluta gratiatus, iterum hac die 22. Februarij 1574. potuerit capi. & carceribus detineri, prout detinetur, ſub pretextu nouę qualitatis vulneris nempe debilitationis manus in prima inquiſitione omiſſę, quę non parum delictum aggrauabat uidetur deduci poſſe, prout nō inſubtiliter Excellentiſſ. Dominus Iudex excitat.

1 †Primo quidem, quia quando inſtatur pro punienda diuerſa ſpecie delicti ſemel puniti licet utraque ſpecies ex eodem delicto deſcendat, poteſt inquiri & iterum delinquens puniri Bar. l. nunquā plura nu. 9. ff. de pri. delic. l. 1. ff. de ui. bo. rap. l. hæres a debitore §. quod ſi ſumus ff. de fideius.

l. Sena-

l. Senatus. uers. ſi uero reſultant plura crimina. ff.
de accus. eſt tex. l. ſi adulterium cum inceſtu ff. de
2 adult. † Quod autem hic diuerſa ſpecies delicti ſit
debilitationis, de qua puniendo agitur, ab inſultu
3 de quo iſte punitus fuit, uidetur apparere † primo
ex diuerſitate qualitatis, quę diuerſam ſpeciem de
licti conſtituit l. aut facta. § qualitate. ff. de pęn. §.
preterea inſti. de iniur. ſup. Bal. l. 2. nu. 8 de pro
bat. Cepo. conſ. 62. nu. 6. Mara. conſ. 7. nu. 38. lib.
4 primo. † Secundo ex diuerſitate nominis, argumē
to l. ſi idem C. de codic. Tertio ex diuerſitate
pęnę, tex. l. quanquam. in fi. C. de Epi. & Cleri.
5 c. cum ſit. de accus. Quarto † ex diuerſitate titulorū
6 in conſtitutionibus Marchię Anconitanæ rub. 55.
57. & 58 ubi diuerſimode ab inſultu ponitur debi-
litatio membri.

7 † Secundo quia quando quis inquiſitus fuit de
eo, cuius minor eſt pœna, poteſt etiam de nouo
inquiri de eo cuius maior pœna eſt Bar. d. l. nun-
quam plura, nu. 9. Paul. Caſt. conſ. 349. uers.
nam facta. lib. primo. & hoc quidem duplici ratio-
8 ne; prima † ne delicta remaneant impunita, quod
Iura abhorrent, l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. ſe-
cunda ne preiudicetur fiſco.

9 † Tertio quia quando qualitas delictum aggra-
uans de nouo ſuperuenit, uidetur de ea poſſe inqui-
10 ri, † cum quę de nouo emergunt, nouo indigeant
auxilio, & reparatione, l. manumiſsiones ff. de
iuſti. & iur. Hic qualitas debilitationis hodię inno
tuit Curię, vt ſupponitur, merito &c.

Quarto quia dato quod qualitas illa debilitatio
nis potuerit innoteſcere tempore intentati, & pu-
11 niti inſultus, † cum non appareat in actis Curiæ
intentata preſumitur omiſſa iam a parte, quam a
Iudice doloſe, ut uidetur uoluiſſe Bal. l. ſenatus col.
3 uers. ſi de toto. &c. ff. de accuſſ. argumento l. 2. ff.
de iur. fis.

Quinto eſto, ꝙ uerior eſſet ſententia, ſemel puni
tum de vulnere, non poſſe iterum puniri de eius
12 qualitate aggrauante, † quia Iſtud procedere po-
teſt, quando condigne quis punitus fuit, ſecus
quando modicam ſubſtinuit pœnam, ut hic. x. au
reorum, quia tunc poteſt iterum condigne puniri
ut allegatur uoluiſſe Alex. ad Bar. l. lex Cornelia.
§ ſi quis librum ff. de iniur. tradit Feli. c. cum olim
in fi. de Iude. Marant. ſuo Specu. par. 6. princ. in
princ. nu. 92.

13 Sexto & Vltimo. † quia Gratia obtenta per
d. Petrum Iacobum uidetur minime ei prodeſſe,
cum fuerit ſubreptitia ex omiſsione d. debilitatio
nis, & ſubreptio uitiet gratiam obtentam pro
crimine, Ias. l. nec damnoſa C. de preci. Impe. of
fer. poſt Bal. Old. & alios, quos ibi citat, & alij
alijs in locis.

His, & alijs latius in dubis excitatis per D. Iu
dicem allegatis minime obſtantibus, cenſeo d. Pe
trum Iacobum nulliter, & indebite captum, car
ceratumque eſſe, & detineri, nulloque modo am
plius de d. debilitationis qualitate poſſe puniri.

Quod Pet. Iacobus capi non potuerit, nec car-
cerari ſub pretextu d. debilitationis conſtat mani-
14 feſtiſsime, † quia licet Paul. Caſtren. conſ. 328.
nu. 1. lib. 2. uoluerit, Iudicem poſſe procedere ad
capturam ex eo ſolo quod contra aliquem porre-
cta ſit accuſatio criminis, pro quo pœna corporis
15 infligenda ſit, † etiam ꝙ nulla habeas indicia crimi
16 nis, † & ita dicat eſſe generalem conſuetudinem
17 † uerior tamen, & magis comunis * eſt ſententia,
antequam captura committatur, & reus in carce
res detrudatur, neceſſe eſſe, ut præcedant legitima
indicia, ut teſtatur Noucl. in prac. crimi. fo. 23.
18 nu. 7. † & ideo ſolent antea examinari teſtes pro
informatione Curię ſecundum totius Italię con-
ſuetudinem, ſecundum Ang. Caſt. inter conſilia
criminalia diuerſorum conſ. 94. nu. 2. lib. primo
19 Blanc. in prac. crimi. fo. 25. nu. 68. in fi. † dicen-
tem Iudicem aliter facientem teneri in ſindicatu a
late Iul. Clar. recepta. ſent. lib. 5. §. fi. q. 28. uers.
ſcias autem, ubi licet huic opinioni ſimpliciter nō
adhereat quoad plenam informationem, eam ta-
men ſequitur quoad qualemqualem informatio-
nem delicti, ſumptam ex proceſſu informatiuo an
20 tea facto, † niſi in delictis enormibus, & oc-
cultis, aut quando eſſet ſuſpicio de fuga imputa-
ti, ut ipſe ibi latius proſequitur. ſed cum Petrus Ia
cobus nihil tale cogitans per Vicos, per plateas, &
in ſua apotheca publice conuerſaretur, nullusque
eſſet timor fugę, preſertim cum ſub cautione eſſet
obligatus comparere toties quoties requiſitus fuiſ
ſet, delictumque d qualitatis omiſſę non eſſet enor
me, nullo facto proceſſu informatiuo contra eum
ſuper d. qualitate, ut patet ex copia proceſſus in
formatiui tradita, in qua apparet informationem
ſumptam poſt capturam per aliquot dies, & cap-
tus & carceratus nihilhominus fuerit, ſine dubio
nulliter ad capturam, & carcerationem deuen-
tum fuit.

Secundo eſto quod informatio, quę modo ex-
hibetur eſſet ſumpta per Iudicem etiam ante captu
ram, ea nec prodeſt nec Indicium facit ad capturā,
quia teſtes omnes, qui ſuper d. qualitate deponunt
21 † ſolummodo dicunt manum d. Andreę hodie
apparere debilitatam, nec dicunt cauſatam debilita
tionem ex illo vulnere, immo ipſi ijdem pro curia
22 examinati teſtes contrarium pręſuponont, † cum
dicans Andream vulneratum pręceptis Medici de
curia & gubernio vulneris nunquam parere uo-
luiſſe, & ob eius uitam irregulatam poſt multos di
es poſthema quoddam ſuper manum in collo bra-
chij cauſatum per Medicum inciſum fuiſſe, ex
eaque inciſione debilitationem cauſari potuiſſe.

Nec quicquam facit quod D. Coſtantinus
Medicus qui dictum vulnus curauit dicat ex eo
23 vulnere debilitationem cauſatam † & de conſue
tudine ſufficiat unus Medicus ad id probandum.
Caſo. c. 2. nu. 6. Iul. Clar. ſent. recep. lib. 5. §. ho
24 micidium uers. ſcias &c. Quia reſp. † uerius eſſe
unico teſti non credi. l. iuriſiurandi ff. de teſti.
cum ſim. maxime tractanti de ſe exonerando,
ut hic cum d. Conſtantinus adhibitus fuerit ad
medendum & incidendum poſthema illud, Bar.
l. deſerte. §. ijdem ff. de iur. fis Bello. conſ. 63. nu.
23. & conſ. 75. nu. 7. Boe. deci. 323. ſub nu. 23.
Feli. c. ſignificanti nu. 4. de homicid. Nec ipſe Clar.
firmat id, ad quod allegatur, ſimpliciter, ſed lo-
25 quitur ad hoc tantum, † ut conſtet de corpore de
licti, & in cauſa procedi poſsit per Iudicem, ad hoc
enim ſufficit tantum unus Medicus; pręterea illa

eius

eius opinio non probatur per Bar. ubi ipſe eum al
legat, & generaliter ſumpta eſt contra omnia iura
26 uolentia quodlibet dictum duobus teſtibus pro-
bandū eſſe. Ex quibus apparet, quod inique ad cap
turam per D. Iudicem in hoc caſu deuentum fue-
rit contra ipſum P. Iacobum &c.

Quod autem P. Iacobus de d. qualitate aggrauā
te puniri non poſsit pariter manifeſtiſsime appa-
ret ex eo, quod modo dictum eſt. Videlicet non
conſtare debilitationis qualitatem ex eo vulnere p
eum illato cauſatam. Nec obſt. q P. Iacobus fue
27 rit auctor rixę, † ideoq; omnia inde ſequuta ſibi
aſcribenda uideantur. l. 2. in princ. ff. ſi qua. pau.
feci. di. cum allegatis per Hippo. in pract. crimi. §.
28 quoniam. nu. 92 † quia iſtud procedit in euentu,
qui prodeſt, & ut utar uerbis Bal. loco infra alle
gando, qui ſalutem pollicetur, l. aut facta. §. euen-
29 tus. ff. de pen. † Secus in euentu noxio, quia in eo
non ita tenetur indiſtincte, ſed ſit differentia inter
30 cauſam proximam, & remotam, † ut cauſę proxi
mę non remotę aſcribatur. ut hic ſumus, tex. eſt l.
ſi mulier. in princ. ff. rerum amo. l. huic ſcripturę
ff. de lege. aqui. ita per iſta iura in terminis diſtin-
guit Bal. conſ. 136. proponitur, in fi lib. 2. dicens
argumentum ab euentu cōcludere in cauſis tantū
31 immediatis, † facit optime, q ſtante ſtatuto de per
cuſsionibus ſanguinolentis pacem fieri non poſſe;
non comprehendatur, ſi ego impuli te in terram,
& colliſo capite ad lapidem ſanguis exiuit, huiuſ
modi ſtatutum impedimento non erit, quominus
pax fieri poſsit, quia cauſa remota impulſionis nō
32 eſt in conſideratione Bal. l. de pretoribus. ff ad l.
aqui. uidetur tex. l. qua actione § perinde. & l. ſi
33 ex plagis § ſi ff. eo. † Quod uidetur eſſe indubi-
tatum etiam quando quis dat operam rei illicitæ,
ſaltem quando ſumus in caſu, in quo ſola culpa nō
eſt in conſideratione. Aret. conſ. 146. col. 4. ue
rio ad ſecundum. Vbert Zuccar. rub. ſi cer. pet. nu.
7. ad fi.

34 Accedat pręterea, † q prędicta in contrarium
allegata procedere poſſunt in dubio, & ubi non
conſtat, q aliunde id, quod ſequitur prouenit, aut
prouenire poteſt, ſecus alias ut hic per ſupradicta
de mala cura vulnerati, & de inciſione manus.

Secundo dato, q debilitatio probaretur cauſata
immediate ex eo vulnere, idem dicendum eſt, quia
P. Iacobus die 4. Iulij 1573. certa pœna ſoluta
pro d. delicto obnuuit, conſentiente etiam Fiſco
35 proceſſum, & omnia inde ſequuta caſſari, † quo
caſu cum delictum ſit extinctum ſolutione pœnæ,
& proceſſus caſſatione, pro illo eodem delicto am
plius moleſtari non poteſt, l. licet §. fi. ff. nau. caup.
ſtabu. l. plura in princ. ff de act. & oblig. c. de his,
ubi Doct. de accuſ. Bal. conſ. 27. conſiderandum.
conſ. 292. iſta q. lib. 4. & conſ. 124. quidam lib. 5,
Paul. Caſt. conſ. 18. lib. 2. Aret conſ. 58 col pen.
36 † qui in formoribus terminis concludunt, eum qui
alicuius delicti pœnas luit in uno foro ratione ori-
ginis, non poſſe iterū pro eodem delicto alibi ra
a tione loci delicti conueniri, tradit pro communi[a] Iul.
Clar. lib. 5. ſaut. recept. §. fi. q. 57. uers. dictum
eſt &c.
37 † Et licet prędicti loqui uideantur quando quis
ſubſtinuit pœnā ordinariam delicti, idem tamen di
cendum eſt quando minor impoſita eſt ut hic Bal.
conſ. 34. lib. primo ſub. d. uers. dictum eſt, qui te
38 ſtatur ita in praxi receptum eſſe. † Rurſus licet il-
li loqui uideantur, quando quis fuit de delicto per
ſententiam condemnatus, nos uero quando per
uiam reſcripti diſpenſatus pœnam aliquam per-
ſoluit, in hac tamen materia inter caſum, & ca-
ſum differentia conſtitui non debet, cum quod
de ſententia dicitur, locum habeat etiam in diſ-
penſatione, glo. eſt ordinaria d. c. de his. de ac-
a cuſſ. quam communiter[a] ſequuntur Doct. teſte
Dec. conſ. 137. & diligenter ſub nu. 1. & Iul. Clar.
d. q. 57. uers. habet etiam &c.

Tertio proprius ad caſum, in hoc delicto prin-
cipale fuit ſine dubio inſultus, & vulnus, de-
bilitatio autem manus eſt qualitas aggrauans, &
39 acceſſorium, † Sublato autem principali delicto
Vulneris & inſultus per ſolutionem pęnę, & caſ-
ſationem proceſſus, ut ſupra. fuit etiam acceſ-
ſorium extinctum. & conſequenter qualitas il-
la aggrauans l. 4. & ibi Bar. Bal. Salic. & omnes
C. depoſi. l. ſi ſticum ff. de fideiuſ. Afflic. deci.
35. Dec. l. fi. ultimo not. C. de edic. diui. adri.
40 tollen. ubi alios allegat. † Sicuti reſoluto contra
ctu principali dicitur reſolutum precarium ad eum
appoſitum acceſſorie. l. ſi debitor. ff. de preca.
41 Et † ſublato principali contractu ſublatum eſt
etiam conſtitutum poſſeſſorium in eo appoſitum,
42 Aymo. conſ. 106. nu. 2. conſ. 222. nu. 2. † Et extincta
obligatione principali extinguitur etiam fide-
43 iuſſoria Bal. l. 2. nu. 4. C. de fideius. mi. † Et perem
pta obligatione principali, perempta eſt etiam
obligatio ad pœnam, & intereſſe, quę ad illam
aderat acceſſorie, Bar. l. Aurelius § caius. de lib.
leg. Ias. l. ſi de certa. C. de trans. Bar. & omnes cō
• muniter • l. fi. ff. de eo quod cer. lo. Nec mirum
44 quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principa-
lis. c. acceſſorium de reg. iur. in 6. l. cum princi-
45 palis, ubi Dec. & Cagno. ff. eo. † Et. Qualitas
non poteſt ſubſiſtere ſine ſubiecto, inſti. de uſuf.
in princ. unde dempto ipſo principali, & ſubi-
ecto, neceſſe eſt demi qualitatem predictam,
cum ergo qualitas illa amplius non adſit, non
poteſt P. Iac. ratione illius qualitatis aliquo mo-
do puniri.

46 Non obſtat, † quod debilitatio non uidea-
tur eſſe acceſſorium, aut qualitas ad vulnus,
ſed ſpecies delicti, ut per D. Iudicem replica-
batur ore, & præſuponitur in dubijs ſupra
excitatis, & patet ſecundum eum, quia debi-
litatio poteſt cauſari aliunde, quo caſu vulnus
non erit principale ad debilitationem. Item
dicebat ipſe, non vulnus eſt ſubiectum debi-
47 litationis, ſed corpus. † Quia reſpondetur q
dum ipſe D. Iudex id negat, contradicit Iaco.
Butrigario, & ſequacibus, de quibus mox in-
fra, qui omnes id affirmant, & eſt ueriſsimum
tam reſpectu acceſſorij, quam principalis.
48 † De acceſſorio patet, quia negari non poteſt,
quin debilitatio accedat vulneri, cum ex eo ſe
49 quatur, † De qualitate idem, quia qualificat, & ef
ficit ut dicatur vulnus debilitans, ideoq; recte ſeq-

tur, ꝙ ſublato vulnere tollitur debilitatio, ſi enim vulnus illatū nō eſſet, debilitatio non adfuiſſet ut ad ſenſū paret. Nec ꝗquā refert, ꝙ aliunde poſsit cauſari debilitatio, ut ex tuſsi, percuſsione, ſine vulnere impulſione ad terrā, contorſione manus, & ſimilibus; q̄a nos loquimur de iſta debilitatione ſpecialiter cauſata ex vulnere; & ſatis eſt, ꝙ ut hic principale, & ſubiectū eſt vulnus, ita in alijs caſibus debilitationis erit impulſus, uel quid ſimile, ex quo debilitatio cauſabitur. Minus obſt. ſubiectum vulneris eſſe corpus: quia non quærimus de ſubiecto vulneris, ſed debilitationis, & licet ipsū corpus poſsit dici ſubiectū vulneris, & ſic etiā quodāmodo debilitationis, non tamen erit ſubiectum immediatum debilitationis, quod eſt ipſum Vulnus.

50 Non obſt. dum reſpon. † regulam illam, ſublato principali tolli etiam acceſſorium, non procedere in criminalibus ſecundum Bar. d. l. nunquam plura. du. 9 Quia reſp. Bar. non loqui in acceſſorio proprie ad idem delictum, ſed in proprie, quando ſcilicet delicta ſunt ſeparata, ut ǰ diximus.

Quarto non poteſt P. Iacobus de d. qualitate nunc puniri, extincto ut ſupra delicto principali
51 inſultus, & vulneris, † ne ſępius idem delictum in iudicium deducatur, & nunquam litium ſit finis, contra l. quidam ff. ſi cer. pet. l. poſt ſententiam.
52 C. ſent. res. non poſ. † & ne idem delinquens de eodem delicto ſępius puniatur, contra d. l. licet §. fi. cum ſim. ſupra allegatis.

53 † De indentitate autem rei, & caſus delicti, licet ibi de vulnere, hic de qualitate aggrauante agatur, primo apparet, quia vnum factum, vnus actus, vna machinatio, ſiue dolus, propter quod vnum etiam maleficium cenſetur l. ucrum. ff. de furt. l. diu
54 us. ff. de fica. Secundo † quia idem principium, eadem origo, quę ad hoc attenditur, l. illud, § fin. ff. ad l. aqui. l. qui de crimine, ubi not. C. de accuſa.
55 Tertio † quia licet res, ſeu maleficium aliqua qualitate aggrauetur, non tamen propterea res & maleficium deſinunt eſſe idem l. proponebatur ff. de iud. l. & an eadem §. idem corpus ff. de except. rei iudi. cum ſimil.

Quinto ſuppoſito, ꝙ principale delictū fuerit inſultus, & vulneris, non autem debilitationis,
56 quia ipſa eſt qualitas, ut ſupra, † conſequens eſt, quod ipſa debilitatio non ſit de per ſe, nec ſubſtantiam delicti habeat, ſed quandam dependentiam, & conſequentiam a delicto. cauſa autem principali, ideſt vulnere, remota, debilitatio per ſe nihil remanet, aut eſt, cum per ſe non exiſtat ſine ſubie
57 cto, d. princ. inſt. de uſuf. † Vnde nec per ſe po
58 teſt inſentari, cum per ſe non ſit diſceptabilis, † immo nec fingi, nec intelligi ab intellectu poſsit, nec etiam intentari, niſi pendente iudicio ſuper principali l. in delictis, §. ſi detracta ff. de noxa. act. ut ſubtiliter dicit Iac. Butrius in conſ. infra allegando, & refert, & ſequitur Bal. l. & ſi ſeuerior nu. 18 ad fi. C. de his qui no. infa.

59 Sexto Quia ubicunq; agitur ad publicam uindictam, & duę plures ue competunt actiones, ſiue agendi uię, ut hic, una intentata, & ſequuta condemnatione, altera ſublata eſt l. prętor edixit. §. 1. ff. de iniuri. l. Senatus ff. de accus. l. ſepulchri. la prima. ff. de Sepul. uiola. & ſubtiliter Franc. Aret. conſ. 58. col. antepe. in fi. & ſeq. in princ. Ia. But. conſ. infra allegando lib. 1 nu. 26. uers. ſed ubi utraq; actio, ſubdeit ſapere, ꝙ ubi utraque actio ad publicam uindictam, & cauſam Fiſcalem pertinet, non reperitur in mundo (ut eius uerb. ſtat) ꝙ actione vna ſiue maiori, ſiue minori poſsit agi, ſi prius alia actum fuit. & licet Bar. d. l. Senatus. col. pen. uers. non obſtat. &c. conetur reſpondere ad. d. l. Prætor §. 1. eius tamen reſponſiones tanquam diuinatiuę non admittuntur per poſte-
60 riores, † & dicta per eum procedunt, quando ageretur pro intereſſe priuato, ut dicunt Doct. locis infra allegandis.

Septimo quia ſi ſuper qualitate omiſſa in priori Iudicio denuo agi poſſet contra delinquentem ſemel condemnatum, idem pro eo contra Fiſcum
61 dicendum eſſet, † cum idem operari debeat ꝑ propoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. l fin. ff de leg. 3 Atq; ita ſi forte ſententia poſterior contraria priori ferretur, preiudicaret Fiſco, & teneret contra l. 2. & ibi no. C. quando prouo. non eſt neceſ.

Poſtremo, ne rationibus ſuprâſcriptis deſit etiā auctoritas, hanc opinionem ſuper qualitate delicti, eo extincto propter ſolutionem pacis, & caſſatio-
62 nem proceſſus, ut hic, non poſſe iterū inquiri, † ſenſit Specul. magnę auctoritatis. de accus § 1. Flori. † ita vulneratus ff. ad l. aquil. dicens pro hoc eſſe caſum ad l. ſepulchri. Idem tenere uidetur Ang. l. ſi ut certo § ſi duobus uehiculum. ſecunda lectura nu. 4. ff. commoda ubi meminit de illo conſ. Iac. But. dicens uidetur ueram hanc opinionem, quando qualitas fuit per errorem omiſſa, ut hic, Opinionem uero Bartoli procedere poſſe quando fuit colluſum, licet ibi omniſo non ſirmet, Et ut tandem dicam hęc fuit ſententia. Iac. But. q pro ea late conſuluit eiſdem ferè rationibus qbus ſupra, & nonnullis alijs, in conſ. incipiente, Quero, ſtatuto cauetur &c. per totum quod allegatur per Bal. locis infra citandis, & reperitur hodie inter conſilia criminalia per Zilet. ſecundum primam editionem paruam par. 1. conſ. 17 ſeq. in Bal. d. l. ſeuerior nu. 8. C. de inſa. & latius l. 3. §. nouiſſime ff. nau. capo. ſtabu. ſenſit idem Franc. Aret. d. conſ. 58. col. pen. in ſuis rationibus ad idem cum Iac. But tendentibus, ſequi etiam uidetur Dionis. Baris. Peruſinus inter eadem conſil. crim. diuer. per Zilet par. 2 conſ. 36. nu 6. ubi allegat Et ſequtur dictum illud Specul. de accus. ſicut etiam Mant. conſ. 251. in præſenti col. 1. & alibi idem Bal. &c. eandem opinionem expreſſe ſequitur, Angelus alter Aret. magnus Practicus in trac. maleſi. in glos qui dominus Iudex &c. ſub nu. 16 & latius & clarius ibi explicans Aug. Arimi. poſt Ang. Bal. & alios per eum citatos ſub. nu. 17. in addit. incip. ita reſidet &c. reprehendens Bar. d. l. Senatus aliter ſentientem, ſubdens q; poſt Bal. ubi per eum, Bartolum male loquutum, & ꝙ cum de facto quæſtio iſta accidiſſet, & fuiſſet oſtenſum d. conſilium Iac. But. fuit ſecundum illud iudicatum, prout etiam Excellentiſsimum D. Iudicem pro ſua integritate & Iuſtitia iudicaturum non dubito, cum ex ſupra allegatis appareat hanc eſſe communem opinionem.

Quę

Quę quidem opinio eo magis procedere debet
63 in caſu noſtro, † quo clarius eſt hodie ex proceſ-
ſu nouiter ad defenſam fabricato, Vulnus illud,
ex quo debilitatio cauſata preſuponitur, non fu-
iſſe per ipſum P. Iacobum d. Andreę illatum,
ſed culpa, & facto proprio ipſius Andreę Petrum
Iacobum fugientem inſequentis, & propria manu
pugione illius denudato accepto, ut e manibus il-
lius eriperet, & eum occideret, quo caſu licet P.
Iacobus ex origine inſultus dici poſsit cauſam
64 aliquam pręſtitiſſe, ut ille vulneraretur, † non ta-
men tenebatur, ut vulnerans, ſicuti punitus
fuit, ſed leuius quidem, & quaſi tantummodo vul
nerari fecerit, d. l. qua actione. §. proinde l. ſi ob-
ſtetrix. §. ſi ſeruum. & d. l. ſi ex plagis §. ſi. ff. eo.
ad l. aquil. ut in ſimili de fugante aliquem qui
cecidit, & cadendo ſe vulnerauerit traditur in l.
gemina nu. 4. ff. arb. fur. cauſa.

Et ex alio quoq; redditur indubitata huiuſmo-
65 di ſententia in caſu iſto † quia debilitatio cauſata
eſt ex inordinata Vita ipſius Andreę, ut depo-
nunt plures teſtes, ſecundum ſupradicta, quo ca-
ſu vulneranti debilitatio non imputatur Bal. l. qui
occidit, ff. ad l. aquil. ubi etiam Foria. Bal. l. ſim
pliciter col. 4. C. de edi. & ad Spec. ſuper rubr. de
homici. Feli. c. pręſbiterum col. 5. co. tit. de ho-
mi. Gram. uot. 24. nu. 11. cum alijs citatis per Me
no. queſtio. arbit. Iud. cas. 275. nu. 10.

Non obſtant ſuperius in contrarium adducta.
Et primo, dum dicitur hic agi de punienda diuer
66 ſa ſpecie delicti, nihil eſt. quia primo † negatur
debilitationem manus cauſatam ex vulnere conſti
tuere diuerſã ſpeciem delicti a vulnere illo, nec iſ
tud credo reperiri Iure cautum, aut per quem-
quam bonum auctorem dici quinimmo contra-
rium ſentiunt omnes communiter in locis, ſupra
allegatis, & in ſpecie ipſe Bart. d. l. Senatus, ubi
poſtquam diſſeruit de pluribus ſpeciebus delicti
format queſtionem de vulnere cum qualitate ag-
grauante exemplificans in cicatrice, & ſimili,
ſentiens eam non pertinere ad pręcedentes quæ-
ſtiones, in quibus actum eſt de pluribus ſpecibus
delicti. Et uidetur patere ad ſenſum, quia
debilitatio eſt effectus, ſequela, & qualitas aggra-
uans delictum, non autem noua ſpecies delicti,
ut in terminis ſimilibus ad cicatricem dicit Bart.
de nocte & de morte d. l. Senatus nu. 4

67 † Nec uerum eſt ex diuerſitate qualitatum di-
uerſas ſpecies delicti oriri per d. l. aut facti, § qua
litate ff. de pęn. quia uere d. §. qualitate, id non
68 dicit, † ſed tantummodo, ꝙ ex qualitatis diuerſi-
tate alleuietur pęna delicti, ut clariſsime patet ex
§. 1. eiuſdem legis, & per totum illum titulum
dum a l. C. ibi ſolum diſceptatur, quibus modis
pęna eiuſdem delicti modo augeatur, & modo mi
nuatur cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate.
69 † Nec Bal. d. l. 2. dixit id ad quod allegatur, ſed ꝙ
diuerſę qualitates requirunt diuerſa Iudicia, & ſi
intento dolum, & probo ſolum leuem culpam;
uel intento uim turbatiuam, & non probo turba-
tionem) uel intento uim publicam, & probo tan-
tum priuatam, non obtineo quia non probo qua-
litatem intentatam, non autem dicit Bal. quia non
probo ſpeciem delicti intentatam, ſed qualitatem

70 † Minus uero diuerſitas nominis operatur diuer
ſitatem ſpecierum d. l. ſi idem. ſed diuerſitatem ef
fectus, ut notant ad eam legem Bal. Sali. Alex. &
71 alij. † Prout nec ſemper ſola diuerſitas pęnę oſ-
tendit diuerſitatem ſpecierum delicti, ſed quan-
doq; diuerſitatem tantum qualitatis, ut in cicatri-
ce remanſura, & debilitatione; nec contrariatur
d. l. ſi quemquam in ſi. quia id ibi non dicitur ſed
in ſenſu directo, ꝙ paria delicta aequali pœna, a
contrario autem ſenſu, ut puto allegari illum tex.
vult ibi Iurecón. imparia delicta puniri impari
pœna, non autem diuerſas ſpecies conſtituere.

Nec etiam diuerſitas tituli inter conſtitutiones
Marchię Ancho. diuerſas ſpecies delicti conſtituit,
qa cũ nõ ad hoc. ſed ad quantitatẽ pęne cõſtituen-
dam poſiti ſeparatim ſint, ut in eis patet, & actus
ponentium eos titulos non debet operari ultra in-
tentionem, l. non omnis. ff. ſi cer. pet. non uideo
quomodo id colligatur ex illis titulis.

Secundo quatenus debilitatio eſſet ſpecies deli-
72 cti ſeparata a delicto vulneris † reſpondetur hoc
admitti poſſe reſpectu ſcilicet vulneris in genere
ſumpti, Ex percuſsione enim ſanguinolenta ſe-
quitur vulnus, vulneris autem ſpecies poſſent in
propoſito eſſe duę, nempe debilitans, & non de-
bilitans, Eſt ego vulnus debilitans ſpecies vulne-
ris in genere ſumpti, ut parricidium, eſt ſpecies
73 homicidij. † Tum ſic quando plura delicta ex
uno facto reſultant, quę inter ſe habentur, ut ſpe
cies & genera, non poteſt quis niſi una lege pu
niri ex eo facto, l. prętor edixit. §. 1. ff. de iniur. & d. l.
Senatus. ubi Bar. col. 1. uerſ. ad l. ſi adulterium.

Non obſt ꝙ punitus de eo, quod minori pęna af
ficitur, poſsit etiam de eo, ꝓ quo maior imponitur
pęna puniri, ſecundũ Bar. d. l. nunquã plura, ſub nu.
74 9 quia reſpondetur † illud procedere, quãdo illa
duo, de quibus puniendis agitur, ſunt inter ſe ſepa
75 rata, ut vulnus & inſultus. † ſecus alias, ut ſi illa duo
76 habeantur, ut genus, & ſpecies inter ſe, † uel vnum
ſequatur ex alio, ut vulnus homicidium, nam puni
tus de homicidio non punitur de vulnere, quamuis
de vulnere grauior forte ex forma ſtatutorum puni
retur, cũ homicidiũ ſequutũ ſit ex vulneribus, ita in
terminis declarat ipſe idẽ Bar. d. l. nunquam plura
ſub d. nu. 9. uerſ. dices tu vnde cũ hic agatur de ma
nus debilitatione ſequuta ex vulnere, & de vulnere
ſit punitus, nõ poteſt amplius puniri debilitatione
illa, licet grauior pęna imponenda ueniat.

Nõ obſt ꝙ qualitas delicti nõ innoteſceret tẽpo
re delicti, ſed ſup uenerit poſtea, & q̃ de nouo eue-
niũt nouo indigeãt auxilio ut ſup. qa reſpõdetur pri
77 mo † iſtã regulã nõ ꝓcedere ĩ ꝓpoſito, ut patet ex
cõſilio Iac. But. & ſequacium ſupra citatis locis, qui
uolũt punitũ de ũulnere nõ puniri de cicatrice, & ſi
milibus qualitatibus ſuperuenientibus poſt tem-
pus commiſsi delicti non obſtante d. regula &c.

Secundo dato, quod tempore commiſsi de-
licti non eſſet nota debilitatio, quia futurum erat
78 †, & de futuris contingentibus non eſt determi-
79 nata ueritas l. ſtipulator ad l. aquil. † ideoque prę
uidere futura dicitur profetia Corn. conſ. 54.
nu. 3. lib. 3. poſt not. per gloſ. & Bar. l. 1. in
princ. ff. de no. oper. nunci. cum alijs ibi citatis
per eum, Tempore tamen ſolutionis pęnę, quod

ſuit elapſis 13. menſibus a die commiſsi delicti,
debilitatio potuit ſciri, cum iam ſine dubio ſequu
ta eſſet, & ſi curię forte non innotuit, reo im-
putandum non eſt, qui abſens, & exul iuſtã ha-
buit cauſam ignorantię, ut infra dicam.

Nõ obſt. q illa qualitas preſumatur a parte omiſ
ſa doloſe ſecundum Bar. d. l. Senatus col. 3. cum ſu
80 pracitatis. quia reſpondetur † illud eſſe falsũ, teũ do
lus nõ pręſumatur, ſed probandus ſit l. quoties §. q
81 dolo. ff. de probat. † immo quilibet pręſumatur
bonus l. merito. ff. pro ſoc. c. 1. de ſeutri. c. ſi. de
pręſump. glos. c. ſuper litteris, uerſiculo priori
modo. ubi Abb. de reſcript. & ibi Bero, nu. 70. &
* Mant. nu. 19. qui teſtatur de comunt *.

Nec dicatur ſpeciale fauore Fiſci, ut pręſuma-
83 tur, ut innuit Bar. d. loco. quia Primo † Bar. id
ibi non probat, nam d. l. 1. § primo, ibi ex preuari
catione, quam Bar. ibi in meo codice allegat, pro
cedit in claro, quando ſcilicet Procurator, uel ad-
uocatus pręuaricatus eſt, nos in dubio † Item d. l.
2 § 3. allegata ſupra in contrarium non probat,
quia loquitur, quando petita ſunt inſtrumenta ad
cauſam Fiſci facientia exhiberi, quę ſunt in manu
alicuius qui exhibere negat, nos quando probatur
84 ſcientia. Pręterea quicquid ſit de hoc, † Barr.
ibi loquitur de facto accuſatoris tantum, nos de
accuſatore, Fiſco ipſo, & Iudice, cum omnes iſti
omiſerint d. qualitatem. Andreas enim percuſſus
eam tacuit, Iudex, & Fiſcus proceſſum fabricarunt
& mandauerunt caſſari, prout factum eſt.

Non obſtat q quando modice punitus quis fu-
it, pro delicto eodem poſsit iterum puniri. Paul.
Caſt. d. conſ. 348. lib. 1. uolens propterea non
ualuiſſe compoſitionem factam a Vicario Epiſco-
pi depoſitionis, & priuationis beneficij pro pecu-
nia. quia reſpondetur Primo q licet Paul. Caſtren.
col. 2. ad ſi. uers. ad prędicta facit, pro corrobo-
ratione ſuę conſultationis perſunctorie, alleget
doctrinam Bar. d. l. Senatus, non tamen in ea ſo-
lum ſe fundat, aut figit pedes, nec principaliter
85 de ea diſputat, † ſed mouetur ex alijs in eo caſu
concurrentibus. concurrebãt enim ibi primo de-
fectus poteſtatis Vicarij componentis, immo eti
am Epiſcopi, ut ipſe ibi latius deducit col. 2. uers.
non enim &c. Secundo defectus inquiſitionis,
& proceſſus, fuit enim facta illa compoſitio nulla
ſolenni inquiſitione precedente, non uocata par-
te, non datis terminis, non ſequuta condemnatio-
ne, ſed ſolummodo quadam preparatoria infor-
matione ſecreta, & per colluſionem facta fuit com
poſitio, quibus ſtantibus concludit Paul. nullam
fuiſſe compoſitionem, non negans ualere potuiſſe
ſi Vicarius habuiſſet auctoritatem, & alia requiſita
pręceſsiſſent, & q ita intelligatur Paul. Caſtren.
quando ſcilicet intereeſsit fraus & colluſio aperte
declarat Iul. Clar. d. q. 57. uers. dictum ad. ſi. dum
eum ita intelligens allegat.
86 Non obſtat ultimo Subreptio ex debilitationis
omiſsione in narratione, quia proceſsit ex igno-
rantia probabili ipſius, & curię, patet ex proceſ-
ſu, in quo nec vulneratus, nec teſtes, nec quiſ-
quam alius de ea mentionem fecit, & ipſe orator
abſens, & exul erat, qui propterea ignorare pre
ſumitur c. ſi. qui met. accus. poſ. cum ſim. ma
xime debilitationem, quæ nota palam non erat,
nec ipſe orator diuinare tenebatur, cum hoc hu-
manum non ſit, c. ut noſtrum de Eccleſ. benef.
ſubreptio autem ex ignorantia probabili cauſata
non uitiat, c. gratia. de reſcrip. lib. 6. primo
reſp. ubi Gem. nu. 5. Franc. not. 8. & alij om-
nes &c.

Secundum ſupraſcriptum conſilium obtentum
fuit apud Reuerendiſsimum Dominum Montem
Valentem tunc temporis Peruſiæ, & Vmbriæ
Gubernatorem.

CONSILIVM LXV.

Argumentum.

Saluianum interdictum utile an competat creditoribus Hyppothecarijs alijs, quam ex locatione, late diſceptatur, & concluditur magis communem, & ueriorem opinionem eſſe affirmatiuam.

Et declaratur in materia d. interdicti multa maxime l. 1. ff. & C. de Sal. interd.

Et l. creditores C. de pigno. & Hyppo. contra Sarm. & Meno.

SVMMARIVM.

Saluianum interdictum pro locatoribus, non pro alijs creditoribus Hyppothecarijs datur nu. 1.
Quibus ſeruiana, uel quaſi datur nu. 2.
Et eſt comunis ſecundum aliquos nu. 3.
Quod reprobatur nu. 58.
Contra ſecundum magis communem nu. 20.
Contrarium pro negatiua atteſtantes errant nu 21.
Quod uerior quoq; ſit affirmatiua nu. 22. & pluribus ſeqq. & quod magis æquior ſit, & utilior deducitur nu 88.
Ratio inductiua Saluiani interdicti ſecundum Sarm. & Meno. nu. 10.
Quæ ac tamen ab authore damnatur nu. 68.
Et eſt nimis reſtrictiua d. interdicti nu. 75.
Alia ponitur uerior nu. 76.
Saluianum directum locatori contra conductorem nu. 4.
Vtile uero contra tertios poſſeſſores bonorum conductoris nu 5.
Diſpoſitio dubia declarationem recipit ex precedentibus & ſe-

& ſequentibus nu. 6.
Tit. de migrando ff. loquitur de rebus inquilini nu. 7.
Intellectus. l. 1. C. de preca. & Sal. interd. ſecundum Meno. nu. 8.
Actio ſimpliciter propoſita in iudicio per aliquem, ut ſaluetur libellus, ſufficit, ut ſaluetur in utili nu. 9.
Poſſeſsio bonorum conductoris in predium conductum nullo modo in dominum tranſit nu. 11. & 69.
De re immobili nu. 14.
De re mobili nu. 15.
Etiam quod ſit conſtitutum pignus a lege. nu. 18.
Idem ſi ab homine. ibidem
Niſi res tradita ſit uere, & proprie nu. 16.
Niſi ſit tradita per conſtitutum nu. 17.
Niſi locator ſciuerit, uiderit aſportatas, & tetigerit nu. 70.
Ceſſante cauſa, ceſſat diſpoſitio nu. 12.
Pignus legale ſequitur naturam pignoris expreſsi ab homine nu. 13.
Creditor poteſt ingredi poſſeſsionem bonorum debitoris ſpõte ſua ex pacto inito nu. 19.
Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet nu. 23.
Intellectus l. 1. C. de preca. & ſal. interd. quoad uerbum debitor, ibi, in princ. nu. 24.
Intellectus Acc. ad d. l. 1. debitor idemq; conductor, damnatur nu. 25. & 26.
Meno. derogitur ſibi met contrarius nu. 27.
Iterumq; nu. 18.
Ve, dictio, pro. & ponitur, nu. 29.
Non tamen ſemper, ſed quãdoque etiam ponitur diſiunctiue nu. 31.
Copula, & ponitur inter diuerſa nu. 30.
Quandoq; inter duo idem ſignificantia nu 32.
Et reſoluitur in expoſitiuam nu. 33.
Quandoq; augmentatiue nu. 34.
Verba in dubio proprie accipienda ſunt nu. 35.
Intellectus d. l. 1. C. de preca. & Salui. interdi. ꝙ loquatur de directo Saluiano dando locatori, & utili alijs creditoribus reprobatur nu. 36.
Alius ponitur nu. 38. 59. 60. 61. 62. 63.
Lex ſemper ſaluanda eſt a contrarietate, ſi poteſt nu. 37.
Actio utilis multis modis dicitur apud Doctores nu. 39.
Quandoq; reſpectu directę ex uerbis legis nu. 40.
Quę utilis ut ſupra colligitur ex mente, & ratione nu. 41 & 43.
Directa ex mente, & uerbis nu. 42.
Saluianum interdictum utile, quod datur ex mente interdicti nu. 44 & pluribus alijs ſeqq.
Saluiani interdicti uerba non habentur in curia Triboniani. & ſociorum nu. 45. & 87.
Saluianum interdictum competit locatori pradij ruſtici cõtra conductorem pro mercede ſuper bonis inuectis in p̃dium expreſſe, uel tacite obligatis nu. 46.
Item pro illatis in predium urbanum contra conductorem nu. 47.
Item contra tertios poſſeſſores illorum bonorum nu. 48.
Item contra tertium poſſeſſorem partus ancillę illatę in pradium conductum, utile tamen nu. 55.
Item alijs creditoribus Hyppothecarijs contra tertios poſſeſſores, utile tamen, ubi ratio, nu. 55. & 57.
Sed pro illatis in prodium ruſticum contra tertios poſſeſſores directum ſecundum autorem nu. 54.
Saluianum interdictum eſt perſonale in remſcriptũ nu. 49.
Actio in rem ſcripta datur contra quoſcunq; poſſeſſores nu. 50. quicquid contradicat Bar. nu. 51.
Niſi quando accedit perſonali ſecundum Salic. nu. 52.
Quod reprobatur nu 53.
Saluianum interdictum non datur poſsidenti nu. 62.
Saluianum eſt adipiſcendę poſſeſsionis nu. 73.
Exempla non arctant, ſed declarant nu. 64.
Poſsideri ſine intellectu non poteſt nu. 71.
Fictio idem operatur in caſu ficto, quod ueritas in uero nu. 74.
Pretor moueri ſolet equitate nu. 77.
L. creditores C. de pigno. & Hyppo. & Saluiani interdicti differentia multiplex nu. 78. & ſeqq.
L. creditores d. titulo temperat diſpoſitionem l. extat. ff quod metus cauſa nu. 79
D. l. creditores, alia utilitas nu. 80.
D. l creditores exigit interuentum iudicis de urbanitate nu. 81.
D. l. creditores licentia à iudice obtinenda impetratur ſine libello, & citatione nu. 82.
Maxime oſtenſo iudici inſtrumento, in quo ſit pactum appoſitum de capienda poſſeßione propria authoritate nu. 83.
Poſſeßio uigore d. l. creditores capi poteſt etiam clam ſine uitio clandeſtinitatis nu. 84.
Et non ſolum poſſeßio uerum ipſa res acquiritur creditori uigore d. l creditores, petendo poſtea rei precium extimari eo mòdo, quo remißiue docetur nu. 85.
Saluianum interdictum dat detentionem rei donec de credito per debitorem ſatisfiat, non tamen is, qui uictor fuit, pignus diſtrahere poteſt nu. 86.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

VIDETVR (ut in dubijs ſubtiliter excitatur) per
D. Io: Baptiſtam Marti
nellum male actum utili
Saluiano interdicto,
cum ipſe non ſit credi-
tor hereditatis D. An-
dreę Cornei ex cauſa lo
cationis, ſed fideiuſſio-
1 nis, † & illud interdictum pro locatoribus prodi-
tum ſit, non autem pro alijs creditoribus haben-
2 tibus Hyppotecam † quibus ſeruiana, uel quaſi
ſuccurritur, ut uoluit Franc. Sarmen. de reddi.
Eccle. par. 3. c. 2. nu. 19 & 20. Meno. de adip.
poſſ. reme. 3. nu. 23. & ſeqq. & fuſius conſ. 295.
3 nu. 6. & ſeqq. lib. 3. † aſſerentes hanc opinionem
tenuiſſe. Azzo. Accur. Roff. de Ordi. Iudi. titulo
de interdi. ſalui. Fulg. l. 1. nu. 2. C. de preca.
& ſal. inter. cæterosq; antiquos magis communi-
* ter * Et inter alios Bal. d. l. 1. dum conſtituens dif
ferentiam inter actionem Seruianam, & hoc inter
dictum, inquit, illam dari contra quẽcunq; poſſeſſo
rem, innuens contra alios hoc interdictũ non dari,

 Clarius

clarius Salic. ibidem Opp. 3. qui dicit hoc non dari contra quemcunque debitorem, ſed aduerſus eum, qui debitor ex conducto reperitur, idem aſſerunt ſemper aperte Specul. Pract. Papi. Octo. Seno. in ſua ſumma tit. de Salui. interd. dum formant ſeu libellent in huiuſmodi Saluiano interdicto ſemper loquuntur de debitore ex conducto, Huiuſmodi ſententia ſecundum prędictos uidetur probari ex multis.

Primo ex l. 1. ff. de Salui. interdic. ubi aperte decidi uidetur ſecundum Meno. d. conſ. 295. nu.
4 7. † interdictum Saluianum directum dari contra
5 conductorem. † utile uero contra eos, qui res illorum aliquo titulo conſequuti fuerunt, non autem contra alios alia ex cauſa obligatos; Nec uidetur, quod actio de perſona in perſonam, aut de re ad rem ſit extendenda, ut inquit Meno. d. loco, quinimo
6 mo ſecundum eundem ibi † cum dubia diſpoſitio recipiat interpretationem ex antecedentibus, & ſubſequentibus l. ſi ſeruus plurium. §. ultimo. ubi
7 glos. Bar. Ias. & alij ff. de leg. 1. † & antecedens tit. qui inſcribitur, de migrã. ſequatur de rebus coloni, & inquilini, in eiſdem terminis uidetur accipiendus titulus de Salui. Interdic.

Secundo eadem ſententia uidetur luce clarius
8 colligi ex l. 1. C. de precar. & Sal. interdi. † ubi ſecundum Meno. d. conſ. 295. interrogatus Gordia. Imper. ab Ariſtone creditore alterius ex alia cauſa, quam ex conducto; qui Saluiano interdicto egerat, an recte egeſſet, & obtinere poſſet, reſpondit non poſſe obtinere Saluiano interdicto propoſito, id. n. contra conductorem, debitorem uè competit; ſed Seruiana, uel quaſi agendum eſſe, ut obtinere poſſet, Vnde ſecundum Sarmen. d. loco, cum Imperator contra alios debitores recurrat ad Seruianam actionem, uel quaſi, aperte uidetur uelle nullum Saluianum competere poſſe, alias facilius fuiſſet illi dicere, non dari interdictum Saluianum directum, ſed utile, & ita uidetur denegatum eſſe creditori ex alia cauſa quã conductionis etiam Saluianum utile. Fortius ſecundum Meno. d. conſ. 295. ſub nu. 9. prope fin. quia Imper. ibi dum male actum Saluiano iudicio aſſerit in eo caſu per Ariſtonem, ſimulq; dicit ei competere Seruianam directam uel quaſi, ſcilicet utilem, uidetur ſignificare illum excluſum Saluiano directo, cuius loco datur Seruiana directa, ac etiam Saluiano Vtili, cuius loco, quaſi Seruiana, hoc eſt, utilis data eſt, alias male reprehenſus fuiſſet ibi Ariſto per Imperat. quod
9 Saluianum iudicium intentaſſet, † cum clarum ſit quod quando ſimpliciter actio propoſita eſt, ut iudicium teneat, ſufficit, quod competat directa, uel utilis, Ias. l. 2. §. & horum. nu. 32. ff. de Verb. oblig. Pinel. l. 1. par. 2 nu 8 C. de bo. Mat.

Tertio idem uidetur ſcripſiſſe Theoph. inſtit. de interdic. §. altera, qui loquens de ſaluiano iſto, aſſerit illud dari locatori contra quemlibet poſſeſſorem rerum conductoris, qui in ſolutione rei conductoris ceſſaſſet, nullam faciens mentionem de alijs debitoribus, quod utiq; feciſſet, ſi intellexiſſet dari contra illos quoq;, & cum ibi ex profeſſo explanaret, contra quos illud Interdictum daretur, defectiuus fuiſſet ſi id omiſiſſet.

Quarto uidetur eadem opinio probari ſecun-
10 dum Sarme. d. loco. † ex ratione introductiua huius interdicti, ea .n. ſecundum ipſum fuiſſe uidetur quia conductor inferendo bona in prędium conductum uidetur transferre poſſeſſionem illorum bonorũ in locatorem, & hoc ideo, quia adeſt res locatoris, id eſt, predium locatum continens illa, quę debitoris ſunt, atq; ita fictam quamdam poſſeſſionem transfert iux. tradita per Bal. l. de his C. de furt. & per Alex. l. 3. in princ. nu. 27 ff de acquir. poſſ. arg. l. ſi ego §. dotis uerſi. quid enim ff. de iur. dot. & quia creditor ita tantum fictam & impropriam poſſeſsionem habet, equum preterea uiſum fuit dari ei remedium adipiſcendæ poſſeſſionis ueræ; & propriæ accommodauit Saluianũ interdictum, quæ ratio non militat in alio creditore Hyppothecario, cum non poſſideat l. ſi cum alie
11 nam §. proprie pignus ff. de pig. actio. † & nulla res ipſius ſit, quæ illa bona debitoris cõtineat ut in
12 locatione dictum eſt, † Vnde ceſſante ratione ceſſat etiam diſpoſitio l. adigere. § quamuis ff. de iur.
13 pat. c. cum ceſſante de Appellat. † nec dicatur, quod conſtituta Hyppotheca generali, mobilia debitoris uideamur poſſideri per creditorem, cum pignus legale ſequatur naturam pignoris expreſsi, cuius poſſeſsio tranſit d. §. proprie. ſecundum Meno. d. loc. nu. 25. quia reſp. uerum eſſe in pignore dato expreſſe, & realiter, uel per conſtitutum, ut ibi per eum nu. 26. 27. ſecus alias, ut ipſe ibi tradit nu. 29 & ſeqq. Et ſtante d. ratione introductiua Saluiani interdicti, (ut clarius dicam) non ui
14 detur creditori Hyppothecario illud concedi, † Aut. n. hoc dicimus dari pro re immobili, & tunc creditor non poſſidet aliquo modo proprie d. §.
15 proprie, † aut pro mobili, & tunc, aut res tradita
16 eſt, & non datur quia is poſſideret uere, & hoc re
17 medium, ſit adipiſcendę, † aut tradita eſt per conſtitutum, & idem ratione l. quod meo. ff. de acquir.
18 poſſeſſ. † Aut eſt conſtitutum pignus a lege, rei mobilis, uel ab homine, & tunc nulla poſſeſsio transfertur Meno. d. reme. 3. nu. 29. ergo ratione poſsionis fictę hoc remedium dari non poteſt Meno. d. loc.

Quinto ſecundũ Meno. d. conſ. 295. nu. 12. quia ſi Saluianum interdictum daretur contra quoſcunque creditores pro adipiſcenda poſſeſsione fruſtra proditum eſſet remedium l. creditores. C. de pig.
19 & Hypp. † quo creditor poteſt conſequi poſſeſsionem ſponte ſua rerum debitoris ex pacto inter eos conuento, cum ſatis ei prouiſum fuiſſet ex Saluiano hoc interdicto, quo modico negocio poſſeſſionem predictam adipiſci potuiſſet.

Cæterum perpenſo ſtudio, deligentiq; re cum omnibus conſideratis, cenſeo D. Ios Baptiſtam ſine dubio recte in preſenti ſpecie Saluianum Iudicium mouiſſe, quia quicquid ſupra ſcripſi theore-
20 tici ſcripſerunt † magis communis, & uerior opinio eſt ſaluianum interdictum utile cuicunque creditori habenti obligata bona debitoris etiã ex alia cauſa quã locationis recte competere. Hanc .n. opinionem imprimis tenuit Bar. d. l. 1. nu. 2. ibi, & cuilibet creditori ff. de Sal. Interdic. in l. 1. ſub. nu. 1. uers. quero, &c. C. de pre. & Sal. inter. & ante eum Cy. in illa uer. ſed tractum eſt hoc interdictum ad tertium, ideo contra eum datur Ios

Plate.

Plate. Inſti. de actio. §. item ſeruiana nu. 83. ibi, & cuilibet creditori, & contra extraneum poſſidentem. Alex. conſ. 112. nu. 6. & conſ. 185. nu. 4. lib. 6 Cor. conſ. 190. ſub. nu. 2. lib. 1. aſſerens non eſſe dubium, quod interdictum Saluianũ competit non ſolum habenti Hyppotecariam & idem cõſ. 55. nu. 3. lib. 3. Mrgnur pactieus Aret. d. tit. de actio. § item ſeruiana nu. 9. & rurſus nu. 15. aſſerẽs id ualde not. eſſe, cũ utilius ſit Saluiano experiri quam Hyppothecaria ut ibi p eum, ſequitur ibi Zas. nu. 40 Io: M nſi. nu. 41. Barto. Vero. caut. 8. Bert. cõſ. 213. nu. 1. li. 1. Rip. rub. ff. de pig. & hypp. ſub. nu. 19. affirmãs interdictũ Saluianũ eſſe quoddã utile competere pro rebus aliorum debitorum quã ex cauſa conductionis, Ant. Negus. de pigno. & hyppo. 3. memb. 8 par. prime. nu. 19. ibi, & competit cuilibet creditori hyppothecario. Grat. conſ. 40. nu. 6, & 8. & conſ. 119 lib. 2 Neuiz. conſ. 3. nu. 16. loquitur in donatario, in illis uerbis, ex quibus cõcudo, quod contra donatarium poſsit agi utili Saluiano intedicto. Paul. Caſt. l. rem alienam nu. 9. in fi. & nu. 10. ff. de pig. act. & conſ. 168. nu. 1. & 2. lib. 1. Idem bene uiſus Soc. Sen. uolun conſ. 531. nu. 1. 2. & ſeqq. lib. 3. Plot. l. ſi quando nu. 486. C. unde ui. Silua. conſ. 36 nu. 1. & 2 Bello. conſ. 34. ſub. nu. 7. in fi. Baro. Inſti. de interdi. §. adipiſcendę & idem lib. 6. manual. tit. 33. dum cõfecit formulam huius interdicti. Rolan. conſ. 14. in princ. lib. primo, Port. Imol. conſ. 134 nu. 2. Borgn. de uſufru. mul. ſub nu. 209. dum aſſerit quoad hoc recurrendum eſſe ad Rolan. d. conſ. 14. Fanc. Burſa. conſ. 32. nu. 45. lib. 1. & ita ſępius pro indubicato tenuit Rot Rom. in deciſionibus manuſcriptis, ut in una Paleot. decis. 323. in alia Put. 108. in alia Coir. 216. & alibi ſępe. Et in hac noſtra Ciuitate nemo hactenus auſus fuit in dubium refricarę hanc opinionem, Ex quorum enumeratione lucę clarius appatet hanc eſſe magis
* communem* opinionem, quicquid erronee modee
81 ni prędicti contrarium atteſtati fuerint † & propterea in iudicijs ſequendã, ad tradita p Iono. Ant. Bnt. Ab. dec. & cæ ceteris communiter in c. 1. ad fi. de conſtit. & alib. paſsim,
82 † Quod autem ſit etiam uerior, uidetur tex. ſecundum Bar. ſupracitatis locis, quem alij ſequuti ſunt d. l. 1. C. de pręca. & ſal. inter. in illis uerbis debitor tuus, quod uerbum debitor non poteſt intelligi, niſi de debitore ex alia cauſa quam conduc
83 tionis † tum quia generaliter ꝓlatum generaliter debet intelligi l. 1. §. & generaliter ff. de legat. pre-
84 ſtan. † tum quia, ultra Bar. tex. aduerſatiue loquitur ut in uers. id enim &c. ubi de creditore ex locatione aperte mentio fit, ut ergo aduerſetur, ſupra cum uerbo debitor, de debitore ex alia ca-
85 uſa intelligendum eſt † & ſi intelligeretur debitor idemquę conductor, ut Acc. male interpretatur ibi uer debitor, contra eum daretur illud interdictum, quod expreſſe negat tex. uers. id enim aſſerens dari ſeruianam uel quaſi, non interdictũ
86 illud † neceſſe eſt igitur exploſo gloſſemata Accurſij d. uer. debitor, ſecundum Bar. & cæteros quod ex ponatur debitor generaliter excepta tamen cauſa conductionis. ut eſt uerisſimus ſenſus
87 illius tex. ut etiã fatetur † Meno. d. conſ. 295. ſub nu. 9. ſibi met contrarius quoad hoc, in ijs, quę dixe-
28 rat d. reme 3. nu. 23. & ſeqq. ſicuti in alio ſibi met aduerſatur Meno. quoad intellectum illius tex. quia dum rem. 3. nu 59. aperte concludit tex. in d. l. 1. loqui de Saluiano directo tantum, in d. uero conſ. 295. ſub nu. 9. uers. nec recipienda &c. contendit tex. illum loqui non ſolum de directo, uerum etiam utili interdicto Saluiano, aliter etiam intelligi poteſt ille tex. ut alias in tractatu de interd. explicaui, quod non refero. quia quicquid ſit de interpretatione uerbi, debitor, in illo tex poſito, quod intelligatur generaliter ex alia cauſa quã conductionis ſecundum Bart. & ſequacium intellectum, ex hoc non probatur comunis opinio quę habet, quod detur Saluianum interdictum ſaltem utile, quia ad hoc nullum uerbum, bi, quinimmo contra illum debitorem negatur ibi dari Saluianum, & concluditur dari ſeruianam, uel quaſi.

Vnde ualidius pro d. opinione inducitur Secundo loco idem ex. ſecundum Sarm. d. loco dũ. Gordia. loquitur de Saluiano intedicto, dicẽs illud cõpetere cõtra cõductorẽ debitorẽ ue, qa cũ dictio ue
29 † p, & copula ponatur Bar. l. ſi ita. ff. de tuiuſt. rupt.
30 l. poſſiders in princ. ubi Aret. ff. de acq poſſ. † & copula ponatur inter diuerſa iux. rub. de Iur. & fa. ignor. cum glos. ibi, neceſſe eſt, ut diuerſa copulentur, atquę ita intelligatur tex. ut ſaluianum detur contra conductorem, & debitorem ex alia cauſa quã conductionis quaſi detur directum contra condu-
31 ctorẽ, utile cõtra debitorẽ ex alia cauſa. † & licet dictio, ue, nõ ſtet ſẽper copulatiue, ſed diſiũctiue ſecũdũ Alc. l. ſæpe. in glos. & cum dicitur. de uer ſignif. Immo ſecundum ſubiectum materiam, modo uno modo alio ſignificatu ponitur Gom. §. pœnales nu.
32 45. inſti. de act. † & etiam dato quod ponatur copulatiue, clarum ſit copulam multoties poni inter duo idem ſignificantia Ias. l. 1. in princ. nu. 2. ff.
33 de iuſt. & Iur. Alc. d. l. ſępe. † & ſic reſolus in expoſitiuam l. 2. ibi quadrupedẽ uel pecudẽ, & l. 1. ff. de pac. & l. ubi pactum, & ibi glo. C. de tranſ. ut uaga ut Meno. d. rem. 3. nu. 21. & 22. Negari tamen non poteſt ſiue disiunctiua, ſiue copula-
34 tiua ſit illa dictio, ue, † quin proprie diuerſa copulet, uel deiungat, & augumentatiue, uel ampliatiue ueniat ſui natura l. ſi quis ita ff. de aur. & arg. leg. Bar. l ſi quis decedens §. ult. ff. de leg. 3. & quando expoſitiue ponitur ad improprium tra-
35 hitur, † & cum uerba in dubio proprie accipienda ſint l. non aliter de leg. 3. non poteſt in eo tex. ſine uiolentia expoſitiue accipi, & ita defenſus intellectus illius tex. communem opinionem probat ſaluianum ſcilicet interdictum directum dari contra debitorẽ ex conducto, utile uero contra de-
36 bitorem hyppothecarium ex alia cauſa, † Sed (ut uerum fatear) hic intellectus ad eum tex. nunquã mihi placuit, quia eo admiſſo ſequitur manifeſta contradictio, repugnantia, & perplexitas Gordiani Ipera. ibi enim aperte cõſtat Gord. negare Ariſtonem poſſe agere ſaluiano interdicto contra ſuum debitorem ex alia cauſa, quã conductionis. idq; probare uelle ratione, quam ſubiungit in uers id enim tantummodo contra conductorem debitorem ue competit, nam ſi illam dictionem, debitorem, accipiamus ex alia cauſa, ratio conclu-

det

det contra etiam dari ſaluianum, cuius contrarium
Gord. ex alia ratione probare intendit; Vt ergo
37 à contrarietate ſaluetur † peóur ſemper laboran-
dum §. quibus. prima conſt. C. c. inter dilectos. de
fi. inſtru. Dec. & Cag. l. ubi repugnantia. de reg.
38 iur. ubi alios allegant † exponendus eſt tex. con-
ductorem, debitorem ue, id eſt, qui debitor, &
conductor eſt ſecundum Accur. ibi. uer. debitorē
ue, quo intellectu admiſſo nullo pacto probatur
communis ex d. tex.

Tertio igitur probatur hęc communis ſententia
(& id opinor ſenſiſſe Bar. & ſequaces) conſiderā
39 do † quod licet actio utilis multifariam, multisq;
modis dici poſsit; & à noſtris conſiderari ſoleat,
ut per glos. in l. ex legato nominis. C. de leg. & per
Bar. in l. 1. ſecunda lect. nu. 17. C. de acti. & obli.
40 Attamen ad rem noſtram † utilis accipitur hic à
Doctoribus reſpectu directę ſcilicet quę ad aliud
datur, quā directa, ut l. antepe. ff. ſi quadrup. paup.
feciſſ. dicat. l. curatores ff. de neg. geſt. & l. prima
ff. de bon. poſſ. hæreс. peti. & in multis ſimilibus
41 † iſta autem utilis actio ex mente tantum legis,
42 uel ędicti pętoris deſcendit † directa uero tam ex
mente, quā ex uerbis competit ſecundum glos. d.
l. ex legato nominis. uer. uel dico, & omnes com
43 muniter ubique, uolentes propterea † quod ubicun
quę à lege uerbis expreſsis aliqua actio prodita eſt
& ex mente, ac ratione uideatur facienda exten-
ſio ad alium caſum non expreſſum, actio illa com
petit in illo alio caſu, dicaturque utilis ad differen
44 tiam expreſſę uerbis eiuſdem legis † Quod autem
ex mente pętoris interdictum ſaluianum utile cō
tra quoſcunque debitores hyppothecarios compe-
tat, facili negocio deducitur, conſiderando, quod
45 † licet uerba huius interdicti incuria Triboniani
& Sociorum non habeamus, quantum tamen aſſe-
qui poſsumus ex aliquibus ll. de illo loquentibus
46 in digeſtis, & Codice ſeruatis, dici poteſt † illud
imprimis ſine dubio cōpetijſſe, & competere loca
tori prędij ruſtici contra conductorem, ſiue colo-
num pro rebus in illud aſportatis expreſſe, ut taci
te domino obligatis pro penſione l. 1. ff. de Salu.
47 interdic. & de hoc nemo dubitat † Secundo quic
quid Cyn. in l. certi iuris q. ult. C. loc. contrarium
uoluerit, magis communiter tenetur hoc idem
interdictum competere etiam pro illatis in predium
urbanum, ſaltem utile, quia quamuis uerba inter
dicti credātur fuiſſe de illatis in predium ruſticum
ut innuit d. l. 1. ff. de ſal. interd. mens tamen pre-
toris cōuenit etiā pro illatis in predīu urbanum, &
propterea etiam pro his utilis actio ex eo datur,
glos. Bar. Alex. & alij l. curatoris C. de neg. geſt.
& late defendit alios, qui id tenent, allegans Me-
no. d. remi. 3. q. 5. nu. 46. & ſeqq. licet priore in
48 caſu directum dari uelit, poſteriore uerò utile †
Tertio quia ſæpe colonorum, & conductorum cal
liditate, & malitijs fides locatori data eludebatur,
dum illi res in predia conducta aſportata in alios
alienabāt, uel alibi deferebāt, dd. malitijs obuiam
ire uolens prętor, illud idem interdictum locum
habere uoluit contra tertios poſſeſſores illorum bo
norum ipſis tacite uel expreſſe obligatorū d. l. 1. §.
1. ubi Accur. & probat clarius Theo. inſti. de in
terdi. §. altera. in illis uerbis quemuis res colōni poſ

ſidentem interdicto Saluiano dominus experiri
49 poterit; & optime facit † quia hoc interdictum eſt
50 perſonale in rem ſcriptum l. 1. §. ult. ff. de inter. †
actiones autem in rem ſemper competunt contra
quoſcunque poſſeſſores l. metum §. ultimo ubi
51 Bar. & alij, ff. quod met. cau. † Nec dici poteſt
cum Bar. d. l. 1. C. eo. hoc interdictum non eſſe in
52 rem ſcriptum; quia ipſe id non probat; minus dici
poteſt cum Sali. d. l. 1. nu. 5. quod quando actio
in rem ſcripta accedit perſonali, non competit
contra quoſcunq; poſſeſſores quia nec ipſe id pro
53 bat † immò contrarium uidetur per d. l. 1. §. ult.
ubi actio quod metus cauſa acedit obligationi fidē
iuſsionis, & ſic perſonali, & tamen datur contra
54 tertios poſſeſſores † Et licet Doct. uelint hoc ca-
ſu utile interdictum concedi, ex quo uerba uiden
tur deficere, mihi uiſum eſt ſemper directum com
petere ſaltem pro illatis in predium ruſticum d. l. 1.
§. 1. ibi ſaluiano interdicto recte experiuntur ff. eo
conſiderando, quod iure conſul. ibidem quando in
telligit dari utile exprimit, ut in princ. ubi loqui-
tur de partu ancillę, non ita d. §. 1. ubi de rebus
55 ipſis inuectis loquitur † Quarto huiuſmodi interdic
tum utile tantum, non directum Iuliani interpre-
tatione extenſum fuit etiam contra tertium poſſeſ
ſorē partus ancillę in predium locatum inductę
d. l. 1. in princ. dummodo partus ille conceptus
& editus non fuerit apud emptorem, uel tertium
illum poſſeſſorem l. paulus §. 1. ff. de pigno. ut con
ciliando hos duos tex. qui contrarij uidebantur in
ter ſe, intelligit glos. d. l. 1. ff. de Salui. inter.
& ibi Bar. quos ſequitur Meno. d. reme. 3. nu.
54. q. 6.

Quinto proprius ad rem, de qua quęritur,
quamuis credantur uerba huius interdicti fuiſ-
ſe primum de locatore predij ruſtici contra con-
ductorem pro rebus illatis in illud predium ex-
preſſe, uel tacite locatori obligatis iux. d. l. 1. ff.
de ſal. interd. & per iureconſ. extenſa, & declara
ta contra tertios poſſeſſores illarum rerum, ne in
fraudem locatoris liceret creditori in alios alienare
illas res ei obligatas, ut dictum eſt ſupra uerſ. 7.
quia ſępe, &c. & uideantur deficere uerba interdic
ti, quoad obligatos ex alia cauſa, & propterea nō
56 concedi huiuſmodi interdictum †, quia tamē mens
& ratio eadem interdicti eodem modo conuenire
uidetur contra poſſeſſores rerum obligatarum ali-
cui ex alia cauſa, quā conductionis, utilis actio ex
mente dicti interdicti ſine dubio concedenda eſt,
prout (opinor) uoluit ſentire Bar. & alij ſupra pro
iſta opinione allegati, cum pariter ęquum ſit per
debitores ex alia cauſa non eludi fidem creditori
datam aſportando, uel alienando bona illi obliga
57 ta † Accedit quia ſi uerba pretoris expreſſa, tantum
contra conductorem predij ruſtici identitate ratio
nis uiſa ſunt loqui de predio urbano, item de
tertio poſſeſſore rerū illarum, quinimmo de partu
illarum edito apud tertium poſſeſſorem, & utile in-
terdictum dari ex mente pretoris, ut ſupra dictum
fuit, eodem modo admittendum eſt quod idem
utile interdictum conceſſum ſit contra tertios poſ
ſeſſores rerum obligatarū ex alia cauſa quā cōduc-
tionis, cū nulla diuerſitatis ratio ſubſiſtere uideatur
58 Non obſt. quod contraria opinio uideatur ma

gis

gis communis, ſecundum pręcitatos Moder. quia
contrarium uerius apparet ex late ſupra á nobis
congeſtis, quinimmo nec ij ipſi ab illis pro eo
rum ſentētia citati pro maiore parte aſſerunt quod
illi affirmant;
59 † Nam inprimis Azo. in ſum. C. eo. id ſenſiſſe
dici non poteſt, cum ibi nec quidem de hoc quæ
60 rat † Accur. qui pariter contra Bar. allegatur d.
l. s. uere ſentit pro Bar. dum ibi in glos. debitorem,
ſubaudit directam, quaſi aperte dicat, quod pro
obligatis ex alia cauſa quā cōductionis cócedatur
61 utile. † minus Bal. in contrarium citatus id pro bat
neceſſario, cum non ſequatur, ſi datur quaſi ſer-
uiana alijs creditoribus, ut ille ait, ergo non poteſt
competere Saluianum interdictum utile, nam cum
utilius ſit iſtud, ut tradit Aret. & alij ſupra citati lo
62 cis ſine dubio competere poteſt † Sali. quoque d. s.
Opp. non tenet contra Bar. cum uere ipſe loquatur
de directo, non autem utili, ut eſt preſens noſtra
queſtio, Argumentum etiam illud, quod deprom
ptū eſt ex eo, quod Specul. & alij dum formarunt li
bellū in hoc iudicio tantummodo de conductore
mentionem fecerunt, ualde fragile eſt, primo qui
dem quia formarunt libellum in eo, quod credito
ri ex locatione conceditur, de quo proprie uerba
pręcoris loqui credebant, ommiſſo utili compe-
tente alijs creditoribus ex alia cauſa, quaſi exem-
plo poſito per eos in illo, facile eſſet cuique in
alijs mutatis mutandis libellum proponere, & quic
quid ſit de eorum exemplis ab illis ad excluſionem
64 utilis interdicti argui minime poteſt, † cum exem
pla non arctent, ſed declarent § hactenus inſtit.
de grad.

Non obſt. l. 1. ff. de Sal. inter. quę loquitur tan
tum de cauſa conductionis & locationis & extēſi-
onem pati non uidetur de perſona ad perſonam
65 & de re ad rem, ut ſupra, † quia uerum quoad dire
ctum interdictum quod ex uerbis expreſsis compe
tit, ſecus quoad utile, quod ex mente conceditur
& extenſio fit, patet in d. l. 1. dum l. extendit in-
terdictum loquens de ancilla inuecta in domum
conductam ad partum ipſius editum apud tertiū
poſſeſſorem, dicens utile concedi, patet etiam ibi-
dem in § s. uers. & ſi edictum, ubi uerba interdic
ti loquentia de conductore trahuntur ad tertios poſ
ſeſſores, prout etiam patet ex alijs ſupra dictis, &
licet pro ſituatione titulorum ſatis congruum fue
rit poſt tit. de migran. qui de rebus locatis, & cōn
ductis loquitur, ponere de Sal. inter. quod de eiſ
dem rebus loquitur principaliter, & expreſſe, nō
tamen facienda eſt reſtrictio, quod loquatur tantū-
modo de iſtis, ita ut ad alia ex mente interdicentis
trahi non poſſit;

Non obſt. d. l. 1. C. de precar. & ſal. interdic. quæ
inducta ut ſupra probare uidetur pro rebus obliga
tis ex alia cauſa, quā conductionis agi contra ter
tios poſſeſſores non poſſe etiam utili Saluiano in-
terdicto. † quia reſp. illum tex. intelligi tantum
66 modo de directo, iux. glos. ibi uers. competit nec
intellectus iſte diuinatiuus eſt, aut reſtrictiuus,
quia immo eſt per quam neceſſarius, Nam ſi inde
finite, & generaliter intelligeretur, ut utile com-
prehenderet, falſa eſſet illa generalis aſſertio Impe
ratoris ibi, Saluianum tantummodo dari contra
conductorem, quia datur etiam contra tertios poſ
ſeſſores habentes cauſam a conductore, non ſolum
pro rebus obligatis d. l. 1. § 1. uerum etiam ꝓ par-
tu ancillę obligatę d. l. 1. in princ. ut ergo uitetur
hoc abſurdum, fatendum eſt Imp. ibi tantum de-
directo diſceptare. Non obſtat huic interpretatio
ni, ꝙ Imper. ad quaſi ſeruianam confugiens, uidea
tur etiam utile interdictum ſaluianum denegare,
quia non tenet conſequentia in terminis in quibus
loquitur tex. erat enim diſceptatio, an directum
Saluianum daretur, unde cum negat illud dari,
nihil ſtatuit de utili, argumento § preterea. de inut.
ſtip. Nec ad quaſi ſeruianam confugiens intelligit
utile Saluianum non dari cum unum, & alterum
utilius dari poſſit. Minus huic interpretationi
obeſſe poteſt, ꝙ ſi utile daretur, male Ariſto á Gor-
diano ibi reprehenderetur, quod Saluiano egiſſet
ſimpliciter, ex eo, quod ut iudicium teneat, ſuffi
cit, quod actio ſimpliciter propoſita ſubſtineatur
in actione utili, ut poſt Ias. & Pari. dicit. Meno. d.
67 conſ. 295. ſub nu. 9. † quia reſpondetur falſum eſſe
in d. l. 1. Ariſtonem reprehēdi, quod egerit Saluia
no, ideoque inductionem ſupra poſitā nullius mo
menti eſſe, petierat enim ibi Ariſto. a Gordiano
conſilium de iudicio mouendo, quam ſcilicet acti-
onem intentare deberet, conſulit ille non eſſe agen
dum iudicio Saluiano, ſed ſeruiana uel quaſi, &
quod de mouendo iudicio conſilium peteretur, cō
ſtat ex eo tex. ibi ius ea perſeq & clarius inſi. ibi ex
ercenda eſt, cum enim reſponſio futuri temporis
ſignificatiua ſit, oſtendit qualis fuerit petitio argu.
d. §. preterea. & certe ſi reprehenderetur Ari
ſto de iudicio moto uſus fuiſſet imperator alijs uer
bis reprehenſionis, ſtante igitur, quod Imper. ibi
conſilium prębeat Ariſtoni, ut quaſi ſeruiana agat
non propterea excluditur Saluianum utile compe
tere, cum potuerit ex duabus actionibus compe-
tentibus magis unam, quam aliam conſulere.

Non obſt. Theo. inſtit. de interdic. § altera. quia reſ
pondetur ut ſupra ad d. l. 1.

Non obſtat, ꝙ ratio inductiua huius interdic
ti, poſita per Sarmen. d. loco non militat contra
debitores. & eorum res obligatas ex alia cauſa,
quā conductionis, quia reſp. nihil intereſſe, an ea
68 ratio militet, uel ne † quia falſa eſt nam preterquā
ꝙ á pretore excogitata, & poſita non docetur, nec
ab aliquo auctore antiquorum allegato eo nomi-
ne dānāda eſt, dū dicit interdictū illud introductū
ratione fictę poſſeſsionis ꝑ locatorē acquirendę bono
rū tranſlatorum per conductorem in predium con
ductum, quod falſum eſt. Nam Bar. in allegata
per eum l. ſolutum. § ſolutam nu. 6. & 7. ubi hoc
69 tractat, tandem concludit, † dd. bonorum nullam
poſſeſsionem etiam fictam in locatorem trāſlatam;
idem tenet Bal. in d. l. certi iuris. nu. 12. ubi dam
nans Cinum contrarium tenentem, dicit, ꝙ Cin.
ita dicens fabulabatur, Idem ibi Fulg. & Salic. &
70 alij, & uerisſimum uidetur †, niſi locator eas res
71 ſciuerit aſportatas eſſe, uiderit, & tetigerit † eum
ſine intellectu nemo poſſideat l. 3. in princ. ff. de
72 acquir. poſſ. Ac † quia locatori, ſi poſſideret, non
73 daretur Saluianum, † cum adipiſcendę poſſeſsio-
nis ſit § adipiſcendę Inſtit. de interdic. maxime
74 reſpectu d. fictę poſſeſsionis, quam haberet † cum
fictio

fictio operetur in caſu ficto quod ueritas in ueros l. ſi is qui pro emptore. ff de uſucap.

Secundo dato, quod locator ficte poſsidere di catur res per conductorem inuectas in predium locatum, non probant predicti moder. preto rē motū ad introducendum illud interdictū ratione illius fictę poſſeſsionis, in hocq; ſolo ſtare ęquitatē illius interdicti, neque alius quiſquam eſt, quem uiderim, qui hoc probet, & ſi id uerum eſſet, nimis
75 reſtrigeretur d. interdictum † nempe ſolummodo quando locator ſciuiſſet res inuectas in predium locatum, uidiſſet, & tetigiſſet, cum alias ficte po ſsidere non poſsit, ut ſupra quod eſt ualde obſonū & contra generalitatem li. comprehenſarum ff. & C. de ſal. interd. & contra utilitatem maximam
76 predicti interdicti † alia ergo uerior eſt ratio introductiua interdicti Saluiani generaliter quidem á
77 nobis ſupra allegata, & quidem equitati †. qua prętor moueri ſolet l. 9. ſi. ephefi. ff. de eo, quod cer. loc. accommodatior, quę militat contra quem libet debitorem hyppothecariū, atque ideo efficit, ut hoc interdictum ſaltem utile accomodetur etiā cōtra poſſeſſores rerum obligatarum ex alia cauſa quam conductionis ſaltem extenſione iuriſperitorum magis communiter ut ſupra;

Non obſt. quod tenendo opinionem hanc cōmunem fruſtra uideatur proditum remedium l. creditores C. de pig. & hypp. ut arguit Meno. d. conſ. 295 nu. 12. quia reſp. falſam eſſe ſequelam
78 quę preſuponitur, † diuerſa namquę ſunt iſta remedia diuerſiſque ex cauſis, & in diuerſis caſibus competunt, & diuerſos puniunt effectus, inter alias diuerſitates (ut cęteras omittam) has paucas ſatis ſuperq; collegiſſe ſufficiat, Primo illud conceditur ex pacto inito inter contrahentes, quod liceat poſſeſſionem ingredi propria auctoritate, hoc con
79 ceſſum eſt d. pacto non exiſtente. ſecundo illud † te nperat, & moderatur deciſionem l. extat ff. quod metus cau. cautum enim ibi erat uim facere illos creditores, qui propria authoritate ingrederentur poſſeſsionem bonorum ſuorum debitorum. d. l. creditores ſtatuit hoc non habere locum, quando ex pacto creditoris d. poſſeſsionem ingrediuntur, atque ita conceſsit propria authoritate poſſeſsionē ingredi. hoc uero Saluianum nihil concedit pro
80 prię authoritatis, ſed ſi á Iudice petatur† atque alia colligitur tertia utilitas d. l. creditores, quia ſi ea non ſuperueniſſet, per ingredientes poſſeſsionē bonorum creditorum ſuorum propria authoritate
81 non euitabatur pęna d. l. extat, † Nec aduerſatur quod etiam d. l. creditores uideatur exigere Iudicis decretum, ibi auctoritate prę ſidis poſſeſsionē adipiſci debent, quia iſta uerba intelliguntur ex humanitate quadam ut uult ibi glos Bal. & Ang. & latius tuetur ipſemet Meno. de adip poſſ. rem. 5. nu. 5. argumento l. quidam Iberus. de ſer. urb. pred. l. in ciuile C. de fur. & ut magis tutus ſit qui poſſeſsionē ingreditur, iux. l. ſi pupillorum §. 1. ubi glos. uer. tutius citans d. l. creditores ad hoc, ita uidetur intelligere eam ff. de reb. eo, quia
82 † in mero illo remedio d. l. creditores. licentia, ſiue interuentus Iudicis habetur ſine libello, petitione vè ac etiam aliqua partis citatione, cum creditor ex ſola urbanitate requirit Bar. ibi nu. 26. Alb. nu. 5. Soc. Sen. conſ. 196. col. penul. lib. 2. & cōſ.
83 82 col. 3. lib 3. Neg. d. 4. par. nu. 23 † maxime oſtēſo Iudici inſtrumento, in quo adſit d. pactum Alb. ibi nu. 2. Signo. conſ. 4. nu. 15. Neg. ubi ſupra
84 nu. 24. Affli deciſ. 326. † quinimmo creditores ex predicto pacto ingredi poſſunt poſſeſsionē etiā clā ſine in curſu clandeſtinitatis Bar. d. l. creditores nu. 20. Sali. col. 5. uert. pro cuius declaratione, Negu. de pigno. par. 4. nu. 13. Roy conſ 127. nu. 5. lib. 5. Meno. qui etiam alios citat. d. rem. 5. nu. 89. &
85 ſeqq. † illud tertio & ultimo loco hunc habet effectū, ut creditores conſequantur non ſolum poſſeſſionē, uerum rem ipſam petendo poſtea rei precium eſtimari modo, quo tradit Bar. d. l. creditores nu. 29. Sal. ad fi. Ruy. conſ. 145. nu. 6. lib. 4. & la
86 tius per Meno. de rem 5. nu. 160. & ſeqq. † Illud uero hunc habet effectum, ut creditor conſequatur poſſeſsionem rei detinendā donec ſibi fuerit ſatisfactum ſecundum omnes d. l. 1. ff. & C. de ſal. inter. & per Doct. § adipiſcendę inſtit. de inter, non tamen conſequitur creditor, ut pignus poſsit diſtrahere, ut per Rot. Rom. in una 7000. ſrutdrum, ubi optimis rationibus illi Excellentiſſ. I. C. firmarūt eum, qui ſaluiano hoc iudicio obtinuit, licet fructus rei obtentę in ſortem imputet, non tamen propterea obtinere poſſe, ut Iudex permittat rem ipsā ſibi conſignari, aut ſubaſtari, & uendi, ut creditū conſequatur, licet ei, qui agit, & obtinuit hyppothecaria id concedatur ſecundum Couar. uari. reſol. lib. 3. c. 18. nu. 4 ibique aſsignant rationes differētię inter Saluianum, & hyppothecariam, quod eſt ſummopere notandum, denique ſi hac in re a nobis ſupra ſcripta aliqua ex parte omnino non ſatisfaciunt, & quod d interpretationem interdicti Saluiani forte quādoque diuinaſſe cuique uidebimur non eſt quod quiſque miretur, & nobis uitio uer
87 tat † ſed potius Treboniano, & Socijs, qui nimis ad unum multones antiquorū ſcripta reſeruarūt ut hac in re, in qua huius interdicti uerba penitus perditū iri permiſerūt. ſi enim illa habuiſſemus, certiora Bart. & Alij nobis ſcripta reliquiſſent, & nos
88 quoq; tradere potuiſſemus, Illud certo ſcio in rē tam obſcura cautius fuiſſe adherere opinioni Bar. & aliorum communiter eum ipſo tenentium, tum quia, ſi non ex uerbis interdicti depromi apparet certe ex mente, & ratione eadem, quæ attendi debet, & ſaltem utile remedium paret ut ſupra, tum quia ęquiſsimum illud interdictum uberius interpretatur, & pluribus communicat quam opinio dd. modernorū quæ ſalutare remedium reſtringit, tum etiā quia ſine dubio maiore ęquitate nititur.

Secūdū hoc Conſiliū iudicatū fuit in Rota Peruſina.

CONSILIVM LXVI.

Argumentum.

An legatum domus comprehendat vnum & alia ad uſum domus parata egregie diſcutitur.

SVM-

SVMMARIVM.

Appellatione domus non uenit hortus, nec terrę uicinę, uel adherentes domui nu. 1.

Contra nu. 45. & de iure uerius nu. 46.

Non tamen tutum hoc tenere indiſtincte ſecundum autorem nu. 48.

Fallit ſi hortus & ſimilia adiacentia parata ſint gratia domus nu. 49. & ſeq. maxime 52. & 54.

Fallit quando parata ſunt, ut amæniorem domum dominus habeat nu 53.

Legata habitatione domus & horreo quod in ea erat non debetur legatario hortus & cenaculum iux. eam domum exiſtens, Etiam quod per eam domum eſſet aditus ad cenaculum nu. 2. & nu 6.

Immo legatarius tenetur preſtare aditum heredi ad illud cęnaculum nu. 3.

Hortus Eccleſię conceſſus non dicitur conceſſa ei domo niſi expreſſe dictum ſit de horto nu. 4.

Donatio Vrbis ſedi Apoſtolicę facta per Conſtantinum comprehendit ſuburbana, Viculos, teritoriū, maritimam, & montanueā, quia expreſſum ita fuit, alias non comprehendiſſet nu. 5.

Manſum eſt fundus qui duobus bobus ad laborandum ſufficit nu. 7. & ſub nu 55.

Priuilegium conceſſum ne quis ſoluat tributum pro domibus non comprehendit, ne ſoluat pro hortis, & Areis adherentibus nu. 8.

Conuiuia olim fieri poterant in templo nu. 9.

Poterant tamen fieri in ueſtibulo, & porticu nu 10.

Fideicommiſſa strictam recipiunt interpretationem nu 11.

Et eatenus tantum continent quatenus in eis expreſſum reperitur nu. 12. 13.

Fallit ſi contra apparet ex mente teſtatoris nu. 14 & ſeq & 58.

Diſpoſitiones omnes preceteris recipiunt interpretationē ex mente teſtatoris nu. 14.

Teſtamenta maxime nu. 15.

Fideicommiſſa in ſpecie nu. 16 17.

Mens eſt regina, & obtinet primum locum in fideicommiſſis nu 16

Voluntas ſola obſeruatur in fideicomiſſis nu. 17.

Etiam coniectur atā tantum nu. 18.

Subſtitutio facta in unum caſum trahitur ad alium longe diuerſum ex mente teſtatoris nu. 19.

Subſtitutus uxori in legato ei facto uiuenti in uiduitate caſte & honeſte, ſuccedit eidem etiam ſi moriatur ſine filijs nu. 22.

Mens diſponentis tunc precipue inueſtiganda eſt quando non eſt explicata ex imperitia tabellionis nu. 22.

Tabellionum imperitia & incuria eſt magna nu 23. & nu. 24.

Tabelliones ſępe in ſchedula uoluntatem teſtatoris ſuſcipiunt, poſtea domo extendunt, & clauſulas etiam ab ipſis met non intellectas inferunt nu 24.

Tabellionum incuria, & imperitia nocere non debet partibus nu 25.

Vltimis in uoluntatibus iterum non redit arbitrium nu 24.

Index debet pedetentim incedere in ultimis uoluntatibus & mentē ſerutari ſicut uenator leporem nu 27.

Mens ubi conſtat de uerbis non curandum nu. 26.

Mutatio uoluntatis non preſumitur, maxime in continenti nu. 29.

Coniectura eſt quod teſtator ſub fideicommiſſo omnia ſua bona comprehendere noluerit ſi de illis in inſtitutione, & alia prima ſubſtitutione diſpoſuit nu. 30.

Idem ſi unica ſtructura uerborum duplex fideicommiſſum faciens in primo de omnibus diſpoſuit nu. 31.

Idē ſi teſtator partitur ſua bona in duas partes & aliqua omittit numerare in illis partibus, quia ne dicatur ommiſiſſe uidetur complexum etiam omiſſa ſpecialiter enumerare nu. 33.

Idem ſi teſtator ea ſimpliciter omiſſa habuit pro appendicijs, & connexis illis de quibus diſpoſuit nu. 33.

Idem ſi teſtator ea de quibus ſimpliciter non cauit, in eius uita ut coniuncta, & connexa cum alijs quę in diſpoſitionem uenerunt habere nu. 35.

Vel alia ſimilis appareat nu. 36.

Legato fundo alicui debetur etiā alius fundus ei legatario quem teſtator ſecundum uſum ſuum habuit unitum ſuo de legato nu. 55.

Voluntas colligitur ex uſu deſtinatorio nu. 56.

Primogenitus qui debet habere domum principaliorem, cōſequi debet etiam omnia appendicia domus illius nu 33. & 34.

Veriſimilia attenduntur, contra inueriſimilia reiciuntur nu. 36.

Inueriſimile falſitatis imago eſt nu 37.

Inueriſimile eſt quod dominus ſequatur mandatum famuli ideoque fuit caſſata inquiſitio facta contra dominum ſub pretextu quod delictū fuerit mandato serui nu. 38.

Preſumptiones, & coniecturę aptandę ſunt ad ueriſimilia non e contra nu. 38.

Diſpoſitio nulla adeo generalis, eſt, ut trahi debeat ad inueriſimilia nu. 39.

Veriſimile attendendum eſt in interpretanda uoluntate teſtatoris nu. 40.

Verba ſemper aliquid operari debent, & non eſſe ſuperflua nu. 41.

Alius, alia, aliud, eſt dictio ſimilitudinaria nu 42.

Vnita ſimul iuncta proſunt ſi non ſingula nu. 43.

Citari qui non poteſt ad domum ex priuilegio nō poteſt etiam citari ad hortum, & Areā quę una clauſura cum domo eſſet nu. 50.

Nec in Campo ſi domus in ea ſit nu. 51.

Nec ſtabulo domus nu 52.

Subſtitutus alicui ſi preſbiter fieret ſucedit eidem etiam ſi moriatur ſine filijs nu. 21.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

NOBILIS Vir Alexander de trigintaquatuor de Tuderto in ſuo ultimo teſtamento heredibus uniuerſalibus inſtitutis P. Hieronymo & Melchiore eius filijs legitimis, & naturalibus, inuicemque inſtitutis, ſi al ter ſine filis deceſſerit, ambobus uero decedentibus ſubſtituit filios maſculos Frondoſij Palionis fratris Germani ipſius teſtatoris in domibus ſuis poſitis in Ciuitate Tuderti, & in domibus ſitis in Villa, & eius tenuta Sancti Saluestri & inter foſſatos uerſus caſtrum Ilicis, & caſtrum duorum ſanctorum, in alijs uero bonis ipſius ſiue

extra

extra dd foſſatos ſub quibuscunque uocabulis, & confi ibus fil.as fęminas ipſius teſtatoris pro ęqua li portione.

Mortuo teſtatore, ac demum ambabus filijs ſuis euenit caſus reſtitutionis fideicommiſsi; in qua reſtitutione facienda non modica ſuboritur difficultas, quia reperiuntur quędam domus olim d. teſtatoris in prędicta uilla Sancti Silueſtri ſolitę in habitari per colonos bonorum ſtabilium in tenuta d. Villę per d. Alexandrum retentorum, ac duę alię domunculę prope d. Villam pro ſtabulis dd. colonorum, nec non alia Domus magna cum duabus gruttis (ut appellant) puteo, piſcina, Columbario, torcularibus non longe a d. domo maiore exiſtentibus, ac etiam Ianua, & ab ea hinc inde ſepibus, quibus clauditur aditus ad d. domum, alia que ſupradicta, & hortum d. domui adherentem, & omnia prędicta poſita ſunt partim in tenuta d. Villæ, partim extra eam, attamen inter dictos foſſatos.

Quibus ſuppoſitis, quęritur, an filij Frondoſij uigore d. ſubſtitutionis conſequi poſsint, ultra prędictas domos, Ianuã, quã itur ad domum maiorẽ, hortum, & terras omnes d. teſtatoris intra dictos foſſatos exiſtentes?

In qua quęſtione uidetur reſpondendum negatiue, quia fideicommiſſum uidetur reſtrictum ad
1 domos, † appellatione autem domorum non ueniunt Horti, nec terrę uicinę, aut adherentes domui, ut clare uidetur probare Primo tex in l. Olim
2 pico. in princ. ff. de ſer. urb pred. † ubi legata habitatione domus, & horreo, quod in ea erat Olimpico, et non debetur hortus, & cenaculum iux. eã domum, etiã quod per eam domum aditus eſſet ad Hortum, & cenaculum, quinimmo hortus, &
3 cenaculum pertinet ad heredem. † & Olimpicus legatarius tenetur preſtare aditum per illam domum ad hortum, & cęnaculum, ut ibi dicitur, & per eum tex not. Bal Flo. Ang. & alij ibi.

Secundo idem probari uidetur clare in c ultimo
4 12. q. 2. † Vbi conceſſa domo Eccleſiæ, conceditur etiam hortus, quia niſi expreſſe & is concederetur, ſub cõceſsione domus nõ ueniret ut egregie ibi glo. unica ad id illum tex. expendit, licet in contrarium arguat, & inſolutum argumentum relinquat.

Tertio id ipſum ſuaderi poſſe uidetur p c. ego Lodouicus .6 diſtin quam pro concord. ad tex.
5 d. c. ultimo allegat ibi glos. † ubi Lodouicus Rom. Imperat. confirmans donationem Vrbis Romę factam Sedi Apoſtolicę annectit ſuburbana, Vicos, territoria, maritimam, & montaneam, quaſi non ueniſſent niſi expreſſę fuiſſent.

Quarto pro eadẽ ſententia facere uidetur quod dicit Ponti. in c. Raynutius, ibi domum, & hortũ
6 de teſta. † quaſi ſi de horto ultra mentionẽ domus per teſtatorem expreſſum non fuiſſet, Alterocha Raynutij filia ex ſimplici legato domus ei facto, hortum hab itura non fuiſſet, prout ad hoc illum tex. ibi ponderant, & notant, Abb. & cæteri doctores.

Quinto eadem opinio egregie confirmari poſſe uidetur per c. 1. de cenſi. ubi priuilegiũ conceſſum Eccleſię, ne ſoluat aliquod tributum de manſo da
7 to pro fundatione, † id eſt fundo qui duobus bobus ad laborandum ſufficit, neque de domibus iux.
8 Eccleſiam poſitis, † non prodeſt pro hortis. Areiſq; ibidem exiſtentibus, niſi expreſſum fuiſſet, ex quo ponuntur iſta, uti diuerſa ut ex eo tex. colligit ibi Ab. 3. not.

Sexto confirmari poſſe uidetur prędicta per c. 1.
9 de deci. † ubi antiquitus quamuis conuiuia fieri nõ
10 poterant in templo, ſiue eius domibus † in ueſtibulo tamen & porticu fiebant, ut not. ibi Ab. nu. 4. inferens quod ſtatutum puniens percutientem aliquem in domo ſua, non habet locum in pcutiente in porticu illius domus, quia domus appellatione non uenit porticus.

Hec omnia max me recipienda uidentur in fidei
11 commiſſo heredi impoſito, † in quo ſtricte pro-
12 cedimus, † ideoq; eatenus ex eo infertur, quatenus
13 in eo expreſſum apparet; & in dubio, ubi expreſſum de eo non apparet, pronunciari debet illud nõ extare, Old. conſ. 21. Craue. conſ. 180. in fi. lib. 1. Alb. conſ. 1. nu. 6 Meno. conſ. 85. nu. 71 lib. 1. Hier. Gab conſ. 95. nu. 57 & alibi paſsim.

Ex quibus concludendum uidetur domos pdictas tantum reſtituendas eſſe filijs Frondoſij, terras autem intra foſſatos exiſtentes in tenuta d. Villæ aut reſtituendas filiabus teſtatoris uigore alterius fideicommiſsi, aut per heredes retinendas d. l. Olimpico.

Cęterum mente, & uerbis d. teſtatoris deligentiori cura perpenſis, cenſeo in reſtitutionem d. fideicommiſsi uenire cum predictis domibus etiam hortos, & alias terras circa dd. domos intra dd. foſſatos exiſtentes.

Pro qua opinione firmanda imprimis ſuppono
14 notum in iure clariſsimum, † nempe in omnibus diſpoſitionibus mentem ſemper præ cæteris attendendam l. ſcire oportet §. illud ff. excuſa. tuto cum alijs latiſsime congeſtis per Tiraq. ad l. ſi unquam in
15 glos. libertis nu. 47. & ſeqq. C. de reuo. dona. † maxime in teſtamentis, quę interpretationem ex mente diſponentis ſemper recipiunt l. heredes mei §. cum ita, ubi id not. omnes precipue Rip. nu. 31. de uer. obl. & late allegat more ſuo Tiraq. d.
16 loco nu. 72. † in ſpecie in fideicommiſsis mens dicitur regina, & obtinere primum locum l. in conditionibus primum locum. ff condit. & demon. l. cum queſt in C. de legat. l. cum uirum C. de fi-
17 deicõmiſsis l. pen. ff. de leg. 1. † ubi ſola uoluntas ſeruatur in fideicomiſsis l. fideicommiſſa § item ſi qs ff. de legat. 3. l. quiſqs mihi de uer. ſignifi. Alex. conſ. 110. nu. 4. lib. 2. Rom. cõſ. 408. Soc. cõſ. 5 nu. 3. lib. 3. Paris. cõſ. 99. nu. 17 li. 3. Decia. conſ. 1. nu. 42. lib. 1. conſ. 34. nu. 20. & conſ. 44. nu. 5. & feo. cõſ. 101. nu. 1. conſ. 127. nu. 9. lib. 3. & hoc adeo uerũ
18 eſt, † ut etiam mens coniecturata ſufficiat, & uerbis preferatur ut colligitur in l. qui ſolidum §. 1. ibi, coniectura uoluntatis ff. de leg. 2. in l. cum auus ibi fideicommiſsi conditionem coniectura pietatis reſpondi defeciſſe. ff. de con. & demon. tradunt omnes in d. § cum ita & in l. cum auus de cond. & demon. in l. cum acutiſsimi. C. de fidcic. l. licet Imperator ff. de legat. 1. in l. ultima C. de impu. & alijs ſubſti. Ang. conſ. 2. col. pen. conſ. 169. col. 1. Dec. conſ. 15. col. ſecunda uerſ. ad cuius rei

conſ.

conſ. 182. col. pariter. 2. uerſ. quibus tamen non
obſtantibus. Curt. Seni. conſ. 75. nu. 5. & Curt.
Iuni. conſ. 43. col. antepe. uerſ. attende ergo. Fulg.
conſ. 92. col. 2. Paul. Caſtren. conſ. 123. uiſo te-
ſtamento lib. 1. Corn. conſ. 7. Soc. late conſ. 1.
col. 3. uerſ. & puto, & conſ. 26. & puto lib. 4.
29 † Et adeo mens teſtatoris attenditur, ut ſubſtitu-
tio facta in unum caſum ad alium etiam longe di-
uerſum ex mente extendatur, ut ſi ſubſtitutio fac-
ta ſit filio decedenti in pupillari ętate locum habe-
at eo decedente pubere non adita hęreditate, ſe-
cundum Imo. poſt glo. ibi in l. qui habebat. ff. de
30 vul. & pupil. † & ſi teſtator legauit mille uxori ui
uenti in uiduitate, caſte, & honeſte, & ei poſt
mortem ſubſtituit Seium, Seius admittitur etiam
illa tranſeunte ad Secundas nuptias ex mente teſta
toris, ut poſt longam diſceptationem determina-
tum fuiſſe refert Io. And. ad Specul. in rub. de ſe-
cun. nupt. Bar. Bal. & Alb. aut. hoc locum. C.
de ſecun. nupt. & alij doc. l. 3. C. de inſti. & ſub.
21 † Et ſi ſubſtitutio facta fuerit alicui, ſi efficeretur
pręsbiter, effectum ſortitur etiam, ſi moriatur ſine
filijs, ut conſuluit Alex. conſ. 100. lib. 4.
22 † Secundo ſupponendum eſt huiuſmodi teſta-
toris mentē tum uel maxime perſcrutandam eſſe,
quando ueriſimile eſt aliquo pacto tabellionis im
peritia, aut incuria omnino uerbis explicatam
23 non fuiſſe, quod utinam non ſepiſsime accideret †
quemadmodum euenire dicit Corn. conſ. 126. col.
24 pen. uerſ. quia ſepe contingit lib. 2. † ex eo quod
ſepe notarij in ſchedula uoluntatē teſtatoris ſuſci-
piant, poſtea domi extendant, & clauſulas etiam
25 ab ipſis non intellectas apponant, † quę imperitia
& incuria Notarij parti obeſſe non debet l. Im-
perator. ff. de ſtat. ho. l. ſi librarius. ff. de leg. iur.
glos. ad l. ult. C. de fideiuſ. Ias. ant. nouiſsima col.
8. C. de in offi. teſt. Vnde precipue in ultimis uo-
26 luntatibus, † in quibus iterum non redit arbitri-
27 um l. 1. C. de Sacro. eccle. † Iudices debent pede-
tentim incedere, perſcrutari ueſtigia mentis te-
ſtantium, ſicuti Venator leporem, ut admonet
28 Bal. in l. quidam. C. de neces. ſer. here. inſti. † &
de uerbis curandum non eſt, quando conſtat de
mente Bal. l. eum ante. C. de donat. ante. nup. In
pręſenti caſu nemo ſani capitis non uidet, ut ex.j.
dicendis apparebit, ueriſimiliter notarij incuria,
aut errore omiſſam mentionem bonorum, ſiue ter
rarum, & ſolam mentionem domorum intra dd.
foſſatos exiſtentium factam fuiſſe in fideicommiſ-
ſo, ad quod uocati ſunt filij Frondoſij, merito ad
teſtatoris mentem undecūque coniecturis indicijs
& ſignis colligendam, recurrendum eſt ſine dubio.
His ſuppoſitis, quod teſtator uoluerit filios
Frondoſij vocare non ſolum ad domos uerum eti-
am & terras intra dd. foſſatos exiſtentes, licet non
omnino clare uerbis expreſſerint. Imprimis col-
ligitur, (ni fallor) quia ſicuti teſtator fecit inſti-
tutionem in tribus ſuis bonis ſtabilibus & etiam
ſubſtitutionem primam reciprocam, ibi, ſuccedat
vnus alteri, & alter alteri ita ultimā ſubſtitutionē,
de qua dubitatur ambobus inſtitutis morientibus,
in uniuerſis bonis ſtabilibus facere uoluiſſe, cre-
29 dendum eſt, † tum quia mutatio uoluntatis tam
repente non pręſumitur. argumento. l. non ad ea
ff. de cond. & demon. tum quia ſi vniuerſa dd.
30 bona in hanc ſubſtitutionem non ueniunt, per
fideicommiſſum hoc ultimum teſtator de eis non
diſpoſuiſſet, cum non poſsit deberi filiabus te-
ſtatoris, quib. tantū ſtabilia ſita extra foſſator reli-
cta ſunt, ut ergo etiā de his terris diſpoſuiſſe appare
at, ut uoluiſſe ueriſimile eſt, neceſſe eſt fateri filijs
Frondoſij eas deberi uigore pdictę ſubſtitutionis.
Comprobatur id ipſum, & poteſt eſſe Secun-
31 da coniectura uoluntatis ipſius teſtatoris, quia
poſt uniuerſalem inſtitutionem filiorum † ſtatim
teſtator appoſuit duas ſubſtitutiones. Vnam re-
ciprocam inter filios, aliam ambobus filijs dece-
dentibus, & quidem eas complexus eſt vnica
oratione. & ſtructura uerborum ſimilium, ibi,
cum hac conditione &c. per eadem uerba ordi-
nando, qui ſuccedunt, ſi alter, & ſi ambo dece-
dant, vnde ſicut quando alter, ita quando ambo
decederent, uoluit in omnibus per ſubſtitutos
ſuccedi arg. l. iam hoc iuri. & not. per doct. per il
lum tex. ff. de vul. & pupil.
Tertia coniectura eiuſdem uoluntatis dici-
32 tur, quia in ea ipſa ſubſtitutione, de qua dubita-
tur, † partitur ſua bona in duas tantum partes,
vnam de his, quę ſunt intra foſſator, alteram ex-
tra illos, quaſi tacite ſignificans, cum domibus
intra foſſator comprehendere uelle terras in eo-
dem loco exiſtentes, alias tres partes feciſſet, &
de terris particulariter, ut de domibus diſpoſuiſ-
ſet. & cum non fecerit ſignum eſt urgentiſsimum
eas cum domibus coniungere uoluiſſe, argumen-
to l. 1. §. ex fundo. ff. de hęred. inſtit. cum ſimi.
33 † Quarta coniectura eſt, quia ipſe teſtator dum
uixit prędictas domos conſtruxit gratia cuiuſ-
dam grati receſſus quotannis faciendi prout eum
feciſſe, ſemper mihi pręſupponitur per aliquos
menſes, eosq; hortos, & terras, ibi intra dd. foſſa
tos exiſtentes, habuiſſe pro appendicijs, & pędiſ
ſequis domorum, in quibus ipſe & familia reci-
piebatur, fructuſq; omnes terrarū in eis conterere
cū liberis, & familia ſolebat, quo caſu ſine dubio,
etiam ſimplici appellatione domorum, Hortos,
& terras adiacentes complexus eſt l. prędijs. §. qui
domum. ff. de leg. 3. ubi Bar. nu. 1. per illum tex.
34 † dicit, quod primogenitus, qui ex conſuetudine
debet habere domum principaliorem, habebit eti
am omnia appendicia domus, quatenus teſtator
in uſu habuit.
35 † Quinta nō leuis elicitur coniectura, quia ut
ex facti narratione apparet teſtator dum uixit do-
mos in Villa, ac etiam duas alias domunculas ex
tra Villam conſueuit concedere pro uſu, & habi-
tatione eorum, qui terras prędictas colere, culti-
uare, & ſerere ſolebant, atq; ita quaſi addictas, &
vnitas terris, & terras domibus, quo ſtante nullo
pacto cuiquam ueriſimile uideri debet, Virum pru
dentem, uti erat hic Alexander, uoluiſſe domus p-
dictas a terris ſeparare, & filij Frōdoſij, domos, ter-
ras uero hęredib. relinquēdo ꝓpter rū ęę domus
ita ſeparare, parū ꝓdeſſet filijs Frōdoſij & magnū
incommodū, graueq; preiudicium ea ſeparatio al
latura eſſet hęredibus. q ſine habitatione & domib.
colonū aliquē aut ſaltē, nō ſine diſpēdio in edificā
dis alijs domib. colonos illarū terrarū tenere poſſēt.

Quinimo uerìſimile eſt attenta eius longa conſue
tudine, & ſupradicta congruitate in fideicommiſ-
ſo domorum comprehendi uoluiſſe etiam terras
predictas, & quod uerìſimile eſt ſemper attendi
36 debat, † nec eſt nouum uerìſimilia ſemper atten-
denda, contra autem, que uerìſimilia non ſunt,
reſpuenda l. non eſt uerìſimile ff. quod met.
cau. l. ſi debitor. §. uerìſimile eſt. ff. de contra.emp.
l. neſennius. ff. de neg. geſt. cum infinitis propo-
medum congeſtis per Tiraq. ad l. ſi unquam in
pręta. nu. 37. & ſeqq. C. de reuoca. donat. nec
37 mirum, quia † quod a uerìſimili remotum eſt,
habet falſitatis imaginem ſecundum Bal. l. pri-
ma col. 3. C. de ſer. fugi. † Ideoque ibi ſubdit caſ-
ſatam fuiſſe inquiſitionem in qua dicebatur do-
minum ſequutum mandatum famuli delictum per
petraſſe, ſequitur Barba. conſ. 7. col. 4. conſ. 47.
col. 1. conſ. 56 enl. pen. lib. 2. & inter conſilia
38 Calca. conſ. 27. col. 2. uerſ. & in iſto caſu, †
Optime facit, quia pręſumptiones, & coniectu-
rę aptandę ſunt ad uerìſimilia non è contra ſecun-
dum eundem Bal. in l. nulla. C. de iur. dot. & l.
ultima in ultimo not. C. de hered. inſtitu. in l. ge-
neraliter. col. ult. q. 7 C. de non nu. pecu. pro-
39 ut etiam appoſite deſeruit, † quod nulla diſpoſi-
tio adeo generalis eſt ut trahi debeat ad inueri-
ſimilia Ang. conſ. 349. col. 2. uer. pro hac parte.
40 Quid plura? in ſpecie certum eſt, † ꝙ in interpre-
tanda uoluntate teſtatoris, ut hic, attenditur id
quod eſt uerìſimile c. inſpicimus de reg. iur. in d.
l. ſeruus plurium. §. ult. de leg. 1. l. ſi cum uel in ute-
ro. C. de teſt. milit. & poſt alios per hęc tradit Af-
flic. deci. 44. nu. 18. & rurſus nu. 26.

Sexto mens teſtatoris noſtri etiam ex uerbis te-
ſtamenti deducitur (ni fallor) clariſsime, quia
(ut refertur) predictę omnes domus filijs Fron-
doſij relictę poſitę ſunt partim in d. Villa San-
cti Siluestri, partim uero in illius tenuta. Vnde
ſi eas tantum relinquere illis uoluiſſet ſatis illas
demoſtraſſet teſtator, dicendo, in domibus ipſius
teſtatoris ſitis intus uillam, & eius tenutam San-
cti Siluestri, ſubiciendo autem intus foſſatos uer-
ſus Caſtrum Ilicis, & caſtrum duorum Sancto-
rum, ſatis oſtendit uelle comprehendere, quid
aliud poſitum extra d. tenutam intus dd. foſſatos
tamen, & conſequenter cum domibus terras intus
foſſatos exiſtentes, cum alias domos non haberet
ibi niſi ſupradictas in tenuta d. Villę, & ſi aliter di
41 ceremus uerba illa, intus foſſatos &c. † eſſent ſuperfl
ua, & nihil operarentur contra l. ſi quando C. de leg.
2. l. ſi ſtipulatus ff. de uſur. c. ſi papa de priu. in 6.
Bal. in rub. de contr. empt. q. 3. cum adductis per
Ias. l. liber homo. §. decem. primo not. de uer. obl.
& per Fely. c. ſicut Romana col. 5. uerſ. & dicit
Bal. de reſcrip.

Septimo eadem teſtatoris mens, & uoluntas oſ
tenditur, quia licet teſtator faciat duas ſobſtitutiones,
Vnam de filijs Frondoſij, alteram de fillabus ſuis,
& in prima explicite ſolum mentionem facere ui-
deatur de domibus; in Secunda generaliter de bo
nis, implicite tamen in utraq; bona ſtabilia relin-
quere uidetur. In prima intra foſſatos, in 2. extra il-
los ſita exiſtentia, Id quod apparet inferri eui-
denter, non ſolum ex ſuperioribus, uerum etiam
ex illis uerbis ſecundę ſubſtitutionis, quę decla-
42 rant mentem primę pręcedentis, † ponderando
dictionem alijs, quę cum ſit ſimilitudinaria ut not.
glos. & omnes .l. ſi fugitiui. C. de ſuct. & in c. ſa-
des de reſcript. Oſtendit, quod in prima uoluit
comprehendi ultra domos, terras intra foſſatos, ſi
cum in ſecunda comprehendit omnia bona ſtabi-
lia ſita ex. foſſatos, pro ut etiam conſiderando,
quod teſtator in ſecunda poterat ſe paucioribus
uerbis expedire, in alijs uero bonis, ubicunque ſi-
tis ſuccedant filię feminę, ſed quia ſua intentionis
erat, eas ſubſtitutiones ſeparare dd. foſſatos, ita ut
in prima uenirent omnia ſtabilia poſita intra, in ſe-
cunda uero poſita extra, Ideo appoſuit illa alia uer-
ba, quę alter non fuiſſent neceſſaria, & nil operarentur
extra dictos foſſatos. Ex quibus cum clare colligi-
43 tur ſupradicta mens teſtatoris, † ſi non ex ſingu-
lis, ſaltem ex omnibus ſimul iunctis arg. l. ſpado-
nem. §. qui iura multa de excuſ. tuto. fatendum
eſt uel quod appellatione domorum hic terrę adia
centes etiam ueniant ſaltem ex mente, uel quod er-
rore, aut incuria notarij in contextu teſtamenti
poſt uerbum domibus omiſſum ſit deſcribi aliud,
& bonis. ut eſſet ſenſus iux. mentem prędictam
quod in domibus, & bonis alijs ſitis intra foſſatos
filij Frondoſij; in alijs uero bonis ſitis extra foſſa-
tos ſuccederent filię feminę; & uerificatur quod
44 ex Bal. ſupra citato diximus; † incuria notariorum
multa omiſſa, quod in pręiudicium partium eſſe
non debet.

Non obſtat l. Olimpico de ſer. urb. pręd. c. ult.
22. q. 2. c. ego Ludouicus 63. di. c. Raynutius de
teſta. c. 1. de cenſi. & c. 1. deci. quę licet ſupra
ſeparatim in contrarium fuerint adducta, quia ta-
men ad unum tendunt, nempe quod ſi diſpoſitio
loquens de domo, non extenditur ad Hortum,
cenaculum, ſiue alias terras adiacentes domui, ſi-
45 mul tolli poſſunt. † Nam reſp. primo contrarium
regulariter eſſe ſtatuendum; nempe legato domus
pertinentias, hortos, & omnia appendicia conti-
neri, ut eſt tex. in l. prędijs. §. qui domum ff. de
leg. 3. ubi poſt Iac. Ra. in d. l. Olympico, quę eſt
ult. ff. de ſer. urb. pręd. Idem tenuit per illum tex.
Bartolucius de capua, & Nicol. de Neapo. in d. l.
prędijs §. penul. quos refert. Barb. in d. c. Raynu-
tius ſub nu. 6. Idem firmat. Io. Leci. de primogen.
46 lib. 2. q. 4. ſub. nu. 7. uerſ. ſed in cōtrariū, † ubi dicit
hanc opinionē ſe credere de iure ueriorem. allegās
47 illud Bar. in d. l. prędijs qui domum, † quod ſtante
conſuetudine, quod primogenitus habeat domū
principalem habebit omnia appendicia ipſius do-
mus, Idem aperte ſequi uidetur Affli. de iur. pro. &
in prin. legis. 3. not. in. fi. nu 13. aſſerēs ꝑ d. l. ꝑdijs. §.
penul. appellatione domus, & ſic ꝑdij Vrbani ueni
re etiā fundum, & ꝑdium ruſticum, balneum, hortū
terramq; adiacentem, & ſi hoc uerum eſſet, ſuffice
48 ret ad omnia in contrarium allegata, † uerum quia
id indiſtincte tenere non eſt tutum alijs modis reſ-
pondebitur.

Secundo igitur ad contraria reſpon. illa locū ha
bere poſſe, quando Hortus aliꝗ; terrę non ſunt
49 ibi gratia domus paratę, † ſecus ſi paratę gratia
domus, quia tunc appellatione domus uenire
dicuntur, quaſi pars domus Bal. & Ang. d. l.
Olim-

Olimpico. idem Bal. l. 2. C. de bo. uac. lib. x. Doct.
in l. plerique. ff. de in ius. uoc. uolentes propte-
50 rea, † priuilegium d. l. plerique, quod quis rea-
liter citari non poſsit in domo, extendi ad Hor-
tum, & aream, quę vna clauſura eſſent cum do-
51 mo, uel ibi paratę cauſa domus, † idem ſi domus
ſit in campo aliquo Bal. l. ſi quando. C. de bon.
uac. lib. 10. Idem glos. pragmaticę ſanctio. uer.
52 in eccleſijs. tit. de concubi. † Ide de ſtabulo tradit
Jas. l. ult. C. de conſti. prin. & Pet. Ancha. conſ.
291. ſuper pluribus nu 2. Bar. Vero. de ſer. urb.
pręd. cap. 76. tit. de horto. nu. 2. Io. Leci. d. q.
4. nu. 7. & 8. & poſt alios Baib. d. c. Raynutius
ſub. no. 6. & ibi late & clare. Gui. Bene. uer.
Hortum nu. 2. & ſeqq. & pro hoc eſt tex. clarus.
d. l. prędijs § qui domum. ibi ſi hortum domus
cauſa comparauit. In pręſenti caſu d. terrę ſunt
paratę cauſa dd. domorum, merito &c. Quod,
autem paratę ſint cauſa domorum patet, quia d.
Alexander principales eas domos iux. hortum ha-
bebat cauſa ſeceſsus, & recreationis, bona autem
alia intra dd. foſſatos, ut ameniorem, ſalubrio-
remque eam redderet, ad uſumque, & ſeruitium
dd. domorum deputata, ut ſupra dictum eſt, qui
bus caſibus ea bona cauſa domus, ſine dubio para
ta dicuntur.
53 † De primo quando parata ſunt, ut ameniorem
&c. clare probat tex. ipſe d. l. predijs § qui do-
mum, ibi, ut ameniorem domum, & ſalubrio-
54 rem poſsideret. &c. † De Secundo quando pater-
fam. ad uſum, & ſeruitium domus deputauit, ex-
preſſe tradit. Bar. d. §. qui domum nu. 1. ibi qua-
tenus teſtator in uſu habuit, rurſus ibi nec ad uſum
domus deputatus Iterumque ibi, dic quod ex uſu
deſtinatoris pręſumitur uoluntas d. § qui domum
& l. damnas. ff. de uſuf. lega. & tradunt omnes alij
in ſupra citatis locis: & clarius ceteris Guil. Bened.
d. uerſ. & hortum nu. 7 ubi etiam in fortioribus
55 terminis nu. 12. dicit, † Ciuem quendam Catur-
cenſem Manſum terrę, ideſt quantum duobus bo
bus ſufficit, ſuis finibus limitatum habuiſſe, dein-
de certum territorium ei uicinum per ſe emptum
vna cum prędicto Manſo in emphiteuſim ſub vna
eademque penſione dediſſe; poſtmodum in
eius ultimo teſtamento manſum cuidam filio ſuo
ſimpliciter prælegaſſe, & cum ipſe ex facto inter-
rogatus eſſet, an territorium emptum legatario
cum d. Manſo deberetur, dicit ſe conſuluiſſe pro le-
gatario, argumento d. l. prędijs § qui domum cum
ſimil, pręcipueque illa ratione inter alias, quas
ibi refert, quia uſus pater fa. illo territorio fuerat
unito ei manſo, pro ut in caſu noſtro d. ter-
ris domibus principalibus in tenuta d. Villę exiſ-
tentibus. Ratio autem prędictorum eſt, quia ex
eo, quod defunctus parauit eas terras cauſa do-
morum, uel ad uſum domorum deputauit appa-
56 ret de eius mente † ex uſu enim deſtinatorio appa
ret uoluntas d. l. damnas. de uſufr. leg. d. §. ſi do-
57 mum, & ibi aperte Bar. nu. 3. † quando autem de
uoluntate apparet in ipſis fideicommiſsis, eam
attendimus, non uerba, ut ſupra diffuſe oſten-
ſum fuit, & ſine dubio, ut mens ſaluetur non ha-
bent locum iura allegata in contrarium.
Multis alijs modis reſpondere poſſet ad iura al-
legata in contrarium, & quidem ſpecialiter ad ſin
gula, & in puncto de quo queritur quod d. Hor-
tum, puteum, fontem, ſeu piſcinam, & eas tan-
tum terras, quę ſitę ſunt intra portam, & ſępes
& magis adherent domibus principalibus, de
quibus nulla uidetur eſſe dubitatio, cum ſint anne-
xa, appendicia, pediſſequa, & quaſi pars dd. do-
morum, ut uolunt omnes in predictis locis, quia
tamen conſultatio hęc noſtra non ſe reſtringit ad
hęc tantum, ſed ad omnia ſtabilia intra dd. duos
foſſatos exiſtentia, iſta omnia in d. fideicommiſſo
compręhendi oſtendimus, non iuſtabo latius ali-
as reponſiones referendo.

Non obſtat quod in fideicommiſsis ſtricte
procedatur, & eatenus tantum ex eo inferatur,
quatenus expreſſe dictum eſt Old. d. conſ. 21.
cum alijs ſupra allegatis, quia patet reſponſum
ex ſupra citatis, locum enim habet, quod Old.
58 & ſequaces affirmant in dubio, non autem
ubi ex uoluntate teſtatoris aliud apparet, cum in
omnibus hominum diſpoſitionibus, precipuè
autem in fideicommiſsis, uti regina, & omnia
gubernans mens attendatur, etiam ſi ex conie-
cturis ea colligatur, ut ſupra plene probatum ex-
titit, quod autem in pręſenti caſu de mente te-
ſtatoris ad fauorem filiorum Frondoſij conſtet
ſatis, ſuperque ſupra probatum fuit, meri-
to &c.

CONSILIVM LXVII.

Argumentum.

Quando fideiuſſor de repreſen-
tando non teneatur repreſentare il-
lum, qui ex noua cauſa deliquit.

SVMMARIVM.

*Fideiuſſor de repreſentando non tenetur ſi requiritur re
preſentare poſtquam principalis reperitur poſitus in
banno uel condemnatus nu 1.*
*Et ſecundum ueriorem, equiorem, & humaniorem
ſententiam poſt accuſationem tantum ſi de delicto noto
rie conſtat nu 8.*
*Etiam ſi condemnatus is fuerat tantum a lege, conſtitu
tione, uel decreto ipſo iure.*
*Nec etiam tenetur repreſentare quando facto, &
culpa magiſtratus fideiuſſor non poteſt, ut quia
Iudex habuit eum in carceribus, & dimiſit nu. 9.
& 17.*
*Pęna quę a lege infligitur ipſo iure, ut committatur, re-
quirit declaratoriam facti nu. 3.*
Fallit in notorijs nu 4.
*Quod ſine dubio procedit quando factum eſt omnio no-
torium, & pęna ipſo iure infligitur nu 5.*
Maxime ſi appareat ex actis Curię nu. 6.
*Secus ſi tantum notorium ſit factum, & pęna non inſe
ratur ipſo iure nu. 7.*

Magiſtratus non tenetur ſeruare Saluumconductum ſine fidantiam reo ſi confiteatur delictum nu. 10.
Maxime in atrocioribus nu. 11.
In homicidijs nu. 13.
Securitas data ab homine ſine autoritate legis non ſeruanda nu. 13.
Securitas data ſimpliciter intelligitur ad cauſas Ciuiles non criminales nu. 14.
Et ſi ad criminales ſaltem non ad incognitas nu. 15.
Nec ad ſuturas ſed ad preteritas nu. 16.
Magiſtratus dimittens e carceribus reum, poſtea requirens fideiuſſores, ut repreſentent, uidetur dimiſiſſe cauſa uexandi fideiuſſores nu. 18.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

SVPPOSITA facti ſpecie, prout ſeriatim poſita eſt per Excellentiſſ. D. Conſulentem, ut præſuponunt etiam Excellentiſsimi DD. ſubſcribentes, & præcipue quod Capitaneus Bramutius Andreonus Eugubinus poſt obligationem factam per fideiuſſores de eum repreſentando toties quoties ſub pœna ſeutorum quingentorum perpetrauerit multa, ac uaria delicta capitalia & de his etiam per acta Curię Ducalis notorie conſtet, quia ea omnia ore proprio ipſe confeſſus eſt, rectiſsime cõcluſum eſſe cẽſeo per ſupra dictos DD. Conſulentes, & ſubſcribentes Io: Mariã Capitanei Tilonis, Capitaneum Io: Bernardinũ Seuerũ, Guidonem Sforzolinũ, & Hieronymum Benarmatum quemlibet fideiuſſorẽ pro quarta parte dd. 500. ſcutorum indebite modo moleſtari ad repreſentandũ d. Capitaneum Bramutium Iuribus, & rationibus per eos cumulatiſsime adductis.

Precipue autẽ, quia licet fideiuſſores de repreſentãdo aliquẽ toties quoties ãteq; ille poſitus ſit in bãno, ſiue condemnatus ex alia cauſa, requiſiti illũ repreſentare non uideantur excuſari a pęna, ſi nõ re-
1 preſentẽt, tamẽ excuſantur ſine dubio, quãdo requiruntur poſt bannum uel condemnationem, ut uoluit Gand. in trac. maleſi. tit. de compa. accus. nu. 66. & rurſus tit. de inquiſi. nu. 50 Bar. in l. ſi uero in princ. nu. 2. ff. qui ſat. cogan. Hercul. de caut. de non offen. c. 23. nu. 16.

Et licet Capitaneus Bramutius ex illis nouis delictis non fuerit bannitus, aut condẽnatus ſententia hominis, eſt tamen cõdemnatus ipſo iure ſaltem ut deductum, & probatum extitit ſupra per Excell. D. ſubſcribentem uigore conſtitutionum ſiue motuum propriorum Summorum Pontificum, &
2 Ducalium, † quo caſu eſt perinde ac ſi lata eſſet ſententia, cum eę conſtitutiones habeant in ſe canonem latę ſententię ad latiſsime not. per And. Tiraq. ad l. ſi unquam glo. reuertatur C. de reuo. donat.

3 Nec dicatur, † quod etiã in pęnis, quę ipſo iure inſligũtur à lege, requiritur ſaltẽ declaratoria facti, quę hic nõ adeſt c. cum ſm. de here. li. 6. & ibi Archi.
4 in fi. Abb. Feli. & alij c. Rodulphus de reſcrip. † quia id non procedit in notorijs ut hic Domi. d. c. cum ſecũdũ §. confiſcationis not. 2, & ibi Fran. pariter ſecũdo not. Feli. c. 1. col. 13. uers. hinc eſt de cõſtit. d. c. Rodulphus col. 2. uers. limit. 1. c. cũ non ab homine col. antep. uers. limit. 1. de iud. & c. 1. in fi. uers. quod dictum eſt de ſponſa, & ſequuntur quã plurimi late cogeſti per Anto. Gab. de crim. conclus. 12. nu. 2. dicitq; Didacus. c. Alma mater. nu. 9. de ſen. excomu. in 6. frequentiſsimo omnium conſenſu
5 pleriſq; in locis receptum eſſe, † & certe non habet difficultatem, quando factum eſt omnino notoriũ, ut hic ex confeſſione proprij oris ipſius rei, ut tradit Dec. c. peruenit. de appellat. & ex ipſis actis curię,
6 ut pariter hic, tradit Par. 1. cõſ. 50. nu. 54. li. 1. † & quũ concurrũt iſta duo, quod factum notorium ſit præcipue ex actis, & pęna ipſo iure impoſita ſit, ut pariter concurrunt in pręſenti caſu egregie concordãdo contrarias opiniones tradit Ant. Gab. d. cõcluſ.
7 12. nu. 4. † concludens contrariam opinionem quod in notorijs requiratur declaratoria, procedere, quũ non ſuccedit pęna ipſo iure, quia tunc etiam in notorijs requiritur declaratoria ſecundum illos.

Ex alio etiam uidetur accedendũ ſententię ſupra
8 dictorũ dominorũ ad ſauorem fideiuſſorũ † quia uerior, ęquior, & humanior uidetur opinio, quod fideiuſſores excuſentur a repreſentãdo reum non ſolũ poſt bãnũ, uel condẽnationem eius ex noua aliqua cauſa, uerum etiam poſt ſolum ipſam accuſationẽ, quãdo de delicto, & cauſa notorie conſtat, ſm Hippo. in rub. de fideiuſ. nu. 151. quem ſequitur Hier. Gab. conſ. 181. nu. 21. oſtendens nimis inhumanũ eſſe tali caſu cogere fideiuſſores ad repreſentandũ eum, qui ad mortem certiſsimam profecturus nunquam adduci poſſet ad comparendum.

Præterea in hanc ſententiam pro fideiuſſoribus maxime trahimur, quia Capitaneus Bramutius in ſtatu, in quo reperitur, poſitus eſt facto, culpa, & opera magiſtratus, cũ in carceribus eũ habuerit, & prędicta grauiſsima delicta confeſſum e dd. carcerib. dimiſerit, & hodie eundẽ timore pęnę mortis ob d. delicta imponẽdę fideiuſſores repreſentare nõ poſ-
9 ſint, quo caſu cũ impedimẽtũ hoc preſtitũ fuerit, facto, culpa, & opera ipſius magiſtratus excuſat fideiuſſores l. 2 § fi. & ibi doc. ff. ſi quis caut. Paul. Caſt. in rub. ff de eo per quem ſac. erit. &c. notant Ab. Dec. & alij, dum ibi loquuntur de impedimento magiſtratus, & Iudicis in c. ex ratione de appe. & in terminis noſtris tradit Noui. conſ. 103. in fi.

Nec obſtat, quod Capitaneus Bramutius a carceribus dimiſſus fuerit uigore fidantię ſiue ſaluiconductus precedentis. Quia tunc aut ſecuritas fuit pro delictis pręteritis de quibus Capitaneus Bramutius erat inquiſitus, ut ſe defenderet a delictis, de quibus nouiter imponebatur, & tunc cum ſecuritas prędicta non comprehenderet noua iſta delicta, male relaxatus fuit a Iudice, & impedimentum hoc inſtitutum culpa iudicis excuſat fideiuſſores. Aut ſecuritas fuit data pro iſtis nouis delictis quod non cre-
10 do, & tunc idem, † quia magiſtratus non tenebatur ſaluũconductũ, & fidantiã obſeruare, promittẽs .n. ſecuritatem reo, ſi delictũ confiteatur, non tenetur ſeruare Imo. l. is qui reus col. ult. ff. de pub. iud. Prepo. Alex. & Gemi. c. ſi quelibet, & c. utilem. 22. q. 2. Feli. c. afferte de pręſumpt. Hippo. ſing.
11 177. † & in huiuſmodi delinquentibus, & atrocioribus

tibus delictis fidem non eſſe ſeruandam uidetur
tex. in §. neq; autem homicidis. aut de manda.
12 prin. & ibi glo.& Io: Belui. per quem tex. † ſalu-
umconductum non eſſe ſeruandum homicidę tra
dit Signo. conſ. 102. in princ.& in fi.Pet. de Mon
te in ſuo repertorio uerſ. ſaluus conductus. Bal. in
§. item ſacramenta circa finem de pac. iura. fir. &
13 doc. alibi ſępe, † & clarum eſt quod ſecuritas da-
ta ab homine ſine autoritate legis ſeruari non de-
bet ſecundum vnum alium intellectum eius tex.d.
§. ſed nunquam, ut intelligit Vital. de claus. tit.
nil noua. ſecur.pend.ſub nu.23.uerſ.3.caſu &c.
14 † Quia dici poteſt, q trahebatur ad cauſas ciui-
les tantum, non ad criminales. de eis nulla facta
mentione. l. ij. cum glo. C. de his quæ ad Eccleſ.
confug. & tradit Vit. de claus. tit. nil. no. ſecuri.
pendente. nu. 10. poſt Bar. ubi per eum, aut ſi ad
15 criminales cauſas trahenda eſſet † certe ad ea de q.
bus erat incognitum, aut pro quibus requireba-
tur Capitaneus Bramutius intelligi non poterat,
16 † ſed p pręteritis,ut ſupra,& ſi pro his etiã intelli
gi potuiſſet, ſeruanda minime fuiſſet per allegata
17 ſupra, ex quibus negari non poteſt, † quod impoſ
ſibilitas, ſiuè ſaltem difficultas iſta repreſentandi
Capitanum Bramutium facto, culpa, & negligen
tia magiſtratus cauſata fuit, & conſequenter ſub
ſequitur fideiuſſores hodie non teneri, ut ſupra di
18 ctum fuit, † Quinimo ſi aliter diceretur poſſet ui-
deri magiſtratum, qui Capitaneum prędictum in
carceribus detentum, & huiuſmodi capitalia deli-
cta confeſſum,relaxauit, id feciſſe, ſtudio uexandi
fideiuſſores, & in eorum damnum, & pręiudici-
um quod non credo vnquam ferendum apud præ-
ſtantiſsimum, prudentiſsimum, & ſapientiſsimum
Principem, pro cuius Fiſco preſens cauſa agitur.

CONSILIVM LXVIII.

Argumentum.

An fideiuſſor de repræſentando liberetur ſi reũ ob delictũ capitale poſtea commiſſũ repreſentare nõ valet. Et quomodo intelligatur tex. & lex ſed & ſi quis.§. illud. ff. ſi cautio;

SVMMARIVM.

Fideiuſsio de repreſentando aliquem intelligitur, ut ille bene uiuat.& dicitur preſtita ex cauſis futuris,& pœna committitur ſi ex delicto futuro non repreſentatur ſecũdum Bal l. 2. § in fideiuſſorem. in lect. anti. ff. qui ſatis. cogan nu. 1.

Secundum Autorem Bal. ibi id non dicit nu 34.

Et reprobatur iſtud p apoſtil.ad Sali.l.pẽ C de fide.nu 35

Et recte ſecundum Autorem quia intelligitur preſtita cautio propter delicta precedentia in dubio ut ibi.

Secus ſi apparet aliquo modo q data ſit propter futura ut quis bene uiuat,quia tunc eſt de bene uiuendo ut ibi.

Cautio de bene uiuendo ſolet preſtari officio iudicis nu.2.

Cautio de bene uiuendo dicitur quando quis à delicto per ſe cõmiſſo ſeu de quo erat inqſitus fuit abſolutus nu.3.

Abſolutus a delicto ſententia quæ trãſitum fecit in iudicatum amplius pro illo moleſtari non poteſt nu. 4.

Etiã ſupuenientib nouis iudicijs, & probationib nu.5.

Fallit quando abſolutus qs fuit quia nil probatũ nu.36

Fallit quando abſolutus quis fuit ſimpliciter nu.37.

Non entis nullæ ſunt partes nu 6.

Promittens ſiſtere in iudicio aliquem nulla ſubſiſtente lite intelligitur de futura, & eſt perpetua nu. 7.

Pœna ipſo iure alicui inflicta a lege, non intelligitur exigenda, niſi precedat declaratoria facti nu. 20.

Fallit in notorijs nu. 21.

Maxime ſi notorium ex confeſsione rei nu. 22.

Et ex actis Curię nu. 23.

Et concurrunt iſta duo factum notorium ex actis, & pęna impoſita ipſo iure nu. 24.

Fideiuſſor de repreſentando tenetur pro delictis futuris ſecundum glo l ſed,& ſi quis §.illud ff ſi quis caut.nu. 8.

Contra uerius nu. 48.

Et eam glo. exploſam nu. 49. & 50.

Fideiuſſor de repreſentando tenetur repreſentare reũ etiam committentem poſtea delicta capitalia, dummodo is non ſit damnatus aut in carceribus detruſus nu 9.

Quod intelligitur coram diuerſe iuriſdictionis Iudice, non ſi deliquit coram quo ſiſtendus uenit nu. 45.& ſeq.

Fideiuſſor nõ tenet̃ rẽpſentare reũ capitaliter dãnatũ n.10.

Etiam damnatum ſententia legis tantum ipſo iure nu.11.

Verba ipſo iure, ipſo facto, ſunt Canonis latę ſentẽtię nu.12

Conſtitutio loquens de pęnis homicidarum, locum etiam habet contra conuerſantes cum bãnitis, maxime diffidatis, ſtantibus bullis pęna furcarum punientibus d cõuerſationem nu.13 nec eſt opus noſtra extenſione quia adeſt conſtitutio Leonis quę facit talẽ extenſionẽ nu 17.

Delictũ grauius cẽſet̃ illud q pęna furcarũ q̃ illud quod pęna capitali punit q ã uerũ ſit Autor nõ firmat nu. 14.

In pęnal b nõ ſit extẽſio etiã à maioritate rationis nu. 15.

Fallit in delictis puniendis,& illicitis cohercendis quia materia fauorabilis eſt nu. 16.

Ducatus Vrbini recognoſcit Sedem Apoſtolicam nu 18.

Bullę Pontificum punientes homicidas, & conuerſãtes cũ bannitis loquuntur tam in ſtatu immediate quam mediate ſubiecto nu. 19.

Fideiuſſor non tenetur repreſentare reũ poſtea delinquentẽ tali delicto ex quo ueniat punĩdus ſed nõ abeodẽ Iudice coram quo uenit repreſentandus reus nu. 25. & nu.42.

Ratio ut ibi nu.43 & 44.

Fideiuſſor non tenetur repreſentare quando ei id impoſſibile, aut difficile eſt, ob factum, & culpam Iudicis coram quo repreſentari debet nu. 26.

Quia impedimentum facto, & culpa magiſtratus cauſatum excuſat fideiuſſorem nu. 27.

Curia relaxans reum ſibi imputet ſi non poteſt eum iterum habere nu.28.

Curia relaxans reum e carceribus uidetur facere ut uexet fideiuſſores ideo non poteſt nu. 29.

Magiſtratus non tenetur obſeruare fidantiam ſeu ſaluum conductum nu 30.

Maxime ſi datus ſit ab hominẽ ſine autoritate legis nu. 31.

Saluus conductus datus ſimpliciter intelligitur ad cauſas ciuiles tantum nu. 32.

Et ſi trahit̃ ad criminales intelligĩt ad pteritas nu. 33.

Fideiuſsio de repreſentando intelligitur ob cauſam quę

aderat tempore fideiuſſionis nu. 38.
Fideiuſſor promittens repreſentare qui detinebatur ob vulnus illatũ alicui, nõ tenetur ſi mors ſequat̃ nu 40.
Intellectus ad l. ſed ſi quis. §. illud .ff. ſi quis caut. nu. 41. & seq uſq; in finem conſilij maxime nu. 45.
Impoſſibilitas excuſat a pœna nu. 44.
Illatio non fit ex diuerſis nu. 46.
Repreſentatio eius qui ad necẽ certã profecturus eſt inhumana eſt, ideo tali caſu fideiuſſor non tenetur repreſentare nu 47.
Culpa non ordinata ad caſum non nocet nu. 47.
Glo. in l. ſed ſi quis §. illud. nolens indiſtincte fideiuſſorem teneri repreſentare reum delinquentem poſt datam cautionem, exploſa eſt nu. 50.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

MEMINI ſuperiore anno p. Excellen. huius ciuitatis Iure conſultos. meui diſſe reſponſũ Io: Martiam Tilionum, Capitanum Io: Bernardinum Seuerum, Guidonem, Sforzolinũ, & Hieronimum Benarmatum. quẽlibet fideiſſorem pro quarta partę ſcutorum 500. de repreſentando Capitanum Bramutium Andreonũ Eugubinum toties quoties corã Ill D.D. Auditoribus Sereniſsimi Ducis Vrbini, indebite moleſtari ad predictam pęnam ſoluẽdam ex eo, quod ſequiſiti de repreſentando, non repreſentauerint, ac etiam eorumdem ſententię, & opinioni me ſubſcripſiſſe. nunc uero q̃ a dd. grauiſsimis uiris ſcripta, a me ſubſcripta fuerunt per Ill. DD. Auditores predictos in dubium reuocantur ex infraſcriptis, & propterea idem ſaxum uoluere, eundemque laborem ſcribendi cogor ſuſcipere, non quidem iure defenſionis illius quam alias opinionem ſubſtinui, quia ſi aliam magis ueritati amicam cognoſcerem, libentiſsime ei accederem, ut par eſt, ſed ueritatis, & ęquitatis oſtendendę gratia, ut dd. fideiuſſorum nomine inſtantiſsime requiſitus ſum.

Igitur quod fideiſſores Capitanum Bramutium non repreſantantes, ut promiſerunt, ad pęnam promiſſam teneantur, inprimis ſecundum predictos
1 uideri poteſt, † quia ultima fideiuſsio pro Capitaneo Bramutio per eos preſtita, de qua modo agitur, uidetur preſtita ex cauſis futuris, ut ipſe bene
2 uiueret, & delictis abſtiueret, † uti p rixoſos cautio de bene uiuendo preſtari ſolet officio Iudicis ad l. congruit ff de off. preſi. l. ęquiſsimum ff. de uſuf. cuſus uigore ex cauſa noui delict preſentare tenentur, alias futuris delictis, quibus obuiare princeps
3 per illam intendit, minime prouideretur † quod autẽ d. fideiuſsio cõprehẽdat cauſas futuras & ſit de beneuiuẽdo (ut appareat) deducitur, qa prima cauſa homicidij ob quam fuerat moleſtatus Capitaneus Bramutius, erat extincta, cum fuerit ſententia, quę
4 tranſitum fecit in iudicatum, abſolutus †, & conſequenter amplius moleſtari non poterat. c. de his
5 de accuſa † etiam ſuperuenientib. nouis iudicijs, aut probationibus l. ſub ſpecie. C. de re. iud. Bar. l. ſi quid ad exibendum ff. eo & in terminis late Silua. * conſ. 75. nu. 18. lib. 2. ubi de communi * maximẽ in caſu noſtro, in quo extitit plene probatum predictum homicidium commiſſum fuiſſe unico tantum vulnere, & illud, ab alio illatum, Vnde cum nulla amplius extaret cauſa, non poteſt fideiuſsio
6 ad ueterem referri, † cum non entis nullę ſint partes l. eius q in prouincia. ſi cert. pet. neceſſe eſt referri ad futuras, quaſi fuerit interpoſita, ut obuiatur futuris delictis, ut ſupra, & conſequenter perpetua, ut dicitur uoluiſſe Bal. in l. 2. §. in fideiuſſorem in lectu. anni. ff. qui ſatiſda. cog. & Sal. in l. pen. uers. aut promiſsio eſt facta C. de fide. dum
7 inquit, † quod quando nulla ſubſiſtente lite inter partes quis alterum ſiſtere in iudicio promittit, intelligitur referri premiſsio ad futurum. & eſt perpetua.

Secundo dato quod tempore d. fideiuſsionis cauſa aliqua uetus duraret, ad huc fideiſſores iſti uidentur obligati ad Bramutium repreſentandum, quia delicta commiſſa per eundem Bramutium fuerunt perpetrata poteſt ipſam promiſsionem de re
8 preſentando, ut in facto pręſupponitur, † quo caſu fideiuſſores indiſtincte tenẽtur, ut aperte uoluit glo. in l. ſed & ſi quis §. illud in uerb. ubi non poſſit. in tertia ſolut. ff. ſi qs caut. ſequitur eam ibi Bal. in prima lect.

Tertio quia quatenus huiuſmodi fideiuſsio preſtita eſſet reſpectu alicuius cauſę pręcedentis, & abſolute uis fieri non poſſet in eo, quod delicta commiſſa ſint poſt fideiuſsionem, uidentur poſſe mole
9 ſtari fideiuſſores, † quia delicta capitalia commiſſa per eum poſtea, non excuſant fideiuſſores reo de illis delictis non damnato. ut dicitur eſſe caſum legis clarum, cui reſponderi non poteſt in l. ſed & ſi quis. § illud. ubi id firmare uidẽtur Bar. Bal. Paul. Caſtren. & cęteri uolentes per illum tex. ita demũ excuſari fideiuſſores, ſi reus damnatus ſit, uel in uinculis detineatur, ita ut impoſibile ſit eũ extrahere. Capitaneus Bramutius nec damnatus, nec in uinculis detentus reperitur, merito fideiuſſores repreſentare poſſunt, & ſi non faciunt, pęna per eos promiſſa committi uidetur.

Cęterum ijs, & ſimilibus in dubijs tranſmiſsis fuſius adductis minime obſtantibus eandem opinionem, quam alias pro fideiuſſoribus ſubſtinuimus, ut humaniorem, equiorem, & ueriorem ſequendam cenſeo.

10 † Primo quidem, quia reo capitaliter condemnato fideiuſſores ad eum repreſentãdum non tenẽntur, ut alias dicebam, optime probat tex. in d. l. ſed & ſi qs. §. illud. & ibi notant omnes. tradit Gãd. in tract. malefi. tit. de compa. accus. nu. 66. & turſus tit. de inquiſit. nu. 50. Bar. in l. ſi uero in princ. nu. 2, ff. qui ſatis. cog. Hercu. de caut. de non offend. c. 23, nu. 16. & omnes ubique. Capitaneus Bramutius reperitur capitaliter condemnatus. merito eum hodie fideiuſſores repreſentare non tene-
11 ntur. Quod autem Bramutius condemnatus ſit ſaltem ſententia iuris conſtar ex conſtitutione Pij ij. quę ſtauit delinquentes, qui capite ueniunt puniendi, quorumq; delicta notoria ſunt, ut iſtud Bramutij ex actis, & eius confeſsione, ipſo iure
12 & facto puniri, † quę uerba ſunt canonis late ſententię glo. in l. in criminali ubi Ang. c. de iur. omn.

tud

iud. in l. ſi fundum ſub conditione §. qui fundum
uerb. ipſo iure. ff. de leg. 1. cum late congeſtis per
Tiraq. l. ſi unquam glo. reuertatur nu. 144.

Nec ad uerſatur, quod hęc conſtitutio loquatur
de homicidijs, de quo delicto non reperitur impu
23 tatus Bramutius †, quia ſatis eſt, quod imputatus
& confeſſus eſt de conuerſatione bannitorum, in
ſignis latronis, graſſatoris, & ſtratarum rubbatoris
Petrini Spoletini, & ſic de delicto grauiſsimo
confiſcatione, & furca puniendo ſecundum
Bullas, & motus proprios, & ſpecialia edic-
ta loquentia de conuerſationibus cum iſto Petrino
24 ſummorum Pontificum, & † ſic grauiore delicto
quam homicidium ſit, attenta grauiori pęna furca-
rum ſecundum opinionem Dec. in c. at ſi clerici
in princ. nu. 6. ubi dicit ita ſe conſuluiſſe, pro ut
uere conſuluit conſ. 65. & determinatum fuiſ-
ſe in ciuitate Lucenſi ſecundum illud ſuum conſili-
um, quod an uerum ſit modo non diſcutio. Nec qc
25 quam obſt.† quod in pęnalibus etiam a maioritate
rationis non fiat extenſio. ut not. Ias. in aut. quas
26 actiones. C. de ſacro. Ecclęs †. quia primo hoc non
procedit quando agitur de delictis puniendis, aut
illicitis coercendis, quia tunc, cum dicatur agi de
materia fauorabili admittitur extenſio, Bar. l. que
madmodum C de agri. & cenſi. lib. xj. cum alijs, qui
eum ſecuti ſunt citatis per Aymo. de anti. tempo.
parte 4. nu. 1. late ipſe idem Ias. ita hoc decla
rans in l. cum quidam nu. 56. ff. de libe. & poſthu.
Secundo quia quicquid ſit de dicta conſtitutione
27 † adeſt alia Leonis x. quæ refert illam Pij ij aliam
Sixti iiij. aliam Iulij ij. & quod dicebatur de homi-
cidijs extendit ad quoſcunque alios capitali pœna
damnatos, & ſic non indigemus extenſione.

Minus obſtat, quod Ducatus Vrbini exemptus
dicatur a Poteſtate Papę in temporalibus, ut dici-
tur cōſtare ex ampliſsimis cōceſsionibus, quas ob
18 tinet Sereniſsimus Dux ille, † qa notoriū eſt, Duca
tum iſtum eſſe ditioni Eccleſię Romanę, & ſummi
19 Pontificis mediate ſubiectū † pro ut etiā bullas, &
ſtitutiones prędictas loqui tam de immediate, quā
de mediate ſubiectis cum ampliſsimis clauſulis de
rogatorijs quarumcumq; conceſsionum. & de
rogatoriarum, ita ut dubitandum non ſit etiā Du-
catum prędictum ſub eis comprehenſum.

20 † Minus obſt., quod etiam quando pęna infli
gitur, ipſo iure, ſaltem requiritur ſententia decla-
ratoria facti, nempe reum deliquiſſe iux. c. cum ſe
cundum. & ibi not. per doc. de here. lib. 6. Ab.
Fely. & alios in c. Rodulphus de reſcri. Bars. conſ.
21 14. nu. 18. cum ſeq. & conſ. 43. nu. 12. Quia ut
alias dicebam id non procedit in notorijs, ut hic
Domi. & Franc. d. c. cum ſecundum § confiſcatio-
nis. uterque not. 2. Feli. c. 1. col. 33. uerſ.
hinc eſt. de conſti. d. c Rodulpus col. 2. uerſ. limi
ta primo. c. cum non ab homine. col. antepe. uerſ.
limita primo. de iud. & c. 1. in fi. uerſ. quod dictū
eſt de ſpon. & ſequuntur quam plurimi. late con-
geſti per Gab. de crimi. conclus. 32. nu. 2. dicitque
Didac. c. alma mater nu. 9. de ſent. excom. in 6.
frequentiſsimo omnium conſenſu pleriſque in lo-
22 cis id receptum eſſe † & certe non habet difficul
tatem, quando factum eſt omnino not. ut hic. ex
confeſsione proprij oris ipſius rei, ut tradit egre-
23 gie Dec. c. peruenit de app. † & ex ipſis actis Curię
24 ut hic, & tradit Parit. conſ. 50. lib. 1. † Maxime,
quando iſta duo concurunt, quod factum notorium
ſit precipue ex actis, & pęna ipſo iure ſit impoſita,
ut concurrunt hic. ut concordando opiniones fir
mat Gab. d. conclus 12. nu. 4.

Secūdo ꝑ fideiuſſorib. mouebar in ſubſcriptio
ne mea. & nunc etiā moueor, qa uerior, equior,
25 & humanior eſt ſententia, † quod fideiuſſores ex-
cuſentur à repreſentando reum, non ſolum poſt
bannum, & condemnationem, ex noua aliqua ca
uſa ut ſupra oſtenſum fuit, uerum etiam ante, quan
do conſtat reum poſtea deliquiſſe, & ex eo deli-
cto puniendum eſſe per eundem Iudicem, coram
quo repreſentandus uenit, ut hic. Hipp. in rubri. de
fideiuſſ. nu. 151. quem laudat, & ſequitur Hier.
Gab. conſ. 181 nu. 21. lib. 1.

Non obſt. quod ſemper requiratur reum eſſe
condemnatum ad hoc, ut fideiuſſores non tene-
antur ad repreſentandum eum per d. l. ſed, & ſi
quis §. illud; maxime quando delictum eſt com-
miſſum per reum repręſentandum poſt fideiuſsio-
nem prędictam ſecundum Bal. d. §. illud, ut ſu-
pra dicebatur in ſecundo, & tertio argumentis in
contrarium adductis, quia patebit reſponſio ad
utrumq; .i.

Tertio in hanc ſententiam pro fideiuſſoribus
26 trahebar, & etiam nunc etiam hęreo, † quia Bramu-
tius in ſtatu fugę, & impoſsibilitatis, aut ſaltem
difficultatis, maxime repreſentandi, in quo repe-
ritur, fuit poſitus facto, opera, & culpa magiſtra
tus, cum in carceribus eum habuerit, & grauiſsi-
ma delicta confeſſum, e carceribus dimiſerit, &
hodie eumdem timore pęnę mortis ignominio-
ſę ob dd. delicta infligēdę fideiuſſores repreſētare
27 non ualeant, † quo caſu, cum impedimentum præ
ſtitum ſit facto, opera, & culpa magiſtratus excu
ſat fide iuſſores l. 2. § fin. & ibi doc. ff. ſi quis caut.
Paul. Caſtren. in rub. ff. de eo per quem fact. erit.
not. Ab. Dec. & alij in c. ex ratione. de appella.,
& in terminis hiſce tradit Noni. noſter conſ. 103.
in fi. & uidetur ſatis equum, cum fideiuſsio huiuſ-
modi regulariter ob aliud non exigatur, niſi, ut cu
ria liberetur a moleſtia perquirendi reum, a qua
iam ſatis ſuperque liberata eſt, quando habet in
28 manibus, † & ſibi imputare debet ſi dimiſerit,
29 † quin imo ſi aliter diceretur poſſet Curia tali caſu
uideri Bramutium in carceribus habitum, & hu-
iuſmodi capitalia delicta confeſſum relaxans, id
feciſſe data opera, & ſtudio uexandi fideiuſſores,
magis quā curam habuiſſe, ut pęnam pecuniariam
ab eis promiſſam in caſum non repreſentationis
exigeret, quam ut reum pœna mortis afficeret.

Nec quicquam obſt quod Bramutius e carceri-
bus demiſſus fuerit uigore ſecuritatis, fidantię, ſi-
ue ſalui conductus precedentis, quia & hoc ſubſtu
li alias, & nunc repeto. Aut. n. ſecuritas illa fuit
pręſtita pro delictis pręteritis, forte quia uolebat
ſe defendere ab illis confeſsis poſtea, de qui-
bus imputabatur, & tunc, cum ſecuritas non
compręhenderet noua illa delicta, negari non po
teſt, quin male á magiſtratu fuerit relaxatus, atq;
ideo impedimentum hoc pręſtitum a magiſtratu
excuſat fideiuſſores ex ſupra dictis.

Aut

Aut ſecuritas fuit data pro nouis iſtis delictis
30 (quod non puto) & tunc idem,† quia magiſtratus
non tenebatur eam obſeruare Imo.l.is qui reus col.
ult. ff.de pub.iud. Prepo. Alex. & Gemi.c.ſi quę
liber, & c.uulem 22. q. 2. Feli. c. afferte de pre
ſumpt. Hippo. ſing. 177. maxime in huiuſmodi
atrocioribus delictis,ut uidetur tex in §. neq; au-
tem, authe.de manda. princ., & ibi glo. & Iaco.
Belui. per quem tex.ſaluumconductum non eſſe
ſeruandum homicidę tradit Signo. conſ. 102. in
princ. & rurſus in fi. Pet. de monte in reperto.
ſuo uers. ſaluusconductus Bal. §. item ſacramenta
circa finem de pac. iur. fir; & alibi doct. ſepiſsime
& dicit Vital. de claus. tit. nil no. ſecur. pend. ſub
31 nu. 23. uers. ſecundo caſu &c. † ſecuritatem datã ab
homine non autoritate legis ſeruari non debere
ſecundum alium intellectũ eiuſdem § neque autem
32 † Aut ſecuritas fuit data ſimpliciter, & tunc aut
intelligitur ad cauſas ciuiles tantum, ſecundum
glo. l. 2. C. de his, qui ad eccle. confu. & tradit
Vitali. d. loc. nu. 10. poſt Bar. ubi per eum, &
33 ſine dubio idem dicendum eſt,† Aut intelligitur
trahi etiam ad cauſas criminales, & tunc non com
prehendit eas, pro quibus Bramutius requireba
tur, ſed pro preteritis, ut ſupra & ſi ad illas trahe-
batur magiſtratus obſeruare non cogebatur per
ſupra latius adducta.

Non obſtant quæ ſupra in contrarium excitata
ſunt in quibus diſſoluendis ueritas, & ęquitas hu-
iuſcę conſultationis dilucidior apparebit.

Igitur non obſt. primo quod cauſa fideiuſsionis
penitus eſſet extincta, & propterea uideatur pro
miſsio de repreſentando facta ex cauſis futuris, &
quaſi quedam promiſsio de bene uiuendo, quæ
durat perpetuo ſecundum Bal. l. 2. §. in fideiuſſo-
rem lect. anti. ff. qui ſatis. cog. & Sali. d. l.pen. C.
34 de fideiuſſ.† quia reſpondetur primo Bal. d. loco
id non dixiſſe & uere ego non reperi apud eum,
licet eum citet ad id d.loc. Apoſtil.ad Sali.d.l.pen.

Secundo Poſito, quod Bald. id dixerit, allega-
35 uit l. ſi uxori §. ſi fugitiuum ff. de furt. qui tex † nõ
probat aſſumptum Baldi, ut aduertit etiam dicta
appoſtilla, quę reprobare uidetur illud dictum
Baldi, tum quia ſine lege loquitur, tum quia con
trarium ſentit Bar. ſecundum illam appoſtillam.

Tertio quicquid ſit de opinione Bal. & Sali.
quando cauſa nulla ſupereſt tempore fideiuſsionis
reſpondetur non eſſe uerum cauſam nullam d.tem
pore adfuiſſe, & contrarium oſtenditur in primis
quoad illam cauſam homicidij, quia licet fuerit
Bramutius abſolutus, & propterea dicatur, quod
amplius ſuper hoc moleſtari non ualeat d. c. ſuper
his.de accuſa. cum ſim.collectis per Clar. ſente.re
cep.lib. 5 § ultimo q. 57.in princ.non tamen hoc
36 procedit indiſtincte, † ſed qñ quis fuit abſolutus
adiecta cauſa, quia non deliquit, non quando,
37 quia non fuit delictum probatum, † uel etiam ſim
pliciter, quo caſu abſolutus intelligitur, quia nõ
ſit probatum, ut poſt alios tradit Clar.d loco uers.
& hęc quidem &c. & rurſus uerſ. ſed hic quęro.
Secundo quoad aliam cauſam ueterem relegatio
nis ſubrogatę loco triremium, quiá ea nõ erat peni
tus ſublata; licet enim principi ſupplex libellus
porrectus eſſet cauſa eundi ad Bellum Turcharũ
princeps tamen eam non extinxit, aut remiſit, ſed
ſuſpendit potius, quia in reſcripto conceſsit, ut
poſſet ad d. bellum accedere data cautione de ſe
rep̃ſentãdo toties quoties quaſi quod facta rep̃ſen
tatione prędicta uellet melius deliberare, an remit
38 tenda eſſet relegatio nec ne,† ſtante ergo, quod
uere aderat cauſa, ſine dubio promiſsio, & fide-
iuſsio de repreſentando ad eam relatio habere in-
telliguntur l. 2. ubi doc. ff. ſi quis caut. Cuma.conſ.
32.col. 1. in fin. late Hippo. d. rub. de fideiuſſ.
39 nu. 151. & ſeq.
40 † Vnde dicitur, quod fideiuſſores, qui promiſ
ſerũt repreſentare qui propter uulnus alicui inflic
tum detinebatur, non tenentur ſi uulnerati mors
ſequuta fuit, ut ſentiunt omnes d. l. ſed ſi quis §. il
lud Gand. de aliqui. nan. qq. nu. 10. Hieronimus
Gab. d. conſ. 181 nu. 4. & ſeq. cum alijs fuſiſsi-
me allegatis per alios conſulen. in prioribus alle-
gationibus.

Non obſt.quod nouum delictum Bramutij non
excuſat fideiuſſores ante condemnationẽ d. l. ſed
41 ſi quis §. illud ubi Bar. & alij † quia reſpondeo,
quod ille tex. & ſimiles loquuntur de eo,qui de de
licto accuſatus eſt coram alio Iudice, non coram il
lo eodem, apud quem ille noui delicti reus ſit, il-
lo .n. priore caſu,quo uere. ll. predictę loquuntur
poteſt reus tuto accedere, cum non timeat puniri
de delicto per ſe commiſſo, & propterea, ea con-
ſideratur ſolum, ſi condemnatus ſit, & in carceri
bus ſiue uinculis detineatur, & dicitur, quod extra
iſtos, & ſimiles caſus fideiuſſores, quia poſſunt il
lum nihil timentem de ſuo delicto apud Iudicem
42 alienę iuriſdictionis ſiſtere, tenentur,† Nos lo-
quimur, quando iſte factus eſt reus de delicto ca-
pitali apud eundem iudicem, corã quo ſiſtendus
eſt, quo in caſu fideiuſſores excuſantur, ſi non ſi-
ſtant, aut preſentent ob impoſibilitatem, aut ſal-
tem huiuſmodi difficultatem, quę impoſsibilitati
43 ęquiparatur,† quis enim ſuaſionibus adducere po
terit unquam ad comparendum eum, qui ad mor-
tem certiſsimam profecturus eſſet? Vnde iſto caſu
44 impoſsibilis reputatur repreſentatio,† & impoſsi
bilitas excuſat á pœna, & eſt magna ratio diuerſi-
tatis inter caſum d. §. illud, & caſum præſentem;
45 Et quod d. §. illud. † loquatur, ut ſupra dixi, ſen-
tiunt aperte Alber. & Paul.Caſtren. ibi, qui intel
ligunt procedere, quando in una curia facienda
eſt repreſentatio, in alia reus eſt delicti, non au-
tem exẽplificant ut ex aduerſo dicitur, eodem mo
do intelligit eum tex. Ang. in d.§. illud, in illis uer
bis, quia ad aliud tribunal Vocatus &c. & uide-
tur mihi, q̃ ita neceſſario intelligendus ſit ille tex.
ut patet, dum inquit, excuſandos fideiuſſores, ſi
reus detineatur in uinculis, & cuſtodia militari, qu
ſi detineretur uinculis, uel cuſtodia militari eiuſ-
dem curię, per quam requiritur, non quidem ca-
deret quęſtio, nec fideiuſſores moleſtarentur,
cum fruſtra petatur ſiſti, qui in carceribus detine-
tur, prout etiam intelligendum eſſe dicit Hier.
Gab. d. conſ. 185. nu. 21.

Igitur cum caſus noſter ſit omnino diuerſus a
caſu d.§ illud.ab eo ad hunc nullo modo illatio fie
ri poteſt l. Pap. exuls. ff. de mino. Imo.credendum
non eſt, q̃ Iureconſultus loqui in caſu noſtro cogi

tauerit

tauerit, niſi inhumanum quid etiam ſtatuere eum
47 uoluiſſe dicamus, † eum certe negari non poſsit inhumanum eſſe cogere aliquem ad repreſentandum eum, qui ad necem certam profecturus eſt, ut tradit Hiero. Gab. d. conſ. 181. nu. 21.

Non obſt. quod quando delictum commiſſum eſt per reum ſiſtendum poſt fideiuſsionem prgſtitam, fideiuſsor indiſtincte teneatur ſecundum glo. d. §. illud, quam ſequutus eſt ibi Bal. prout Bramu
48 tius delictum commiſit, quia reſpoodeo, † quod opinio gloſę, & Bal. exploſa eſt, nec immerito quia ille tex. loquitur indiſtincte & ſolum differentiam facit, an reus accuſatus ſit, uel etiam condemnatus.

Non obſt. ratio glo. quod reus ſit ineulpa, quia
49 poſtea deliquit, quia reſp. doct. † quod illa culpa non erat ordinata ad caſum, quo caſu non nocet l. non omnoe ff. de ſta'. lib. l. 2. §. ſi non propter ff. ad leg. Rho. de iact. & l. 1. in princ. ubi Alex. & alij
50 ff. ſi quis caut. † & ita nominatim eam opinionem damnant in d. §. illud Ang. uers. ſed tu tene Fulg. Rom. Paul. Caſt. uers. hoc non placet Alex. uers. iſtam ſolutiooem reprehendit &c. & Rim. Senior. uers. alij ueto doctores, aſſerens eſſe * comunem opinionem contra illam glo.

CONSILIVM LXIX.

Argumentum.

Si Pater pro filij confiſcatione teneatur ad legitimam ex forma ſtatuti decreti, uel banni, an teneatur quando pro illo iam expendit in ſtudio legitimam vel quando legitima ſuperuenit poſtea, uel quando eſt condemnatus filius in contumaciam.

Confiſcatio bonorum an trahatur ad futura, & ad patris legitimam?

An Bannitus ſit incapax eorū quæ iuris communis ſunt? & fiſcus, ut eius hæres conſequatur legitimam in bonis patri acquiſitis tēpore quo filius erat incapax? quod non.

Expenſæ per patrem pro filio in ſtudio factę an imputentur in illius portionem?

SVMMARIVM.

Decretum extat Sereniſsimi Ducis Vrbini, quod pater pro quolibet delicto filij, pro quo uenit pęna confiſcationis imponenda uel iure communi, uel municipali, uel degretis, uel bannimentis ſuæ ſerenitatis pater teneatur nu. 1.

Quod ualet, quia ualet ſtatutum quod unus pro alio teneatur pecuniariter non corporaliter nu. 2.

Et huiuſmodi ſtatuta fiunt paſsim, tollerabilia ſunt & ſeruantur nu. 3.

Vt quod dominus teneatur pro delicto ſerui ad pœnam pecuniariam nu. 4.

Vt quod pater teneatur uſque ad legitimam filij nu. 5

Quod uerum uidetur ſi filius condemnatus ſit ex ueris probationibus, non ſi in contumacia nu 6.

Niſi ſtatutum puniat condemnationem, uel condemnatos, quia pater tenetur quomodocumque filius ſit condemnatus nu 7.

Et tale ſtatutum eſt correctorium, & odioſum reſpectu patris & tirannidem ſapiens nu. 26.

Et ideo ſtrictiſsime intelligendum nu. 30.

Pater non tenetur filio aſſignare legitimam uiuens nu 8.

Ita, ut pro illius delicto ad illam non teneatur nu. 9.

Fallit ſtante ſtatuto uel decreto nu. 10. per tradita nu. 2. 3. 4. 5. & ſeq.

Bona futura non ueniunt in confiſcationem nu 11.

Immo nec preſentia quę ex iure poſtea ſuperueniente quęrantur filio no 12.

Etiam in condemnato pro crimine leſæ maieſtatis nu 13.

Bannitus cum publicatione bonorum non eſt incapax eorum quę ſibi obueniunt iure cōmuni ut legitima nu. 14.

Fallit ſi impune occidi poteſt nu. 15.

Fallit in bannito poſito extra protectionem communis illius ubi bannitur nu 16.

Fallit quando ſtatutum ſiue decretum confiſcat bona condemnati ipſo iure nu. 17.

Bona quorum bannitus eſt incapax, ut ſupra in 3. caſibus precedentibus, non ueniunt in confiſcationem, ſed ad uenientes ab inteſtato pertinent nu 18.

Ratio, quia non poteſt id, cuius eſt incapax, in alium tranſmittere nu. 19.

Bannitus & diffidatus ante mortem Aui pro mortuo habetur ante mortem Aui nu. 20.

Si preteritus in teſtamento patris bannitus ſit ante mortē patris, fiſcus non poteſt dicere teſtamentum nullum ex iure ſibi tranſmiſſo per homicidam nu. 21.

Et ſi dicat nullum, obſtat ei exceptio doli nu. 22.

Expenſę per patrem factę filio in ſtudio exiſtenti in his quę non extant, puta pro doctoratu, & ſimilibus, non imputantur in partem filio nu. 23.

Idem in matre nu 24.

Contra ſi credendi animo ſubminiſtrauit: puta quia in libro computorum filium facit debitorem nu. 25.

Correctio non inducitur, niſi expreſſe nu. 26.

Specialia plura non ſunt admittenda nu. 27.

Princeps unica ſua diſpoſitione non creditur plura iura & leges precedentes nolle tollere nu. 28

Dei

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

SVPPOSITO decreto Sereniſsimi Ducis Vrbini, quod pater pro quolibet filij delicto, pro quo imponenda ueniat pęna confiſcationis omnium bonorum de iure communi, municipali, decretis, uel bannimentis Suę Serenitatis, teneatur ad ſoluendum fiſco integram legitimam etiam filio condemnato in contumaciam.

Ac etiam, quod Scipio Chriſtophori Michaelis Angeli Bizzarri reuerſus domum e ſtudio, in quo per aliquot annos commoratus fuit, & multas pecunias comſumpſit uiuente patre, & Auo homicidium commiſerit, propter quod fuerit condemnatus in pęnam ultimi Supplicij, & confiſcationis omnium bonorum cum talea. 500 ſcutorum ſoluenda ei, qui illum occideret.

1. Et quod eo tempore fiſcus Ducalis nil conſequi potuerit pro legitima Scipionis, qui nihil habebat, MichaelAngelus Auus omnium bonorũ dominus uiueret, & iam antea pro d. Chriſtophoro fiſco legitimam ſoluiſſet.

Et quod poſtquam Chriſtophorus in gratiam Sereniſsimi Ducis redijt & omnibus iuribus plenarie reſtitutus fuit, Mortuo Michaelangelo bona paterna conſecutus fuerit.

Et quod demum prędictus Scipio aliud homicidium perpetrauerit, & propterea per ſententiam ſecundam fuerit iterum in pęnam ultimi Supplicij & confiſcationis bonorum condemnatus.

Dubitatur an prędictus Ducalis fiſcus conſequi poſsit legitimam d. Scipionis in bonis, quę ad Chriſtophorum patrē eius peruenerunt poſt primum, & ante ſecundam homicidium, ſententiã, & confiſcationem?

Prima facie uidetur reſpondendum pro fiſco,
2 quia ualet † ſtatutum, ſeu decretum, quod unus pro alio in delictis ad pęnam teneatur, modo non corporaliter ſecundum communem opinionē * de qua Io. Ana. c. 2. de delic. puero. Feli. c. cognoſcentes nu. 2. & etiam Bero. nu. 18. de conſt. D. da. uari. reſolu. lib. 2. c. 8. nu. 7. quicquid enim
3 ſit de iure communi circa hoc diſpoſitum † huiuſmodi ſtatuta paſsim fiunt, & tollerabilia ſunt & ſeruantur, ut teſtatur Alb prima parte ſtatut. q. 47. nu.
4 † 8. & ideo ualet ſtatutum, quod dominus teneatur pro delicto ſerui ad pęnam pecuniariam, ut communiter * tenent teſtatur idem Alb. d. tract. par. 1.
5 q. 50. † prout ualet decretum in terminis noſtris quod pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio uſque ad legitimam, ut eſt communis * ſententia, & praxis, de quibus teſtatur Alex. l. lex cornelia nu. 8. ff. de vul. & pupil. ac etiam eandem referens Ias. auth. nouiſsima nu. 8. C. de inoffi. teſt. D. da d. loco Hippo. ſingu. 362. ſtatutum uolens, & 481. communis opinio. Viui. opin. 291. & Clar. ſent. recept. lib. 5 § fi. q. 86. uerſ. ualebit igitur &c, Vnde uidetur quod pater poſsit uigore d. decreti aſtringi ad ſolutionē legitimę pro Scipione filio homicida in pęnã confiſcationis bonorum dupliti ſententia condemnato

Nec uidetur obſtare, quod Scipio reperiatur
6 condemnatus in contumaciam, † & huiuſmodi decreta, & ſtatuta afficiant tantum patres, quando filij reperiuntur condemnati per ueras probationes, non per fictas ex contumacia, ſecundum Bar. l. cum filiusfa. nu. 4. de uerb. ob. cum quo communiter * alij tenent, ut ait Soc conſ. 57. ſub nu. x. lib. 3. quia hoc procedit, quando ſtatuta, & decreta loquuntur ita ut uideantur punire patrem pro delicto filij ut ſi dicant, quod ſi filius deliquerit, pater puniatur, uel ſimpliciter diſponant pro delicto fi-
7. lij patrem ad legitimam teneri, † ſecus ſi non delictum, ſed condemnationem ipſam puniant Bar. d. l. cum filiusfa. nu. 3. quem ſequuntur * cõmuniter alij ſecundum Feli. c. cum Bertoldus nu. 2. de re iud. Boſſi. de carcer. fideiuſ. relax. nu. 54. & Clar. d. q. 87. uerſ. ſed quero nunc quid ad fi. & clarius, ſi huiuſmodi decreta puniant condemnatos etiam ex ficta confeſsione in contumaciam, ut expreſſe dicitur in d. decreto, ibi etiam ſi filius fuerit in mera contumaciam, merito &c.

Cęterum re diligentius perpenſa cenſeo in præſenti caſu fiſcum nullo pacto prędictam legitimam pretendere, ne dum conſequi poſſe.

Primo quidem, quia pro patre ſtat regula iuris † clariſsima, ut † non teneatur aſsignare legitimam
8 filio dum ipſe pater eſt in humanis, ſed tantum poſt mortem l. 1. § 1. ff. de colla. bono. l. quęritur C. de inoffic. teſt. Bar. aut ſi qua mulier. C. de ſac. Ecc. Bal. l. quam C. ad l. Falc. & Bal. l. ſi quando § illud pro contr. Bar. l. ult. de lib. agno. Dec. conſ. 19. col. pen. in fi. Bal. Ang. & communiter * alij doct. in l. lex cornelia de vulg. doct. communiter
9 in c. in preſentia dę proba. & alibi paſsim † & ideo ex illius delicto ad ſolutionem legitimę pater non tenetur Guili. Cunius in l. ſi qua pęna ff. de his qui ſunt. ſui, uel alie. iu. Bar. l. 1. §. ſi impuberi ff. de coll. bono. Imo. c. Raynuntius nu 42. de teſta, Dec. conſ. 438 accurate nu. 12. & ſeqq. Viui. qui alios recenſet, & communem dicit commu. opinio lib. 1. opi. 291. ſtatutum diſponens quod pater in 1. limitatione ibi per eum poſita, prout etiam de ea teſtatur Laur. Pala. de ſtat. exclu. fœmi. par. 1. princ. ſub nu. 15. & Vaſq. de ſucceſsio § 20. nu. 285
10 † Et licet quando adeſt ſtatutum Siue decretum quo pater grauatur pro delicto filij legitimam ſoluere, ut hic tunc pater iuuari non poſsit iure communi per ſupra allegata, in caſu tamen iſto oſtendetur infra illud decretum non obſtare.

Secundo fortius, & ineuitabiliter (ni fallor) quia aut Fiſcus prętendit huiuſmodi legitimam uigore primę ſententię confiſcationis bonorum Scipionis, & non poteſt; quia tempore d. confiſcationis Chriſtophorus eius pater bona nulla poſſidebat, ſed erat penitus egens, ut ſupra tertio præſuppoſito uerſ. & eo tempore &c. ſed per mortem Michaelis Angeli eius patris poſtea ſubſequutam ex illius teſtamento ea acquiſiuit, ideo ea in con-
11 fiſcationem pręcedentem uenire non poſſunt † cum clarum ſit bona futura in confiſcationem non uenire ſecundum gloſ. in l. nam ad ea ff. dę cond.

& de

& demonſt. Bar. l. ſi certa forma C. de iur. fi. lib.
x. Imo. l. ex facto §. ultimo de vulg. & pup. Angel.
de maleſi. uer. eius bona publicamus nu. 12. Nel-
lus qui dicit cōmunem * in tract. banni. prima part.
ſecundi temporis q. 18. Curt. Sen. conſ. 19. ſub nu. 3.
uers. conſequenter. Iaſ. l. ſi ſtipulatus fuerim § cum
ſtipulamur nu. 6. de uer. obl. Boſſ. de publicat. bo-
no. nu. 80. prodit etiam poſt aliquos iſtorum teſ-
tatur Iul. Clar. d. §. fi. q. 78. uers. ulterius quę
ro &c.

Quinimo non ſolum bona omnimodo quæſita
poſt delictum filij non ueniunt in confiſcationem
12 ut ſupra; † uerum etiam preſentia, quę non deben
tur tempore commiſsi delicti, & confiſcationis, ex
iure ſuperueniente nō debentur, poſito enim quod
pater uiuens ſoluere non teneatur pro filio condē
nato legitimam ex bonis, quę tunc habet, prout
non tenetur de iure communi, ut ſupra, ita etiam
fiſcus, mortuo demum patre ex iure ſuperuenien-
te non poteſt conſequi illam legitimam; Specula
in tit. de execu. ſenten. §. ſequitur uidere. uers. quid
ſi filiusfamilias &c. & uers. quidam tamen &c.
13 Marti. Lau. de fiſco q. 16. † & in condemnato pro
crimine lęſę maieſtatis Hiero. Gig. in tract. de cri
mine lęſę maie. lib. 2. tit. de pęn. commit. cri. lę.
maie. q. 18.

Aut uero fiſcus pretendit huiuſmodi legitimā
uigore ſecundę ſententię confiſcationis bonorum
ob ſecūdum homicidium d. Scipionis, & certe eam
minus conſequi poterit, quia licet tempore d. ſe-
cundi homicidij, & ſententię confiſcationis mor-
tuus eſſet Michael Angelus, & ab eo ad Chriſto-
phorū patrem Scipionis bona peruenerint, ex qui
bus poterat de iure communi deberi legitima Sci-
14 pioni, † & bannitus ex ſtatutis etiam cum publi-
catione bonorum, non fiat incapax eorum, quę ſibi
iure communi obuenire poſſunt, prout eſt legiti-
ma, ut poſt alios ex communi ſententia firmat
Boſſ. tit. banni. quid amitt. nu. 14. Attamen in qui
buſdam caſibus fit incapax etiam eorum, quę ſi
bi competunt iure communi ſaltem reſpectu ter-
ritorij, & loci, à quo bannitur, precipue autem
in tribus.

15 Primus eſt quando bannitus, quis eſt cum publi
catione bonorum, ac etiam ita ut impune occidi
poſsit, quia tunc equiparatur deportato, fit rebel-
lis, & diffidatus ab iſto loco & eſt incapax omni-
um etiam quę ſibi obuenire poſſent a iure commu
ni in illo territorio, ut poſt Caſt. tenuit Ruy. conſ.
45. lib. 4. & poſt hos & Ruy. Iaſ. Curt. & alios aſſe
ſerens communem * eſſe, tenuit pro claro Ludo.
Cato. inter conſ. crimi. diuerſo. per Zilet. prima
part. cons. 103. nu. 5.

16 Secundus eſt caſus, † quando ſtatutū procedit ul
terius ponendo bannitum extra omnem protectio
nem illius communis a quo bānitur quo in caſu ſi-
ne difficultate omnes concludunt, quod ſit omni
no incapax, ut poſt Alex. Ruy. & Deci. aſſerit
Ludo Cato. d. conſ. 103. ſub nu. 6. uers. alius eſt
etiam &c.

17 Tertius eſt caſus † quando ſtatutum, ſeu decrę
tum ipſo iure confiſcat bona, quia qui amittit ipſo
iure bona iam acquiſita multo minus poteſt alia
18 de nouo acquirare, † ideo hoc caſu bona de nouo
acquirenda ab inteſtato, uel ex teſtamento, non ad fi
ſcum, ſed ad alios ab inteſtato uenientes pertinent.
ex not. l. 1. ff. de here. inſti. & tradit idem Ludo.
Cato. d. conſ. 103. ſub d. nu. 6. uers. poteſt & alius
poſt Mari. Soc. Iun. conſ. 22 nu. 27. lib. 1.

Vnde cum Scipio predictus per d. ſententiam
reperiretur condemnatus in pęnam ultimi ſuplicij
& confiſcationis bonorum & poſſet impune occi-
di, immo premium ipſum occidenti impoſitum
eſſet, & conſequenter eſſet poſitus extra omnem
protectionem ſtatus Vrbini, & eius bona ipſo iure
confiſcanda, & confiſcata fuiſſent, ex forma ſtatu
torum, & decretorum Sereniſsimi Ducis prędicti
ſine dubio incapax omnino, tam bonorum quo-
rumcunque obuenientium de iure communi, &
ita legitimę ſibi alias debitę ut in terminis de ea
19 conſuluit Ludo. cat. d. loco reperiebatur. † quo
ſtante non potuit id, cuius incapax ipſe erat in fiſ
cum tranſmittere l. traditio ff. de acqui. rer. do. c.
20 nemo plus iuris. de reg. iur. lib. 6. ac etiam † quia
ipſe Scipio cum eſſet bannitus, & diffidatus ut ſu
pra ante mortem aui habebatur pro mortuo ante
auum l. ſi qua pęna ubi id not. omnes preſertim
Bal. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. Vbi propterea
21 uoluit not. † quod ſi filius ſit pręteritus in teſtamē
to, patris condito ante delictum filij poſtea filius
commiſsit homicidium, ob quod bona eius fuerunt
confiſcata, fiſcus non poterit dicere teſtamentum
patris nullum ex iure ſibi tranſmiſso per homici-
dium, uti eius hæres, quia filius cum ſit bannitus,
teſtamentum patris non poteſt nullum dicere, er-
go nec fiſcus ex perſona ſua, qui pretendit cauſam
22 illicitam, † & ideo ei obſtat exceptio doli ex per
ſona damnati l. apud Celſum §. auctoris autem do
lus de except. doli. & hoc dictum Bal. pro ſingula
ri not Franc. Crem. Sing. 12. quid ſi filius, & rur
ſus Singu. 89. pone quod filius & Hier. Gig.
d. tract. de cri. lę. maie. lib. 3. tit. de plur. & uar.
qq. q. ultima.

Tertio & ultimo dato quod Scipio eſſet capax
d. legitimę, & ideo ex eius perſona fiſcus uti illius
hęres eā petere poſſet, ad huc Chriſtophorus pater
ipſius alia uia ſe defendere poſſet. Nā, ut mihi pſup
ponitur, predictus Scipio ante homicidia per eum
perpetrata fuit per aliquod temporis ſpacium in
ſtudio ad ediſcendum ius ciuile, & pro eo pater mul
tas pecuniarum quantitates erogauit, de quibus
eum debitorem conſtituit in libro ſuo, ponendo
partitas multas per extenſum, aſſerendo in quoli-
bet earum capite Scipione *deue dare* &c. & ita
illum debitorem fecit, atque conſtituit, quę expen
ſę abſorbent (ut pariter preſupponitur) integram
23 legitimam, & ultra, quo ſtante, † licet expenſæ
factę per patrē pro filio in ſtudio exiſtente, in his
quę non extant, puta in doctoratu, & ſimilibus
non ueniant conferendæ & imputandę in partem
& legitimam illius filij ſecundum Bar. l. 1. §. nec
caſtrenſe col. 3. uers. idem ſi pater de colla. bono.
24 tadem Bar. in matre concludit l. 3. ad fin. C. de
neg. geſtis: & in l. ſi pater no. C. eo dicens animū
repetendi probari coniecturis, & quidem directo
quando in libro rationum non ſcribant dicens,
talis debet tot. &c. Bal. auth. ex teſtamento col.
25 penul. uers. 15. cap. de collat. † quando tamen pa

ter

ter credendi animo ſubminiſtrauit, quod apparet, quando ad debitum filij ſcripſit, uel aliter id decla rauit, ſiue extarẽt, ſiue conſumptę ſint, ſemper in partem filij, qui in ſtodio commorauit, imputãtur ut pro claro firmat ex pluribus Aymo. Craue. cõſ. 125. quęritur an egregius &c. col. 1. & 2. lib. 1. Io: Cepha. conſ. 754. no. 4. & ſeq. lib. 4.

Non obſt. quę ſupra pro fiſco allegata fuerunt. & primo Decretum Sereniſsimi Ducis Vrbini, cuius uigore etiam legitima in uita patris uenit in confiſcationem bonorum, Quia reſpo. primo quod licet demus huiſmodi ſtatutum, ſiue decretũ ualere per ſupra dicta, illud tamen Chriſtophoro patri Scipionis obeſſe non poteſt ex alijs rationi bus, nempe, quia prędicta legitima in confiſcatio nem uenire non poteſt uigore primę ſentẽtię quia eius reſpectu continet bona futura, quę non uenie unt ut diximus, neque uigore ſecundę ſententiæ quia Scipio erat incapax, ut dixi. dato igitur quod per d. decretum eſſet correctum ius commune quoad regulam, quę eſt patrem non poſſe cogi ad ſolutionem legitimę pro delicto filij, non tamen ſe quitur, quod correctę ſint etiam prędictę rationes quę obſtent fiſco, quin immo dicendum eſt eas nõ
26 eſſe correctas, † quia correctio non inducitur niſi
27 expreſſe l. pręcipimus C. de app. infi † & quia non ſunt admittenda plura ſpecialia ſecundum glos. in
28 l. 2. de dot. promiſ. † & quia unica diſpoſitio ne non creditur principẽ tot uigilias, inuenta, & diſpoſita aliorum uelle euertere, ut dicit Impera tor l. ſi quando in ſi. princ. C. de in offi. teſt. & quia huiſmodi decretum correctorium, & odio-
29 ſum eſt reſpectu patris, ne dicam tirãnidem ſa piens ſecundum Bal. in l. lex cornelia de uul. &
30 pupil. ideoque ſtrictiſsime intelligendum ſecun dum Noni. noſtrum Peruſi. conſ. 95. nu. 6. ideo q; ſolum quando derogatur tantum d. re gulę generalitee, non autem tot alijs diſpoſitis in uarijs alijs partibus iuris ciuilis, & quia certe nõ eſt credendum Sereniſsimum Ducem, qui ęquita tem, & iuſtitiam ſemper pręcęteris habet ante ocu los, uoluiſſe arctare parentes delinquentium ad ſoluendas legitimas ex bonis futuris, ſi fiſcus nita tur priore ſententia Quemadmodum etiam uerisi mile non eſt eundem principem uoluiſſe fiſcum uti hæredem delinquensis ſuccedere in ijs, quę delinquente uti incapaci non deferuntur. ſi poſte riore ſententia uti uelit contra Chriſtophorum, prout etiam in dubio dicendum non eſt, ex ſupra adductis.

Secundo quicquid de intentione Sereniſsimi Ducis fuerit in illo decreto, non obeſt d. Chriſto phoro, quia pro Scipione filio ſuſtinuit in ſtudio tot inpenſas, in eiusque debitum poſuit ut eius legitimam ſuperent, aut ſaltem ęquent, quę cum ueniant cum illa compenſandę, ſiue conferendę fruſtra fiſcus, ex illius perſona quicquam legitimę nomine pretendit.

Ex quibus pro D. Chriſtophoro contra fiſcum proculdubio in preſenti caſu reſpondendum eſſe cenſeo.

CONSILIVM LXX.

Argumentum.

In poſſeſſorio quando detur ap pellatio, aut etiam in integrum reſti tutio?

Precipue ſtante ęgidiana Conſti tutione Marchiæ Anconitanę lib. 6. cap. 2.

SVMMARIVM.

Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando libellus continet petitorium, & poſſeſſorium ſimul, uel ſaltem implici tus eſt ad utrumque nu. 1.

Quod procedit de iure ciuili, ſecus ſecundum Conſtitu tionem ęgidianam nu. 14. & 15.

Idem procedit, quando unicus eſt libellus implicitus, & utrumque Continens, ſecùs quando duo, & ulti mus continet duo iſta ſeparatim nu. 16.

Item non procedit, quando dubietatis, & implicitatis fuit facta declaratio nu. 1.

Petitio hereditatis ſonat in petitorium nu. 2.

Petens ſibi reſtitui poſſeſſionem liberam, uacuam, & ex peditam petitorium tentare uidetur nu. 3.

Mixtum iudicium uidetur, quando quis petit petitionẽ aduerſariorum declarari nullam, & ſe reintegrari ad poſseſſionem nu. 4.

Fallit, quando duo ſunt libelli, in quorum uno adeſt pe titio clara meri poſſeſſorij nu. 21.

Appellatio conceditur in iudicio mixto nu. 5.

Sententia, qua quis reſtituitur in totum, & per totum, non ſolum poſſeſſionem, uerum etiam omne ius rerum petitarum reſpicit, ideo ab ea appellatur nu. 6.

Fallit, quando uerba in totum reſeruntur ad quantita tem bonorum nu. 22.

Appellatio in poſſeſſorijs conceditur, quando apparet de notoria iniuſtitia, & iniquitate nu. 7.

Reſtitutio in integrum minoribus datur in poſſeſſorijs nu. 8

Item maioribus ex iuxſta cauſa nu. 9.

Quod procedit, quando reſtitutio in integrũ fuit petita ſecus alias nu. 27.

Secundo non procedit, quando in petitione reſtitutionis in integrum cauſa lęſionis narrata non eſt nu. 28.

Tertio nõ procedit, quando reſtitutio petitur contra ſen tentiam, non narrato in libello. quod ita de iure in pro ceſſu probauit, quod pro eo ſententia ferri debuit, & nihilominus Iudex ſententiam contra eum tu lit nu. 29.

Quarto non pcedit, niſi ſummarie doctũ fuerit de lęſio ne nu. 30.

Immo is, ſi poſtea reſtitutionem petat, plene de ea de bet docere nu. 31.

Vltimo fallit in ſpoliatore, cui non conceditur reſtitu tio nu. 32.

Niſi conſtet de bono iure ſpoliatoris ex nouiter reper tis nu. 33.

Reſtitutione in integrum pendente, nichil interim in nouandum

nouandum eſt nu. 10.

Connexa dicuntur, quando ratio unius ab altera diſcerni non poteſt nu. 11.

Si ſententia continet duo capita, ab ea in uno poteſt quis appellare, & in altero quieſcere nu. 12.

A capite ſententię continente poſſeſſorium recuperandę nõ datur appellatio, licet ſententia in alio contineat petitorium nu. 13.

Referens intelligitur ſecundum relatum, & nihil per ſe cla re ponit nu. 18.

Referens non intelligitur ſe referre ad id, quod nullum eſt nu. 19.

Sententia ferri poteſt in poſſeſſorio tantum, licet iudicium motum ſit etiam ſuper petitorio nu. 20.

Conſequentia non ualet Petrus uiuit, ergo poſſidet nu. 23.

Facta non pręſumuntur nu. 24.

Remedium reintegrandę competit etiam hęredi illius, qui ſpoliatus eſt nu. 25.

Niſi quando Reus occupauit poſſeſſionem poſt mortẽ authoris, & antequam ipſe hęres appręhenderet eam nu. 26.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

QVOD in pręſenti cauſa
Victis à Petro Saluatoris competere uideatur
remedium appellationis
per primarios huius noſtrę tempeſtatis Aduocatos partis aduerſę multa deducuntur, breuiter tamen perſtringendo, quia cauſa agitur coram Doctiſsimo & conſumatiſsimo Viro.

1 Imprimis quidem, quia † quando libellus
continet petitorium, & poſſeſſorium ſimul, uel
ſaltem implicitus eſt ad utrumque, qualis eſſe uidetur libellus d. Petri coram primo commiſſario
propoſitus, in poſſeſſorio poteſt appellari non
obſtante l. vnica. C. ſi de momenta poſſ. fue. app.
ac etiam Egidiana conſtitutione Marchię Anconitanę lib. 6. cap. 2. ut dicitur uoluiſſe Bal. conſ.
253. lib. 1. Grat. conſ. 16. nu. 18. lib. 2. & alij uarijs alijs in locis.

Secundo quia petitio in pręſenti iudicio facta
uidetur ſapere petitoriũ duabus rationibus, prima
quia, ut patet in proceſſu pag. 17. intentatur peti
2 tio hęreditatis, † quę ſonat in petitorium Herri.
Boic. c. cum dilectus col. 1. de caus. poſſ. & proprie. Ang. l. qui interogatus ſub. nu. 3. ff. de pet.
hęre. Contar. d. l. unica q. 53. nu. 22. Secunda
quia, ut apparet eodem proceſſu pag. 19. & ſeq.
3 dum petitur poſſeſſio reſtitui, additur † libera, uacua, & expedita, quę uerba pariter petitorium
intentari oſtendunt, cum libera poſſeſsio attribui
alicui non poſsit, ſi reo ſuper ſit ius iterum
agendi petitorio ſuper eadem re, tex. tradita
per Alexandrum conſ. 96. lib. 5. ſtante maxime
ſententia, in qua ius melius agendi reſeruatur iux.
not. per eundem Bal. d. conſ. 253.

4 Tertio quia Petrus petijt declarari petitionem
Aduerſariorum nullam, & ſe reintegrari ad poſſeſsionem, quò caſu iudicium uidetur mixtum
5 Natt. conſ. 197. col. 2. uers. non obſtat modo, †
in iudicio autem mixto conceditur appellatio
non obſtante d. l. unica, & d. Egidiana. Sal. d. l.
uni. ſub nu. 3. uers. opp. 3. & l. momentaneę nu.
4. C. vn. ui. Bal. conſ. 366. nu. 4. lib. 3. Meno. de
reme. recupe. poſſ. reme. 9. nu. 319. cum vulgaribus, merito &c.

6 Quarto quia † in ſententia latà per iudicem a quo
Petrus dicitur reſtituendus in totum, & per totum, quę uerba uidentur reſpicere non ſolum ipſam nudam poſſeſsionem, uerum etiam omne ius
rerum petitarum, argumento l. 1. ff. de leg. 1. &
late notatorum per And. Tiraq. ad l. ſi unq; glo. totum in fine. C. de reuo. dona.

7 Quinto quia quicquid alias regulariter fit † in
poſſeſſorijs iudicijs, certum uidetur eſſe, in eis
appellationẽ concedi, quando apparet de notoria
iniuſtitia, & iniquitate not. Bal. d. l. unica. Alex.
conſ. 91. nu. 2. lib. 6. Dec. conſ. 49. Natta. conſ.
171. Meno. de rem. adipi. poſſ. reme. 4. nu.
450. Vber. Zuccar. ad l. fin. nu. 447. C. de edi.
di. Adri. tollen. & latius Contar. ad d. l. unicam. limit. 9. per totam, ubi alios quamplures
recenſet, in preſenti autem cauſa conſtare uidetur notorię de bono iure aduerſariorum, &
de iniuſtitia d. ſententię, precipue ex eo. quia
poſſeſsio dd. bonorum ultimo loco, quando deuenit ad manus Reorum fuit Valẽtini fratris d. Petri
non autem ipſius Petri, ut ipſemet Patrus fateri
uidetur pag. 21. articulo quinto, merito &c.

Poſtremo, quatenus non daretur appellatio
non uidetur deneganda Reis reſtitutio in integrum ex capite minoris ętatis t cum aliqui ex eis
minores ſint, nam licet in poſſeſſorijs iudicijs
a ſententia Victis appellatio non concedatur, ut
8 locis ſupra citatis, † eis tamen per reſtitutionem
in integrum uidetur ſuccurri Nam quicquid antiquis temporibus Bandi. Iac. Bur. & quidam alij uoluerint, dũ hęc quęſtio Bononię acciderit, & tunc
concordatalts fuerit, ut referr Odo. l. momentanę
C. qui legi. perſo. &c. tandem obtinuit ſententia
Azo. Voli. & Baga. reſtitutione concedi. quæ probari uidetur c. cum non liceat. ubi Bal. nu. 3. per illũ
tex. quem ad hoc dicit ſingularem, de preſcrip. idẽ
Bal. in Marga. ſua. uer. reſtitutio. nu. 12. & conſ.
379. nu. 9. lib. 1. Azzo. in rub. C. qui legi. perſo.
in fi. Gui. Pap. decis. 132. nu. 8. fuit ſententia glo.
fi. ad d. l. uni. ſequitur Aret. conſ. 561. in preſenti, & alij uarijs alijs in locis, congeſtis per
Contar. d. l. vnica. limit. 8. nu. 123. & alijs
ſeqq. maxime nu. 20. ubi atteſtatur, hanc opinionem ab omnibus receptam, & nu. 4. rationem efficacem, adducit, & in ſpecie, quod
Minori, Eccleſię, & huiuſmodi perſonis in
poſſeſſorio detur reſtitutio in integrum, tradit
Bal. d. l. vnica nu. 7. & conſ. 379. nu. 9. lib.
1. And. Sicu. conſ. 82. col. pen. lib. 3. Zuccar. d. l. ult. nu. 450. C. de edi. di. Adri. tollen. & Contar. d. limit. 8. nu. 53. Quo ſtante d. remedium reſtitutionis non ſolum ijs, qui
9 Minores ſunt, † uerum etiam maioribus minorum beneficio concedendum uidetur, ut tradit
10 Mari. Soc. Seni. c. fraternitatis nu. 33. de teſti. † In
integrum autem reſtitutione pendente, nihil no-

uari poteſt tot. tit. C. in integr. reſti. poſtu. ne. q. ſi no. Caſſa. decis. s. ut lit. pend. Paris. conſ. 200. nu. 80. lib. s. Lanc. de atten. par. 2. cap. xviij. ubi plene. nu. 47. declarat hoc locum habere etiam in poſſeſſorijs iudicijs.

Prędictis tamen non obſtantibus cenſeo ſine dubio, partes Excell. D. Iudicis eſſe in pronunciando d. Egidianę Conſtitutioni locum eſſe in fauorē Petri prędicti.

Pro huius autem noſtrę opinionis clariore introductione pręſupponendum eſt imprimis duas adeſſe petitiones ſupplicis libelli Petri in pręſenti iudicio, earumq; ultimam per reſcriptum directum Iudici a quo inſerta in ea mentione primę, quę attendenda eſt argumento l. pacta nouiſsima C. de pac. in reſcriptis eſt tex. ubi not. omnes c. ceterum de reſcrip. & tradit Ias. d. l. pacta col. 1. uers. 7. procedit &c. contineretq; duo, ut in ea uidere eſt, unum meri poſſeſſorij dum mandat quod quatenus ſuper d. inſtrumento longior indagatio eſſet neceſſaria, imprimis & ante omnia Iudex faciat reſtitui poſſeſsionem bonorum in d. inſtrumento non comprehenſorum; Alterum, in quo diſcuſsionem, reſciſsionemq; d. inſtrumenti quatenus facienda ſit, committit; Quę quidem capitula connexa non ſunt, ſed omnino ſepara-
21 ta, ſi cum connexa dicātur aliqua tantūmodo, quando ratio unius ab altero diſcerni non poteſt, ut declarat Dec. conſ. 317. col. fi. & conſ. 423. col. 2. ad fi. Imo. conſ. 134. in princ. ubi dicit, connexa eſſe, quę ab eadem cauſa, aut ratione procedunt, argumēto l. cum eiusdem §. fi. de ędi. edic. & connexum dicitur, quod ita alteri adhęret, ut neceſſario ex eo ſequatur. Aret conſ. 129. col. 18. uers. his breuiter. Aymo. conſ. 232. Dominus Neurzzanus &c. in princ. qualia ſine dubio iſta non ſunt, ut ad ſenſum patet.

Eodem modo ſententia D. Iudicis à quo eadem duo capita continet, Nam quoad contenta in d. inſtrumento reſeruauit parti iura, quo uero ad alia bona reſtituit Petrum ad poſſeſsionem & Aduerſarios condemnauit ad eam relaxandam.

22 Ex quibus colligendo, ſequitur, ꝙ † cum Petrus pagina 178. & ſeq. appellauerit á capite ſententię contra ſe latę, continentis reſeruationem iurium Aduerſarij, & alteri pro ſe facienti acquieuerit, id quidem facere licuit, ad not. per Doct. c. duobus. de
23 app. & ita iuſtificatur appellatio Petri. † Appellatio autem Aduerſariorum cum ſit a capite continēte merum poſſeſſorium recuperandę ad fauorem Petri, in quo non datur appellatio victo de iure ciuili d. l. unica. C. ſi de momenta. poſſ. fu. app. & hodie eſt deciſum per d. Egidianam conſtitutionē nullius eſt momenti, quinimmo d. ſententia mandari debet executioni, ea non obſtante, ut in d. Egidiana Conſtitutione ibi, perinde executioni debitę mandari, ac ſi appellatio interpoſita non fuiſſet.

Nec obſtant, quę ſupra in contrarium deducta fuerunt, quia facile tolluntur.

Non obſtat primo ꝙ libellus Petri continere uideatur ſimul poſſeſſorium & petitorium, & eo caſu appellatio in poſſeſſorio concedi uideatur, per ſupradicta.

24 Quia reſpondetur primo iſtud † procedere poſſe ſecundum ius ciuile, quod regulam poſuit d. l. unica. in poſſeſſorio non dari appellationē eamq; limitauit multis modis, ut late proſequuntur Doct. ibi inter quos unus dari uidetur, nempe ratione mixturę petitorij & poſſeſſorij per ſupra allegata, & latius proſequitur Contar. ad d. l. uni. limit. 2. per
25 totam. † ſecus ſecundum Egidianam conſtitutionē quę hodie uiget, quia ea ita addit iuri communi ciuili, ut corrigat ius canonicum, & inducat nos ad regulam iuris ciuilis, etiam in caſibus, in quibus exceptiones ponebātur ad eam regulam. Ant. Negus. in tract. de pigno. & Hyppo primo membro octaua par. principa. nu. 3. & ſequitur Benin. ten. deciſ. bononien. 17. in fine, ubi pulcherrima ratione id confirmat.

Secundo reſpondetur illud procedere poſſe, quando extaret tantummodo unus libellus implicitus, ſiue utrumq; continens, ut Bal. & alij in pro
26 poſito loquuntur, † ſecus quando duo extant libelli, primus implicitus, ſecundus duo capita ſeparata continens, ut hic, quia cum poſterior deroget priori ut ſupra, de illo priore non curatur d. c. cęterum. & ſecundum admittitur, cum capita ſeparata ſint, ut ſupradictum eſt.

Tertio dato, quod ille etiam primus attendendus eſſet, aut aliqua dubietas ſupereſſet in ſecun-
27 do † contraria procedere poſsunt, quando dubietas permanſit uſq; ad finem iudicij, ſecus quando petita fuit declaratio, & ea facta eſt ut hic, ita ut clara intentio libellantis apparrat, argumento a ceſſante ratione l. adigere. §. quamuis de iur. patro. c. cum ceſſante de app.

Nec dicatur ꝙ illa declaratio facta uideatur eodem modo obſcura, & implicita propter relationē
28 quę in ea fit ad alia acta. arg. l. aſſe toto. de hęre. inſti. & not. auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Quia vere illa relatio facta ad acta, non intelligitur de factis ad primum ſupplicem libellum, ſiue reſcriptum, quod ſublatum fuit per ſecundum
29 ut ſupra d. c. cęterum, † ideoque ad illud referri non potuit, arg. l. eius qui ff. ſi cer. pet. ſed de factis ad reſcriptum poſterius ualidum, & quod priori pręualuit, cum fuerit clarum, & diſtinctum, & conſequenter etiam acta ad eum facta, non poteſt dici propter hanc relationem aliquid dubietatis conſiderari in dicta relatione.

Quarto dato, ꝙ libellus Petri contineret utrumque, & ſuper utroque proceſſum eſſet, non tamen ſententia infringitur lata ſuper poſſeſſorio, quia licet Iudex ſuper utroque pronunciare
30 debuiſſet, ut ſupra, tamen quia † quoad bona non comprehenſa in inſtrumento a parte producto, pronunciauit tantummodo ſuper poſſeſſorio ualet ſententia Soc. conſ. 98. col. 1. lib. 4. Corne. conſ. x. col. 3. lib. 4. Pau. Caſtren. conſ. 132. in cauſa, quę uertitur P. fis. col. 2. circa med. lib. 1. Aymo. conſ. 248. in iuſtitia ſub. nu. 4. verſ. amplius dico, quicquid dixerit Bal. d. conſ. 158.

Non obſtat, quod petitio petri ſapere uideatur petitorium deducendo, ut ſupra in a. arg. contrarię partis, quia ommiſsis multis, quę circa hoc dici poſſent, reſpondetur quod dd. pag. 12. 17. 19. & 20. continetur prima commiſsio cauſę, a qua per

ſecunda

ſecundam receſſum fuit, ut ſupra dixi. Vnde quicquid inde colligatur, quod petitorium ſapere uideatur, nihil releuat. Quo uero ad ſententiam, quę ius melius agendi reſeruat, & propterea petitoriū ſapere uidetur, ut ſupra, reſpondetur quod ponderatio facta reſpicit ſolum unum caput ſententię quod loquitur de bonis compręhenſis in inſtrumēto producto per aduerſam partem, in illis enim tantum Iudex reſeruauit ius melius agendi, diuerſum eſt caput, cuius executionem Petrus petit pro poſſeſsionē in qua obtinuit, nempe aliorum bonorum, merito quoad ea argumentatio non ſubſiſtit arg. l. papi. exuli. ff. de minori.

Non obſtat tertio loco, quod ex alio petitorium intentatum uideatur, nempe ex eo, quod Petrus petijt, petitionem nullam declarari, & ſe reintegrari ad poſſeſſorium iux. tradita per Natt. d. conſ. 197. col. 2 Quia eodem modo reſpondetur
21 tus † iſtud procedere, quando vnicum daretur tantummodo caput petitionis, ut loquitur Natt. ſecus quando ſunt duo, in quorum vno adeſt petitio clara meri poſſeſſorij ut hic, quia tunc nō poteſt in eo ſimplici capite meri poſſeſſorij ex alio ſeparato inferri, quod ſapiat petitorium ex ſupra dictis.

Non obſtat quarto ꝙ ex quo Iudex uſus eſt in ſententia uerbis illis, in totum, & per totum &c. uideatur amplexus etiam petitorium, argumento d. l. ſ. de leg. 1. cum ſimil. Quoniam ſermonis pluſi bus, que de huiuſmodi uerbis, in totum, dici poſ
22 ſent; reſpondetur, ꝙ † illa uerba in ſententia referuntur ad quantitatem bonorum, non ad ius in illis bonis, cum .n. iudex in priori capite ſententię loquutus eſſet de bonis illis in inſtrumento producto comprehenſis, in quibus reſeruauit ius, cum de alijs diuerſimode ſentiret, & id uellet ab omnibus intelligi, ne forte ab aliquo in dubium reuocaretur, quid ſenſerit, ſubiecit, in totum & per totum, referens ſe ad domum, & bona, ut ſenſus ſit ꝙ Petrus reſtitui debeat ad domum, & bona ſtabilia in totum, & per totum, ideſt, ad poſſeſsionem omnium, & cuiuslibet partis bonorum non comprehenſorum in d. inſtrumento; Quo ſenſu clariſſimo dd. verborum ſtante, ceſſat pęnitus in contrarium adducta conſideratio.

Non obſtat quinto ꝙ etiam in poſſeſſorijs appellari poſsit, quando conſtat de notoria iniuſtitia, prout conſtare uidetur hic, ut ſupra; Quia reſpondetur Primo quod immo contrarium probant Teſtes pro Petro examinati, videlicet, Blaſius tertius teſtis, & Florentinus ſextus ſuper 17. arti. deponentes aperte, Petrum poſſediſſe, poſt Patrem, Patruum, & fratrem.

Nec aliquid operatur d. ſua reſpōſio in d. quinto articulo facta, quia in ea ſimpliciter dicitur, ꝙ Valentinus obijt abſente Petro, non tamen fit mētio de illa abſentia Petri ad bellum, & ſatis probabiliter quoad hoc poteſt dici, ꝙ alia fuerit abſentia eiuſdem Petri, maxime ad ſaluandum dictum Teſtium ſupradictorum, & Petri dicentis in 13. articulo ſe poſſediſſe poſt mortē fratris eum ſemper, ſi poteſt, huiuſmodi concordia fieri debeat glo. in c. cuncta teſtibus. ubi etiam Abb. nu. 3. de teſti. & alibi paſsim.

Secundo dici poteſt, ꝙ pręd dicta confeſsio eſt ſolum quoad mortē non quoad poſſeſsionē, Valentinique nec incongruit dicere, ꝙ Valētinus uixerit poſt
23 diſceſſum Petri, tamen non poſſederit, † cum non ualeat conſequentia, talis uiuit, ergo poſsidet, tum quia hęc diuerſa ſunt d. l. pap. exuli. tum quia poſſeſsio eſt quid facti, ſecundum omnes l. 1. ff. de ac-
24 qui. poſſ. † merito non preſumitur l. in bello. §. factę de capt. & poſtlim. reuers.

Tertio dato, quod Valentinus frater poſſederit dicta bona uſq; ad eius obitum, & poſt diſceſſum Petri ad bellum, & conſequenter, ꝙ ipſe Valentinus, non Petrus fuerit ſpoliatus, ad huc tamen Petrus reintegrandus eſt, & ſic non propterea iniqua fuit ſententia in ea ſui parte, qua pronunciatum fuit, Petrum reintegrandum ad d. poſſeſsionē quia ut ipſe Petrus ponit in quinto articulo, & rurſus in alio 13. & ſeq. & ſuper eis plene probant Teſtes examinati, Petrus eſt hęres d. Valentini ſui fratris ſpoliati, quod ſufficit ad obtinendum in d.
25 remedio reintegrandę, † quod competit etiam hęredi illius, qui fuit ſpoliatus, ut eſt tex. l. 3. §. fin. ff. de ui & ui. arma. l. 1. §. hoc interdictum ff. eod. Bart. Soc. l. rem, quę nobis nu. 10 ff. de acqui poſſ. Corne. conſ. 329. col. 7. lib. 1. Hier Cagno. l. hęredem nu. 22. ff. de reg. iur. Ruy. conſ. 47. nu. 1. lib. 4. Natt. conſ. 562. nu. 8. lib. 3. Rol. conſ. 50. nu. 7. & conſ. 72. nu. 1. ubi teſtatur de communi, lib. 2. Benint. deciſ. Bononieoſi. 12. nu. 3. qui omnes ſine dubio concludunt, remedium recuperandę dari hęredi agenti ex perſona defuncti in uita
26 ſua ſpoliati, ut hic, † Et licet uerius ſit, hoc remedium non concedi hęredi, quando defunctus eius auctor uiuens non fuit ſpoliatus, ſed occupata ab aduerſario fuit poſſeſsio poſt mortem auctoris, & antequam ipſe hęres appręhenderet eam, ſecundum Corn. conſ. 329. col. 7. in fi. lib. 1. Cagno. d. l. hęredem nu. 22 Rolan. d. conſ. 52. nu. 15. & nu. 25. Meno. late de recupe. poſſ. reme. 13. nu. 31. & ſeqq. hoc tamen non obeſt ipſi Petro, qui ex perſona ſui auctoris in uita ſpoliati agit.

Non obſtat ultimo loco, ꝙ aduerſarijs ipſius Petri uideatur ſaltem concedenda reſtitutio in integrum, qua etiam in poſſeſſorijs remedijs Minoribus, & eorum beneficio etiam Maioribus litis conſortibus ſuccurritur, per ea, quę ſupra allegata fuerunt.

Quia reſpondetur Primo ꝙ prædicta procede-
27 re poſſent, † quando in integrum reſtitutio poſtulata fuit, ut proprie loquuntur tituli & Doctores ſupra allegati, ſecus alias, ut hic, ſi ultimum reſcriptum, & ad illud omnia acta facta attendamus prout debemus, tunc enim Iudex non poſtulanti ſuum officium impartiri non debet l. 4. §. hoc autē iudicium ff. de dan. infec.

Secundo eſto, ꝙ d. in integrum reſtitutio petita fuiſſet, adhuc in preſenti caſu concedi non de-
28 beret, quia † ij Minores, & eorum etiam beneficio alij litis conſortes maiores, qui modo in calculo ferendæ ſententiæ reſtitutionem prædictam petunt, non expreſſerunt cauſam, propter quam læſos ſe eſſe dicerent, vt requirebatur ad hoc, ut illa concederetur, ut aſſerit Aret. Inſtit. de actio §. rurſus nu. 7. & ibi Ias. nu. 83. Egi. Bellame. c. cōſtitutus

nu. xj. & xv. uers. & eſt bona ratio; & uers. ſaluo quod, & idem c. ſuſcitata ſub. nu. 13. uers. contrarium. de reſtit. in integ. ubi dicit, quod alias quis incolorate petit reſtitui, ideoq; ei non conceditur
29 reſtitutio. † & in ſpecie, quando petitur reſtitutio contra ſententiam, ut hic, debet in libello narrari & concludi, quod minor ita de iure ſuo in proceſſu probauit, quod pro eo ſententia ferri debuit, & nihilominus Iudex ſententiam tulit contra, ſpretis probationibus ipſius minoris. Sal. l. 1. nu. 8. C. ſi aduer. rem. iudi. Bella. c. cum ex literis nu. 8. de
30 reſtit. in integ. & d. c. ſuſcitata nu. 13. † Quinimmo non ſufficit ita petere, ſed requiritur, quod ſummarie doceatur de leſione, antequam ita petens audiatur. Gemi. rõſ. 144. nu. 22. Prob. ad Io. Mona. c. 1. nu. 4. de reſtit. in integ. lib. 6. Boſſ. ſi aduer. rem. iudica. reſtit. poſtu. nu. 4. dicens, quod ſi ita
31 ſummarie is non docet, repellitur. †. & poſtea, dum ſuper reſtitutione auditur, debet plene de ea docere, atteſtaturq; de communi * opinione allegans Imo. d. c. cum ex literis col. pen. & not. per Alex. & Ias. l. nam & poſtea §. ſi minor de re. iudi. & tradit etiam Rot. Bono. per Pet. Benint. de ciſ. 85. nu. 1. quę cum hic per iſtos minime facta fuerint, reſtitutionem obtinere non debent.
32 Tertio quicquid ſit de his, reſponderi poteſt, nos eſſe in cauſa ſpolij, in qua in integrum reſtitutio ſpolianti non conceditur, ut fuit deciſum per Domi. de Rot. ut patet ex decis. Putei 17. de reſt. in integ. licet non ignorem, per eoſdem Dominos conceſſam reſtitutionẽ quandoq; aduerſus tres ſententias latas in ſpolio, ut refert Tholo. decis. 89. Papazzo. in addi. ad decis. fina. Rot. Roma. de reſtit. in integ. & tranſit Contar. ad d. l. vni. limit. 8. nu.
33 † 48. ſed tñ id uidetur fuiſſe conceſſum ſpeciali quodam iure, quia conſtabat ex nouiter repertis de bono iure, quod hic non accidit.

Ex quibus non eſt opus aggredi illam ſcilicet difficultatem, an reſtitutio competens minori, proſit maiori litis conſorti, & hoc clarius apparet, locum eſſe Egidianę Conſtitutioni ad fauorem Petri, ſententiam D. Iudicis a quo, executioni demandandam, non obſtante d. appellatione aut in integrum reſtitutione, etiam poſtulata, prout Excellentiſsimum D. Iudicem iudicaturum confido, licet magni nominis Iure Conſulti in contrarium conſuluerint, quorum allegationes propter ſe ipſas, non ex proferentium auctoritate d. Excellentiſsimus D. Iudex expendet, ut alias in ſimili dicit Dec. conſ. 74. & diligenter in fi.

Nec patietur, d. Petrum a teneris annis, patrui ſęuitia expulſum, longiſsimis itineribus, bellis, & carceribus diu a Turcis fatigatum, proprijs bonis ſpoliatum, tandem diuina ope fauente ad proprios lares reuerſum, optima ſpe, quam habet recuperandi bona ſua, diutius fruſtrari.

CONSILIVM LXXI.

Argumentum.

De exequutione ſententiæ in poſſeſſorio quando continet etiam petitorium, iuxta ſententiam Odofredi, & Alberici in l. ordinarij C. de rei. uendicat. quomodo id procedat?

Et an appellatio in poſſeſſorijs habeat ſaltem effectum deuolutiuum?

Et an, & quando legatarius capere poſsit poſſeſsionem propria auctoritate?

SVMMARIVM.

Setentia lata ſuper poſſeſſorio, & petitorio, executioni mandari poteſt ſuper poſſeſſorio, licet appellatum ſit ſuper petitorio nu. 1. & nu. 30.

Et ita practicatur in Ciuitate Peruſina nu. 31.

Siue ſimus in recuperandę, ſiue in retinendę, ſiue in adipiſcendę poſſeſsionis iudicio nu. 4.

Maxime, ſi reus non habet probationes de dominio paratas incontinenti nu. 5.

Nec reſtringitur, quando pronunciatum eſt principaliter ſuper poſſeſsione tantum nu. 32.

Quid ſenſerit Veſtri. & Maran. ſuper hoc. eod. nu. 32. & 33.

Non procedit dicta concluſio, quando cauſa poſſeſsionis principaliter non eſt intentata nu. 35. & 36.

Nec etiam procedit, quando appellatum fuit a tota ſententia nu. 37.

Contra nu. 38. & ſeqq.

Quot capita ſententię ſunt, tot ſententię ſunt nu. 2. & 48.

Poſſeſſorium prorſus diuerſum eſt a petitorio nu. 3.

Appellatio ſuper maiori, ſuſpendit cauſam etiam ſuper minori nu. 6.

Quod uerum eſt, quando in minori etiam poteſt appellari nu. 7.

Item uerum, quando ſi fieret executio in minori, impediret executionem maioris. eod. nu. 7.

Appellatio in cauſa mixta petitorij, & poſſeſſorij conceditur nu. 8. & 10.

Intellige in poſſeſſorio habente dictam mixturam nu. 11.

Et impeditur executio ea admiſſa à Iudice, & parte. eod. nu. 8.

Quod uerum eſt reſpectu Iudicis a quo, qui appellationi detulit nu. 12.

Item uerum eſt, quando delationi iudicis pars non contradixit nu. 17.

Non reſpectu iudicis ad quem nu. 13.

Maxime, quando Iudex a quo detulit appellationi, ſi, & in quantum nu. 14. 15. & 16.

Tacens

Tacens in iudicialibus habetur pro conſentiente nu. 18.
Appellationis admiſſio ſola per Iudicem ſine conſenſu partis non operatur nu. 19.
Appellatio in ſimplici poſſeſſorio habet effectum etiam ſuſpenſiuum nu. 20.
Nec Bartolus, & Baldus contrariũ uoluerunt, nu. 22.
Vera, & communis opinio eſt, quod appellatio in poſſeſſorijs non operatur effectum ſuſpenſiuum, neq; deuolutiuum nu 23.
In poſſeſſorijs ſecundum magis communem, non datur appellatio nu. 21 & 40.
Appellatio in poſſeſſorijs habet effectũ ſuſpẽſiuũ incaſibus in quibus appellatio in poſſeſſorijs admittitur nu. 24.
Iure canonico communi a quolibet grauamine, & ſic etiam in poſſeſſorio datur appellatio nu 25.
Appellatio ſecundum ęgidianam Conſtitutionem non datur nu 26.
Niſi quando petuntur etiam fructus nu. 27.
Quod ultimum procedit in Marchia Anchonitana, nõ in toto ſtatu Eccleſiaſtico nu. 28.
Intellectus ad Addit. Egid. Conſtit. in fi. nu. 27. 28 & 29.
Item procedit, quod dictum eſt de fructibus, quãdo petãtur principaliter, ſecus, ſi in conſequentiam, eod nu. 29.
Libelli concluſio ſemper attenditur nu. 34.
Iaſonis error detegitur nu. 39.
Appellatio nulla, appellatio non eſt nu. 41.
Intellectus ad uerba Alberici in l. ordinarij C. de rei uendi. nu. 43. & 44.
In interdicto retinendę is uincere debet, qui antiquior poſſeſſor eſt nu. 45.
Poſſeſſionem quis cępiſſe dicitur bonorum, quorum laboratores conuenerunt ei de fructibus reſpondere nu. 46.
Legatarius propria authoritate capiens poſſeſſionem, ſuum ius ammitit nu. 47.
Fallit, ſi capiat ante aditam hereditatẽ ꝑ heredẽ nu. 48.
Secũdo fallit, ſi capiat palã, & auctoritate iudicis n. 49.
Tertio, fallit qñ hęres nõ poteſt detrahere falcidiã n. 50.
Quarto fallit, quando vnus, & idẽ eſt hęres, & legatarius nu. 51.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

LICET ſententia lata p DD. Iudices a qbus pro DD. Aquilante, & Claudio de Boncãbijs ſit tã ſuper petitorio q̃; poſſeſſorio, & ab ea Cãtagallinę appellauerint, cũ tamen cauſa appellationis ꝑ reſcriptum p̃inſerię Cõmiſſionis cõmiſſa ſit Reuerendo D. Iudici ad quem, cũ clauſula, ſi quid exequendũ fuerit, exequatur, mandari debet executtoni in eo capite, quod poſſeſſorium concernit.

Pro quo extat in terminis deciſio Odofre. in l. ordinarij quẽ refert, & ſequitur ibi Alb. ad fi. uers.
1 item q̃rit Odo. C. de rei. uendi. † concludens, ꝙ ſi a ſententia lata in petitorio, & poſſeſſorio Reus appellat uel a tota ſententia, uel a parte tantum continente petitorium, non obſtante appellatione debet ſententia mandari executioni in poſſeſſorio quia cum in eo appellari non poſsit, non retardatur exe
2 cutio, & quia † tot ſunt ſententię, quot ſunt capita l. ſi ex cauſa ff. de mino. l. ſi ex falſis C. de trans. l. ſcire debemus. de ner. oblig. l. quędam mulier. ff famil. herci. & quia ſententia lata ſuper poſſeſſorio
3 debet aliquid operari, & q̃a † poſſeſſorium eſt proſ-
ſus diuerſum a petitorio. l. naturaliter. §. nihil commune de acqui. poſſ. idem refert, & ſequitur latius ipſe
4 idem Albe. in l. ſi de ui. nu. 17. ff. de iudi. ubi † extendit id, ſiue ſimus in recuperandę, ſiue in retinendę,
5 uel adipiſcendę poſſeſsionis iudicio, † p̃cipue, ſi aduerſarius non habeat ꝓbationes de dominio paratas in continenti oſtendendas, ut hic, hoc idem pręſuponit clare Affli. decis. 77. ad finem, q ad hoc ſolet allegari, idẽ uoluit Din. & Bar. l. permiſceri in princ. ff. de acq poſſ. ubi etiã Paul. Caſtren. Roma. & Ang. Ias conſ. 187. col. pen. uers. 1. reſpondetur. lib. 2. Ant. But. c. cũ dilectus. col. antepen. uers. q̃ro agens, & ibi etiã Ab. nu. 12. & 13. de caus. poſſ. & ꝓprie. Cyn. l. certi, nu 4. C. de interdi. Egi. Bella. c. paſtoralis q. 8. de caus. poſſ. & proprie. Senat. Pede. ꝑ Cache. decis. 47. nu. 5. ubi dicitur ita concluſum in contingentia facti in vna Rogerij de Riparolio, ſequitur nouiſsime Contar. ad l. vni. poſt limit. q. xj. ubi ex alijs quoq; comprobat, & declarat C. ſi de momen. poſſeſ. ſue. app.
6 † Non obſtat, ꝙ appellatio interpoſita, quę ualet ſaltem ſuper maiori ideſt petitorio, ſuſpendere uideatur etiam poſſeſſorium arg. l. 1. §. fin. ff. nil. no. app. pend. quia reſpon. Alb. & alij ſupradd ĩlocis
7 poſt Odofre. ꝙ ſumus in diuerſis caſibus, † ibi enim poteſt appellari in alijs capitibus, hic nõ in poſſeſſorio. Item ibi, ſi fieret executio in minori crimine relegatio fieret, quę impediret executionem maioris, cuius pęna capitalis eſt, nam non reperitur reus, forte enim fugiſſet, & ſic ſaltem fieret difficilior executio in maiori, ideo ſuſpenditur, quod hic non accidit, merito.
Non obſtant quę in dubijs ſubtiliter excitata fuerunt per Reuerendum D. Iudicem ad quem.
8 † Et Primo non obſtat, ꝙ quando cauſa eſt mixta petitorij, & poſſeſſorij ut iſts, de iure communi detur appellatio etiam reſpectu poſſeſſorij, & per conſequens ea pendente; impediatur executio, pręcipue, ſi ſit admiſſa á iudice, & parte, ut hic, ſecundum Nicel. de concor. glo. nu. 26. uers. 2. modereratur. Car. Cott. in memo. appellari non licet. 2. limit. cum multis congeſtis per Rol. conſ. 77. uiſo. nu. 2. li. 2.
Quia primo quoad priorẽ partẽ argumẽtationis quę haber, quod propter mixturam, etiam non admiſſa appellatione per iudicem a quo, appella
9 tio etiam in poſſeſſorio teneat, reſpondetur † quod allegati Doct. id non dicunt, ſed ipſi loquuntur tantũ. In ſecunda parte argumẽtationis quãdo ſcilicet appellatio per Iudicem á quo admiſſa fuiſſet, ad quod ſtatim reſponſiones dabuntur.
Secũdo quoad eamdẽ partem argumẽti admiſ
10 ſo quod † in poſſeſſorio mixto appellatio permiſſa ſit, ut not. Salice. d. l. vni. 3. oppo. & l. momentaneę nu. 4. C. vn. ui. Bal. conſ. 366. nu. 4. lib. 3. Vero. cau. 81. nu. 2. Bero. rub. de iud. nu. 51. & conſ. 52. nu. 7. lib. 3. Meno. de recup. poſſ. rem. 6. nu. 87. & reme. 9. nu. 319. & uerisſimum eſt rationibus collectis p Cõtar. ad d. l. vnicã limit. 2. reſp.
11 iſtud † procedere in poſſeſſorio quod in ſe habet d. mixturam, ut in exemplis poſitis per Contar. d.

loco nu. 8. & ſeqq. ubi late inſtas in hoc declaran
dq, quod hic non ſumus in poſſeſſorio mixto, ſed me
ro, ideſt, nudo á cauſa proprietatis natura ſui,
licet in eodem iudicio agatur de poſſeſsione ac eti-
am de proprietate ſeparatim, hoc enim modo non
dicit hoc in loco mixtum, ut patet loco ſupra cita-
to, & æquiuocant allegantes in contrarium non
percipientes recte dicta Doctorum in propoſito.

Tertio quoad ſecundã partem argumẽtationis quod
eſt, quod quando appellationi Iudex detulit, impedi
12 tur executio, Reſpondetur quod illud † procedit
ſpecialiter reſpectu iudicis, á quo lata eſt ſenten-
tia, & qui appellationi detulit, ut colligitur ex ra
tione, qua Doct. mouentur, quia ſcilicet ſibi ip-
ſi ligauit manus, ut tradit Petus. c. ut debitus,
col. x. uers. ult. not. de app. & latius poſt alios,
Rol. d. conſ. 77. nu. 1. ubi dicunt, quod deferen
tenus eius intentio dubia eſſet, ita aſſerit, declarat
24 & iurat, † quo in caſu ſuę aſſertioni iuratę ſtan-
dum eſt, cum id in eius animo conſiſtat. glo. §.
ſed iſtę Inſtit. de actio. ubi Aret. Ias. Gom. &
* cęteri communiter * uarijs alijs in locis, nunc bre-
uitatis gratia pretermiſsis.

Non obſtat ſecundum, dum dicit, illos adhuc
eſſe ſuos debitores in ſumma 150. ſcutorum, quia
per hoc non reuocat ceſsionem, ut ex aduerſo ſup
25 ponitur, ſi quidem oſtenditur primo quia † ſtant
iſta ſimul, quod ſui ſint debitores quoad directas
actiones, & ſint etiam debitores ceſsionarij quoad
utiles l. 3. C. de nouat. & ibi omnes communiter.
26 ſecundo ſui † poſſunt dici reſpectu originis debiti
ceſsionarij reſpectu hodierni temporis. uel tertio
27 dici poteſt, quod ſui † ſunt debitores reſpectu eius
quod adhuc ſibi illi debent, ſunt etiam Vergilij reſ
pectu quantitatis ſibi ceſſę, aduertendum eſt enim
quod illi debitores debebant Ioſepho maiorem
ſummam quam illã 125. ſchutorum, quę ceſſa fuit
ut apparet in Chyrographo, & inſtrumento ceſ-
ſionis, ut prętendebatur, uti etiam prętenditur
per Ioſephum, quod illi deberent d. Vergilio 125.
ſchuta ceſſa, ſibi uero 150. & ita nihil repugnat
quod dixerit, illos ad huc ſuos eſſe debitores, &
conſequenter non infertur, quod ad ſe eos reuoca
uerit (ut pręſuponitur) Et hoc ſatis innuitur in
dictis precibus de intentione Domini Ioſephi,
cum in illis non dixerit ſimpliciter eos eſſe ſuos
debitores, ſed etiam fecerit mentionem de ceſsio
ne per ſe facta Vergilio, quaſi ab ea non intellexe
rit, etiam ſi potuiſſet, diſcedere.

Poſtre.

Poſtremo, ꝙ non fuerit facta d. reuocatio ceſ-
28 ſionis, conuincitur, quia † omnes humani actus cō ficiuntur poteſtate, & uoluntate, & ubi alterum iſtorum deficit, actus geſtus non dicitur. glo. 1. l. ſi fi. llę C. de donat. an. nup. & c. ſuper abbatia. de offi. deleg. cum ſimilibus. Hic poteſtas ſine dubio deficit, quia contractus ceſsionis, & in ſolutum dationis celebratus fuit conſenſu amborum Ioſephi, &
29 Virgilij, † ergo conſenſu ſolius ipſius Ioſephi non potuit nouari, & diſſolui. l. ſicut. de act. & oblig. l. nihil tam naturale de reg. iur. c. cęterum. in fine, de offi. delega.

De uoluntatis defectu conſtat, uel quia non probatur concludenter, eam adfuiſſe, ut ſupra dictum fuit, uel quia declaratur per dominum Ioſephum
30 hodie non habuiſſe hanc uoluntatē, † quod poteſt per eius iuramentum, cum in animo conſiſtat, ut ſupra.

Quinimmo dato ꝙ cōcurrerent iſta, duo poteſtas, & uolūtas, adhuc reuocatio legitime facta dici
31 nō poſſet, quia ultra hęc duo † ad actū quēlibet explicandū requiritur cauſa iuſta, & honeſta, ut poſt alios tradit Meno. conſ. 75. nu. 34. lib. 1. Quę nullo modo hic adfuiſſe probatur, neq; allegatur.

CONSILIVM LXXIIII.

Argumentum.

Fratris appellatione an & qua cōſideratione uenire poſſit etiā Patruus? Eodem modo An appellatione patris, & matris, Aui, & Auiæ ueniant alij Aſcendentes?
Subſtitutio in quā uocantur fratres utrinq; coniucti, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

Propoſitum in mente retentum, nihil operatur, uel Velle nō ſufficit, niſi uoluntas tranſeat in diſpoſitionē nu. 1.
Diſpoſitio Teſtatoris, quod duplici uinculo coniunctus prę feratur vno tantum uinculo coniuncto, intelligitur tantum de fratribus teſtatoris nu. 2.
Contra nu. 20.
Vel procedit in dubio, ſecus ubi aliter de mente apparet nu. 21. & 22.
Teſtator in dubio uidetur ſe conformare cum iure communis nu. 3.
Teſtator in dubio pręſumitur grauare hęredem minus, quam poſsibile ſit nu. 4.
Quod declaratur nu. 23. & 24.
Aequalitas ſemper ſeruanda eſt, & cenſetur eſſe tā ex iure communi, quam ex mente teſtatoris nu. 5.
Fallit, ubi contrarium apparet ex mente nu. 28.
Teſtator non uidetur uelle proprium filium excludere a fideicommiſſo in dubio nu. 6.
Teſtatori ſucceditur per fideicommiſſum eod. nu. 6.
Diſpoſitio per nomen proprium facta non ſolet egredi perſonas nominatas nu. 7.
Patruus, appellatione fratris non uenit nu. 8.
Contra nu. 20. & latius nu. 32. 33. & 34.
Maxime ſi de mente diſponentis appareat nu. 21.
Maxime habito reſpectu ad perſonas, quæ ſuccedere uolunt. non habito reſpectu ad perſonam, per cuius obitum locus eſt fideicommiſſo nu. 35. 36. & 37.
Verba ubi non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio nu. 9.
Subſtitutio de caſu ad caſum extenditur, non de perſona ad perſonam nu. 10.
Quod procedit reſpectu eorum, qui ſubſtituti ſunt, non reſpectu eius, cui ſubſtituitur nu. 41.
Caſus omiſſus remāet in diſpoſitione iuris communis nu. 11
Teſtator ad præferendum vnum alteri in inſtitutione, & ſubſtitutione, moueri poteſt quadruplici reſpectu, perſonarum, gradus, lineę, & coniunctionis maioris nu. 12.
Lineę reſpectus quomodo conſideretur nu. 13.
Et alij quo modo nu. 30.
Pręlatio in fratribus, uel reſpectu fraternitatis, licet fieri uideatur reſpectu illius, ex cuius obitu fideicomiſſum cedit, ex mente tamen teſtatoris generaliter conſiderari poteſt, etiam in alijs aliter coniunctis nu. 10 & ſeqq.
Vna pars teſtamenti, aliam declarat nu. 15.
Propter quod vnumquodque tale, & illud magis nu. 16.
Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati nu. 17.
Mens teſtatoris eſt regina in ultimis uoluntatibus nu. 18.
Extenſio fit in ſubſtitutione de caſu ad caſum nu. 19.
Verba, ubi clara ſunt, de uoluntate non diſputatur nu. 22.
Illius non intereſt, eſſe, uel non eſſe aliquid, quod accidit tempore, quo ipſe non eſt futurus dominus nu. 25.
Portiones, quas deſcendens habuit ex fideicommiſſo ueniunt in compendioſa nu. 26.
Grauatus in vno, in alio releuatur nu. 27.
Pater priuare poteſt filium omni ſua hereditate, excepta legitima nu. 29.
Relatum dicitur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus nu 31.
Appellatio patris, & matris, comprehendit etiam Auum, & Auiam nu. 38.
Etiam ſi taxatiue diſpoſitio loquatur nu. 39.
Appellatio Auię, comprehendit etiam proauiam nu 40.
Intellectus auth. ut matri, & Auiæ ut intelligatur etiam de Proauia ſub eod. nu. 40.
Teſtatus, & inteſtatus quis decedere non poteſt nu. 42.

Dei Opt. Max. ſuffragio implorato.

OB Conflictum duarum inter ſe directo pugnantium ſententiarum ab Excell. Iuris Cons. & Iudicibus emanatarum ſatis aperte colligitur, punctum, qui in preſenti cauſa controuertitur, non carere probabili difficultate, Pro eius autem ueritate reperienda de duobus principaliter eſt uidendum.

Primo an ex teſtamento, & ſubſtitutione in eo facta aliquo modo colligi poſsit uoluntas Illuſtriſs. D. Raphaelis teſtatoris, ut ad fideicommiſſum, cui factus eſt locus propter obitum D. Nicolai admittatur D. Nicodemus patruus utrinq; coniunctus ipſi defuncto, excluſo D. Franciſco altero patruo conſanguineo tantum.

Secundo Dato, quod huiuſmodi uoluntas modo
1 aliquo appareat, † quia non ſufficit teſtatorem aliquid ſimpliciter uoluiſſe, niſi uoluntas tranſierit in diſpoſitionem. §. Diſponat. aut. de Nupt. l. quidam cum filię. l. quoties §. tantundem. ubi Bal. & Imo. ff. de hęred. inſtit. Alex. & Ias. l. 3. C. de lib. pręter. Dec. conſ. 169. cum alijs adductis per Pari. conſ. 78. nu. 17. lib. 2. uidendum eſt an huiuſmodi uoluntas taliter in d. teſtamento appareat, ut executionem mereatur.

CIRCA PRIMVM uidetur, quod uoluntas teſtatoris nō magis aſsiſtat, aut ſuffragetur Illuſtriſs. D. Nicodemo, quam D. Franciſco.

2 † Primo quia Diſpoſitio teſtatoris, quod coniunctus duplici uinculo preferatur ei, qui tantum eſt unico coniunctus uidetur reſtringenda, tantum ad fratres defuncti, non autem ad patruos extendenda, ut hic; cum enim ita accipiatur iure comuni. §. hoc igitur aut. de conſ. & uteri. frat. Bar. l. poſt conſanguineos. §. legitima; ubi Alex. in addit. ad Bar. ff. de ſu. & leg. Corn. aut. poſt fratres.

* C. de legit. hered. Bal. conſ. 188. lib. 1. & pro *co
3 muni, Rub. Alex. conſ. 102. poſt princ. † & teſtator in dubio uideatur ſe conformare cum iure communi, Bar. & alij l. gallus. §. 1. ff. de lib. & poſt. l. iuriſgent. §. ſi liberi. ff. de ope. libert. cum citatis per Ias. conſ. 215. uerſ. 3. principaliter lib. 2. & Cephal. conſ. 16. nu. 35. lib. 1. predicta prelatio utrinq; coniunctis non uidetur referenda ad patruum, atq; ideo predictum Franciſcum mortuo Nicolao nepote, ad fideicommiſſum admittendum, quemadmodum Nicodemus admittitur.

Secundo Quia cum in facto indubitatum ſit, Franciſcum eſſe hęredem fideicommittentis prout Ni-
4 codemus, & alij fratres, † & teſtator preſumatur hęredem potius grauare minus, quam magis l. uoū ex familia §. ſi rem. ff. de leg. 2. late Ias. l. ſeruię lectione. §. cum fundus. de leg. 1. non uidetur admittendum, quod Franciſcus excludatur à fideicommiſſo cedente propter obitum Nepotum, hoc enim modo magis grauaretur, non minus, cum non ſolum excludatur à fideicommiſſo cedente ob mortem fratris utrinq; coniuncti, uerum etiam Nepotis.

Tertio Quia ſi Franciſcus nō concurreret ad fideicommiſſum cum Nicodemo nimis magna inęqualitas reſultaret; cum enim tres ſint fratres utrinque coniuncti, ipſe uerò conſanguineus tantum, tria fratruum lineę ei ſurſq; deſcendentibus ſuccedere poſſent, ipſe uerò Franciſcus, euiuſq; deſcendentes uni tantum lineę dd. fratruum, quę forte ultimo loco deficeret, qui defectus longe difficilius, quam in una accidere poteſt, † cuius inęqualitatis inductio, ita contra mentem teſtatoris, quam diſpoſitionem iuris communis cenſetur. l. ut liberis l. illud. C. de collat. l. maximum uitium C. de lib. preter. l. que ſitum. §. ſed & quando. ff. de fid. inſtru. Alex. conſ. 158. nu. 1. lib. 6. Aret. conſ. 1. in fin. Soc. Iuni. qui multa congerit ad hoc conſ. 160. nu. 20. & pluribus ſeqq. lib. 2. Burſ. conſ. 5. nu.
* 13. & alij alijs in locis communiter*, tum uel maxime, quia rationi uidetur repugnare grauiter, quod teſtator uoluerit excludere filium proprium à fidei
6 commiſſo, † per quod ſuccedit ſibi l. coheredi. § cum filię ff. de vulg. & pup. Alex. conſ. 30. nu 5. lib. 2. & admittere deſcendentes alios teſtatoris ab eo longiſsimo forte grado diſtantes, immo ſi de hoc teſtator fuiſſet interrogatus contrarium (ut credendum eſt) reſpondiſſet, confirmando ſe cum diſpoſitione iuris comunis, ut ſupra.

Ex quibus non uidetur poſſe negari, quin ex uoluntate teſtatoris Franciſcus admittendus ſit ad d. fideicommiſſum, quemadmodum Nicodemus, dato tamen, quod propter aliquas ſubtiles ratiōes, & coniecturas, Nicodemus uideretur preponendus Franciſco forte ob duplicitatem coniunctionis, nihilominus hęc pretenſa uoluntas teſtatoris, cum non appareat tranſiſſe in diſpoſitionem, nihil opera et poſſe uidetur per ſupradicta.

Quod autem d. uoluntas non tranſierit in diſpoſitionem in puncto, de quo agitur, primo uidetur
7 colligi, † quia dum diſponitur de prelatione ratione maioris coniunctionis, deſignantur perſonę per nomen proprium, ibi, item ſub ſimili modo &c. quo caſu diſpoſitio non ſolet egredi perſonas nominatas arg. c. quoniam Abbas. cum ibi not. de off. deleg. & l. ſi comunis ſeruus ita ſtipuletur ff. de ſtip. ſeru. cum ſim.

Secundo Quia dum inducitur d. prelatio, loqui
8 tur teſtator de fratribus, † qui reſpectus fraternitatis in caſu noſtro non cadit, cum Franciſcus, & Nicodemus fratres non ſint Nicolai defuncti ſed patrui, qui appellatione fratris non ueniunt Socc. conſ. 1. lib. 1.

Tertio fortius, quia dū teſtator pferri uoluit utrinq; coniunctū fratrē, ſubdit, ex latere patris, & matris, cū antē Nicodemus Nicolao non poſsit dici cōiunctus ex latere patris, & matris, quia Nicolai mater fuit uxor Baptiſtę, mater autem Nicodemi fuit uxor Raphaelis, item pater Nicodemi Raphael, pater uero Nicolai Baptiſta non uidentur uerba teſtatoris aliquo modo adaptari poſſe ad d. Nicodemū
9 ad excluſionē d. Fräciſci. † atq; ideo neq; diſpoſitio l. 4. §. toties ff. de dan. infec. cū adductis per Feli. c. non nulli nu. 101. de Reſcript. & Tiraq. de Vtroq. retract. tit. 1. §. 1. glo. 7. nu. 63.

Quarto, quia cū uerba ſubſtitutionis loquantur de filijs teſtatoris, & fratribus inter ſe decedentibus nō autē de nepote ex fratre, ut hic, nō uidetur licere, eam ſubſtitutionē extendere ad perſonas non ex
10 preſſas in ea †, licet enim ſubſtitutio de caſu ad caſum extendatur, non tamen de perſona ad perſonam Bar. & alij l. gallus. § inſtituens. ff. de lib. & poſt Dec. conſ. 513. & alibi paſsim.

11 Ex qbus, cū caſus, de quo agitur, nō appareat cōphenſus ex uerbis, aut mente diſponentis, atq; ideo remāſerit in diſpoſitione iuris comunis l. rōmodiſſime. ff. de li. & poſt. l. ſi extraneus de cōd. ob cau. uidetur, quod ad d. ſubſtitutionē ſimul Nicodemus, & Frāciſcus admitti debeāt, licet alter utrinq; cōiunctus ſiut, cum non ſit fratres Nicolao, ut per Bar. & alios l. lucius ff. de vul. & pup.

Cęte-

Cęterum re maturius perpenſa contrariũ cõclu-
dendum eſt, quod immo Nicodemus in predicto
fideicommiſſo preferendus eſt, tam ex mente teſ-
tatoris, quam ex uerbis teſtamenti, ad quod dedu
cendum clare, quia tota res pendet ex diligenti
inueſtigatione tenoris, & ex uerbis teſtamenti, con
12 ſiderandum eſt † teſtatorem ad inſtituendum, ſub
ſtituendum, & preferendum unum alteri in inſti-
tutione, & ſubſtitutione potuiſſe principaliter mo
ueri uno tantum de quatuor reſpectibus, nempe
uel perſonarum nominatarum, uel gradus, uel li-
neę, uel coniunctionis maioris cum defuncto, uel
teſtatore, in caſu autem noſtro apparet teſtatorem
non fuiſſe motum ratione perſonarum, cum enim
inſtituendo dixiſſet de filijs, ſubdit, & quoſcunq;
filios maſculos naſcituros, item & filios maſculos
eorum, qui predecederent ipſi teſtatori in portio
ne patris &c. & iterum ſubſtituendo, ibi omnes
eorum, & cuiuslibet ipſorum filios, & deſcenden
tes maſculos legitimos, & naturales in infinitum
&c. ex quibus uerbis clare apparet Franciſcum
Nicodemum, & fratres inſtitutos, & ſubſtitutos
non ratione ſui indiuidui ſed ratione, quod erant
filij, & deſcendentes ipſius teſtatoris ſed nec ratio
ne propinquioris gradus, quo teſtatorem contin-
gebant, uel etiam eum, ex cuius obitu factus eſſet
locus ſubſtitutioni, apparet eos in inſtitutione, uel
ſubſtitutione prelatos, quia in defectum, & poſt
obitum unius ex dd. filijs ipſo teſtatore uiuente
non uocat alios, qui ſuperuiuerent, qui ſunt ſi-
bi in primo gradu, ſed decedentium filios, & de-
ſcendentes in infinitum, qui ipſum teſtatorem attin
gere non poſſunt, niſi ſecundo, uel ulteriore gradu.
reſtat igitur, quod primus reſpectus inſtituendi,
ſubſtituendi, & preferendi fuerit ipſius lineę,
quod ulterius manifeſtiſsime apparet ex illis uer-
bis d. teſtamenti, ibi, & dd. eius filijs, ſic ut ſupra
hęredibus inſtitutis ſubſtituit omnes eorum, & cu
iuslibet ipſorum filios, & deſcendentes maſculos
legitimos, & naturales in infinitum, & donec ali
qui extabunt de deſcendentibus maſculis legiti-
13 mis &, naturalibus &c. † qui quidem reſpectus iden
titatis lineę prelatus eſt reſpectui proximitatis
in gradu. cum etiam longiſsime diſtantes eiuſdem
lineę ueniant preponendi propinquioribus in
gradu diuerſę lineę, ut etiam eſt de iure communi
aut. de hęred. ab inteſt. §. 1. cum vulg. ſed ceſſan
te reſpectu lineę & deſcendentię ex clara diſpoſi-
tione teſtatoris, ſubintrat reſpectus maioris con-
iunctionis, & duplicitatis uinculi, ut patet in teſ-
tamento, uers. hoc declarato &c. & rurſus uers.
ſubmittẽs &c. atq; ita ſecũdo loco in cõcurſu cõiũ
ctorũ eiuſdẽ gradus duplici uinculo, unico tñ uin
14 culo coniũctus pponitur † quę quidẽ plãtio licet
uideatur fieri in fratribus illius, ex cuius obitu fi-
deicommiſſum cedit, propter uerbum fratres in d.
uers. hoc declarato. expreſſum, mente tamen ip
ſius teſtatoris diligentius preſpecta apparet hanc
prelationem generaliter conſideratam fuiſſe etiã
in alijs perſonis aliter coniunctis.

Primo quidem, quia iſta reſtrictio ad fratres
illius, ob cuius mortem fideicommiſſum cedit, ca
ret penitus ratione, & eſt contra mentem teſtato-
ris uolentis reſpectum hunc maioris coniunctio-
nis generaliter, & omnibus conſideratis, ut patet
ibi, ſemp preferantur &c. & ibi eorũ deſcẽdentes
maſculi, uſque quo aliqui ex eis ſupererunt, quę
diſpoſitio in infinitum effectum ſortiri non poſſet
ſi ad fratres tantum reſtricta eſſet.

Secundo id clare probatur ex alijs uerbis teſta-
toris, quod enim prius in d. uers. hoc declarato. di
xerat de fratribus, dum in uerſiculo item ſub ſimi
li &c. rurſus occurrit mentionem facere de d. pre
latione maioris coniunctionis, non exprimit ſpe-
cialiter aliquid de fratribus, ſed generaliter, ibi ra
tione maioris coniunctionis, quaſi ſignificans, &
declarans mentionem fratrum ſuperiorem intelli-
gendam etiam in alijs perſonis gradu pari exi-
ſtentibus.

Tertio euidentius in eodem verſiculo item ſub
ſimili &c. ad finem, ibi, ut ſunt dd. fratres utrinq;
coniuncti, & eorum deſcendentes maſculi, uſq;
quo aliqui eorum ſuperſunt, ex quibus uerbis ap-
paret predictam prelationem ratione maioris con-
iunctionis ad fratres minime reſtringi, ſed ad alias
15 etiam perſonas extendi, † nec eſt nouum per vnam
partem teſtamenti aliam declarari l. ſi ſeruus pluri-
um §. fin. ff. de leg. 1. Doct. l. qui filiabus ff. eo. tit.
Dec. conſ. 50. col. 2. uers. 3. facit, cum concord.

Quarto ineuitabiliter, quia dictio illa fratres poſi
ta eſt non ſolum reſpectu eius, ob cuius mortem
cedit fideicommiſſum, uerum etiam eorum inter
ſe, qui ad fideicommiſſum uocari pretendunt, &
q ſunt patrui reſpectu defuncti, licet inter ſe fra-
tres ſint, ut infra clariſsime ex uerbis teſtatoris
oſtendetur.

Quibus ſtantibus defecta linea Baptiſtę filij te-
ſtatoris ob obitum Nicolai ſine filijs, Nicodemus
patruus ex latere patris, & matris in concurſu ad
d. fideicommiſſum preponendus eſt d. Franciſco
tam ex uerbis, quam ex mente Raphaelis teſtato-
ris, precipue autem ex uers. ſubmittens etiam Ia-
cobum &c. ubi, teſtator uolens inducere prelatio-
nem in ſubſtitutione intuitu maioris coniunctio-
nis eam conſiderat, non ſolum in natis eodem pa-
tre, & matre, ſed etiam in filijs ipſorum precipue
ibi, ut ſunt dd. fratres utrinq; coniuncti, & eorum
deſcendentes maſculi &c. & ſic conſiderauit teſta
tor quamdam quaſi tranſmiſsionem iſtius maioris
coniunctionis, cuius reſpectu inducebat prelatio-
nem. Eſſet autem non ſolum abſurdum, uerum
etiam ridiculum, ꝙ filij Nicodemi admittendi eſ-
ſent ad fideicommiſſum mortuo Nicolao, Nico-
16 demus autem non admitteretur, † cum propter
quod vnumquodq; tale, & illud magis, clem. pri-
ma cum glo. uerb. perfecto. de relig. & uene. ſanct.
ubi Card. 3. not. c. cum martha. de Cele. miſſa. &
aut. multo magis, ubi Bal. & Paul. Caſtren. C. de
17 Sacros. Eccleſ. † & quicquid eſt cauſa cauſę, eſt ca-
uſa cauſati l. & ſi amicis ff. de adult. & nemo dat.
quod ipſe non habet l. traditio ff. de acqui rer. do-
mi. l. ſi uniuerſę C. de legat. Nec dicatur, id in
caſu noſtro conſiderari non poſſe, ꝙ negari poſ-
ſet filios Nicodemi ſucceſſuros, cum ſubſtitutio
ſit facta Baptiſtę filio, non Nicolao nepoti, quia
uere etiam Nicolao facta eſt, cum & ipſe inſtitutus
ſit in caſu predecedentię Baptiſtę patris, quo caſu
negari non poteſt quando ſibi facta ſit ſubſtitutio

de magis coniūctis,quā teſtator uoluit ſemp durare Ner poteſt euitari,quin ipſe Nicodemus,& filij ip ſius tanq̃ magis coniūcti quā ipſe Franciſcus ſint p̄ ferendi, Vnde nulla ratione dici poteſt,quod ex ſu perexiſtentia Bapniſtę patris Nicolai poteſt',aut debet fieri immutatio,uariatio,uel alteratio in pſo nis ſubſtitutis, reſpectu maioris cōiunctionis,& tā to minus, quanto in d. ſubſtitutione dicitur, quod in tali ſubſtitutione, & ſic facta etiam nepotibus, predecedentibus filijs, ut teſtator ibi loquitur, ſemper, preferantur fratres utrinque coniuncti, & ipſe teſtator utrinque coniunctos interpretatur eos etiam appellari in caſu ſuę ſubſtitutionis, qui nati ſint eodem Auo, & Auia, ibi, & eorum deſcendentes maſculi, ner aborret ius romane ut infra probabitur. Et liret non euenerit caſus fidei commiſsi per mortem Nicolai tanquam in primo gradu inſtituti, ſed tanquam ſubſtituti, ſecundo loco, hoc non debet ſubſtitutionem alterare,quia utroq; in caſu apparet eadem ratio, eademq; te-

18 ſtatoris uoluntas,† quę dominatur in fideicommiſ ſis l. cum auum, C. de fideic. etiam q̃ uerba repugnent l. hęredes mei §. cum ita. ad Treb. l.pater ſeruianam in princ. ff de cond. & demonſt. aut ex coniecturis tantum ea conſtet Dec. conſ. 182. nu. 3. 186. nu. 3. & 227. nu. 8. cum vulgaribus; ner

19 eſt nouum, † quod ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum l. iam hoc iure de vulg. & pup. l. quamuis C. de impub.

Non obſt. quę in contrarium ſubtiliter, & apparenter, magis quam uere, & realiter allegantur, in quorum diſolutione ſententię huius noſtrę ueritas apparebit manifeſtiſsime.

Non obſt. igitur primo,quod duplicitas cōiunctionis iure communi preualeat ſolum inter fratres eius, cui ſucceditur d. §. hoc igitur, & teſtator in dubio uideatur uoluiſſe ſe confirmare cum iure cōmunt, ſecundum Doct. d. l. gallus §. 1. quia, ut omittamus hanc opinionem, quę habet prelationē ratione maioris cōiunctionis ſolūmodo inter fra

20 tres attendendam, non eſſe omnino tutam, † cum contrariū conſulendo reperiatur reſpōdiſſe Chriſt. Caſtillio. Bal. Franc. Alber. & plerosque alios magni nominis ſuę tempeſtatis Viros,& quidem multis rationibus non ſperneudis, ut refert. Corne. d. aut. poſt fratres col. 1. uers. ſed contrarium C. de legi. hęre. Dato quod illa opinio eſſet uera, uel

21 communis, reſpondetur, illam, † procedere in dubio,non autē in claro ut hic.ubi teſtator apte diſ poſuit,q̃ vtrinq; coniūcti prępon i debeant,& hoc ſemper, & in perpetuum, & in alijs, quam fratri

22 bus, ut ſupra ſatis clare deductum fuit, & tum in uerbis nulla ſit ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quęſtio. l. ille, aut ille §. cum in uerbis ff. de leg. 3.

Non obſtat, q̃ Frāciſcus ita ſit hęres Raphaelis patris, ut Nicodemus, & quod heres cenſeatur minus grauatus, quam poſsibile ſit, ut per Ias. d. l. ſerui electione. §. cum fundus. Quia reſpondetur Primo q̃ hic non ſumus in aliquo grauamine impoſito, uel imponendo ipſi hęredi, nec enim teſtator grauauit hęredem Franciſcum, ut aliquid da-

23 ret, uel faceret,† quo caſu loquitur tex. d. § ſi. rem. cum ſimil. ſed ſumus in caſu, in quo etiam ipſe Franciſcus fuit uocatus ad lucrum. r. ad fidei-

24 commiſſum, licet tardius admittatur, † & longa differētia eſt, utrum quis grauetur, aut damnum patiatur, au ad lucrum non admittatur, uel tardius admittatur l. proculo ff. de dan. infe. l. fi. C. de cod. cum ſim.

Secundo dato, q̃ hic agatur de damno, reſpondetur q̃ nos non ſumus in dubio, ſtantibus apertiſſimis uniuerſalibus, & geminatis uerbis teſtatoris p̄ ponentis utrinq; coniunctum ab vno tantum latere coniuncto, ut ſupra.

Non obſtat, q̃ preponendo Nicodemum, & alios fratres vtrinq; coniunctos Franciſco, reſultet inter fratres inęqualitas a iure damnata, ut ſupra, quia, ſcilicet, tres fratres eidem ſuccederent, cum tamen ipſe ſolum vni ultimo decedenti ſuccedere poſſit, Quia reſpondetur Primo hanc non

25 eſſe in ęqualitatem conſiderabilem, † quod enim ipſi Franciſco ſuccedat vnus, uel plures, ſua non intereſt, cum eadat in tempus, quo ipſe non eſt ſuturus dominus, argumento l. quod ſponſę. C. de dona. ante nupt. §. deinreps. aut. de nupt. & not. glo. Bal. & Imol. l. illa inſtitutio ff. de hęre. inſti. & per Albert. in rub. C. de teſta. atq; ideo in eo non poteſt dici grauatus. Secundo reſpondetur q̃ ſi hęc inęqualitas appellari poteſt, recompenſatur, quia Franciſcus conſequuturus eſt maiorem utilitatem ex ſua ſubſtitutione, quam alij fratres, ſi eo cum ueniret caſus, q̃ non extarent alij fratres utrinq; coniuncti, conſequeretur triplum ſuccedendo

26 ultimo decedenti,† cum in compendioſa ueniant etiam portiones quas decedens habuit ex fideicommiſſo l. marcellus §. quidam liberis ff. ad treb. ubi etiam Alex. & idem Alex. conſ. 66. col. fi. lib. & Roma. conſ. 18. uiſa. & pro communi

27 Dec. conſ. 81 nu. 3.† Vnde in uno grauatus deprehenditur in alio releuatur l. cum qui. ff. de iur. iuram l. ſecundum naturam. de reg. iur. cum vulg.

28 Tertio dato, aliquam adeſſe inęqualitatem, † ea admittenda eſt propter expreſſam uoluntatem teſtatoris, in cuius poteſtate fuit, non ſolum eam in

29 ducere, † ſed etiam priuare Franciſcum omni ſua hęreditate, excepta legitima. § aliod quoq; capitulum auth. ut cum de app. cog. aut etiam illum non uocare ad fideicommiſſum, atq; ideo multo magis admittendum eſt, quod tardius uocauerit.

Non obſtat, q̃ uerba teſtamenti repugnare uideantur, quo minus dicamus, q̃ prelatio uirtute maioris cōiunctionis, nō uideat amplecti rā ō q̃ ā do fideicommiſſo fit locus per mortem nepotis ex fratre, quia, ſcilicet, ſubſtitutio facta ſit filijs, deſignando illos proprijs nominibus ad oct. d. c. quo

30 niā Abbas. Quia reſpondetur,non eſſe id uerū,† nam, ut ſupra deductum fuit, Nicodemus, Baptiſta, Iacobus, & Franciſcus, non fuerunt inſtituti & inuicem ſubſtituti ratione ſui indiuidui, ſed qua ſi filij, quod apparet in ipſa inſtitutione, in qua non ſolum ipſos, ſed quoſcunque alios naſcituros filios inſtituit, & inſuper non ſolum ipſos, ſed & filios illorum qui teſtatori predeceſſiſſent, ut ſupra deductum fuit latius ex uerbis ipſius teſtamenti,& breuiter in uers. item ſub ſimili modo referantur relatiue inſtitutio,& ſubſtitutio ſupra facta,illa tamen relatio non alterat naturam earum, quinimmo quali-

31 ſe qualificat, † cum relatum dicatur eſſe in refecente cum omnibus ſuis qualitatibus l. aſſe toto. de hę red. inſtit. auth. ſiquis in aliquo C. de eden. Bar. l. 1. ff. de ceceprat.

Non obſtat, quod dum teſtator in ſubſtitutione prętulit utrinq; coniunctos alijs unico tantum uinculo attinentibus, uſus fuerit uerbo, fratres, quod ad patruos non uidetur poſſe referri, ut ſupra, Quia reſpondetur. Primo quod licet appellatio fratris referatur ad natos eodem patre, &
32 matre, uel eorum altero, † refertur tamen quandoque etiam ad ipſos patruos, & nepotes ex fratre qui inuicem appellantur, & ipſi inter ſe fratres, ut ex ſacra pagina oſtenditur, Genes. cap. 13. ubi cum Abraham loqueretur ad loth filium ſui prędefuncti fratris, inquit, ne queſo ſit iurgium inter te, & me, inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus &c. & iterum Gene. cap. 29. cum Iohan Patruus Iacob loqueretur ad eum, inquit, nunquid, quia frater meus es, gratis ſeruies
33 mihi; † nec eſt nouum etiam ſacram paginam, & dicta ſanctorum Patruum ad deciſionem cauſarum maxime ad ſignificationem uocabuli allegari glo. § his ita 6. diſt. Io. Cald. conſ. 8. Alex. Ias. & alij l. 1. ff. ſi cer. pet. Ab. Feli. & alij c. 2. de reſcrip.

34 † Accedit, quod etiam ius ciuile in ſucceſsione ab inteſtato, & fideicommiſsis, patruos eodem loco ſimul cum fratribus admittendo, eos loco fratrum habere uidetur, ut tradita per Dec. in l. ſi auię C. de ſucceſſ. edi. & in conſ. 1. Aymo. conſ. 67. cum ſimilibus.

Secundo quatenus non admitteretur huiuſmodi
35 noſtra interpretatio reſpondetur, † quod uerbum fratres duobus modis accipi poteſt, primo habito reſpectu ad perſonam Nicolai, per cuius obitum locus eſt fideicommiſſo, & hoc modo Franciſcus & Nicodemus fratres proprie non ſunt, ſcilicet Nicolao, ſed patrui, ut in contrarium conſideratur.
36 ſecundo modo, † habito reſpectu ad perſonas quę ſuccedere ſatagunt, qualiter ſcilicet inter ſe coniunguntur, & hoc modo Nicodemus, & Franciſcus ſibi ipſis inuicem fratres ſunt, & ita accipiendą ſunt uerba teſtatoris d. uers. hoc declarato, dum ibi uult in ſubſtitutione ſemper preferri fratres utrinque coniunctos ſcilicet, inter ſe, prout ęgregie in ſimili deducit Roma. conſ. 16. ſequitur Campe. tract. de dote, parte ult. q. 4 Bal. Nouel. eod. tract. v. q. 3. q. princip. Curt. Iun. conſ. 5. col. 13. & l. 1. C. de ſucceſſ. edic. Ias. conſ. 24. lib. 1. & alij com
* muniter * reſte Iac. Phi. Por. Imol. conſ. 35. nu. 16. & rurſus nu. 20. dicens, appellatione fratris ue nire proprie, tam fratrem eius, cui ſucceditur, quã eius, qui a ſucceſsione excluditur; Et licet,
37 † qui tenent hoc in dictis locis, loquantur in ſtatuto excluſiuo fœminarum, ppter fratres, cõcludẽtes eas excludi a proprijs fratribus, ac etiam patruis, mouentur q; ſpecialibus rationibus, precipue, ex ea, quia ratio conſeruandę agnationis dicti ſtatuti eſt communis ad utroſque fratres, propterea etiam patruos comprehendat, Attamen, & hęc quo que ratio maioris coniunctionis, tam ad fratres Nicholai, quam ad patruos refertur, Tum uel maxime, cum, ut ſupra probatum extitit, teſtator dictam prelationem maioritatis coniunctionis generaliter uoluit eſſe in omnibus perſonis; Et quod ita accipiendum ſit uerbum fratres hic, non eundo per mendicata ſuffragia, conuincitur maniſeſtiſsime ex uerbis & mẽte teſtatoris, paulo enim ãte dictam clauſulam, hoc declarato &c. per quam pręferr alijs utrinque coniunctus fratres, inuicem ſub ſtituerat eius filios, ac etiam Nepotes ex prędecedentibus ſibi teſtatori, quo ſtante, ſi predeceſsiſſet alter eius filius, pone Bapriſta, Nicholao ſuperſtite, ſubinde etiam Nicholaus ſine filijs, nonne ſub illa appellatione fratrum, ad fideicommiſſum uocari fuiſſent Patrui expreſsis uerbis teſtatoris? certe nemo ſani capitis negaret, & tamen appellatione fratruum ueniſſent patrui, reſpectu perſonæ Nicholai decedentis, atque ita maniſeſte liquet, teſtatorem ipſum appellationem illam, fratruum, ad patruos quoq; retuliſſe.

Vltimo quatenus iſta interpretatio eijciatur, nec ipſe Franciſus aſpirare poterit ad prędictum fideicommiſſum, cum nec ipſe Nicolao frater ſit, ſi ue ergo appellatio fratris accipiatur reſpectu Nicolai, ex cuius perſona fideicommiſſum cedit, & Frãciſcus etiam excluditur, quia ei non eſt frater, ſiue reſpectu perſonarum uolentium ad fideicommiſſũ uenire, quaſi fratres inter ſe, & priores in gradu & rurſus Franciſcus non admittitur, quia ſcilicer á Nicodemo utrinque coniucto ex uerbis teſtatoris excluditur.

Non obſtat quod teſtator, preponens utrinque coniunctum, uideatur declarare, eum utrinque coniunctum eſſe, qui natus ſit ex eodem patre, & matre, qualis non eſt Nicodemus cum Nicolao, ut ſupra deductum fuit, quia reſpondetur primo admiſſa interpretatione, de qua ſupra, fratruum ſcilicet appellationem intelligi reſpectu perſonę, quę excluditur, & ſic Franciſci, argumentum ceſſare, quia Nicodemus patruus eſt coniunctus utroq; parente, ideoq; Franciſcum excludit.

Secundo eſto quod dicta appellatio intelligatur reſpectu Nicolai, per cuius obitum fideicommiſſo
38 locus ſit, reſpondetur, † appellationem illam matris, & patris intelligi de parente, ita, ut etiam Auus, & Auia comprehendatur, c. 2. de uer. ſig. l. iuſta. in fine. ff. eo ubiglo. dicit, ubicunq; in corpore iuris, mentio patris eſt, de Auo quoq; intelligendum quod generaliter accipiendum eſſe ait ibi Alex. & Iaſius Rebuf. uers. tertiũ colligamus, ubi ſubſtinet
39 hoc eſſe ex propria ſignificatione. Immo. † etiam ſi taxatiue aliquid patri, & matri concedatur, ad huc Auo, & Auię conceſſum dicitur, ac Proauo Proauięq; ut poſt Mod. l gallus. §. inſtituens. de li. & poſth. tradit Alex. d. l. iuſta. glo. fin. in fi. ubi ex hoc
40 dicit, † legem nouam in auth. ut matri, & auię, tutelam Auię tantum, contra ueteres iuris regulas concedentem extendendam etiam ad Proauiam, ſecun
* dum * frequentiorem ſententiam. ſicut etiam eadẽ ratione appellatione filiorum, nepotes continẽtur, d. l. iuſta. & l filij, & l. liberorum, ubi glo. Bar. & alij ff. de uer. ſig. Alex. conſ 9. lib. 1. cum ſimil. Vnde cũ Nicodemus natus ſit ex Auo, & Auia Nicolai, ambo dicuntur nati eodem parente, ſiue patre, & matre, reſpectu Aui, & Auię Nicholai, quod de Franciſco dici non poteſt; cum ergo uerba diſpoſitionis

nis Nicodemo conueniant, & non franciſco, ad prędictum fideicommiſſum admictendus eſt Nicodemus excluſo Franciſco.

Non obſtat ultimum, quo dicebatur, in ſubſtitutionibus non fieri extenſionē de pſona ad perſonam, atque ideo nec de fratre ad Patruum, ut fieret in caſu noſtro, ſi Franciſcus excluderetur pce ſupra allegatā, Quia reſpondetur Primo nullam hic fieri extenſionem cum appellatione fratruum, comprehendantur etiam patrui, ut ſupra.

Secundo reſpondetur in contrarium allegata ꝓcedere non ex parte, & reſpectu eius, cui fit ſob-
41 ſtitutio (quamquam & hoc caſu indubitato uerificari poſsit) ſed ex parte & reſpectu eorum qui ſubſtituti ſunt. Doctores d. l. gallus. §. & quid ſi tantum ubi Aret. uers. 2. adde in quantum Dec. conſ. ½ 1 t. nu. 5. & l. illam nu. x1. C. de Colla. At in caſu noſtro non quęrimus admictere ad ſubſtitutionem Nicolao factam perſonam aliquam, á teſtatore in teſtamento non deſignatam, ſed Nicodemum filium teſtatoris, de quo teſtamentum multis modis, ut ſupra, cantat; Quinimmo noua perſona tunc diceretur admicti, ſi admicteretur Franciſcus, cum teſtator noluerit admicti conſanguineū tantum, qualis ipſe eſt, quamdiu extaret perſona utrinque coniuncta ſubſtituta.

Nec dici poteſt, nos eſſe in caſu omiſſo; Quia omiſsio non poteſt contingere, niſi altero de duobus modis, nempe, quod non ſit facta Nicolao ſubſtitutio prędicta, atque ita ſimus in ſucceſsione ab inteſtato, aut quod facta fuerit, non autem de utrinque coniunctis, ſed indeterminate de filijs teſtatoris, aut de fratribus, uel patruis decedentis quod ſimus in prima ſpecie omiſsionis, etiam ipſe Franciſcus negat, pretendens ſe uocatum ad ſubſtitutionē una cum alijs ſuis fratribus, ideoque prę-
42 tendit nō eſſe locum ſucceſsioni ab inteſtato, ſ cum earum rerum inter ſe pugna ſit l. ius noſtrum. de reg. iur. cum ſimil. & ex teſtamento certe contrarium appaiet clariſsime, cum in eo teſtator, & ſemper, & in perpetuum, & in omnem caſum ſubſtituerit per uerba uniuerſalia, & efficaciſsima. Quod nec in ſecunda ſpecie omiſsionis ſimus, apparet, quia iſte Frāciſcus nō poteſt aſpirare ad fideicōmiſſum, niſi uno ex tribus reſpectibus, & modis uidelicet, aut tanquā filius teſtatoris, aut tanquam frater aliorū ſubſtitutorum, ſcilicet intelligamus; cum dixit teſtator, ꝑponendos fratres utrinque coniunctos, quod uſus fuerit illa dictione, Fratres, habito reſpectu ad ſubſtitutos inter ſe ipſos, aut tanquam patruus D. Nicolai, ſi uult uenire, uel tanquam filius teſtatoris, uel tanquam frater conſubſtitutorū iſte caſus non eſt omiſſus, quia uerba ſubſtitutionis aperte loquuntur, & de filijs, & de fratribus Franciſcus autem non poteſt admicti, quia non eſt utrinque coniunctus alijs, ſiue filijs, ſiue fratribus; ſi uolt uenire tanquam patruus, ad hue uenire non poteſt, primo quia impliecat contradictionem quod caſus ſit omiſſus a teſtatore, & quod quis uelit uenire ex ſubſtitutione ab eodem facta. ſecundo quia etiam in Patruo conſideranda eſt ratio maioris coniunctionis per ſupra late deducta.

CONSILIVM LXXV.

Argumentum.

Inſtantia Iudicij quanto tempore duret tā Ciuili, quam canonico Iure.

Inhibitio Rotæ Romanæ quatenus timenda.

Et multa de uiribus inhibitionis.

Et quæ requirantur, ut inhibitio canonica dicatur, & attentata cauſet.

SVMMARIVM.

Inſtantia iure ciuili triennio finitur nu. 1.

Fallit, quando diu protelata fuit cauſis, & ſub terfugijs partis, quo caſu inſtantia non labitur nu. 14.

Etiam quod pars proteſtata non fuerit nu 15.

Fallit de iure canonico, ſecundum quod inſtantia nunquam perit nu. 16.

Iuriſdictio delegata uni ſub nomine dignitatis expirat deſinente eo eſſe in ea dignitate nu. 2.

Fallit, quando ante expreſſionem nominis dignitatis, expreſſum fuit proprium nomen, & cognomen eius, cui commiſſa eſt cauſa nu. 17.

Ideo cauſa commiſſa titio canonico, ſi poſt commiſſionem titius deſinit canonicus eſſe, delegatus remanet nu. 19.

Sententia lata poſt expiratam iuriſdictionem delegatam per aliquem, nulla eſt nu. 3.

Probatio nulla maior eſt, quam propria oris cōfeſſio n. 4.

Agens ſine actione, nulliter agit nu. 5.

Sententia ex defectu non iuris apparentis ex eiſdem actis, nulla, aut ſaltem reuocanda nu. 6.

Relaxatio mandati exequtiui, nulla eſt, facta ad ſimplicem citationem ad ſententiam, non citata parte ad uidendum mandatum relaxari nu. 7.

Contra, quia hic non agitur de attentatis, ſed de nullitate actus nu. 36.

Item contra, quia non requiritur citatio ad uidendum, mandatum relaxari nu. 39.

Executio ſententia, & mandati exequtiui facta pendente tempore x. dierum ad appellandum, dicitur attentata, & per uiam attentatorum uenit reuocanda nu. 8.

Fallit, ubi appellatio non datur, uel ſi datur, non ſuſpendit exequtionem nu. 45. 46. & 47.

Fallit, quando appellatio eſt friuola nu. 48.

Exequtio facta poſt inhibitionem Rotalem, attentata eſt, & per uiam attentatorum uenit reuocanda nu. 9.

Etiam non expectata declaratione, an cauſa appellationis iuſta, uel iniuſta fuerit nu. 10. & 59.

Fallit, quando commiſsio, & inhibitio fuit ſubreptitia uel obreptitia nu. 55. & ſeqq.

Maxime, ſi ſubreptio ſit in fundamento, & baſi negocij, & reſcripti nu. 60. Vbi ponitur exemplum.

Inhibitio rotalis, ſecundum ſtylum Vrbis timēda eſt, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit nu. 12.

Siue in urbe, ſiue in partibus fuerit nu. 12.
Et ibi de ratione ſtyli. nu. 13.
Fallit, quando ſubreptio eſt in fundamento, & baſi negocij, & reſcripti nu. 60.
Fallit quando facta fuit inhibitio uigore commiſſionis impetratę nulla precedente ſententia nu. 61.
Fallit, quando inhibitio eſt contra ius nu. 63.
Fallit, quando inhibitio non eſt canonice facta nu. 68. & 81.
Et licet limitationes has Romani non admittant nu 64
Admittendę tamen ſunt nu 82. & ſeq.
Prius ſcriptum, prius conditum cenſetur nu. 18.
Clauſula conſtituti per dominum rei appoſita in alienatione, transfert poſſeſſionem nu. 20.
Eodem modo dominium nu. 21.
Cedens iura ſua, iura utilia transfert, non directa, quę apud eum remanent, quibus agere poteſt nu. 22. 23. & 24.
Poſſeſſio ſine traditione non transfertur ex ſolo titulo. nu. 25.
Occupans poſſeſſionem ſine uoluntate prioris domini. etiã habens titulum, prędo eſt nu. 26.
Poſſeſſionem non transfert cedens ius alteri rei extra conſpectum, niſi accedat actus corporeus, uel alius eius loco. nu. 27
Dicens ſe tradere, uel dare rem donatam, non transfere poſſeſſionem, ſed dat licentiam eam capiendi nu. 28.
Exceptio, quod rem, cuius poſſeſſio recuperari quęritur donauit, tanquam incongrua reijcitur in materia recuperandę nu. 29.
Poſſeſſio tam ciuilis; quam naturalis per conſtitutum trãſfertur nu. 30.
Conſtitutus ſe poſſidere, iuris miniſterio efficitur colonus conſtitutarij nu. 31.
Etiam ſi conſtituens poſſideat per alium naturaliter nu. 32.
Colonus fit colonus conſtitutarij nu. 33.
Poſſidens tantum ciuiliter per ſe, naturaliter autem per alium, etiam ſi animo deſinat poſſidere, neutram poſſeſſionem amittit, donec per ceſſionarium poſſeſſio naturalis occupata non fuerit nu. 34.
Accipiens poſſeſſionem per ingreſſum, non expellens colonos nomine alterius poſſidentes, non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione nu. 35.
In poſſeſſorio reintegrandę appellari non poteſt iure ciuili antiquo nu. 37. & 41.
Et licet aliqui contra, de quibus nu. 42.
Communis tamen eſt prout ſupra nu. 43.
Idem ſecundum Egid. Conſtit. Mar. Ancho. cap. 2. lib. 6. nu. 38.
Maxime quoad effectum ſuſpenſiuũ, quia non ſuſpendit, aut retardat exequtionem nu. 45.
Secundum uſum Curię Romanę, & Aud Rotę nu. 46.
Citatio non requiritur ad id, quod conſequutiuum eſt, dependens, ſeu connexum ſententię, ad quam quis citatus eſt nu 40.
Egidiana conſtitutio. quę inhibet appellationem in poſſeſſorio confirmata eſt a Paulo iij. & alijs Pontificibus per totum ſtatum Eccleſiaſticum nu 44.
Commiſſio, & inhibitio ſurrepitia eſt ſi narratum ſit tempore commiſſionis ſententiam latam fuiſſe, cum tamen non eſſet nu 50.
Item, quando expoſitum fuit ſententiam latam per Iudicem ordinarium committentis, cum tamen lata eſſet per iudicem feudatarij illius committentis nu 51.
Item quando ſuppreſſum fuit causã pependiſſe coram iudice delegato feudatarij committentis nu. 52.
Item ſi tacitum fuit, cauſam fuiſſe in mero poſſeſſorio, maxime recuperandę nu. 53.
Iudex non tam facile inhibet, quando commiſſa eſt ſibi cauſa appellationis in mero poſſeſſorio quam alias nu. 54.
Geſta, uigore commiſſionis obreptitię, nulla ſunt nu. 56
Nec per uiam attentatorum ſunt reuocanda nu 57.
Inhibitio ſemper habet clauſulam tacitam, ſi preces ueritate nitantur nu. 58
Niſi ſit inhibitio rotalis, quę ſecundum ſtylum non habet dictam clauſulam, cum timenda ſit, ſiue iuſta, ſiue non nu. 59.
Inhibitio ſemper attentata producit quando commiſſa eſt cauſa nullitatis, etiam, quod commiſſio ſit ſurreptitia nu. 65.
Fallit, quando nullitas conſiderari non poteſt nu. 66.
Inhibitio nulla non ligat manus iudicis a quo, quin ſententiam exequi poſſit nu 67.
Inhibitio non canonica exequutionem non impendit, nec geſta poſt eam dicuntur innouata nu. 68.
Inhibitio canonica, ut ſit, multa requirit nu. 69.
Primo cõſtare iudici inhibenti, appellationem legitime factam fuiſſe nu. 70.
Secundo ad ſe appellationem deuolutam nu. 71.
Tertio quod ſuper exceptum ſit cognoſci de meritis cauſę coram eo nu. 72.
Quarto quod precedat citatio partis nu. 73.
Contra de ſtylo Vrbis nu. 77 pro ut infra
Quę citatio precedere debet ad plura principaliter ut cognoſcatur, an legitime ſit appellatum nu 74.
Iudex Eccleſiaſticus uolens procedere ſuper uſuraria cauſa, non poteſt inhibere ſeculari, coram quo cauſa pendet. niſi uſurarium citare faciat nu. 75.
Inhibitio ab aliquo iudice fieri non poteſt, niſi coram eo pendeat lis pręiudicialis liti, pro qua inhibet nu. 76.
Citatio licet de iure pręcedere debet inhibitionem. de ſtylo Vrbis ſeruatur cõtrarium in Rotali inhibitione nu. 77.
Qui ſtylus recte procedit in duobus caſibus.
Primo quando iudex ex officio inhibet. ſecundo quando iudici data eſt facultas citandi, & inhibendi nu. 79.
Facultas, inhibendi ſolet dari communiter in omnibus commiſſionibus nu. 80.
Stylus probandus eſt per acta, uel teſtes iuratos nu. 82.
Maxime ualde irrationabilis nu. 83.
Rationes Rotę Romanę allegatę per Acchill. decis. 27. de attenta. ut ualde fragiles damnãtur nu. 83. 84. & 85.
Quod nullum eſt, attendi non debet eod nu. 85.
Magiſtratus prepoſiti ſunt ad ius dicendum non condendum, aut legem communem abolendam nu. 86.
Stylus admittentes libellum ſine ſcriptis in cauſis xx. ſolidorum, declarat ius commune, ideo ualet nu 87.
Stylus admittens in maioribus cauſis libellum ſine ſcriptis non ualet. quia contra ius commune nu. 88.
Stylus Vrbis Romanæ, quod inhibitio rotalis attendatur ſiue iuſta, ſiue iniuſta, extra Vrbem maxime pernicioſus eſt, ideo reijciendus nu. 89.
Stylus predictus non procedit, quando commiſſio facta eſt in Rota, pro ut de iure, quia tunc inhibitio quoque prout de iure, fieri debet nu. 90.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

Ex his, quę coram ſacro
Rotę Rom. Auditorio
excitantur in cauſa ap-
pellationis contra hęre-
des D. Petri Andreę de
Mattis, uidetur, quod ſen
tentia Domini iudicis a
quo in Ciuitate Peruſi-
na lata ſit penitus nulla.
Primo quia cauſa cępta fuit Anno Domini 1561.
1 ſententia autem lata Anno Domini 1573. † ideoq;
inſtantia, quę in cauſa ciuili finitur trienio l. pro-
perandum, ubi glo. Bar. & omnes communiter
ff. de iudi. cum a die cęptę litis tranſacti ſint fere
xij. ãni, ſine dubio perempta eſt, & ſentẽtia poſtea
lata pęnitus nulla ſecundum Doc. d. l. properan-
* dum ut de communi * teſtatur Paul. Caſtreo. conſ.
384. uidetur dicendum uerſ. quinto & ult. lib. 1.
Fely. c. de cauſis col. fin. uerſ. concluſio ſit, dicens.
ita omnes Doctores tenere d. offi. de leg. Iaſ. § rur
ſus uerſ. quid autem &c. Inſtit. de actio. Corne.
conſ. 49. nu. 16. lib. 2. Zaba. rub. de deci. nu. 27.
Aſi. in prax. iud. §. 2. cap. 3. nu. 5.
2 Secundo quia † cum cauſa prędicta fuiſſet com
miſſa dicto Domino Iudici, tanquam Auditori
Rotę Peruſinę, ut in reſcripto fol. 5. ibi Domino.
Iacobo Frattadochio Rotę Peruſinę auditori &c.
& is poſtea deſierit eſſe Auditor Rotę prędictę,
temporeq; d. ſententię eſſet Auditor Reueren.
Domini Gubernatoris eiuſdem Ciuitatis, uidetur
expiraſſe eius iuriſdictio, & remanſiſſe apud ſuc-
ceſſorem dignitatis c. ſi gratioſe. de reſcrip. lib. 6.
ubi Io: Mona. Domi. Franc. & alij c. quoniam Ab
bas. ubi Ab. Feli. Dec. & Cęteri de offi. delega.
3 † ideoque ſententia per eum lata ex defectu iuris
dictionis delegatę pęnitus nulla; ad notata late
per Vant. de nulli. ex defe. iuriſd. ord. in princ. &
proprie de nullitate ex defe. iuriſdict. delegat.
Tertio quia ſententia lata fuit ad fauorem filio-
rum, & hęredum dicti Domini Petri Andreę de
Mattis, & tñ cõſtat in proceſſu ex diſpoſitiõne te
4 ſtiũ fidedignorũ & ꝓpia † cõfeſsione ipſius q. Do
mini Petri Andreę, ac Reueren. Domini Adria
ni de Penna, qua nulla maior eſt ꝓbatio l. 1. ff. de cõ
feſſ. iam diu antea pręd. D. Petrũ Andream ceſsiſſe
omnia ſua iura dictorum bonorum dicto Reueren
do domino Adriano, & conſequenter uirtute dic
tę ceſsionis, tam dominium quam poſſeſsionem
5 in dictum Dominum Adrianum tranſiuiſſe † meri
toq; dictos hęredes ſine actione nulliter egiſſe l.
6 ſi pupilli §. uideamus de nego. geſt. † ſententiamq;
ad eorum fauorem latam ex defectu notorij, non
iuris ex eiſdem actis apparentis nullã, aut ſaltem
reuocãdam fuiſſe, & eſſe, ad not. l. fi. C. de reb. cre.
Quarto principaliter, quatenus nulla, aut reuo
canda ſententia prędicta ex ſupradictis non eſſe
uideretur, quod ſubſequutũ eſt per uiam attenta-
torum reuocandum, cum tripliciter per Iudicem,
a quo fuerit innouatum.
Primo quidem in relaxatione mandati exequu
7 tiui, † quę fuit facta ad ſimplicem citationem ad
ſententiam, non autem citata parte ad uidendum
illud decerni, aut relaxari, ut debuit. ad l. de uno
quoq; ff. de re. iudi.
8 Secundo quia fuit facta exequutio ſententię, &
mandati exequutiui prędicti pendente tempore
decem dierum ad appellandum, ideoq; per uiam
attentatorum uenit reuocanda c. nõ ſolum in princ.
& ibi omnes de app. lib. 6.
Tertio quia predicta exequutio facta fuit poſt
9 inhibitionem Rotalem factam, & preſentatam, †
quę inhibitio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda erat
l. 1. §. 5. ff. de uo. op. nunci. c. ſignificantibus de
app. Rot. decis. 306. nota quod, ibi, in fi. de com
miſſ. & attenta. ideoq; omnia poſt eam geſta in-
10 nouata dicuntur. & reuocari debent, † non aliter
expectata declaratione, an appellationis cauſa iuſ
ta uel iniuſta fuerit, ſecondum Gemi. c. non ſolum
§. illa uerò. col. 2. uerſ. quid ſi cauſa appellationis de
11 app. in 6. & ibi Frãc. nu. 3. per illũ tex. † & quoad ſty
lũ Vrbis Romę, reſpectu inhibitionis Rotalis uide
12 tur clarũ ut teſtatur Achil. de attent. deciſ. 27. † ſiue
13 in Vrbe ſiue in partibus fuerit facta inhibitio, † ra
tio ſtyli ſecundum eum, quia ſi in Vrbe poteſt fa-
cile adiri ſuperior pro remedio. ſi in partibus, ne
aperiatur uia facile negligendi inhibitiones Rotę,
& eſt alia Decis. Rot. per Acorom. decis. 53. quem
ſequitur Mando. de inhibi. q. 20. Mod. Perus. de
attenta. 2. parte cap. 20. in xj. amplia reſtringen-
tes ſtylum hunc ad inhibitiones Rotales tantum-
modo, ut ibi per eos ſub nu. 5.
Hęc ſunt, quę Aduerſarij contra dd. filios,
atquę hęredes d. D. Petri Andreę autumant gra-
uiter urgere, in quorum diſolutione nobis ela-
borandum eſt. his enim quę obijciuntur ſublatis,
ſententia eiuſque exequutio ad dd. hęredum pupil
lorum fauorem facta inconcuſſa manebit.
Imprimis igitur nulla dici non poteſt predicta
ſententia ex eo quod prolata fuerit poſt peremp-
tã triennij inſtantiam iux. d. l. properandũ, cum ſu-
14 pra allegatis, Primo quidẽ quia † huiuſmodi cau-
ſa tam diu protelata fuit dilationibus, ſubterfugijs;
& cauillis aduerſariorum, ut notorie ex oppoſitis
per eos in actis apparet, quo caſu inſtantia non la
bitur glo. mag. c. uenerabilis de Iud. ubi Mar. Soc.
col. 1. Bal. l. intra utile. in princip. 4. not. ff. de mi-
no. & l. contra C. de inoffi. teſt. Alex. conſ. 42. in
cauſa col. 3. & conſ. 72. uidetur in princ. lib. 3. Dec.
c. ex ratione col. 8. uerſ. unde alia de app. And. Ti
ra. de retrac. ligna. §. 12. glo. 2. nu. 1. cum ſeq. qui
alios multos allegat Marant. de iudi. par. 5. nu. 14.
Cag. l. ea eſt natura, nu. 9. de reg. iur. Io. de ami.
conſ. 6. in facto nu. 9. & conſ. 539. non eſt. nu. 1.
Natta. conſ. 172. nu. 57. lib. 5. Aſi. alios citans &
* communem * aſſerens d. praxi. iud. §. 5. cap. 7. in
princ. quicquid aliqui contrarium uoluerint.
15 Nec refert, † quod dd. pupilli proteſtati non
fuerint per ſe non ſtare ſed per aduerſarios quin
ſententia proferretur, quia id minime refert, ut
diffuſe probat Dec. conſ. 356. uerſ. non obſtat ſe
pradictis a quo diſcedendum non eſſe tradit idem
Aſi. d. cap. 7. in fin.
Secundo ommiſsis alijs reſponſionibus multis
quę accomodari facile poſſent, nullius momenti
eſſe, quod dicitur de inſtantię lapſu, apparet, quia
16 † inſtantia de iure canonico numquam perit. tex.
eſt

eſt ubi glo. Ab. Ho. & omnes cõmuniter * id aſſe-
runt d. c. uenerabilis idem aſſerit glo. d. l. prope-
randum uer. triennij in fi. Inno. c. conſuluit de offi.
delr. Anc c. ſicut nu. 2. de app. Specul. de deleg. §. reſ
tat. uers. itemque inſtantia, & uers. ſed numquam
omnia Alex. conſ. 23. col. 1. lib. 3. ubi dicit hanc
eſſe communem opinionem idem teſtatur & ſequi
tur Maran. d. loco nu. 14. Feli. c. de cauſis in princ.
de offi. deleg. Ias. d. l. properandum col. pen. in-
fin. Rot. decis. 412. ſilicet pendente in nouis. Caſſa.
ut lite pend. decis. 5. nu. 4. Gom. ad reg. de anna
li. poſ. q. 44. Vant. da nullit. ex defect. iuris ordin.
nu. 126. ubi dicit uere iſta eſſe communem * opinio
onem, prout idem aſſerit & ſequitur Aſi. d. ſua
praxi. ciuil. §. 1. c. 3. nu. 22. & alij per multi ab his
in dd. locis congeſtis.

Non obſtat illud ſecundum, dum aſſeritur, nul
la uideri d. ſententiam ex defectu iuriſdictionis, ex
eo quod lata fuit per D. Iacobum poſtquam deſie
rat eſſe Auditor Rotę Peruſinę, cum tamen ſibi uti
Auditori predictę Rotæ commiſſa fuiſſet iux. tex.
& ibi notata c. ſi gratioſe. de reſcriptis lib. 6. cum
alijs ſupra allegatis. quia ommiſsis multis breuiter
reſpondetur predictã cauſam uere fuiſſe commiſ-
ſã d. Domino Iacobo Frratadochio Auditori Rotę
17 Peruſinę † quo caſu cum fuerit expreſſum nomen
eius ꝓprium, & cognomen priuſque illud dignita
tis, licet poſtea ſubſequuta ſit mentio dignitatis,
commiſsio cenſetur perſonalis, ideoquę non tran
ſit in ſucceſſorem dignitatis, ſed durat in perſona
eius, cũ per nomen proprium facta fuerat: l. ſi
communis ſeruus ita ſtipuletur in fi. ff. de ſtipul.
ſer. & ratio eſt, quia ex quo prius proprium nõ-
men exprimitur, ab ordine litterę uidetur appa-
rere de mente committentis eſſe quod ille nomi
natus cognoſcat, non autem qui detinuerit eam
dignitatem, argumento c. mandato in fi. de preb.
lib. 6. c. ſi quis iuſto in principio de deci &. l. quo
ties ff. de uſuf. cum ſimil. Vnde Bal. c. dilecta de
reſcrip. & l. qui duas in princ. de excus. tut. aſſerit
18 † quando queritur quid prius admittendum ſit or
dinẽ ſcripturę attendendum eſſe, cum prius ſcrip
tum, prius conditum cenſeatur § prius 2. conſti.
Cod. glo. c. quorumdam de Elec. lib. 6. & per hęc
& alia multa ita firmat Bar. l. & quia in fin. ff. de
iur. omni Iudi. Abb. c. quoniam Abbas. in tertia
par. glo. magnę de offi. deleg. & ibi Dec. ſub
nu. 5. qui dicit hanc eſſe communem * opinionem
prout teſtatur etiam ibi Mar. mant. nu. 26. & lati
19 us Bero. ibi nu. 91. Vnde dicitur † quod ſi cauſa
committatur titio Canonico alicuius Eccleſię, qui
poſt commiſsionem ſibi factã deſierat cannonicus
eſſe, uirtute illius delegationis iudicem remanere,
cum uti titio, non uti cannonico commiſſa cauſa
fuerit, glo. eſt c. ſtatum uer. cannonicis in fi. de reſ
crip. lib. 6. ubi alij cõmuniter * prout teſtatur Dec.
d. c. quoniam Abbas. nu. 9. Mar. mant. nu. 29. &
Bero. nu 95.

Minus tertio loco nulla aut reuocanda dici po-
teſt predicta ſententia ex eo, quod lata fuerit ad fa
uorem dd. pupillorum, qui nullum ius, nullam-
que actionem ad agendum habere uidentur prop-
ter ceſſionem ab eorum patre Domino Adriano
de Penna factã, ut ſupra, quia pro reſponſione con
20 ſiderandum eſt, † quod cum Ludouicus donans
eſſet dominus, & poſſeſſor prędij donati per clau
ſulam conſtituti in donatione appoſitam, ueram
poſſeſsionẽ tranſtulit ind. Dominum Petrum an
21 dream donatarium † & conſequenter dominium
22 l. traditionib⁹ ubi doct. C. de pac. † Petrus Andre
as autem cedens poſtea iura ſua Domino Adria-
no prędicto, tantum utilia tranſtulit, directa uero
23 apud eum remanſerunt, † quibus recte experiri
poteſt l. 3. ubi gloſa. uers. exigue, in fi. C. de no
uat. Paul. caſt. l. quid ergo caſus ff. de pac. Bar. l.
non quocũque §. qui catum. ubi alij precipue Ias.
nu. 8. de leg. 1. Aſt. deci. 335. nu. 22. quibus in lo
cis omnes communiter * concludunt apud cedentẽ
actiones directas remanere, ideoque ei poſt ceſ-
ſionem agenti obicij non poſſe de ceſsione fac-
ta niſi tribus caſibus de quibus Ibi, quorum ali-
quis in caſu preſenti adaptari non poteſt, idem
tradunt Paul. Caſtren. Ang. Alex. Ias. Curt. Iuni.
& omnes alij communiter l. ſi cum emptorem
ff. de pac. Pau. Caſt. Fulg. Imo. & alij l. facta.
§. ſi hęres. ff. ad trebell. idem Pau. l. fi. nu. 4 ff. de
24 donat. Et licet † huiuſmodi cõſideratio utilium, &
directarum actionum omnino non cadat quoad
ipsã poſſeſsionem cum ea ſemp vniformis cenſea
tur, attamen fatendum eſt eam apud cedentem fir
mam, & intactam ſine dubio remanſiſſe, primo
25 quia † ex ſolo titulo poſſeſsio nõ trãſfertur ſine tra
ditione reali l. ſi ex d. ſputata, ubi doct. not. preci
pue Ias. & l. fundi ff. de acqui. poſſeſsione l. nec
26 ex uera C. eo. l. cum hęredes, ubi omnes ff. eo. †
quinimo ſolum titulum habens, occupanſq; poſ-
ſeſsionem abſq; prioris poſſeſſoris uoluntate, dici
27 tur predo. d. l. ſi ex ſtipular. † & quando aliquis
conſiſtens extra conſpectum fundi, cędit eius ius
omne alteri poſſeſsionem non transferr, niſi acce-
dat actus corporeus, uel alius eius loco l. 3. in princ.
& §. Neratius, & l. quemadmodum de acquirẽd.
28 poſſ. † & ſi plenius dicat ſe tradere uel dare rem do
natam, non dicitur poſſeſsionem tranſtuliſſe, ſed
dediſſe licentiam eam capiendi, Bar. Bal. Ang.
Paul. Caſt. l. predia de acqui. poſſ. Bal. rub. C. de
cont. emp. q 59. Ro. conſ. 509. in cauſa propoſi-
ta &c. Ant. Bur. d. c. cum ueniſſet. Nat. conſ. 398.
nu. 19. & 42. lib. 2. Ad quod confert optime quod
tradit Abb. c. ſuper hoc nu. 48. de renunci. ubi poſt
29 Inno. inquit, † quod ſi contra agentem remedio re
cuperandę obijcietur exceptio, quod rem cuius
poſſeſsionẽ recuperare uelt donauit, illa excep-
tio tamquam incongrua reiciatur, quia ex dona-
tione facta, nõ ſequitur remiſsio poſſeſsionis cũ ex ſo
lo titulo nõ ꝑdatur poſſeſsio ut ſupra diximus &c.
30 Secundo quia † per conſtitutũ tranſit poſſeſsio
tam ciuilis, quam naturalis l. quod meo ff. de ac-
qui poſ. cum ſim. ciuilis, quia conſtitutarius inci-
31 pit non poſsidere. naturalis, † quia conſtituens qui
remanet in poſſeſsione naturali, efficitur iuris mi
niſterio colonus conſtitutarij, cum eius nomine
poſsideat Bar. d. l. quod meo nu. 4. & ibi alij doc.
32 cano. c. cum ueniſſet de reſtit. ſpo. quod † proce-
dit etiam ſi conſtituens poſsideat per alium natura
33 liter pone per colonum quia colonus † iſte etiam
ignorans ſit colonus conſtitutarij ut per Bar. d. l.
quod meo nu. 4 ubi Alex. & alij idem Bar. poſt
glo.

cutionem,ut eſt sex. d. l. vni. ubi habetur, ꝙ quan
do de poſſeſsione cauſa dicitur,licet appellatio fue
rit interpoſitā attamen ſententia lata ſortitur ef-
fectum , remanente integra cauſa proprietatis
ita per illum tex. firmat Bar. l. 2. col. 3. in fi.
ff. de app. recipi. Abb. c.cum ad ſedem col. pen.
de reſt. Spol. & conſ. 55. lib. 2. dicens uerba
Bart. d. l.2. uerisſima, & notanda. idem uoluit
Bal. l. 2. col. fin. C. de epi. audi. ubi poſt Ar-
chi. ubi per eum notāter dicit appellationē pro-
cedere,ſed non impedire executionem, quę tamē
retractabitur, ſi ſententia reuocatur. Rube. l. natu
raliter §.nihil comune.nu 346.ubi Corn. nu.26. de
acqui.poſ. Aff. deci. 77. col. pen. in fi. & deci. 269.
col.fi inprinci.dicens ita per ſacrum illud concili-
um notatū fuiſſe, Cap. Tolos.deci.ult Guid.pap.
deci.37.qui teſtatur de magis communi Pet.Benint.
decis. Bono. 17. nu. 5. Rip. c. ſępe. nu. 3. de ceſt.
ſpol. Paris. conſ. 108. nu. 20. lib 1. qui atteſtatur
de communi pcout etiam Marant. d. ſuo Speul. de
Iud. 6. pac. princ. ſecundo not. nu. 294. qui ulte
rius teſtatur ita in Reguo. Napolitano inpraxi ſer
uari. pcout idem atteſtatur Rebuf. ad regias ll. tit.
de ſentent. execut. arti. 5. glos. 3. & arti. 9. glo. 5.
& rurſus tit. de mat. pos. art. 7. glo. 1. nu. 18. &
ſeq. tom. 3. Rot. Pedemont. decis. 25. Didac.
practi. qq. c. 23. nu. 8. Rol. conſ. 77. nu. 15. q
paciter tanquam communem ſequitur lib. 2. Meno.
de remed. recuper. poſſ. remed. 9. q. 49. nu.
322. de remed. adipi. poſ. remed. 4. nu. 826. &
ſeq. & nu. 875. & de remed. reti. pos. remed.
3. nu. 843. mode. addens. ad d. Egid. conlit glo.
4. ſuper uer. poſſeſsionis nu. 1. Cagnol. l. in
part. nu. 6. de reg. iur. Grauāti ad Octa. Veſt. lib. 7.
cap. 3. nu. 78.

Et certe quod dicimus Appellatione a ſenten-
tia in poſſeſsorio lata non retardare executionē,re
ceptisſimum eſt, non ſolum apud ſupra citatos, &
alios , qui admittunt appellationē permitti quoad
effectum deuolutiuum,uerū etiam omnes alios qui
dicunt eam quoad neutrum effectum, ſiue ſuſpenſi
uum, ſiue deuolutiuum admitti , quam opinionem
multo plures , quam precedentem tenuiſſe do-
cet, atq; enumerat ſerioſe Contac. ad d. l. vni-
cam poſt oppoſitiones ad intellectum eius le-
gis nu. 4. uſq; ad finem , firmans pro uertore , in
dubitata, & magis communi opinione obſer-
46 uata quotidie in curia capitolina , † & in ſacro
Auditorio Rotę in vna coram R. D. Oradino an
no domini 1560. 22. Maiij & in iudicando &
conſulendo ab ea non eſſe diſcedendum fir-
mans iuſtincte non permitti appellationem quo
ad aliquem effectum. Cum igitur iſti nullo modo
quoad aliquem effectum appellationē permittant,
illi uero ſaltē quoad effectū ſuspenſiuum denegent
omnes conueniunt, quoad effectum ſuſpenſiuum
denegatam eſſe.

His igitur cōmunibus & uerisſimis traditionibus
Doctorū ſtātibus ad id, quod dicebatur reuocandā,
pecuniā attentatorum poſſeſsionem adeptam intra
decem dies ad appellandum a lege datos,reſponde
tur ꝙ cū ſententia ſuper poſſeſſorio lata poſsit mā
dari executioni,non obſtante appellatione interpo
ſita quę ab ea, ſecundum vnam opinionem quo-
rumdam non datur,aut ſi datur ſecundum alteram
opinionem multorum , non ſuſpendit, neqs retar-
97 dat executionem,ſecundum omnes,ut ſupra,† mul
to minus nec tempus decem dierum ad appellan
dum datum , & propterea geſta intra illud , in-
nouata non dicuntur . nec per uiam attentato-
rum reuocari poſſunt Bal. l. 2. C. de epi. audi.
poſt Archi. d. §. ſunt quorum 2. q. 6. Franc. c.
cum ceſſante col. 55. de app. Paris. d. conſ. 108.
nu. 23. Marant. de iud. par. 6. act. 2. nu. 272.
Vit. de claus. in clau. 3. fallen. 9. ad quod facit
48 † quia idem, quando appellatio eſt friuola Vit. d.
loco col. 1. uers. item fallit &c. Marant. d. loco
nu 271. ubi alios citat, Eodem modo ſi appellatio
nulla ſit Vit. ubi ſupra nu. 4 Rot. decis. 358. in an
49 tiquis Egid. decis. 239. Paris. conſult. lib. 4. † idem
ubi appellatio, iuſte uel legitime nō pendeat l. Ma
ria. Soc. Iun. conſ. 138. in cauſa domini Ioannis nu.
27. lib 3.

Poſtremo dum dicitur abſq; dubio attentatum
per dd. pupillos & heredes fuiſſe ex eo,quod poſt
preſentationem inhibitionis Rotę, cui cauſa pre
tenſę appellationis commiſſa fuit, poſſeſsionem
bonorum de quibus agitur , uigore dicti mandati
exequutiui relaxati ceperunt , cum inhibitio qua-
liſcunque ſit , cauſat attentata Achil. decis 7. de at
tenta. ideoque per uiam attētatorum reuocandā
omnino a ueritate alienum eſt.

50 † Primo quidem , quia negari non poteſt , quin
commisſio cauſę Sacro Auditorio Rot. Roma. eiuſ
que inhibitio ſubreptitia obtenta fuerit , narratum
enim fuit , tempore eius commisſionis dictam ſen-
tentiam latam fuiſſe , quod falſum eſſe apparet ex
51 data commisſionis, & ſententię. Secundo quia, †
poſitum pariter fuit eam ſententiam latam in cau-
ſa pendente coram Domino Gubernatore Peruſi
no , ſiue eius Locumtenente , quod pariter falſum
apparet ex proceſſu , qui neq; coram Gubernato-
re neq; eius Locumtenente ; ſed coram D. Iacobo
Frattadochio Commiſſario Illuſtrisſimi ac Reue-
rendisſimi Cardinalis Peruſini , Marchionis Clu-
ſij, ut ex eius commisſione apparet. Tertio quia
52 † ſuppreſſum fuit, cauſam illam coram Domino
Iacobo predicto pependiſſe uti Commiſſario dic-
ti Illuſtrisſimi & Reuerendisſimi Domini Mar-
chionis, ad quem,cum deberet ordinarie imme-
diate appellari , non autem ad S. Sedem Apoſtoli-
cam & ſi id narratum fuiſſet, non ita de facili Pon
tifex reſcripſiſſet, cauſam ſacro Auditorio Rotę
53 Committendo. Quarto quia , † pariter tacitum
fuit predictā cauſā fuiſſe ſuper mero poſſeſſorio,
& quidem recuperandę , in qua cum ſententia in-
ea lata non detur appellatio , ſi id expoſitum fuiſ-
ſet, ſummus Pontifex, aut ita non reſcripſiſſet , aut
ſine preiudicio legitimę exequutionis commiſiſſet
54 † aut ſaltem ſacrum illud Rotę Auditorium ſum-
mę iuſtitię & ęquitatis exemplo inhibitio-
nem ſimpliciter non deſtinaſſet Cum igitur circa
omnem difficultatem tam commiſsio , quam in-
hibitio fuerit ſubreptitia , uel obreptitia , omnia
quę eorum cauſa geſta ſunt , nulla ſunt , aut ueni-
unt reuocanda c. cęterum c. ſuper literis ubi omnes

56 de reſcrip. † & quę nulla, aut reuocanda ſunt, non
57 impediunt proceſſum ad ulteriora, † nec ſi proceſ
ſum fuerit, geſta poſtea ueniunt per uiam attenta-
torum reuocanda. Paris. d. conſ. 108. nu. 12. &
conſ. 172. nu. 13. lib. 4. Berò. conſ. 117. nu. 3. lib.
3. Rolan. conſ. 77. nu. 27. lib. 2. & eſt ratio in prom
58 ptu, † quia inhibitio habet ſemper clauſulam ta
citam, ſi preces ueritate nitantur, ſecundum Dec.
59 conſ. 33 ſub nu. 5. uers. unde inhibitoria &c. † &
licet hoc de ſtylo Rotę non procedat, cum ſecun-
dum illum inhibitio rotalis producat attentata re-
uocanda, etiam quod commiſsio ſit ſubreptitia,
ſecundum Deci. Rot. per Acchil. de attenta. 17.
per Pereg. 75 alias 94. per Orad. decis. 501. &
decis. 103. per Put. decis. 193. lib. 1. & de-
ciſ. 395. lib. 2. & uidentur tranſire Mod Perus.
60 de attenta. 2. par. c. 20. limit. 12. nu. 7. † Non ta-
men procedit prędictus ſtylus, quando ſubreptio
conſiſtit circa ea, quę ſunt fundamentum, & baſis
negocij, & reſcripti, ut quando inhibetur uigo-
re appellationis, quę interpoſita non erat, & in re
rum natura non reperiebatur, ut hic, ut appoſite
declarant ijdem Mod. d. 12. limit. nu. 22. & ultra
eos eſt Decis. Rotę per Aq. decis. 129. quod in caſu
61 iſto clarū uidetur, † q̃a cōmiſsio, cuius uigore facta
eſt inhibitio, impetrata fuit nulla p̃cedente ſentētia
ne dū appellatione, ideo tā q̃ iniuſta impone ſper
ni poteſt ſine timore attentatorū Bella. decis. 100.
& fuit ita deciſū in vna Ancho. bonorū. corā Oradi
62 1562. Vltra q; quod dicta decis loq̃uidet ĩ in vrbe, in
qua facile eſt adire ſuperiorē, nō autē extra, ut hic,
in quo puncto forte illę deciſiones non loquuntur
Secundo, q̃ commiſsio in poſſeſsionem per ui-
am attentatorum reuocanda non ſit, quamuis
facta poſt dictam inhibitionem conſtat ex eo, q̃
63 huiuſmodi inhibitio facta fuit contra ius, † cum
appellatio in poſſeſſorio recipi, & admitti non po
tuerit, ut ſupra deductum eſt, & conſequenter nec
inhiberi, & quatenus recipienda fuiſſet appellatio
quoad effectum deuolutiuum, omnes conueniunt
eam non poſſe operari quoad alium effectum, ui-
delicet ſuſpenſiuum, ut ſupra oſtenſum fuit, &
conſequenter inhibitio, quatenus reſpiceret exe-
quutionem, quam ipſe appellando retardare non
poteſt, contra ius eſt, quo caſu certum eſt, q̃ geſ-
ta poſt d. inhibitionem non ſunt nulla, nec per ui
am attentatorum ueniunt reuocanda glo. fin. c. 2.
ubi Ab. 4. not. & alij de reſtit. in integ. ita in ter-
minis arguit Paris. d. conſ. 108. nu. xj. & non fac-
ta mentione de Paris. Rolan. d. conſ. 77. nu. 17 &
pro regula ponunt ijdem Mod. d. tract. de atten-
ta. ſecunda par. limit. 25. nu. 1. 2. 3. & ſeq.
64 . † Non obſtant, q̃ iſta non procedant ſtante in-
hibitione, ut hic, ſecundum ſteph. Auf. ad decis.
Tholo. ult. ad med. uers. & hoc niſi iudex, & pro
ſequuntur ijdem Mod. Perus. d. limit. 21. nu. 16.
& 17. quia patebit reſponſio infra ubi oſtendetur
hoc non eſſe uerum, aut ad paucisſimos caſus, &
quidem extra noſtrum reſtringi.
65 Minus obſtare poteſt, † quod in preſenti caſu
commiſſa fuerit cauſa etiam nullitatis, quo caſu
inhibitio Rotalis producit attentata reſpectu nulli
tatis, ut poſt Rot. tradunt ijdem Mod. Perus. d.
limit. 25. nu. 27. Quia loquuntur tam Rot.
quam ipſi Moderni, quando nullitas commiſſa iu
dici inhibenti, conſiderari aliquo modo poteſt,
ſecus alias, ut hic, ubi eſt commiſſa tantum cauſa
nullitatis ſententię, quę tamen lata non erat, ut ſu
66 pra dixi, † ideoq; conſiderari non poteſt l. eius,
qui in prouincia. ff ſi cer. peta.
Tertio Quia, quod dicta exequutio poſt inhi-
bitionem facta, non ſit reuocanda, oſtenditur,
67 quia ſine dubio fuit nulla ex ſupradictis, † quo ca
ſu non ligauit manus Iudicis á quo, quin ſuam
ſententiam exequi potuerit, ut eſt tex. c. ne cap-
tandę in ſi de conceſſ. pręb. lib. 6. & ibi Domi.
ultimo not. expręſſe id colligit ex eo tex. idem
uoluit ibi Franc. glo. fin. & poſt Gui. tradit Aegi.
Bella. decis. 239. in cauſa &c. & Rot. de app. de-
cis. 75. nota quod attentata &c. in antiquis. prout
allegat, & ſequitur Idem Paris. d. conſ. 108. nu. 10.
Quarto & ultimo prędicta exequutio tanquam
attentata poſt inhibitionem non uenit reuocanda
68 † quia inhibitio, quę allegatur non fuit canonice
facta, quo caſu inhibitio exequutionem non impe
dit, nec geſta poſt eam dicuntur innouata. Rot.
de except. decis. 3. licet per uiam. & de app. decis.
57. ſi appelletur nu. 1. & ſeq. in 10. Paris d. conſ.
108. nu. 5. & 16. Rolan. d. conſ. 77. nu. 21. Dida.
pract. quęſt. c. 24. nu. 3. & dd. Mod. 2. par. c. 20.
de attenta. poſt inhib. limit. 1. nu. 4 5. 6. & ſeq.
ubi alios quam plures ad id allegant.
Quod autem non fuerit canonica prędicta inhi
69 bitio ſatis conſtat. Primo quia ad hoc, † ut per
Iudicem ad quem inhibitio canonice decerni
70 poſsit, requiritur Primo † ſibi conſtare appel
71 lationem legitime factam fuiſſe † Secundo ad ſe
72 deuolutam legitime † Tertio q̃ ſuper ea cęptum
ſit cognoſci de meritis cauſę coram eo. c. romana.
§. ſi uero. & §. quod ſi. ubi Domi. & c. non ſolum de
appellat. lib. 6. tradit Aret. conſ. 20. in quęſtione
nu. 4. quorum aliquid hic non interuenit, immo il
lorum duorum priorum aliquod interuenire non
potuit, cum ut ſupradictum fuit, appellatio non p̃
mitteretur. Vltimum autem conſtat minime in-
73 teruenisſe Quarto ut canonica † ſit inhibitio præ
cipue requiritur, quod precedat citatio partis d. c.
romana §. ſi uero & c. non ſolum §. quod ſi obijcia
tur. Inno. & Feli. ibi nu. 14. c. dilectus huius tit. ij. 2.
de reſcr. idem Feli. c. ſuper qq. § ultimo de offi.
deleg. ubi dicunt in practica obſeruari Paris. d.
conſ. 108. nu. 15 Didac. pract. qq. c. 24 nu. 3 qui
aſſerit aliter non dici canonicam inhibitionem, iux
ta omnium ſententiam. Marat. de iudi. 3. par. 6.
par. princip. q. 2. nu. 195. ubi poſt Alex. Aret. &
Ias uidetur dicere comunem Rolan. conſ. 77. nu.
24. & ſeq. lib. 2. Ant. Gabri. conclus. 1. nu. 77. in
xij. ampliat. Io. Bapt. ferret. conſ. 118. nu. 3. lib.
1. qui atteſtatur de communi, & ſtylo Romanę Cu
74 rię, Hęc autem † citatio precedere debet, Primo ut
cognoſcatur, an legitime ſit appellatum Specu. d.
loco uers. & ad hoc. Aret. ubi ſupra & poſtq; pro
nunciauerit appellationem legitime interpoſitam
iterum citari debet ad contradicendum, alias inhi-
bitio concedi non debet, & licet hec ſecunda cita
tio non exigatur, quando prima precedente fuit
pronūciatū legitime appellationē deuolutā, indubi
tatū tñ eſt, illam primā Citationē, & pronunciatam
requi-

requiri alias inhibitio dicitur extorta, & nulliter, & de facto proceſsiſſe, & effectum ſuum non pareret Specu. d. loco. Aret clariſsime d. conſ. 20. nu. 4. Rol. d. conſ. 77. nu. 23 & 25. ubi id pro-
75 bat etiam in ſimili, † quia iudex Eccleſiaſticus uolens procedere ſuper cauſa uſuraria non poteſt inhibere iudici ſeculari, corā quo cauſa exequutionis tunc pendet, niſi Eccleſiaſticus faciat ceſſare uſurarium Fed. de Sen. conſ. 300. dicto Alex. conſ. 9.
* in princ. lib. 4. qui teſtatur de communi *aſſerens in iudicando ab ea non eſſe recedendum. Idē Alex. conſ. 91. col. pen. in princ. lib. 2. Aret. conſ. 33.
76 col. 3. † & eſt ratio manifeſta quia non poteſt inhibitio fieri ab aliquo iudice, niſi coram eo pendeat lis preiudicialis liti, pro qua inhibet e. tua de ordi. cog. quod eſſe non poteſt ante citationem, cum ante citationem non inducatur litis pendentia, ut notum eſt, ſed in caſu noſtro nulla præceſſit citatio, ut clarum eſt, merito &c.

Non diffiteor, hanc rationem forte tolli poſſe
77 ex eo, quòd licet de iure † citatio precedere debeat inhibitionem, de ſtylo tamen Curię Romanę, contrarium ſeruari uidetur in inhibitione Rotali, ſecundum Mandos. de inhi. q. 18. ſub. nu. 2. Et licet hoc generaliter admittendum non ſit, ut aduertunt Mod. Perus. de Attenta par. 2. c. 20. in præfat nu. 207. negari tamen non poteſt, quin uere prędictus ſtylus receptus fuerit, & iuri conſo-
78 nus ſit in duobus caſibus. Primus eſt, quando, † iudex ex officio inhibet. Alex. conſ. 91. nu. 7.
* lib. 2. dicens communem *poſt Ruy. & Fed. de Sen. tradit Mand. d. loco. nu. 5 & ita in dubio inhibitio facta intelligitur, ut actus inhibitionis ualeat, ſecundum eundem Mand d. loco. Se-
79 cundus caſus eſt, † quando iudici data eſt facultas
80 citandi, & inhibendi, † prout communiter, & fere ſemper in omnibus commiſsionibus datur. Bero. q. 124. Gab. de citat. conclus. 1. nu. 79. ubi tamen non uidetur ſequi, ſed hoc nihil eſt, quia non apparet, nos eſſe hic in aliquo ex dd. caſibus, atq; ita remanere in regula communi, de qua ſupra, quod inhibitio ſine citatione non ualet

Non obſtant igitur, ſupra in contrarium al-
81 legata, quia procedunt, † quando inhibitio canonice facta fuit ſecundum quã commiſsio obtenta ueritate narrata, & ſic fuit ualida, ſecus alias Paris. d. conſ. 203. Rol. d. conſ. 77. & alij alibi ſupra citatis locis.

Non obſtat, quòd ſtylo Curię Romanę attentata poſt inhibitionē Rotalem reuocanda ſint ante omnia, ſecundum Achil. d. deciſ. 27 de attenta.
82 cum ſimil. Quia reſpondetur Primo non † eſſe credendum Acchilli de prędicto ſtylo, cùm ſtylus probandus ſit per acta, uel teſtes iuratos. Grat. conſ. 15. nu. 14. lib. 1 Io. de Ami. conſ. 42. nu. 1. Corne. conſ. 277. nu. 6. lib. 3. Aſi. in prax. ciui. iud. §. 22. cap. 16. nu. 6. maxime hic, ubi ſtylus eſſet ualde irrationabilis ex ſupra dictis
83 †, & rationes, quas ipſe Acchil. allegat, ſunt ualde fragiles, & patet quidem generaliter, quia ius commune eas non attendit, cum illis non obſtantibus, contrarium ſtatuerit, ut ſupra, particulariter autē illa ratio, quòd in Vrbe facile ſit adire ſuperiorem pro remedio, non facit ad rhombum hic, cum ſimus extra Vrbem, ac etiam non ui-
84 detur attendenda, ſi eſſemus in Vrbe, † cum uincatur ab alia, quę eſt, melius eſſe ante prouidere, quam poſt rem vulneratam remedium quęrere, ut iura ſunt vulgaria.

Eodem modo illa Secunda, qua mouetur, dum inquit in partibus non eſſe aperiendam uiam inferioribus, facile negligendi inhibitiones Rotales; Quia facillime ſubmouetur. Primo conſiderando, quòd uia negligendi non aperitur, ſed tantum iam patefacta a iure in caſibus permiſsis reſerata apertaq; detinetur. Secundo quatenus de d. ſtylo Acchilli credendum ſit, Reſ-
85 pondetur illum † tanquam nullum non eſſe attendendum, quia ſtylus Curię tantum declarationem non autem correctionem iuris communis induce-
86 re poteſt, † cum Magiſtratus prepoſiti ad ius dicendum, ius condendi, & legem communem abolendi facultatem non habeant l. formam C. de offi. pręfe. pręto. not. c. fi. de here. lib. 6. cum ſimil. in ſpecie declarat Pet. & Cyn. l. 2. C. quę ſit long. conſuet. Ant. But. c. fin. de cõs. pro hoc datur diffinita, de conſuet. Alex. conſ. 36. in fi. lib. 2. Dec. conſ. 677. nu. 6. & ſub. de Conſt. quod
87 hoc exemplo clariſsime demonſtratur, †. Ecce cautum eſt, libellum in cauſis iudicialibus in ſcriptis produci, niſi in cauſis breuioribus aut. offeratur C. de lit. Conteſta. au h. niſi C. de Sent. ex breui. reci. & declaratum non ſit iure communi, uel municipali, quę ſint cauſę breuiores, ſi ſtylus Curię admittat libellum ſine ſcriptis in cauſis xx. ſolidorum, illę dicentur cauſę breuiores, quia ſtylus
88 attenditur, cum ſolum declarat. † At ſi ſtylus admitteret in maioribus libellum ſine ſcriptis, non ualeret, quia ius commune prędictum corrigeret, quod non poteſt per ſupradicta, ut in terminis tradit Aſin. d §. 22. c. 16. nu. 3. & 4. ſtylus ergo de quo atteſtatur Acchil. d. loco. non ualet, attendendusq; non eſt, quia eſt contra ius per ſupradicta.
89 † quam quidem opinionem quamquam maxime ęquitati conuenire quiſq; ſane capitis (reor) aſſirmabit hiſce temporibus, quibus homines illo ſtylo Curię vrbis abutuntur, uidentes enim litigantes facile huiuſmodi inhibitiones impetrare, quoties de eorum cauſa deſperant, reſcriptum commiſſionis, & eius uigore inhibitionem extrahunt, & ſimul atq; cauſa ad exitum redacta eſt, illam pręſentant, & ad ipſum initium redeunt, & hoc ſtylo ad malum nituntur, quod puto eſſe contra mentem illorum RR. Dominorum de Rota, qui eum ad bonum introduxerunt.

Tertio reſpondetur quòd d. ſtylus non proce-dit, quando commiſsio facta in Rota ſignata eſ-
90 ſet, prout de iure, ut hic, cum enim eo caſu inhibitio quoq; prout de iure fieri cenſeatur, iuxta formam reſcripti, ſi non reperiatur iuſta, & canonica, non inducit attentata, ut multum egregie, & ad rem noſtram poſt DD. de Rota ubi per eos, declarant iidem Mod. Perus. d. ampli. at. 15. nu. 28.

CONSILIVM LXXVI.

Argumentum.

Inimicitiæ, Minæ, Verba alteriatoria, uel quę uidentur ſapere aliquo pacto animum offendendi. Literæ tranſmiſſę, quę. & quando pręſtent iudicium ad torturam.

Socius Criminis an, & quando faciat indićtium

Necem defunćti quando quis uindicare teneatur.

Repetitio torturæ quando admittatur.

Aſſaſsinium quando proprie committatur, & de eo multa ſcitu digna.

SVMMARIVM.

Inimicitię capitales inter eos eſſe uidentur, inter quos lis eſt vniuerſorum, uel maioris partis bonorum nu. 1.

Idem, ſi lis ſit criminalis nu. 2.

Vel alia lis grauis nu 3.

Et faciunt indicium ad torturam nu 1. & 4.

Contra ſecundum communem au. 27.

Minę indicium faciunt ad torturam nu. 5. & 13.

Fallit, ſi diu ante delictum adhibitę fuerint, & interim ſequuta ſit reconciliatio nu. 67.

Fallit, ſi probatum non ſit, minantem ſolitum minas exequi. nu. 77.

Fallit, quando aliud ſequutum eſt, quam quod quis minatus eſt nu 78.

Fallit, niſi probatum ſit, quod concurrit fama contra minantem nu. 79.

Minari uidetur quis his uerbis, ſe la ſorte vuole, ch'io poſſa guadagnare qualche ſcudo, ui farò uedere la reſolutione, ch'io hò fatta nell'animo mio, ne ſarà la coſa, com'altri penſa. & baſta nu. 6.

Idem ut dicat biſogna, che noi trouiam modo, ch'interropiamo li ſuoi cattiui diſegni nu. 7.

Idem ſi dicat biſogna aſpettare, quando piſta, e mandarci, & andarci per ſuo marcio diſpetto, e portarli a caſa noſtra nu. 8.

Idem ſi dicat, non potete fare coſa buona, s'io non mi truuo li, non potendo ſcriuere cio, ch'io hò nell'animo & non eſſendo uoi habili a farlo nu. 9.

Idem ſi dicat tra queſto mezzo me reſolueró leuarmi queſto trauaglio in modo, ch'eſſo non repoſera molto nu. 10

Verba hęc dicēs, nō potēdo io ſcriuere quel ch'hò nell'animo, uidetur intelligere de remedijs facti, nō iuris nu xi.

Maxime ſubdens, & non uolendolo fare, biſogna romper la coneſſo, & cauarlo fuor di caſa nu. 12.

Contra in his omnibus regulariter quia in dubio in bonum ſenſum uerba accipiuntur nu. 49 & ſeqq. maxime nu 65.

Maxime, ſi ex alijs poteſt apparere, quod de remedijs iuris loqueretur nu. 06.

Verba altercatoria, paulo ante delictum, faciunt indicium ad torturam nu. 14.

Contra nu. 80.

Auxilium ad euadendum poſt delictum preſtitum, facit indicium ad tractatum, & homicidium ſubſequutum nu. 15.

Literę homicidæ poſt homicidium tranſmiſſę ad aliquem, quibus ſignificabat, quod in tutum ſe receperat, & de ſimilibus, indicium faciunt de tractu precedente nu. 16.

Indicia, ut ſufficiant ad torturam debent eſſe certa, probabilia, & uériſimilia nu. 17.

Immo grauia, & luce meridiana clariora nu. 18.

Sicut probationes in criminalibus ad condemnandum. nu. 19.

Teſtes non integri in criminalibus plenam ſui dicti rationem reddere debent ad condemnandum nu 20.

Eodem modo ad conſtituendum indicia ſufficientia ad torturam nu. 21.

Indicium non repugnans, quod dicatur nu. 22.

Quod non eſt ſufficiens ad torturam nu. 23.

Veriſimile non eſt, quod ualde amicus alicui, eum prodat nu 24.

Indicium tractatus ad fratricidium ſumi non poteſt contra eum, qui non apparet ſciuiſſe, aut prohibere illud nu 25.

Inquiri de mandato, auxilio, uel tractatu delicti non poteſt, ubi ſaltem in genere non conſtet de mandato, aut auxilio, aut tractatu ad illud nu. 26.

Indicium remotum a facto, nunquam ſufficit ad torquendum, niſi plura ſint nu. 28.

Tortura incipienda eſt ab eo qui eſt inimicus nu. 29.

Vbi certum eſt, delictum a pluribus perpetratum fuiſſe, & certa ſunt perſonæ incertum eſt autem indiuiduum earum perſonarum nu. 29.

Vbi eadem cauſa, de qua Reus imputatur, in nullo alio homine concurrit, ibi inimicitia ad torturam indicium faciunt, ubi eadem cauſa, de qua reus imputatur, in alio non concurrit nu. 30.

Secus alias nu 31.

Delinquere nemo intelligitur ſine cauſa nu 32.

Inimicitię ſolę non pręſtant indicium ad torturam nu. 33.

ſed neceſſe eſt, quod adſit uitium perſonæ nu 34.

Inimicitia indicium faciunt ad torturam, ſi adſunt, & perdurant tempore delicti, non alias nu 35.

Et quando non apparet aliud delictum commiſiſſe. nu. 36.

De tractatu inquiri non poteſt, niſi ſaltem in genere de eo conſtet nu 37.

Tractatus de delicto committendo, ſi conſtat, quod aliquo in loco factus fuerit, non tamen cum quibus, pręſumitur factus cum inimicis eius, contra quem tractatus fiebat, & contra eos indicium eſt nu. 38.

Indicium de tractatu contra illos eſt, qui arma, equoſq; prepararunt, uel aſtiterunt armati, uel ad aures aliquanti fuerunt, & ſimilia fecerunt nu. 39.

De

De corpore delicti tractatus conſtare ſaltem preſumptiue dicitur, quando conſtat per coniecturas nu. 40.

Inimicitia tractatū non arguunt, quando de tractatu nihil conſtat, ſed illa ſola adſunt, uel cum adminiculis a longe nu. 41.

Corpus delicti cōſtare debet etiā ad inquirendū nu. 42.

Pauli Merem. Conſilium inter Crim. diuers. par. 2. uers. 90 nu. xi ubi uoluit, quod inimicitię indicant tractatum, declaratur procedere reſpectu ipſius homicidę, non aliorum nu. 43.

Homicidium præmeditatum grauius punitur nu. 44.

Iul. Clar. § fin. quęſt. 21. uers. inimicitia in fi. ubi de indicio inimicitiarum loquitur, declaratur nu. 45.

Minæ latine, vulgo minacie dicuntur, quo uocabulo utitur Plaut. in trucul. nu. 46.

Minæ nil aliud ſunt, quā comminationes, & metus incuſſiones per uerba, uel ſigna, nutum, uel vultum nu. 47.

Metus, & comminationes cadere non poſſunt, niſi uerba nutus, & ſigna fiant coram, uel literę mittuntur, uel aliter nota ſint ei, cui minæ fieri dicuntur nu. 48.

Verba, quæ ſonare poſſunt ius, uel factum, in dubio referenda ſunt ad ius nu. 49.

Maxime conſiderata perſona loquentis, ut ſi ſit iuris peritus, uel alias uir probus nu. 50.

Verba, quæ in bonum, & reprobum ſenſum in uiam illegitimam delicti, uel facti, aut etiam legitimam accipi poſſunt, accipienda ſunt in bonum non in reprobum ſenſum nu. 51.

Maxime in uiro ſpectatę uitæ, & recta conſcientiæ, & bonę conditionis, & famæ nu. 52. ubi multis authoritatibus id comprobatur.

Verba illa, capti a Bariſcello, Horsù Barigello, noi ſiamo huomini, che pratichiamo intorno ogni di, che ci potemo far piacere ogni di, in buonam partem accipiuntur nu. 53.

Intellectus hominis benignus eſſe debet nu. 54.

Verba, quæ trahi poſſunt ad falſum, & non falſum, interpretantur, ut falſitas excludatur nu. 55.

Præterito arguitur in preſens nu. 56.

Fallit quoad preſumptionem delicti nu. 57.

Preſumptio excluſiua delicti, tanquam potentior, tollit aliam nu. 58.

Delictum ubi grauius, & leuius eſſe poteſt, preſumptio fit pro leuiore nu. 59.

Verbum ſonans in iniuriam, & non, accipitur, ne afferat iniuriam nu. 60.

Verbis in ambiguis interpretatio fit pro proferente, & ſtatur eius interpretationi cum iuramento nu. 61.

Verba illa, Se la ſorte vuole, che poſſi guadagnare qualche ſcudo, farò uedere la reſolutione, ch'io faccio nell'animo mio, debēt intelligi de reſolutione iuridica nu. 62.

Sicut illa, tra q̄ lo mezzo, me reſoluerò a leuarmi q̄ſto trauaglio, in modo, che eſſo non ſi repoſerà molto nu. 63.

Etiam quod dicta uerba proferens, iam de remedijs iuris loquutus eſſet nu. 64.

Reconcigliatio ſequuta uidetur inter aliquos, ſi vnus gratia alterius ad Vrbem, uel alibi accedat nu. 68.

Et ex cohabitatione ſimul facta nu. 69.

Et ex uictu per vnum alteri præſtito nu. 70.

Et ex equo commodato, & pecunijs mutuatis nu. 71.

Et ex conuerſatione ſimul facta nu. 72.

Confeſſus qui eſt frequenter ſua peccata ſacerdoti, & Sacratiſſimam Euchariſtiam accepit uidetur inimico pepercisſe nu. 73. & 76.

Preſumptio vna tollit aliam nu. 74.

Preſumptiones duæ paris potentiæ ſe ipſas elidunt nu. 75.

Coniunctus auxilium coniuncto præſtare poteſt, ne priuata manu offendatur nu. 81.

Delicto obuiare, non ſolum licet, uerum etiam quilibet de iure canonico tenetur nu. 82.

Maxime in foro conſcientia nu 83.

Obuians delicto, magis laudandus, quam reprahendendus eſt nu. 84.

Teſtis uarius dicitur periurus, & non probat nu. 85.

Socius criminis non facit indicium nu. 86.

Maxime, ſi uilis ſit perſona nu. 87.

Immo tunc indicium non facit etiam in criminibus exceptis nu. 88.

Etiam ſi atteſtaretur in tortura nu. 89.

Maxime ad necem alterius nu. 91.

Et ſi non concurrat mala fama Rei nu. 92.

Et dictus ſocius criminis ſit mandatarius, & poſt mandatum ſuſceptum teſtificetur nu. 93.

Nec contrarium tenere in criminibus exceptis, tutum eſt nu. 94.

Et ſi teneatur, id non procedit in ſocio criminis, qui duplicem, aut plures defectus patitur nu 95.

Cōcurrente maxime uilitate, & paupertate perſonæ teſtis deponentis contra hominē bonæ conditionis, & famæ nu 96.

Qualitas deponentis, & eius contra quem deponitur, in teſtibus, maxime mandatarij, plurimum conſideratur nu. 97.

Auxilium præſtitum poſt delictum ex interuallo, non facit indicium ad tractatum præambulum nu. 98.

Literę tranſmiſſe per delinquentem poſt delictum ad aliquem, nihil tractantes de ipſo delicto, indicium aliquod ſuper tractatu non preſtant nu. 99.

Maxime, ſi non perueneruut ad manus illius, ad quem directe erant nu. 100.

Immo nec etiam ſi receptę eſſent, & de delicto loquerentur nu 101.

Argumētū de ciuilibus ad criminalia, ut ualeat plura requirit, precipue, ut par ratio ſit in utroque d nu. 101.

Tortura ut clericus ſubijciatur non ſufficiunt ordinaria, ſed requiruntur urgentiora indicia nu 102.

Immo nec mille indicia ſufficiunt, niſi etiam probatus ſit publice diffamatus nu. 103.

Torturę ut ſubiciatur Doctor, non ſufficiunt ordinaria indicia nu. 104.

Idem in canonico, & Vicario ſorqueo nu. 105.

Bona fama purgat indicia nu. 106.

Eodem modo conſuetudo ſumendi Sacram Euchariſtiam nu. 107.

Vbi non eſt ueriſimilis tractatus, indicia non ſufficiunt nu. 108.

Singula, que per ſe non proſunt, ſimul vnita iuuant nu. 109

Quę regula procedit etiam in indicijs in iudicio criminali eod. nu. 109.

Contra in criminalibus nu. 110.

Secundo dicta regula procedit in ſingulis ſuo genere perfectis, ſecus in imperfectis, quia tunc etiam mille ſimul non proſunt nu 111.

Tertio nō procedit in eliſis per alias probationes nu. 112.

Probationes leuiores in occultis ſufficiunt nu 113.

Fallit in his, quę a communiter accidentibus, pluribus nota eſſe poſſunt nu. 114.

Fallit, quando fiscus non probauit, defuiſſe alias probationes nu. 115.

Fallit in teſtibus, qui plures patiuntur defectus nu. 116.

Iudicis arbitrium debet eſſe regulatum, & iuri, & æquitati conſonum nu. 117.

Et intelligitur, quod iudex faciat quod in rebus, & perſona ſua fieri uellet nu. 118.

Et ex ſua ceruice procedere non poteſt nu. 119.

Et in meliorem partem arbitrari debet nu 120.

Digniora ſunt imitatione, quæ excellentiora ſunt probata nu. 121.

Indicia talia eſſe debent, quod ſola confeſſio eis deeſſe uideatur, ut liceat iudici Reum torquere nu. 122.

Periculoſum eſt relinquere aliquid in arbitrio iudicis nu. 123.

Tortura regulariter non repetitur nu 124. & 130.

Fallit, quando Reus leuiter fuit tortus, ſecundum multos nu. 125 & 140.

Etiam ſi noua ſuperueniant indicia nu. 141

Niſi indicia, quæ contra eum extant, leuia ſint nu 126.

Fallit ſi ualde urgentia, & manifeſta ſunt nu. 127.

Fallit ſi uidetur iudici repetenda, ut in ſeq. verſ

Tortura repetitio ſecundum multos arbitraria eſt nu. 128.

Arbitrarium tamen hoc Iudex regulare debet regulis iuris communis, & maxime conſiderare qualitatem indiciorum, & perſonarũ ne immoderate ſeuiat nu 129

Aſſaſinium non eſt, niſi interueniente datione, uel ſaltem promiſſione premij ex parte mandantis nu 131.

Aſſaſinus quis non punitur, niſi præcedente declaratoria aſſaſinium commiſſum fuiſſe nu 132.

Aſſaſinus non proceſſatur, omiſſo iuris ordine, niſi conſtet de huiuſmodi aſſaſinij qualitate nu. 133.

Aſſaſinium non eſt, ubi quis delictum fecit ſpe ſucceſſionis ex perſona ſua, uel ſuorum nu 134.

Aſſaſinium, ut committatur, requiritur, ut unus ſit mandans, & alius mandatarius, & quod mandatum quis exequatur, aliquo dato, uel promiſſo, quod non accidit in mandato ſimplici nu 135.

Spei, quam quis ſua ſponte ſuſcipit, conſideratio non habetur nu 136.

In aſſaſinio requiritur illius conſenſus, qui ſpem aliquam pollicetur nu 137.

Aſſaſinium non dicitur, ſi remuneratio incerta promiſſa ſit nu. 138.

Aſſaſinium non eſt, ubi tantum expenſæ ſubminiſtrantur, etiam quod quis, ultra eas, aliquid largiatur pro reditu ad locum, unde quis uenerit nu. 139.

Delicto obuiare quilibet tenetur iure canico. nu. 142.

Qui obuiat delicto, magis laudandus, quam reprehendendus eſt nu 143.

Maxime in ſanguine coniunctis, quod eſt etiam de iure ciuili nu. 144.

Auxiliari fratri, ne occidatur, uel offendatur, priuata manu licet nu. 145.

Lege permittente factum non punitur nu. 146.

Teſtis ſingularis non probat nu. 147.

Teſtis uarius ualde fragilis eſt nu 148.

Socius criminis nec indicium facit nu. 149 & nu. 156.

Maxime ſi uilis ſit perſona nu. 150.

Etiam in criminibus exceptis nu. 151.

Etiam quod ita atteſtetur in tortura nu. 152.

Etiam quando ſocius criminis eſt mandatarius nu. 154.

Et deponit poſt ſuſceptum mandatum nu. 155.

Tortura non purgat uitia nu. 153.

Venia conceditur ei, qui facit ex pietate, & affectione Parentum, uel ſanguinis nu 157.

Vt militi deſerenti militiam ad tempus nu. 158.

Carcer mala manſio eſt nu 159.

Et genus ſeruitutis nu. 160.

Et non minor iniuria, quam mors nu. 161.

Tortura, pœna grauis dicitur nu. 162.

Et grauior utriuſque manus abſciſſione nu. 163.

Et eſt, ſupremas anguſtias ſuſtinere nu. 164.

Vindicare necem fratris negligens priuatur eius ſucceſſione nu. 165.

Contra, quod huiuſmodi pœna receſſit ab aula de conſuetudine nu 166

Niſi colluſum ſit cum occiſore, quia tunc adhuc dicta pœna locum habet nu. 167.

Et poſito, quod dicta pena locum habeat, fallit, quando heres occiſi teſtes non habet, ut defuncti necem probare poſſit nu. 171. 172. & 185.

Fallit, quando heres adhuc non adiuit, nu 173 & 186.

Fallit, quando hæres occiſi ab alio eſt preuentus, accuſando delictum nu 174. & 187.

Fallit, quando hæres frater eſt occiſſoris nu. 175. & 188.

Vel filius, uel pater, uel ſimilis occiſoris eſt nu 176.

Fallit in clerico, qui non tenetur accuſare ad uindictã nu 177. & 199.

Auxilium ad euadendum, non punitur pœna priuationis hereditatis nu 168.

Lege quod non eſt cautum, nec nos dicere debemus nu. 169

Pœna priuationis non habet locum, niſi expreſſe cautum ſit nu. 170.

Clericus laycum accuſare non poteſt nu. 177.

Etiam ſi ſuarum, uel ſuorum iniuriam proſequatur, ſi pœna ſanguinis uenit irroganda nu. 178.

Secus ſi ciuiliter tantum ageret ad iniuriæ ſatisfactionem nu. 179.

Quando tamen proteſtatur ſe accuſare citra pœnam ſanguinis, clerico uidetur permiſſa accuſatio nu. 180.

Vel ſi dicat, conqueror. non autem accuſo nu. 181.

Verius tamen his duobus caſibus id procedere, quando tantum ciuiliter agit, ut ſupra nu. 182

Immo dicta proteſtatio non eſt tuta in foro conſcientiæ nu. 183.

Maxime, ſi iniuriam ſuorũ proſequatur, nõ ſuã nu. 184.

Non entis nullæ ſunt partes nu 190.

Pro auxilio preſtito poſt delictum ex interuallo, non imponitur pœna ordinaria, ſed extra ordinem nu. 191.

Frater fratri licite auxiliatur nu. 192.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN cauſa Trebana Fratricidij, & pretenſi tractatus ſiue auxilij preſtiti, ex his, que ſubtiliter per Excellentiſſ. D. locumtenẽtem excitantur contra Reuerẽn. D. Hieronymum, & Ser Antonium Fratres Lelios Reos carceribus detentos, de quattuor dubitatur.

Primum eſt, an iuridice dicti Rei queſtioni ſuppoſiti fuerint?

Secun

Secundum An locus ſit repetitioni toetuię.

Tertium An Reueren. D. Hieronimus pęna aliqua puniendus ſit, ex eo, quod Dioniſio fratri opem præſtitit poſt delictum ex interuallo.

Quartum An dicti Rei ueniant priuandi ſucceſsione Lelij occiſi, ex quo non uendicarunt necem defuncti.

Ex his quę pro fiſco allegantur, uidentur non nulla indicia contra eos urgentia fuiſſe, quibus ad torturam iuridice adduci potuerint.

Primo quidem, quia uidebatur coſtare de inimicitijs inter predictos Reos, precipue D. Hieronimum ex una, & Lelium occiſum ex altera, ex quo cōſtat inter eos iam multis annis ortam litem non dum finitam de uniuerſo patrimonio, aut ſaltem de maiori porte bonorum per Reos poſſeſſorum, cum Lelius pretenderet de omnibus bonis communiter poſſeſsis imprimis deducere bona dotalia ſui patris. de reſiduo uero dimidiam cōſequi, atque ipſis Reueren. D. Hieronimo & Ser An

1 tonio minus tertia parte relinquere † quę lis uniuerſorum, uel maioris partis bonorum inducere potuiſſe uidebatur inimicitias capitales, arg. l. aduocati C. de aduo. di. iud. & ibi Bal. per illum tex. qui dicit cauſam bonorum dici cauſam uitæ. e. frequens de ceſt. ſpol. in 6. §. propter litem cum duobus ſeqq. Iuſt. de excus. tut. Bal. l. Athletę §. dat

2 remiſsionem. de excus. tut. † lis enim criminalis, & omnium, ſiue maioris partis bonorum, ęquiperantur, ſecundum Ant. But. c. accedens 2. in §. not. ut lit. non conteſt. Bal. l. pęn. in fi. de cond. ob trop. cau. Pet. Cin. Ray. Fulg. & Alex. l. reum

3 criminis de procu. † ex graui autem lite Capitales

4 inimicitię oriri dicuntur, † ob quas ſolas, maxime in occiſis, ut eſt preſens materia tractatus, potuit deueniri ad torturam, ut dicitur uoluiſſe Clar. ſent. recep. lib. 5. §. fin. q. 21. uers. inimicitia urgens in fine.

5 † Secundo aliud indicium inſurgere uidebatur ex minis ipſius Reuerendi D Hieronymi contra d. Lęlium occiſum ex literis ipſius ad fratres exaratis

6 die 15 Maij 1569. ibi † *Menate in longo la facenda tra il mezo, ſe la ſorte vuole, ch'io poſſa guadagnare qualche ſcudo ui farò uedere la reſolutione, ch'hò fatta nell'animo mio, la qual ſarà in modo, che non anderà la coſa com'altri ſi penſa, & baſta.* Et ex alijs lite

7 ris eiuſdem die 2. Auguſti, eiuſdem anni 1569 ibi † *Biſogna, che noi trouiam modo, che interrompiam li ſuoi cattiui diſegni, moſtrandogli con gl'effetti, che la robba ſi guadagna con le fatighe, & gran ſudori, e che ueda che nō li riuſcirà goder la robba di Ser Pietro ſēza hauerci durato fatiga* Ex alijs quoq; die 4 Oc

8 tobris eiuſdē Anni 1569. ibi † *Biſognara aſpettare, qñ piſta, e mandarci, o andarci, e per ſua marcio diſ-*

9 *petto portarla à caſa noſtra,* Et ibi † *Non potete far coſa buona, ſ'io non mi trouo in Triene, non poten da ſcriuere cio, ch'hò nell'animo, e non eſſendo Voi*

10 *habile a farlo &c.* Iterum ibi, *Trà queſto mezzo poi mi reſoluero leuarmi queſto trauaglio in modo, che eſſo non ſi riposerà molto.*

Nec uidebatur dici poſſe, quod predicta intelligerentur de remedijs iuris, ſed potius facti, & ad necē tendentibus, ut primo colligi uidebatur ex predictis literis, in quibus primo locutus fuerat de precepte, & uia iuris; poſtea quaſi intelligens de facto ſubdit, *Hò penſato, che la coſa del comandamento non*

11 *uien bene,* Vnde dum inquit † *Nō potendo io ſcriuere quel ch'io hò nell'animo,* Non uidebatur, q lo quereretur de lite, de qua dixerat, ſed de remedijs facti. Secundo clarius ex alijs eius literis, die. 13. Auguſti 1569. In quibus aperte loquebatur de re-

12 medijs facti, † *Et non uolendolo fare, biſognarà rompere con eſſo, e cauarlo fuor de caſa,* quod uideba-

13 tur pertinere ad remedium facti, non iuris † Minę autem precedentes faciunt indicium mali animi & doli, ſecondum Gan. tit. de preſumpt. & ind. col. pen. uers. ottauum etiam, dicentem ex minis precedentibus ipſum delictum coniectari poſſe, quod minans dolum, & fraudem ad illud delictum commiſerit, & ideo preſumptionem inducunt & indicium, cum ex ijs mens & uoluntas declarari uideatur arg l. labeo. ff. de ſupp. leg. Blan. de qeſt. nu. 179.

14 † Tertio Aliud inſurgere uidebatur indicium contra Reueren. D. Hieronimum ex uerbis altercationijs paulo ante commiſſum homicidium habitis inter d. Reueren. D. Hieronimum, & Lelium occiſum, ex cauſa prędictę diuiſionis bonorum iux. tradita per Blan. d. tract. de Ind. nu. 204. tum uel maxime, cum uerba illa altercatoria eiusmodi fuerint, ut ob ea D. Poteſtas Trebij putauerit neceſſarium deuenire ad iuris remedia, ne inter eos ſcandola maiora orirentur, ideoquę preceperit alijs ſuis fratribus, ut inuicem de non ſe offendendo cauarent. & eis cautionibus non dū preſtitis d. Lelius interfectus fuerit a Dioniſio alio fratre carnali d. Reueren. D. Hieronimi, & Ser Antonij carceratorum, qui cum d. Lelio nullum unquam uerbum feccrat, immo ut ex proceſſu apparere uidebatur inter ſe, ultra conſanguinitatem, erant amiciſsimi, & d. Lelius ſępe proteſſus fuerat ſe uelle cum Dioniſio permanere, & cōmunia omnia habere, ſi cū alijs ad diuiſionē ueniret, Vnde non uidebatur eredendū, quod d. Dioniſius ex ſe, ſed potius ſuaſionibus dd. Reorum, & precipue d. Reueren. D. Hieronimi, cum quo d. Dioniſius morabatur.

15 † Quarto aliud inſurgere uidebatur Iudicium ex auxilio per d. Reueren. D. Hieronimum Dioniſio ad euadendum poſt delictum preſtito, quod facit preſumi precogitatum, & tractatum homicidium, Bal. l. non ideo minus. in fin. C. de Accuſ. cum late tradita per Doctores uarijs in locis precipue c. 1. de off. de leg. Blan. de Ind. nu. 201.

16 † Quinto & ultimo non leuius extare uidebatur Indicium contra Carceratos ex literis per Dioniſium, poſtquam ſe in tutum recepit poſt homicidium perpetratum tranſmiſsis per Berardinum famulum, qui iuſſu d. Reueren. D Hieronimi eum aſſociauerat ad d. Reueren. D. Hieronimum ſcriptis, quibus illum certiorem reddit, quo in loco ſe in tutum receperit, & ad quem tranſmigraturus ſit, petitque ut ueſtimenta, & arma tranſmittat, de inimicitijs quaſi communibus cum eo loquitur, & negari non poſſe uidebatur, quia huiuſmodi literę quemadmodum in ciuilibus plene probant ſecundum Bart. per illum tex. l. ſi filiusfam. patre abſēte ff. ad Maced. Matthe. not. 2 a.

nota

nota mirabilem. Hyppo. ſing. 344. taciturnitas. Ceppoll. Caut. 94 & communiter* alij, teſte Rip. l. admonendi nu. 138. ff. de iureiur. ita in crimina libus ſaltem faciunt indicium, eum ea, quę in ciuilibus plene, in criminalibus ſemiplene probent Bar. l. fin. in fi. ff. de in lit. iur. & in terminis Blā. d. tract. de Ind. nu. 223.

Ex quibus omnibus uidetur non ſine ratione hos reos per d. D. iudicem queſtioni ſuppoſitos fuiſſe,

Cæterum Vniuerſo proceſſu, uita, moribus, qualitate dd. Reorum, predictis dubijs, indicijsq; ſubtiliter excitatis, omnibuſq; alijs diligentiori cura penſitatis, cenſeo contra dd. reos nihil urgens fuiſſe, ob quod queſtioni ſupponendi fuerint.

Ad quod oſtendendum imprimis conſiderandum eſt quod licet primū indiciū de lite uniuerſorum, uel maioris partis bonorum commune uideatur tā Reueren. D. Hieronimo, quam Ser Antonio fratribus, quorum cauſa bonorum communis erat, attamen ſecundum depromptum ex uariis literis ipſius Reueren. D. Hieronimi. tertium ex altercatione uerbali orta inter eundem Reueren. D. Hieronimum, & Lelium, quartum ex auxilio preſtito per eundem D. Hieronimum Dioniſio poſt delictum, & ultimum ex literis per eundem Dioniſium poſt cōmiſſum homicidium tranſmiſſis d. Reuerē. D. Hieronimo, & d. Federico ad Ser Antonium nullo modo pertinent. Quo circa, quoad ſer Antonium non erit nobis elaborandum, niſi in ſummotione primi indicij ex lite collecti, ideoque eo diluſo, quod facile ſuccedet, apparebit clare eum iniuſte tortum, prout etiam Reueren. D. Hieronimum alijs etiam ſublatis, quę facile pariter tollentur.

Secundo quoad ambos pro fundamento preſu-
17 ponendum eſt, quod quoad hoc, ut indicia ſufficiant ad torturam, debent eſſe certa, & probabilia, &
18 uerisſimilia l. milites §. oportet C. de qq. immo † grauia, & luce meridiana clariora ſecundum Bal. conſ. 259. uerba inquiſitionis col. 1. lib. 1. Aym. conſ. 6. nu. 12. & conſ. 99. nu. 1. lib. 1. & eſt
19 ratio, † quia ſicut ad condemnationem probationes luce meridiana clariores requirūtur l. fi. C. de probat. eodem modo debent eſſe indicia ad torquē-
20 dum; & ideo dicitur, † quod ſicuti teſtes in criminalibus etiam non integri plenam ſui dicti rationē reddere debent ad condemnationem Alex. conſ.
21 15. uiſo proceſſu lib. 1. cum ſimil. † ita ad conſtituendum indicia ſufficientia ad torturam Hippo. in pract. crim. §. diligenter nu. 29. & conſ. 20. digneris nu. 47. ſed ut ex ſequentibus apparebit, nullum ex memoratis indicijs perfectum, probabile, clarum, probatum, minuſque luce meridiana clarius adeſt, uerum potius quodlibet preſumptum tantummodo, & quadam leui coniectura, immo
22 potius nuda preſumptione innitens, † quod non repugnans dicitur ſecundum Duare. diſpu. anni-
23 uer. lib. 1. cap. 27. † & minime ad torturam ſufficiens eſt, ut poſt alios declarat nouiſsime Meno. de queſt. arb. iud. caſ. 270. nu. 20. & ſeq. merito ex eis queſtioni in preſenti caſu locus eſſe non potuit.

24 † Tertio ſi uerum eſſet, prout ex aduerſo ſupra in tertio indicio aſſeritur, quod Lelius, & Dioniſius ſe inuicem mirifice amabant, erant amiciſſimi, & Lelius ſępe dixerat, quod ſi ueniſſet ad diuiſionem cum cęteris, omnia ſua bona communia cum Dioniſio habere uolebat, non eſt preſumendū, neque uerisſimile, quod Reueren. D. Hieronimus & Ser Antonius Viri prudentes tractatum de occidendo Lelio habuerint cum d. Dioniſio, nemo enim ſani capitis tractaret de interficiendo aliquo, illi ualde amico, & dilecto, ob periculum pene manifeſtum ne eum proderet, & reuelaret, & hoc ſolum (ni fallor) debuit ex animo domini iudicis remouare omnem ſuſpicionem, & iudicium, ſi quod adeſſe uideri poterat D. Iudicis arg. l. diuus de reſti. in integrum, & infra dicendorū.

25 † Quarto quia non potuit contra iſtos fratres indicium aliquod ſumi de conſultatione, aut (ut dicunt) tractatu fratricidij, ex quo non apparet ipſos ſciuiſſe, & potuiſſe prohibere, prout conſtare debebat Alex. l. de pupillo §. ſi quis ipſi pretori nu. 25. ubi etiam late nu. 14. de op. non nunc. Sim. de Pret. conſ. 15. nu. 38.

26 † Quinto quia Dioniſius ſolus fratrem occidit, nec conſtabat ſaltem in genere ab aliquo mandatum factum, auxilium preſtitum in delicto, aut tractatum cum aliquo antea fuiſſe, quo in caſu, nec quidem inquiri de mandato, auxilio, aut tractatu poteſt, ut eſt tex. l. ſi is, qui rem §. ſi ui citatum ff. de furtis Bar. l. ſi obrepſerit col. 2. ff. de fal. & cōſ. 199. Tudertinus. Alex. conſ. 74. in fi. lib. 1. Boſſ. aſſerens eſſe magnum dedecus hoc ignorare tit. de. delict. nu. 35. Burs. conſ. 20. nu. 6. ubi etiam alios allegat. Folle. in ſua prax. uer. capit in formationem nu. 3. & ſeqq. de quo infra latius dicemus.

Non obſt. quę ſupra in contrarium excitata fuerunt, & D. Iudicem forte mouerunt ad torquendum, in quibus ſummouendis cum cardo, & tota difficultas defenſionis dd. reorum conſiſtat, latius inſtabimus.

Igitur non obſt. primum Indicium, quod ex pretenſis capitalibus inimicitijs ſumebatur, quia preterquam, quod lis predicta non fuit, neque eſt cępta, & ſi erat, non uniuerſorum, neque etiam maioris partis bonorum erat, ſed tantum dimidię, ut facto recto computo, & deducta dote materna per iſtos, ut Lelius deducere paternam pretendebat,
27 † clariſsime apparebit, Reſp. primo opinionē Spec. & ſequaciū, ex dictis inimicitijs oriri indicium ſufficiens ad torturā, non teneri, quinimmo magis cō-
munem* eſſe in contrariū, eam enim contrariā tenuit Iac. Belu. §. 51 vero, auth. de exhib. reiſ. Imo. l. fi. col. pen. ff. de hęred. inſt. Gandi. tit. de preſumpt. & iud. indubi. Boſſ. de Ind. nu. 47. dicens iſtam eſſe ueritatem, & in praxi obſeruari, late Hippo. l. 1. §. preterea nu. 56. & ſeq. ff. de queſt. & in ſua pract. crim. §. diligenti nu. 70. & ſeq. conſ. 71. nu. 8. Carre. in pract. crim. in prin. nu. 128. ubi poſt Paris. Pet. & Affl. locis per eum citatis aſſerit com-
munem* eſſe. Gram. conſ. 3. col. fi. not. 30. nu. 20. & rurſus not. 34 col. 2. ubi de communi teſtatur, ſicut etiam Iul. Clar. ſent. recept. li. 5. §. fi. q. 21. uerſ. inimicitia, nec diſſētit Caſo. in pract. Crim. tract. 2. cap. 4. nu. 23. & 4. & Ant. Gom. de delic. tom. 3 cap. 13. nu. 11. Anto. Gale. Malua. inter conſ. crim. per Zilet. conſ. 110. nu. 26. & Hipp.

a Rimi.

Rimi.conſ.88.nu 4 cum ſeq. Ratio autem eſt ſecun
28 dum predictos, † quia ubi indicium remotum eſt,
a facto, ut ſunt Inimicitię, tunc nũquam ſufficit
unum ad torquendum, ſed plura requiruntur, Bar.
& communiter * omnes l fi. ff. de quęſt. Boſſ. de
Indi. nu. 71. dicens communem*, ſicuti etiam teſta
tur Io. de Ami. conſ. 127. nu. 26. & conſ. 131. nu.
6. Aug. Arim. ad Aret. de male. ueib. fama publica
poſt nu. 52. Alex. qui aſſerit ita ſeruari conſ. 77.
nu. 52. lib. 5.

Nec dicatur hic adfuiſſe plura alia ſupra enume
rata, quia reſpondetur ea facile tolli, ut mox. ex. j.
dicendis apparebit.

29 Secundo dato ꝙ opinio contraria uera ſit † ea
procedit, quando certum eſt delictum a pluribus
perpetratum fuiſſe, & certæ ſunt perſonæ, incertũ
eſt autem indiuiduum earum perſonarum; quia
tunc, cum neceſſe ſit unum ex pluribus hominibus
delictum commiſiſſe, ex illis pluribus, qui eſt ini
micus illius, in quẽ delictũ cõmiſſum eſt, tor quem
dus eſt, ut reſtringit, & declarat rectiſsime Caſo.
d. trac. par. 2. cap. 4 nu. 2. Hic non eſt caſus noſter,
quia de delicto tractatus minime conſtat, ut ſupra
merito, &c.

Tertio ſi ueram demus eandem opinionem, de
qua ſupra in contrarium, reſpondetur eam proce
30 dere poſſe, † quando eadem cauſa, de qua ipſe
31 Reus imputatur, in nullo alio homine concurrit,
ſecus alias, ut hic, ubi eadem inimicitiarum cauſa
diuiſionis, ſi ea cauſa necis d. Lelij fuit, quod non
admittimus, communis erat cum ipſo Dioniſio oc
ciſore, ut declarat idem Caſo. d. c. 4. nu. 5. quia
ex ſe ipſo ex illa cauſa potuit, ut fecit, homicidium
committere, quod in preſenti caſu nullam uidetur
dubitationem habere, cum, ut infra dicitur in ul
tima reſponſione ad primum hoc contrarium, alia
etiam cauſa ex parte Dioniſij ſolius adfuerit.

Quarto Reſpondetur quia licet uerum ſit cau-
ſam principalem attendi ad colligendum, an quis
delictum commiſerit, ſecundum eundem Cas. d.
32 ſuo tract. par. j. cap. 9. † cum nihil ſine cauſa fiat,
& nemo ſine cauſa delinquere uelle preſumatur
l. merito ff. pro Soc. glo. l. qui iuraſſe ff. de iure-
iur. Feli. c. 1 de off. deleg. Alex. conſ. 206. lib. 4.
33 † Non tamen uerum eſt, ſolam cauſam indicium
34 ſufficiens inducere, ſed neceſſe eſt, quod ſit iunc
ta cum uitio perſonę, quia non in omnibus perſo
nis ęędem cauſę ualent, ſuumq; effectum operan
tur, ut pariter idem Caſo. rectiſsime conſiderat d.
tract. par. 2. cap. 1. nu. 2. vnde cum hoc ſecundum. j.
uitium perſonarum dd. fratruum non concurrat ſi
mul cum inimicitijs, quia probatur rectiſsime,
eos neque cupidos, neque auaros, neque inſidia-
tores fuiſſe, immo litẽ ꝓdictã ad animũ nõ reuocaſ
ſe, ſed R. D. Hieronimũ ſua iuris prudẽtia non õni
no confiſũ, ut in cauſa propria alios conſuleret, reſ
ponſum aliorum quęſiuerit, ut tandem more frater
no & concorditer litem predictam ſopiret, non po
tuit aliquod indicium ad torturam ſufficiens ex ꝓ
dicta lite, & inimicitijs, ex ea præſumptis, ullo pac
to auriri.

Quinto quatenus aliquę adfuiſſent inimicitiæ
capitales, & eę ſufficiſſent generaliter ad indicium
35 torturę pręſtandum, † illud procedere potuiſſet,
ſi illę adfuiſſent, & perduraſſet tempore delicti,
ſecus alias, quia tunc cũ nõ entium nullę ſint partes
l. eius qui in prouincia ff. ſi cer. pet. in eis funda-
mentum fieri non potuit; Et licet hic de expreſſa
remiſsione inimicitiarum, & reconciliatione non
appareat, de ea tamen conſtat clariſsime, ut infra
tollendo ſecundum indicium latius dicetur

Sexto & vltimo reſpondetur Indicium, quod ex
inimicitijs inſurgit, tunc demum uires ſuas habe-
36 re, quando inimicitię cum eo, contrà quem inſta
tur, adſunt, & alius non apparet delictum com
miſiſſe, tunc enim quia ſumus in dubio, quis com
miſerit delictum, de quo quęritur preſumptio fit
contra eum, contra quem inimicitiarum eſt con-
iectura, ſecus iam conſtito de delinquente, quia
cum ſimus in claro, ceſſant coniecturę l. continu
us § cum ita. de uer. oblig. Nec dicatur in caſu
noſtro certum eſt homicidium per Dioniſium cõ-
miſſum, & de hoc non quęrebatur ſed, de auxilio
ei preſtito, & tractatu, ſeu conſulatione ad illud
37 perpetrandum. Quia replicatur, † quod cum nec
quidem in genere conſtat de d. tractatu, non po-
tuit de eo inquiri, ne dum aliquis ſuper eo torqueri,
ut ſupra dictum fuit quinto argumento, & illo ca-
ſu ex inimicitijs nõ colligitur auxilium preſtitum
fuiſſe, aut tractatus, nec aliquis auctor (ni fallor)
reperitur, qui id dicat, nec id rationem aliquam ſe
cum habet, cum ille interfector ex ſe met ipſo
moueri potuerit ad homicidium perpetrandum, &
certe nimis durum, immo inhumanum eſſet, quo
ties quis reperitur occiſus a certo homine, torque
re omnes inimicos, ſi forte plures haberet, illius
occiſi, ſuper tractatu, de quo in genere nihil con
ſtet, & ſi recte penſitentur dicta Doctorum in con
trarium allegatorum, non loquũtur in his terminis
ut ex diſtinctione caſuum facile perpendit. In pro
poſito etenim conſiderandi ſunt plures caſus.

38 † Primus eſt quando conſtat homicidium com
miſſum eſſe habito tractatu cum quibuſdam igno
tis, pone, quia forte, dum id occiſor tractaret cũ
quibuſdam domi ſecrete, fuit auditus a teſtibus id
deponentibus, qui tamen non cognouerunt eos,
cum quibus id tractauit, uel quia notam non ha-
bebant eorum uocem, uel quia medio forte parie-
te non uiderunt, nec uocem audiuerunt illorum
reſpondentium, licet exaudiuerint recte uocem
illius occiſoris, cum alijs loquentis, & tunc quia
conſtat de tractatu, neſcitur tamen cum quibus,
& preſumi uidetur, quod magis fuerint inimici,
quam amici, tractari poſſet an illi inimici preſum
mãtur in tractatũ fuiſſe, & hoc caſu poſſent locum
habere in contrarium allegata, ſed non faciunt
contra reos predictos, quia hic non conſtat de
tractatu.

39 Secundus caſus eſt, quando non conſtat clare
de tractatu, ut in ſuperiore, ſed adſunt alia indi-
cia facti ad tractatum preſumendum cum il-
lis, contra quos inquiritur, ut quia illi arma,
equosq; prepararunt, uel aliſeruni armati, ue
ad aures alloquuti fuerunt, & ſimilia aliqua alia
40 fecerunt, & tunc quia † ſaltem preſumptiue con-
ſtat de corpore delicti tractatus, & in his occultis
ſufficere uidetur, quod conſtet de corpore delic-
ti per coniecturas, ut ſentit Gab. de crim. conclus.
17. in fi.

17. in fi. lib. 7. ſus rum cum. opi pariter quęri poteſt
an inimicitię faciant indicium ad torturam, ſed
neq; iſte eſt caſus noſter, quia licet indicia ſint
multa ad tractatum ut colligit Blan. d. tract. de Ind.
nu. 231. & ſeq. uſque ad nu. 240. attamen aliquod
ex illis hic non reperitur.
41 † Tertius Caſus eſt, quando de tractatu clare
non conſtat, neque apparent aliqua indicia facti
ad tractatum colligendum, ſed inimicitię uel ſolę
uel ſũ it ... a longe, non ... facti ue
ſunt aſſociatio, armorum preparatio, ad aures al
locutio, & ſimilia per Blãc. ubi ſupra enumerata, &
tunc ſimulę tractatum non arguũt, ut uidetur ſen
tire aperte Blanc. d. loco, dum accurate. & ſerio-
ſe colligens ſingula indicia tractatus, inimicitias
non reponit, ſed ea tantum enumerat, quę facti
42 ſunt, & proxima ad delictum cõmiſsũt. ideoq; neq;
quiſq; ex inimicitijs d. caſu torqueri ſuper tractatu
poteſt, neque quod magis eſt, inquit, quia neq;
uere, neq; preſumptiue de ipſo corpore tractatus
conſtat, prout debet etiam ad inquirendum l. 1.
§ item illud ad ſilla. Boſſ. de deli. nu. 1. & nu. 35.
late, ꝑ uetiſsima cõcluſi me ſequitur Burſa. conſ.
20. nu. 6. 7. 8. & 9. ubi multos alios ad id allegat. Pro
bat hęc noſtra ſentẽtia clarius ex mente Doctorũ
communiter uarijs in locis precipuę Follr. & alio
rum per eum ibi adductorum in ſua praxi. cri. uer.
capiatur in formationem ſub. nu. 3. uers. ut autẽ, &
plur b. ſeqq. expreſſe dicẽtis, quin his delictis quo
rum ueſtigia non remanent, & difficilis proba-
tionis ſunt, ut inquiri poſsit, & reus torqueri,
debet cõſtare de corpore delicti ſaltem in genere,
docentis q; non aliter in genere delictum huiuſmo
di probari per coniecturas, niſi in ſpecie probent
modo quo ipſi deducunt ibi ſub nu. 13. & 14. poſt
Hyppolit. conſ. 5. nu. 1. lib. 1. & habent locum
quę ſupra dicta ſunt, durum, & inhumanum eſſe
aliter aſſerere, maxime, in caſu noſtro, in quo
cõſtat Dioniſium interfeciſſe Lelium ex noua, &
alia cauſa, quam illis, ex quibus pretenduntur dd.
Inimicitię. Nouiter enim Dioniſius ad animum re
uocauit, quod Lelius dederit ſibi uerba de commu
nicando omnia ſua bona, & poſtea nuptias cum
quadam muliere contraxerit. ſecundo quod magis
aggrauat, quia cum Lelius grauiſsimis inimicitijs
urgeretur, Dioniſius eum adiuuit; & in auxilian-
do ei ab. illius inimicis in facie uulneratus fue-
rit cum abſciſsione naſi, & perpetua deturpatio-
ne faciei, & poſtmodum, cum illis reconciliari uel
let, affinitatemq; cum ualde amicis, & forte con
ſanguineis illorum inimicorum contraxerit relin
quet cum in inimicitijs, non potuit contineri,
quin eum occideret, & hę fuerunt nouę cauſę,
non autem illa prior antiqua ſucceſsionis, ut ho-
micidium cõmitteret. Ex quibus (ni fallor) clariſ
ſime apparet quod licet ea lis eſſet communis
cum dd. Hieronimo & Ser Antonio reis, cum ta-
men Dioniſius ex illa non fuerit motus, ſed alijs
nouiter ſuperuenientibus non cõmunibus ipſis re
is, nullum indicium ad predictum tractatum ex
communi cauſa colligi potuiſſe, & quatenus Dio
niſius motus fuiſſet ex cauſa commũi, non ſequi
tur ergo tractatum habuit cum dictis reis, quibus
cauſa communis erat, ut ſupra diximus, precipue
cum duę cauſę ſupra expoſitę ſuperuenientes ual
de Dioniſium ad odium, immo ad homicidium
impellere potuerint.
43 † Non obſtat quod inimicitię indicent tractatũ,
ut ex aduerſo dicitur uoluiſſe Paul. Meren. inter
conſ. criminalia diuerſorum par. 2. conſ. 90. nu.
XL. quia reſpondetur illud procedere poſſe reſpec-
tu ipſius homicidę, atq; ita delictum committ-
tentis, ad effectum colligendi, an grauiori pœna
ille puniendus ſit, quam pro ſimplici homicidio
prout de iure eſt l. 1. §. 1. ff. de ſicar. l. abſentem
in fi. ff. de pę. l. reſpiciendum §. delinquunt, ubi
Bar. ff. eo. cum alijs congeſtis per Blan. d. trac.
44 nu. 53. ubi quod homicidium premeditatum, ſi-
ue, ut appellant, tractatum, grauius ſolet puniri,
& iſto caſu, ſi occiſor inimicus occiſi erat, uide-
tur premediate occidiſſe, & quoad eum occiſorẽ
inimicitię, quas ipſe habebat, indicium predi-
ctum prebent, hoc modo aperte loquitur Pau.
Meren. d. loco, & clarius Blanc. quem ipſe al-
legat, & eius ſolius auctoritate nititur d. tract.
de Indic. nu. 90. & ſeq. ſecus uero reſpectu aliorũ,
qui forte inimici illius occiſi erant, quia quoad eos
inimicitię non arguũt tractatum factum fuiſſe de
occidendo, neq; quiſquam, quem uiderim, hoc ca
ſu id aſſerit, & inhumanum eſſet, ut ſupra dixi.
45 † Nec obſt. quod contrarium de indicio inimi-
citiarum uideatur dicere Iul. Clar. d. q. 21. uer.
inimicitia in fi. quia Iul. Clar. eo loco aſſerit pro-
nobis eſſe cõmunem *, & praxim obſeruare poſt
Boſ. de indi. nu. 47. & alios quos ibi citat, & licet
in fi. dicat ſe uidiſſe aliquos propter inimicitias ſuſ
pectos torqueri, reſtringit tamen ſe, quando de-
lictum fuit clam commiſſum, & ſic neſcitur a quo,
& nullus alius imputatur, quo caſu forte malum
non eſſet eam ſententiam ſequi. cũ quaſi uiolenta
uideatur preſumptione laborare ille, qui ſolus ini
micus erat, quę Iul. Clar. conſiderationes in caſu
ſuo ad noſtrum adaptari non poſſunt.
Secũdum Indicium ex minis depremptum facil
46 lime tollitur, ſi quidem Minę, † ſiue Minacię uul
gò (quo uocabulo utitur Plaut. in Teucul. ibi, Me
lius te munere certare mecum, quam minacijs;
& in Mil. ibi: nõ mihi poſſunt minacijs tuis hic e
47 oculi foditi), nil aliud ſunt, quam † comminationes
& metus incuſsiones per uerba, uel ſigna, ut uide
re eſt apud theſau. linguę latinę, & Spieg. l. in
lexi. Iuris. uer. minę, & colligitur ex Bart. l.
1. §. quę onerandę ff. quar. re. ac. nõ det. & ex Abb.
Dec. & al. in c. 1. de off. de leg. ubi dicunt minas
conſiſtere uerbis, nutu, & uultu; & uidetur tex.
l. 3. §. fi. ff. quod met. cau. l. 3. § qui armato ff. quod
ui, aut clam. l. ne quicquam §. de plano. ibi, com-
minari, & terreri, iurctis illis, uerbis, & fuſtium
48 caſtigatione ff. de off. procon. † quę quidem com
minationes, & metus incuſsiones cadere non poſ
ſunt, niſi uerba, aut nutus, & ſigna coram fiant,
& literę mittantur, uel notę ſint et, cui minę fieri
dicuntur, aliter enim ille terreri non poteſt. At in
caſu noſtro, nec aliquis teſtis eſt, qui dicat Reue
ren. D. Hieronimum d. Lelio coram nutu, aut vul
tu minatum fuiſſe, niſi unica mulier, uetula, inſa
na, in ſipida, Dõna Gaudentia, quę poſtea reperi
ta ſuper integratorijs reorum negat ſe id priore ex

amine dixiſſe, & contrarium de directo depohit neq; ullę literę ipſius R. D. Hieronimi ad Lelium tranſmiſſę, aut oſtenſę in proceſſu productę ſunt quibus illi minantur, merito cum minę nullę aſfuerint, ceſſat penitus indicium pretenſarum minarum.

Et licet nonnullę adſint literę ipſius Reueren. D. Hieronimi ſupra relatę, ex quibus ex aduerſo nititur fiſcus minas colligere, cum tamen eę neq; ad Lelium conſcriptæ, neq; ad eius notitiam pro istę probentur, non poteſt ex eis dici minas ei factas ex ſupradictis, fateor tamen probabilius agi potuiſſe an ex uerbis illarum colligi potuerit malus animus ipſius Reueren. D. Hieronimi ad uerſus Lelium, de eo necando. Quod n̄ri diuerſum eſt omnino ab ipſis aſſertis minis, ex quibus indicium colligunt, ita nec etiam ex prædictis literis colligi infra manifeſte oſtenderur, cum igitur minę nullę ex parte ipſius Reueren. D. Hieronimi aduerſus Lelium nullo modo affuerint, ſequitur ceſſare pœnitus indicium pretenſarum minarum.

Secundo eſto, quod minę dicantur per aliquem fieri alicui tectio per literas ad alium tranſmiſſas, etiam abſq; eo, quam in illius tertij notitiam deue nerint, aut taliem ex ijs colligi poſſe malum animum contra aliquem. Illud locum habere poſſet, quando illę literę minas, aut aliquid malę intentionis coonnerent, ſecus alias, ut hic, quia in eis non ad ſunt uerba aliqua minatoria necis, aut mali animi ipſius Reueren. D. Hieronimi in perſonam d. Lelij, ſed potius, ſi diligenter, ſedulo, & benigne uerba penſitentur, ea uidebuntur eſſe plena conſilij, & deliberationis faciendę mature ſuper cauſa diuiſionis agitanda per uiam Iuris, magis quam factis.

Nam aut dicitur uerba eſſe iſta ſonantia minas, & hoc certe falſum eſt, ut ex literarum inſpectione colligitur, Aut uero eſſe dubia, prout aliquo
49 modo forte uideri poſſent † & tunc ea referenda
50 ſunt ad ius non ad factum Primo quidem† conſiderata perſona loquentis, uti debet l. plenum §. equitij, ubi not. ff. de uſu & hab. Bal l. ſi quando C. de inoff teſta. & cum D. Hieronimus ſit Iure conſultus, dum loquitur de modo procedēdi contra d. Lelium de reſolutione faciends, & huiuſmodi alijs, non debent aliter intelligi, niſi de modo, & uia iuris maxime cum in una earum literarum dicat neceſſe eſſe expectari ſuum teditum, quaſi ipſe uti Iuris peritus prouidere uelit, de facto enim alij potuiſſent facere id omne, quod opus fuiſſet &c.

51 † Secundo quia generaliter uerba cuiuſq; quando in dubio accipi poſſ: uidentur in bonum, & in reprobum ſenſum, in uiam illegitimā facti, & de licit, ac etiam legitimā facti & iuris, accipiēda ſunt in bonum, non in reprobum ſenſum arg. l. merito
52 ff. pro Soc. † precipue in uiro ſpectatę uitę, tectæ conſcientię, & famę, ut in proceſſu plene probatum extitit, Aut etiā dato, quod iſta non concurrant, fatis eſt, quod uerba ſemper accipienda ſunt, ut delicti excluſionem ſonent Gram. conſ. 31. nu. 12. & Car. inter conſ. Crimi. diuers. conſ. 19. nu. 6. li. 2. ut late cumulat Mars. ad rub. de fideius. col. x. ubi dicit ſe ultra centum iura & doc. trinas ad hoc cogeſſiſſe in ſua repet. l. ſi. C. de probat, & quando actus eſt indifferens potius in bonam quam in malam partem aſſumendus eſt, Alc. reg 3. preſumpt. 1. Gerar. Mazzol. conſ. 101. nu. 23. & uerba conſulentis, & mandantis ſemper in bonum debent interpretari Bal. l. 1. col 4. C. de ſeru. fugi, ubi Iaſ. col. 8. nu. 24. poſt Alex. conſ. 128. lib. 4. Vnde ſi quis mandet quod uolciſcantur intelligitur de iure, non de facto Dec. cōſ. 189. col. 7. in fi. & conſ. 199. col. x. & poſt eum Gerar. Mazzol. d. conſ. 101. nu. 38. 39 & 40. Quinimmo interpretatio uerborum dubiorum eſt proferentis, & eo non interpretante, interpretatur lex in bonam partem, ut per Alex. d. conſ. 128. Alc. d. preſumpt. 1. nu. 3. & Gerar. Mazzol. d. conſ. 101. nu. 41. ſtandum ergo eſt interpretationi, quam facit ipſe Reueren. D. Inquiſitus in ſuis conſtitutis, dum inquit ſe intellexiſſe de iure, uel quia ita ipſe interpretatur, uel quia ita de iure interpretatio fieri debet, ut ſupra, & precipue cum ſit officialis publicus, pro quo preſumptio eſt ꝙ bonus, Mazzol. d. conſ. 101. nu. 16 omnino uidendus, qui conſuluit in fortioribus terminis ad excuſandum quendam a mandato homicidij executi, ut pretendebatur per nuncium ex eo, quod ille dixerat, *Dagli, dagli*, Interpretatur enim ipſe conſultor rationibus quibus ſupra, ea uerba in bonam partem, non in malam, uidelicet quod ille uoluerit mandare, ut nuncius daret carnes uolenti bus emere, non autem quod percuteret ut ibi pee eum Idem tenuit Cepha. conſ. 424. lib. 3. ubi conſulens ſuper eadem facti ſpecie, pro qua conſiliū illud ſuum ceddidit Gerar. Mazzol. plura allegat ad hoc, quod uerba ambigua loquentis ſemper ac cipienda ſunt ad excluſionem delicti, & nu. 14. 15. 16. & 17. pro firmo ponit, quod ſemper preualet preſumptio excluſiua delicti, & interpretatio quę facit, quem excludi a pęna. & quod ad hoc, ut quis in pęnam incidat, liquidiſſima probatione opus eſt, & ibi nu. 21. ſubdit, quod ſi quis tractauerit de aliquo expellendo de poſſeſsione intelligitur uia iuris, Idem ſi dicat quis ulciſcar, intelligitūe, prout ius patietur ſecundum eum ibidem nu. 22. poſt Dec. conſ. 189. nu. 5. dictiq; nu. 23. poſt Alex. lib. 4. conſ. 127. col. 2. & Bos. de mand. nu. 49. quod huiſmodi interpretatio excluſiua delicti ſemper fit, niſi uerba expreſſe, & explicite delictum importent. Et in eodem caſu eaodem opinionem tenuit Decia. quoq; conſulendo, ut colligitur ex Cepha. d. loco, ſub nu. 23. uerſ. nec diſplicet, ubi innuit etiam Decianum idē ibi conſuluiſſe, licet eius conſilium adhuc non extet inter alia in lucem data, ad idem autem multa ipſe Decia. in ſimili caſu adducit conſ. 8. nu. 42. lib. 1. In ſimilibus terminis Sil. de arceri. inter conſ. crimi diuers. per Ziletr. tom. 2. conſ. 71. interpretationem illorum uerborum prolatorum ad Bariſellum, qui iniuſte cæperat quemdem nobilem ui-
53 delicet † *Hor ſù Bargello noi ſiamo huomini, che praticbiamo intorno ogni dì, ci potemo far piacer aſſieme*, de quibus formaliter, ibi, col. 1 quę licet ex eo quod nobilis ille eam capturam egręferebat & incenſus uidebatur, tennice dicta uiderentur in malam partem, ex prædictis tamen regulis ibi,

col. 3. nu. 13. & quibuſdam alijs per eum ibi cita
tis, interpretantur ea ad excluſionem prauę inten
tionis, ut in bonum, non in reprobum ſenſum ca-
piantur.
Poſtremo in ſimili facit optime etiam Rol. cõſ.
xj. lib. 3. fere per totum, ubi inſtat in interpreta-
tione multorum uerborum, & clauſularum ex qui-
bus profiſco colligi uidebatur, quod quidã V. ma-
ledixerit, iniuriaſq; uarias uerbales Principi intu
lerit; & licet uerba aliqualiter multis in locis uide
rentur ſonare id, quia tamen ſemper ſi poteſt, fit in
interpretatio, ut excludatur delictum, in bonam
partem ea interpretatur, multis rationibus, iuri-
bus, & doctrinis, precipue autem, quia ut inquit
54 ibi nu. 33. & ſeqq. pluribus † intellectus homi
nis debet eſſe benignus Bal. l. moueor C. de ſer. ex
55 por. & † ubi uerba trahi poſſunt ad falſum, & non
falſum, aſſumitur interpretatio excluſiua falſitatis
Dec. conſ. 56. col. 2. cum alijs ibi per eum citatis
nu. 34. & notabilius ad rem noſtram ſubdit nu. 35.
56 quod licet de preterito preſumatur in preſens l. ſi
57 ut poſſidetis C. de probat. † hoc tamen non habet
58 locum quoad preſumptionem delicti, † immo iſta
preſumptio, quod quis non preſummatur delin-
quere l. merito ff. pro Socio, tanquam potentior
tollit aliam preſumptionem, & operatur, quod
de preterito non preſumatur in preſens, ut uoluit
Ruy. quem ipſe Rol. ibi ſequitur conſ. 162. in fi.
lib. 4. ex quo infertur, quod etiã ſi malus animus
R. D. Hieronimi probaretur tẽporę dd. literarũ
non tamen inferri poſſet ad preſens, ſubdit etiam
59 ibi nu. 37. eiſdem rationibus, quando † interpre-
tatio fieri poteſt, quod delictum grauius, & leuius
ſit, ſemp fit p leuiore poſt Craue. conſ. 6. nu. 69.
Ruy. cõſ. 165. nu. 8. lib. 5. & alios quos ibi citat nu.
38. pro ut etiam nu. 39. poſt Bar. conſ. 108. Alex.
60 & Marſ. quos ibi citat, not. tradit, † quod ſi uer-
bum ab aliquo in alium prolatum uideri, poteſt
ſonare iniuriam, & non, ſemper accipitur ne aſſe
rat iniuriam, & nu. 48. & 49. firmat poſt Bar.
Ruy., Dec. & Marſi. locis ibi per eum allegatis,
61 † quod in ſimilibus uerbis ambiguis ſemper debet
fieri interpretatio pro proferente, & ſtatur eius
interpretationi cum iuramento.
Ex quibus patet aperte primum generaliter lite
ras predictas Reuerẽn. D. Hieronimi ad fratrem
conſcriptas in reprobum ſenſum accipi non poſſe
Secundo & particulariter, dum in illis ſub die
62 15. Maij 1569. inquit † *Se la ſorte vuole ch'io poſſa
guadagnare qualche ſcudo, ui farò uedere la reſolutio
ne ch'hò fatta nell' animo mio,* Non debet intelli-
gi, niſi de reſolutione iuridica, & litis iuris facien
dę, in qua multę pecunię expenduntur, ut ipſe
Reueren. D. Hieronimus in ſuo ultimo conſtitu-
to fo. 524. atergo interpretatur ſicut etiam uerba
illa, quę immediate ſubduntur; *La quale ſarà in
modo, che non andrà la coſa com'altri ſi penſa, & baſ
ta.* quod colligitur, quia Lelius feſtinabat ad di
uiſionem bonorum faciendam, ipſe uero Reuerẽ.
D. Hieronimus medio litis prius ſuum recuperare
intendebat atque ita efficere ut Lelius fieret uott-
oůpos ut ſcil. ret ſtatim ita de facto deueniat ad di
uiſionẽ, dum uero in illis ſub die 4. Octobris 1569.
63 dicit † *Tra queſto mezzo mi reſoluerò leuarmi queſ-
to trauaglio in modo, ch'eſſo non ſi reporſerà molto &c.*
Ipſemet inquiſitus fo. 527. interpretatur ſe uoluiſ
ſe dicere, ꝙ ſi Lelius uoluerit litigare cum eius fra
tre, nec ipſe quieſcet, & certe d. uerba aliter non
poſſunt accipi, cum dicant, *Ne lui riporſerà mol-
to,* Si enim de interficiendo eum intelligeret,
non, *Non reporſerà molto,* Sed potius *l'acche-
tarò per ſempre,* Vel quid ſimile dixiſſet, quia mor
tuus omnino quieuiſſet.
64 † Nec dicatur, ꝙ predicta omnia allegata locum
habere poſſunt (pro ut ex aduerſo innuitur) ubi
ſumus in dubio de intentione loquentis. hic au-
tem uideamur eſſe in claro, quod Reueren. Inqui
ſitus de remedis facti loquebatur in dd. literis,
non de remedijs iuris ex quo loqutus fuerat de pre
cepto iuris, poſtea illud damnat ibi, *Hô penſato
che queſto non vien bene,* & ruſus in eiſdem literis
ibi, *Biſogna apoſtare quando piſta l'uua, mandarci,
ò andarci e per ſuo marcio diſpetto portarlo a caſa noſ
tra.* Quia reſp. illa uerba relata ad preceptum,
quod eius Pater, & Frater uolebant facere, non
important omnino excluſionem uię Iuridicę, ut
pretenditur, ſed unius modi iuris, ut ſit ſenſus,
quod ſibi non probatur ille modus ſecundum illius
precepti tenorem, ſed alius, quem ipſe excogita
uit pariter iuris, quem tunc non poterat eis ſcribe
re, uel impeditus negotijs, uel quia forte eis non
poterat literis omnino explicare, ut per eos perci-
peretur, ut aperte innuunt illa uerba ſubiecta. *Non
poſſendo ſcriuere cio ch'hò nell'animo.* Et iſte ſe ſus
dd. literarum colligitur clare ex eiſdem met lite-
ris, dum in eis inquit, *Hò penſato, che la coſa del
precetto non uien bene, perche facendolo moſtramo,
che Lelio habbia che far in detta terre, e coſi ci pregiu
dichiamo* Ex quibus aperte apparet, quod ipſe Re
ueren. Inquiſitus putat eis proficuũ diſcedere a d.
uia precepti, ne eis fieret preiudicium in poſſeſſio
ne & iure dd. bonorum eo modo conſtituendo Le
lium poſſeſſorem, non quod uelit tranſire ad uiam
facti, ſed aliam magis ipſi proficuam excogitare.
Et licet in literis ſub die 3. Auguſti eiuſdẽ anni dicat
65 † *Biſogna rõperla con eſſo, e cauarlo fuora de caſa &c.*
Et ex hoc uideatur loqui de remedijs facti, cũ hęc
facti, nõ iuris eſſe uideantur, uere tamẽ Reueren. D.
Inquiſitus in dd. literis de remedijs iuris tantum
cogitauit, ut ex ſubiectis tantum uerbis in eiſdem
literis colligitur, ibi, *Et cominciare a litigare,
che coſi s'accomodaranno le coſe con util noſtro, e
danno ſuo, & a queſto modo uederà l'error ſuo;* Et
ruſus ibi, *E noi adeſſo non potemo litigare,* Et
quãuis illa uerba; *Et cauarlo fuor di caſa* Videan-
tur ſonare uiolentiam facti, debent tamen intel-
ligi per uiam iuris, tum quia generaliter ſemper
fit iſta interpretatio uerborum, ut ſupra, tum quia
in ſpecie, quando quis tractat de aliquo expellen
do de poſſeſſione, intelligitur de uia iuris, ut poſt
alios, quos ibi citat, tradit Mazzol. d. conſ. 105.
nu. 21. & poſito, quod intelligerentur de facto,
erat remediũ facti pro naciſcenda poſſeſſione nõ
cauſa nocendi d. Lelio in perſonam, aut occiden
di eum. poſito igitur, quod Reuerendus D. Inqui
ſitus tunc temporis eius animus fuiſſet, ut d. poſ-
ſeſſionem de facto nanciſceretur, ſi poſſet, non
propterea inferri poteſt ad animum occidendi,
aut

aut nocendi in pſonam Lelij, cum hęc diuerſa ſint
l. Papi. exuli. de mino. & in omnem euentum,
quatenus etiam huius peruerſę intentionis tunc ſu
iſſet, (quod negatur) in materia delicti de prete-
rito non arguitur ad preſens Ruy. conſ. 162. in fin.
lib. 4. & poſt eum Rol. d. conſ. xj. nu. 35. ut ſupra
dictum fuit.

Quę omnia in caſu noſtro ſic prędictis literis cō
66 ſideratis procedunt ſine difficultate, quia † cum ip
ſe Reueren. D. Hieronimus in literis tranſmiſsis
ad Ser Antonium fratrem die xv. Octobris 1569.
ue etiam in alijs ſupra proxime citatis die 13. Au-
guſti aperte declaret animum ſuum litigandi cum
Lelio omnia uerba ambigua aliarum literarum ad
eumdem Antonium precedentium interpretari de
bere, ut in litem ſonent, non autem in necem d.
Lelij, prout in ſuis conſtitutis etiam idem declarat,
cui ſtandum quidem eſt, ut ſupra.

67 † Tertio Principaliter dato, q minę probarētur
eę fuerunt adhibitę de Anno 1569. & ſic iam elap
ſis quatuor, aut quinq; Annis, quo tempore potu-
it d. Reueren. D. Hieronimus forte odio proſequi
Lelium, & hodie eum depoſuiſſe, ſecumq; recon
ciliatum fuiſſe, eiq; ſi quas iniurias forte tunc feciſ
ſet, remiſsiſſe pepercisſeq; prout uere pepercit.

68 † Vt Primo in proceſſu plene patet, ex acceſſu
Lelij ad Vrbem gratia ipſius Reueren. D. Hiero-
69 nimi † ex cohabitatione inibi cum eo per plures
70 dies facta, ex uictu per D. R. D. Hieronimum in
71. domo ſua d. Lelio preſtito, † ex ſummiſtrato
72 equo, & pecunijs pro reditu in patriam, † ex con
uerſatione in Terra Trebij frequenter ſimul facta
& pluribus his ſimilibus in proceſſu late deductis.

Secundo ſi quid mali animi in eo fuit, apparet
73 ex alio eius mali animi diſpoſitio, † quia frequen-
ter poſtea confeſſus fuit ſua peccata proprio ſacer
doti, & Sacratiſsimam Euchariſtiam accepit, quo
caſu dicitur malum animum, ſi quem habuit, & om
nes iniurias remiſiſſe, cum aliter nemo ad hęc reci-
piatur ſecundum glo. c. quia preſulatus. uer. canon.
1. q 4. & c. q emēdat 55. diſtinct. & c. 1. de maleſ. Iaſ.
l. ſi tibi § 1. ff. de pact. Vnde ſi quod aderat indiciū
purgatum eſt, cum quodlibet indicium purgetur
& tollatur pſumptione alia, Iaſ. l. 1 ad fin. C. comu.
de leg. Ben. de Indi. par. 5. q. 5. Boſſ. pariter de indi.
nu. 83. ubi pariter plura exēpla ſubijcit, & ratio eſt
74 in prōptu, † qa vna pſumptio tollit aliam l. diuus ff.
75 de reſtit. in integr. † & duę pſumptiones paria po-
tentię ſe inuicem elidunt c. mulier. ubi Abb. 5. not.
de iure. iur. ubi arguit, Mand. conſ. 56. nu. 4. &
76 ſeq. & ne deſit autoritas ita in terminis, † q q ſe oſ
tendit ſacerdoti, & Sacratiſsimum Euchariſtię Sa-
cramentum aſſumit, dicatur malum animum, quē
habebat, iniuriaſq; (quod plus eſt) ſibi illatas re-
miſsiſſe, indicium, ſi quod ex eis aderat, ceſſare, &
ex eo ad torturam deueniri non poſſe, firmat in fac
ti contingentia Aut. Galeat. Maluat. conſ. no. nu.
29. inter conſ. crim. diuers. per Zilett. lib. 2. & ſe
quitur Hipp. Rimi. conſ. 58. nu. 16. & 17. Ex
quibus clare colligitur, ſi quid mali animi in d. Re
ueren. D. Hieronimo aderat tempore dictarū ſcrip
tarum literarum, quod diffitemur, illud tempore cō
miſsi homicidij per Dioniſium penitus depoſitum
fuiſſe, & propterea d. indicium ad tractatum de d.
homicidio minime colligi poſſe.

77 † Quarto Reſpon. † q Minę, aut iactationes p
ſe non faciunt indicium, niſi probatum ſit, eum q
minatur ſolitum minas exequi, quod hic factū non
fuit, Bar. l. 1. § quę onerandę ff. qua. re. act. non det.
& l. ad inuidiam de infa. l. metum ff. quod met. cau.
Abb. Dec. & alij d. c. 1. & c. cauſam matrimonij in
prima opp. de off. deleg. Imo. qui dicit communem
l. fi. nu. 10. ff. de hęred. inſt. Par. Put. de ſind. uerb.
un ſi quis nu. 104. Brun. de Ind. uer. minę. Feli. c.
cum oporteat nu. 9. de acc. Ludo. Cato. conſ. 99.
nu. 16. & ſeq. inter conſ. crim. diuers. par. 1. ubi,
q minę non faciunt ſufficiens indicium ad tortu-
ram, niſi ex qualitate perſonarū ſolitarum eas exe-
qui, & q non ſufficit eum alias exequutum fuiſſe
ſed requiritur, q executus fuerit in eodem gene-
re mali, & q fuerit ſolitus exequi ut uoluit Bar. &
Alex. l. de pupillo §. ſi quis ipſi pretori. de op. nou.
nunc. Dec. c. ſi iuſtus de app. & in terminis firmat
pro comuni Io. Turri. Tanſi. inter conſ. crim. di
uers. per Zilet. lib. 2. conſ. 85. nu. 45.

Quinto Reſp. contraria procedere poſſe, quan
78 do minę fuiſſent de faciendo interfici d. Lelium, †
tunc. n. minę faciunt indicium, quando illud idē
quod ſequtum eſt tractu temporis, quia minatus
fuit, ſecus alias Bert. conſ. 51. non puto lib. 1. quem
ſequitur Foll. in pract. crim. fo. 241. nu. 23, ſed nō
reperitur, q D. Hieronimus minatus fuerit de faci
endo interfici Lelium, immo uerba ipſa, nec mi-
nas aliquas continent, ut ſupra, merito &c.

Sexto Nullius momenti eſt predictum indiciū,
79 † quia minę indicium non conſtituunt, niſi pro-
batum ſit, q concurrit fama, q ex eo, q ita minatus
fuit, ſucceſſit exequutio minarū Dec. conſ. 189. col.
pen. And. ſic. rub. de probat. Ludo. Cat. d. conſ 99.
nu. 17. Ex quibus apparet clariſsime, aut nullum
omnino, aut ualde leue, & fragile indicium ex mi
nis, & predictis uerbis literarum aſſumi potuiſſe.

Non obſt. Tertium Indicium deprompium ex
uerbis altercatorijs, quę pretenduntur habita fuiſ-
ſe per aliquot dies ante homicidium predictum
inter D. Hieronimum & Lelium iuxta tradita per
Blan. de Indi. nu. 204. Quia reſpondetur q licet ex
uerbis iniurioſis inſurgant inimicitię per allegata
ibi per Blan. non tamen propterea ſequitur in ca-
ſu noſtro ex contentione predicta inimicitias con-
tractas fuiſſe, quia non probatur, q uerba Lelij in
D. Hieronimum iniurioſa fuerint, & dato, q ita ſu
80 habuerint, † non propterea ſequitur ex hoc adeſſe
indicium tractatus ad homicidium, nec hoc Blan.
nec alij dicunt, maxime quando conſtat de homici
da, & quando non concurrunt alia, quę requirun
tur ad hoc, ut predictum indicium inſurgat, ut ſa
tis abunde ſupra in remotione primi indicij, quod
ex aduerſo ſumebatur, ex pretenſis inimicitijs, oſ
tendimus, cum. n. hoc alio non tendat, quam ad ar
guendas inimicitias, omnia ibi dicta ad eneruan-
dum etiam hoc indicium locum habere poſſunt. Et
illa quidem coniectura ſumpta ex eo, q D. Poteſtas
Trebij iuſſit dari pretenſas fideiuſsiones, parum,
aut nihil facit, cum fecerit motus cauſa fructuum
recolligēdorum, ne oriretur ſcandalum aliquod in
eis colligendis, non autem cauſa pretenſę alterca-
tionis ut ex proceſſu apparet.

Na Eodem

Eodem modo quartum quod ſumebatur indici
um ex pretenſo auxilio per D. Hieronimum Dio-
niſio poſt commiſſum delictum pſeſtito facile eli-
ditur.

Primo quidem quia illud non fuit auxilũ ad eua
dendum a curia, ſed potius Amor fraternus, & di
ligentia, ut ille euaderet ab inimicis ſuis, uel ut
obuiaret delicto. Ex quibus duobus cauſis ipſe aſ
ſerit nuncium ad fratrem miſiſſe, utraq; licita, &
81 permiſſa, † Nam de prima, ne coniunctus offen
datur priuata manu poſt delictum per euin com
miſſum, ei auxilium preſtare licet, ſecundum glo.
mag. ad fi. clem. 1. de pe. Hora. Lui. inter conſ.
crimi. diuers. conſ 368. tom. 1. nu. 26. in permiſ
ſis autem dolus, aut frans, aut pœna conſiderari
non poteſt l. 1. §. non fuit ff. de dol. l. iniuriarum
82 §. i. ff. de Iniur. † Obuiare autem delicto non ſo-
lum licet, uerum etiam quilibet tenetur de iure ca
nonico ſecundum glo. l. culpa caret. de reg. iur.
• & c. negligere 2 q 7 & eſt communis * ſecundum
83 Dec. d. c. 1. de off. deleg. Aut † ſaltem in foro con
ſcientiç tenebatur, ut conueniunt omnes Bal. l.
1. col. 3. C. de ſeru. fugit. Ant. c. 2. de hçre. Ab.
c. 1. col. 2. uers. ad tertiam de reſt. Spol. But. c.
quantę de ſent. excom. Bero. d. c. 1 nu. 75. de off.
deleg. Ias. l. ut uim. nu. 32. & ibi Dec. nu. 33. ff.
de Iuſt. & iure. idem Dec. d. l. culpa caret. de reg.
iu. nu. 10. Meno. qui hos, & alios allegat, dicens
• etiam omnes * ita tenere, de quęſt. arbi. Iud. caſ.
355. nu. 2. Et in omnem euentum, dato ꝙ nullo
iure teneretur obuiare delicto, negari non poteſt
84 † quin is, qui obuiat magis laudandus, quam re-
prehendendus ſit, cum bonum opus operetur,
precipue in ſanguine coniunctis, ut hic, in quibus
etiam de iure ciuili concluditur, ꝙ quis delicto te-
neatur obuiare, ut poſt Placa. ubi, per eum con-
cludit Meno. d. caſ. 355. nu. 20. ſed D. Hierony
mus cum poſt perpetratum homicidium publicę
a pluribus in Terra Trebij diceretur Dioniſium
homicidam commorari in Syluis Sancti Antonij
perpetrandi gratia alia delicta, & occidendi quoſ
dam alios; & timeret, ne inimici eum occiderent,
ut ei opem ferret, & obuiam iret huiuſmodi alijs
delictis per nuncios hortatus eſt eum, ut inde diſce
deret, & ne mala malis adderet, ut ipſe in ſuis con
ſtitutis aſſerit, merito de bono opere non ſolũ, neq;
eſt reprehendendus, ne dicam lapidandus.

Non obſt. ꝙ Bernardinus famulus ad Dioniſiũ
per D Hieronimũ tranſmiſſus ob d. cauſam aliter
deponat, ſibi a D. Hieronimo iniunctum, ut Dio
niſio diceret, ut inde diſcederet, ne a curia cape-
retur atq; ita, ut euaderet, & auxilium ad euaden
dum preſtaret uti preſtitum uidetur, cum Bernar-
dinus ille aſſociatus fuerit Dioniſium uſq; ad Ter-
ram Leoniſſę, ut Ipſe pariter deponit quia fides ei
in hoc adhibenda non eſt, ut ſaltem eius teſtimo-
85 nium in hoc ualde fragile eſt, † & propter narra-
tionem efficitur periurus iuxta tradita per Iul.
Clar. d. §. fin. q. 53. uers. quartus eſt caſus col. 3.
86 prope med. Secundo qa † ipſe eſt ſocius criminis,
qui regulariter contra alium nominatum ſocium,
criminis indicium non facit glo. l. fin. C. de accuſ.
• cum qua communis * eſt ſententia ſecundum Aret.
de Maleſi. §. fam. nu. 32. & Sal. l. 2. col. fin. de
quęſt. Dec. conſ. 189. latatus col. 2. nu. 6. 7. 8. &
9. Ruy. conſ. 147. col. 2. lib. 5. late Rol. conſ 16.
87 & conſ. 73. lib. 5. Maxime † quando ſocius crimi
nis ita deponens alias uilis perſona, & non idone-
88 us teſtis reperitur quia non facit indicium, † etiam
ꝙ ſimus in criminalibus exceptis, Ruy. conſ. 147.
col. 2. ad fi. & conſ. prece. col. 5. & 2. lib. 5. Dec.
• d. conſ. 189. col. 2. in fin. ubi dicit communem *
89 † etiam ꝙ ita atteſtaretur in torturam, quia tortu-
90 ra non purgat huiuſmodi uitia † Aymo. conſ. 6.
91 col. 12. uers. 6 reſpon. † maxime ad necem alteri
us Dec. d. conſ. 89. nu. 11. Hipp. Rimi. inter conſ.
92 crim. diuers. per Zilet. par. 1. conſ. 105. nu. x. †
Maxime ſi non concurrat mala fama Rei, ut hic.
93 Hipp. Rimi. d. conſ. 105. nu. 23. † Maxime etiam
ſi d. ſocius mandatarius ſit, & talē ſe faciat, ut hic
quia poſt ſuſceptum mandatum indicium non fa-
cit Bal. conſ. 429. lib. 2. Corn. conſ. 162. col. 2. in
fin. & col. ſeq. lib. 3. Paris. conſ. 3. nu. 5 ubi dicit
• communem * lib. 4 & conſ. 49. nu. 9. & ſeq. eo
lib. 4. Boſſ. de indi. nu. 154. Clar. d. §. fin. q. 21.
uerſ. & ex hoc Ludo. Cat. d. conſ. 99. nu. 23. poſt
alios citatos per Rol. d. conſ. 16. nu. 9. & conſ. 73.
94 nu. 6 lib. 1. Et licet † in criminalibus exceptis mul
ti uelint indicium probare ipſum Socium criminis
hoc tamen non eſt tutum, & contrarium multos
• allegans tenet Paris. conſ. 99. nu. 9. & ſeq. lib. 4.
ſequitur late Lud. Cat. d. conſ. 99. nu. 20. & ſeq.
Rol. poſt Ruy. ubi per eum in d. conſ. 13. nu. 8. &
• 57. ubi dicit eſſe communem *, & indubitatam in
finitos propemodum allegans ſicut d. conſ. 73.
nu. 20.

95 † Et quatenus alia opinio, quę habet, ꝙ in cri-
minalibus exceptis indicium faciat, uerior, &
magis communis diceretur, ea certe non procedit
quando teſtis predictus duos, aut plures patia-
tur defectus ut iſte Cepha. conſ. 65. nu. 27. & 28.
lib. 1. & Hipp. Mars. conſ. 102. nu. 2. uers 3. eti-
96 am reſp. † concurrente maxime utilitate. & pauper
tate d. teſtis, qui contra hominem bonę conditio-
nis, & famę, ut eſt ipſe D. Inquiſitus, ut in proceſ
ſu conſtat, nullam preſumptionem inducit Gram.
97 conſ. 37. nu. 2. & conſ. 38. nu. 15. † quia ut inquit
Bal. l. 2. C. de fal. multum ponderatur qualitas de
ponentis, & eius, contram quem deponitur, ut in
iſtis ſocijs criminis, & qui mandatarios ſe faciunt
maxime cum teſtis ſit laicus, Is uero, contra quem
deponit, ſit clericus, quo caſu Teſtis non admit-
titur in criminalibus Oldra. conſ. 145. quem Doct.
• ſequuntur communiter * teſte Clar. d. §. fi. q. 24. uerſ.
preterea &c.

98 † Secundo Dato, ꝙ fuiſſet auxilium ad euaden-
dum a curia, ut aſſerit d. famulus, non tamen facit
indicium ad torturam ſuper tractatu preambulo,
quia illud auxilium preſtitum fuit ex interuallo,
quo caſu indicium predictum non facit, Salic. l.
vnica. C. de rap. Vir. idem Bal. l. non ideo minus
C. de accuſ. Et Doct. qui dicunt ex auxilio preſti-
to poſt delictum colligi indicium contra auxili-
antem, ſemper loquuntur de eo, qui ſtatim, &
incontinenti poſt delictum apparuit, & auxili-
um preſtitit, ut proprie loquitur, & expreſſe
declarat Blan. d. tract. de Indi. nu. 501. & ſeq. &
etiam alij omnes.

Vltimum

Vltimum Indicium collectum ex literis per Dionyſium ad D. Hieronimum tranſmiſsis per illum nuncium facilime diluitur. Primo quidem ›
99 † quia in eis literis nihil legitur quo appareret uideatur de tractatu inter eos habito de occidendo d. Lelium, ſed potius omnia ibi comprehenſa eo tendunt, ut mobilia, arma, & quędam alia ad eius uſum neceſſaria tranſmittantur, & nomina quorumdam inimicorum prætenſorum, ut caueret ab eis poſſet, ſignificarentur.
100 Secundo Quicquid in eis contineatur, † eę literę ad manus D. Hieronimi non prouenerunt nec per eum receptę fuerunt, ut in proceſſu conſtat, quo caſu nemo eſt, qui dicat (quem uide › rim), & ſi quis diceret, eius dictum omni ratione careret (ni fallor) φ literę ab aliquo ſcriptę indicium faciant contra eum, ad quem ſcribuntur, non enim eſſe debet in libito uoluntatis cuiuſq; ad alium literas ſcribere, ut lubet, & contra eum indicium etiam ad torturam ex ſola ſcriptura cuię prebere, & Doct. ſupra in contrarium citati non loquuntur de literis ſcriptis tantum, ſed de illis receptis per eum cui, directę ſunt, & totum fundamentum faciunt in receptione literarum ex parte eius, ad quem dirigantur quaſi recipiens, & tacens uideatur aliquid contra ſe ſuſpicari & tacite affirmare uerum, quod in illis continetur, ita loquitur Bar. d. l. filiusfam. patre abſente ad macedo, & Blan. d. nu. 223. ſecus ſi literas non recepit, aut etiam (φ plus eſt) recepit, ſed non legit, aut aliter ſcientia contentorum in eis non probatur, quia ex contentis in illis aliquid non arguitur contra eum, ad quem ſcribuntur etiam in ciuilibus, in quibus facilius probant, Matth. d. not. 22. nota. mirabilem modum Feli. in prohem. grego. col. 6. Rip. c. cum M. Ferrarienſis ſub nu. 532. uerſ. primo requiritur de Conflit.

Tertio Dato; φ predictę literę continerent tractatum, & receptę fuiſſent, adhuc indicium predictum non facerent, nam ad hoc, ut argumentum de ciuilibus ad criminalia ualeat, ut ar-
101 guunt predicti Doctores, requiruntur plura, precipue, φ ſit par ratio in utroq; Sali. l. 1. C. ubi de crim. ag. opor. ſed in hoc eſt diſpar ratio, ut deducit Blan. de indi. ſub. nu. 224. uerſ. aduerte, φ exiſtimo &c. ubi diuerſam rationem oſtendit, & concludit ex dd. literis etiam receptis, & data etiam fuga recipientis à loco, non inſurgere indicium ſufficiens ad torquendum, & reprobat etiam Nouel. in ſua pract. crimi. cap. 1. nu. 105. in fi. & in caſu noſtro non habet difficultatem, quia ſunt tranſmiſſę a criminoſo, cui fides aliqua non preſtatur l. ob carmen. ff. de teſt. c. ob crimen. 9. q. 3. Doct. c. cum teſtimonium de teſti. cum ſim &c.

Poſtremo, ut omnis difficultas tollatur, conſiderandum eſt ad confirmationem predicto-
102 rum, † Nos loqui de clerico, quoad D. Hieronymum ad quem torquendum non ſufficiebant ordinaria Iudicia alias ad torturam ſufficientia, ſed requirebantur urgentiora. Caſo. de tormen.
103 c. xj. nu. 7. Sim de] Pret. conſ. 36. nu. 4. † immo ſi extitiſſent mile indicia contra eum, non ſufficiſſent ad torquendum, niſi etiam ipſe probatus fuiſſet publice diffamatus, quod hic non fuit, Pau. Leaz. & Ab. c. 1. de po. Io. And. & Abb. c. cum in contemplatione de reg. iu. Ana. c. 1. de cleri. percuſ. Gram. conſ. 65. nu. 3. Hipp. multa congerens ſing 55. aduertas, ubi, dicit obtinuiſſe Iul. Clar. d. § fi. q. 64. uerſ. ſed an clerici, ubi id aſſerit communiter teneri, faciunt multa de dignitate clericorum tradita per Hippo. in repet. rub. de fideiuſſ. nu. 129. & ſeq. Pau. Meren. inter conſ. crim. par. 2. conſ 89. nu. 51. Et licet Bos. de indi. nu. 503. & Iul. Clar. d loco dicant Mediolani non ſeruari hoc, non tamen ex in obſeruantia eius loci arguitur ad idem tenendum omnibus alijs in locis, cum conſuetudo localis ſit l. 2. C. quę. ſit long. conſuet l. uenditor § ſi conſtat. ff. commu. predio c. illud diſt. xij. & alibi paſsim.
104 † Item fumus in Doctore, contra quem pariter non ſufficiunt indicia ordinaria, ſed requiruntur aliquid ultra ad torquendum Gram. uot. 25. nu. 2. Boſſ. de Indi. nu. tit. Iul. Clar. d. § fin. q. 64. uers queto an Doctores.
105 † Item eſt Canonicus, & Vicarius Foſſaneus Epiſcopi, quibus dignitatibus eſt aliquid deferendū l. mortis. §. ſed enim l. capitalium § fin. ff. de pœn.
106 † Item eſt optime conditionis, & famę etiam in ſpecie quoad d. delictum, non auidus bonorum alienorum, ut plene probatum eſt in proceſſu, per quam bonam famam purgantur indicia, ſi quę contra eum erant de tractatu habito gratia ſuccedendi d Lelio, Bal. l. fin. C. de probat. Alex. ad Bart. l. fin. ad ſi. ff de here. Inſtit. & pprie in clerico bone conditionis Crauę. conſ. 99. & Gram. conſ. 65. nu. 4 Socc. Iun. conſ. 38. nu. 21. lib. 2.
107 † Item in eo, qui ſolitus eſt ſe oſtendere ſępe ſacerdoti, & Euchariſtiam accipere, de quo nō licet ſuſpicari huiuſmodi, ut ſupra concluſum fuit.
108 † Item in eo non ueriſimili tractatu, ut ſupra dictum eſt late in tertio fundamento, immo in caſu in quo nec quidem in genere aliquid de tractatu conſtat ut ſupra. Quibus omnibus concurrentibus nō uideo quomodo aliqs locus ſupereſſe potuerit indicio predicti tractatus, ex quo deuentum ad queſtionem fuerit.

Non obſt; quod quę non proſunt ſingula indicia ſupra dicta ſimul iuncta ualere uideantur l. ſpa
109 donem §. qui iura mul a ff. de excus tut. † Etiam terminis coniungēdorum indiciorum arguit Gau. de preſumpt. & indi. Biu. de indi. col. 2.
110 Quia reſpondetur primo † predictam regulam non procedere in criminalibus Hippo. Mars. cōſ. 20. nu. 48. Ant. Galea. Malua. d. conſ. 110. nu. 15.
111 † Secundo reſpondetur illud procedere poſſe, quando indicia quęlibet in ſuo genere perfecta ſunt, tunc enim quamuis in ſe leuia ſint, coniungenda uidentur, ut faciant unum iudicium perfectum, ſecus qñ ſingula indicia ſunt imperfecta quia tunc etiam ſi mile eſſent unum perfectum nō conſtituunt Hipp. d. conſ. 20. nu. 47. & conſ. 88. nu 22. Ant. Galea. Malua. d cōſ. 110. nu. 16. & ultra eū probat Aymo. de antiq. tēp. par 1. ſect. uidimus abunde nu. 45. Iaſ. in l. ad monendi. nu. 253. de iure. iur. Paris. conſ. 15. nu. 57. lib. 2. cōſ. 79. nu. 14 & ſeq lib. 3. cōſ. 59. nu. 29. li. 4. Caccial. d. l. admonēdi nu. 805.

112 † Tertio Reſpondetur illa regula non pro-
cedit, quando illa ſingula indicia ſunt eliſa, &
per contrarias pręſumptiones ſublata, ut hic per
ſupradicta, ut poſt Bru. ubi pee eum, tradit idem
Ant. Galea. Malus. d conſ. 130. nu. 17.
113 † Non obſt. q ſi nus in occultis, in quibus ſuf-
ficiuns leuiores probationes l. conſenſu § ſeruus C.
de repud. c. ueniens huius initij 2 ubi Feli. de teſti.
Quia reſpon. primum aduertendum hic non agi
de probando tractatu, ſed de indicijs ad eum,
114 ut in inimicitijs, literis, & alijs huiuſmodi, † quę
a comuniter accidentibus nota poſſunt eſſe pluri
bus, quo caſu etiam in occultis teſtes inhabiles ad
mittuntur Feli. c. tertio loco ſub nu. 3. uers. in tex.
ibi fratres, de probat. & c. ueniens nu. 21. de te-
ſti. Rolan. qui multos alios allegat conſ. 7. nu. 55.
& conſ. 24. nu. 67. lib. 1. Gram. conſ. 45. nu. xj.
cum ſim.
115 Secundo Reſpon. Contraria procedere, † quan
do fiſcus probauit alias probationes defuiſſe. ſe
cus alias, ut hic Gram. d. conſ. 45. nu. 9 & ſeq.
Alciat. reg. 1. preſumpt. 47. nu. 4 Rolan. alios ci
tans d. conſ. 7. nu. 16. conſ. 24. nu 63.
116 † Tertio Reſpon. predicta procedere poſſe
in teſtibus, qui vnicum tantum defectum pati-
untur, ſecus ſi plures, ut hic, Gram. d. conſ. 45.
nu. 2. & 13. Ceph. conſ. 65. nu. 27. lib. 1. Iudo.
Cat. d. conſ 99. nu. 15 cum ſim.
Nec dicatur ultimo Indicia omnia repoſita
eſſe in arbitrio Iudicis Bar. l. ult. nu. 5. ubi Hip.
nu. 4. de qq. Dec. l. magiſtratibus nu. 10. ff.
de iur. omni. iudi. cum alijs congeſtis per Meno.
de qq. arb. iud. caſ. 170. nu. 3 & 4. Quia reſpon.
117 † arbitrium Iudicis debere eſſe regulatum, &
iuri, & ęquitati conſonum Hippo. l. quęſtionis
modum nu. 68. de quęſt. & Dec c. ne innitaris col.
1. d. conſt. 1. & c. de cauſis col. 2. de off. deleg. ubi
118 etiam Beo multa congerit nu. 18. † & tale arbi
trium datum Iudici intelligitur, ut iudex facere de
beat, quod in rebus, & perſona ſua ſibi fieri uellet
Bar. l. 1. ff. ſol. mat. Dec. l. in perſonā §. 1. in fin.
de reg. iu. Aymo. qui alia congerit conſ 190. nu. 5.
119 Meno. de queſt. arb. Iud. q. 9. nu. 3. † alias ſi
ex ceruice ſua Iudex procederet, actus per eum fa
ctus non ualeret, Rom. conſ. 336. col. 4. ubi ad eū
Mandos. late cumular, Foller. pract. ſua Crimi. ſe
cunda par. in princ. tit. de tort. nu 25. Carre.
in pract. Crim. in prin. nu. 107. col. 2. uers.
& licet Indicia. Brun. de Indi. in prin. Paris conſ.
120. 151. nu. 14. & 15. lib. 4. † quinimmo Iudex
ſempee in meliorem partem arbitrari debet Ias. cōſ.
175. uers. 4 accedis lib. 2. & l. 1. nu. 40. ff. ſi quis
121 ius dicen. non obtem. Carre. ubi ſupra † Quia il-
la digniora ſunt imitatione, quę excellentiora
ſunt probata c. fin. diſtinc. 9. glo. c. pen. uer. beni
122 gnior. de reg. iu. in 6. † Et in ſpecie indicia talia
eſſe debent, q eis ſola confeſsio deeſſe uideatur, ut
liceat Iudici reum torquere, Gand. de Indi. col. 1.
uers. tertium not. Io: de Ana. conſ. 157. nu. 27.
Bert. conſ 70. nu. 26. ſecundo tom. crim. diuss.
123 Hippo. Rimi. d. conſ. 88. nu 25. † alias ſi ex ca-
piṫe ſuo Iudex procederet uerificaretur, & appare
ret periculoſum eſſe relinquere hęc arbitrio Iudi-
cis, & grauari conſcientiam eorum, ut plurimum
ut poſt Ariſt. & Bal. docet Aymo. de antiqui. temp.
par. 1. Sec. 2. in fin.

Qvoad secvndvm Dubium An tortu-
ra dd. Reorū repeti poſsit om ſſa longiore diſcepe
tione, ubi opus non eſt, ſatis conſtat d. repetitio-
ni minime hic locum eſſe, cum iſti rei nec torque
ri potuerint, ut ſatis ſuperq; ſupra oſtenſum fuit.
124 † Secundo Quia regulariter tortura non repe-
titur l. vnius. § Reus. ff. de qq. l. repeti. ff. eod.
Sal. & al j. l. 2. C. de Cuſt. & exhi. re. Ang. Aret.
lat iſsime de maleficijs uer. fama. Hippo. d. l. re-
peti. Alex. conſ. 5. nu. 5. lib 1. ubi dicit com-
muniter teneri ex primis indicijs aliquem in tor
tura repeti non poſſe, prout idem etiam tradunt
Doct. & in dubio non eſſe deueniendum ad re-
petitionem torturę tradit Ant. Canna. de qq. 6.
mem. princi. nu. 1. ad fin. quem ſequitur Iul.
Clar. Sent. recept. lib. 5. §. fin. q. 64. ad fin.
125 † Et licet, quando Reus leuiter fuit tortus re-
peti poſsit ſecundum multos, ut teſtatur Iul. Clar.
dicta q. 64. uers. ultimo uidendum, cum tamen
illi Rei per horam completam fuerint in tortura
detenti, ut in actis apparet, ideoq; leuiter torti
dici non poſsint, ſub pretextu leuis illarę torturę
126 minime repeti tortura poterit †. Maxime cum
Indicia, quę contra eos extare dicebantur, aut
nulla eſſent, ut ſupra abunde oſtenſum fuit, aut
certe ſatis leuia, quo in caſu omnes conueniunt re
127 petitioni torturę locum non eſſe, † licet multi
contrarium dicant, quando Indicia ſunt ualde ur-
gentia, & manifeſta Ant. Gome. c. 13. delicto.
nu. 26. ubi de communi teſtatur.
128 † Rurſus licet multi contendant hoc caſu tortu
ram eſſe arbitrariam iudici Bar d. l. vnius. §. reus
nu. 1. Boe. deciſ 163. nu x Gram. conſ. 21. nu. 25.
129 Caſal. de ſindi. q. 231. & alij paſsim, † debeą
tamen iudex hoc ſuum arbitrium regulare regulis
iuris, de quibus ſupra, & maxime conſiderare
qualitatem indiciorum, & perſonarum, & cauere
130 ne huius arbitrij prętextu immoderate ſeuiat, †
ſed potius in dubio ad torturam non accedere, ut
tradit Ant. Gom. d. loco. qualitas autem perſona-
rum iſtorum reorum, ac etiam indiciorum oſtenſa
fuit ſupra talis, qualis certe nullo modo meruerint
ad torturam poni, nedum ut repetitionem eius
dere poſsint.

Nec ad rem aliquo modo facit, q ſimus in cri-
mine aſſaſsinij, in quo dicuntur degenerare om-
nes regulę, ut ex aduerſo per fiſcum opponitur
ad faciendam dictam repetitionem, quia nega-
tur hic agi de crimine Aſſarsinij, Et contrari-
um ex inquiſitione, proceſſu, & ſententia con-
tra Dioniſium occiſorem, in quibus de aſſaſsinio
uerbum nullum, apparet. quomodo ergo (queſo)
aſſerit fiſcus de aſſaſsinio tractari contra hos pre-
tenſos auxiliatores, ſi Dioniſius principalis delin-
quens de eo nec quidem imputatus extitit?

Secundo quia ex actis contra hos fratres hac
tenus factis de aſſaſsinio in his ultimis allegationi-
bus ſomniato, nec quidem uerbum aliquod inſeri
tur, propterea nulla ratione diſpoſitio c. pro
humani de homi. lib. 6. ad hunc caſum allegari
poteſt.

Vlterius

Vlterius ſi demus aſſaſsinium intentatum fuiſſe
131 deſcendendo ad ea, quę iuris ſunt, † Imprimis
communis * eſt omnium ſententia, Aſſaſsinium, &
propterea diſpoſitionem d. c. pro humani, non pro
cedere, niſi interueniente datione, uel ſaltem pro
miſsione premij ex parte delictum mandantis Ar-
chi. d. c. pro humani col. 5. in fin. Gram. not. 9.
in prin. Iul. Clar. qui plures citat recept. Sent. lib.
5. §. aſſaſsinium in prin. & poſt Bar. Ancha. Corn.
Dec. & alios locis ibi per eum congeſtis Gabr. de
crimi. conclus. 5. lib. 1. Boſſ. de mand. Homici. nu.
14. 15. & ſeq. Burſa. qui de communi teſtatur cõſ.
30. nu. 4. Paul. Meren. conſ. 88. nu. 16. & 17. in
ter conſ. diuerſ. crim. tom. 2. Bertran. conſ. 70. nu.
38. Matthe. Bru. conſ. 115. nu. 74. eo lib. Capi.
decis. 118. & latius 155. omnes ſic tenentes pro co
muni *, & indubitata opinione, quę datio, aut
promiſsio premij hic neq; probata fuit, neq; arti-
culata, immo de ea neq; in proceſſu contra Dioni
ſium, neq; contra iſtos unquam mentio aliqua,
facta eſt.

132 Secundo quia ut quis tamquam Aſſaſsinus pu-
niri poſsit requiritur declaratoria aſſaſsinium com-
miſſum fuiſſe Archi. d. c. pro humani col. fi. Io.
Andr. ibi col. 4 Probus ad Io. Mona. ibi in fin. pro
ut pariter ibi Franc. dicens, eſſe communem * col.
5. Alex. qui pariter idem teſtatur conſ. 186. lib.
7. Hic non ſolum non adeſt declaratoria predicta,
uerum nec probatio, nec poſitio aliqua de aſſaſsi
nio facta eſt, immo ſententia contra Dioniſium
principalem deliquentem ſimplex fratricidium
continet, ut ſupra dictum fuit, merito &c.

133 † Tertio Quod dicitur regulas iuris non atten-
di in crimine aſſaſsinij, ideoq; omiſſo iuris ordi
ne procedi, tantummodo locum habet, quoties
conſtat de huiuſmodi qualitate aſſaſsinij, ſecus dũ
dubitatur, ut hic Gram. uot. 11. nu. 4. & ſeq.

Nec facit uideri nos eſſe in aſſaſsinio, ex quo
Dioniſius potuit moueri ad fratricidiũ ſpe ſucceſ
ſionis futurę hereditatis d. Lelij occiſi in perſona
ſua, uel ſuorum fratrum.

Quia primo Reſpondetur non probari, eum ad
fratricidiũ predicta ſpe motum, immo potius alia
de cauſa, ut alias allegando oſtenſum fuit.

Secundo Reſpondetur dato, ꝙ predicta ſpe mo
134 tus fuit, † ſpes ſucceſsionis in perſona ſua, uel
ſuorum non facit, ut homicidium dicatur per aſſaſ
ſinium commiſſum; ut in terminis pro indubitato
preſupponit Grat. conſ. 52. nu. 47. & ſeq. lib. 2. ſequi
tur Gabriel. d. conclus. 1. nu. 37. & eſt ueriſsimum.

135 Quia, † ut Aſſaſsinium committatur requiri-
tur, ut vnus ſit mandans, & alius mandatarius, &
nulla alia differentia eſt inter aſſaſsinum, & ſimpli
cem mandatarium, niſi ꝙ iſte facit mandato alteri
us, recepto, uel promiſſo premio, iſte uero man-
dato tantum ſine premio dato, uel promiſſo, vnde
ſine mandato Aſſaſsinium non contrahitur ut poſt
Bal. Gram. & alios, ubi per eum egregie probat
Hieronymus Gabr. conſ. 170. nu. 7. ſed manda-
tum non conſideratur in eo, qui ſola ſpe ſucceſ-
ſionis in perſona ſua, uel ſuorum homicidium com
mittit merito &c.

136 Rurſus, † quia ratio ſpei, quam quis ſua ſpon
te ſuſcepit, nunquam habetur in conſideratione
Saruen. ad reg. cancell. de iur. quęſ. non toll. nu.
12. & ideo in ꝓprijs terminis aſſaſsinij ſola inten-
tio committentis delictum teſte quia cogitat de
ſucceſsione ſua, uel ſuorum, non ſufficit, ut Aſ-
137 ſaſsinium committere dicatur, † etiam quoad ip-
ſummet committentem delictum, ne dum quoad
alios, ut hic, ſed requiritur intentio, & conſenſus
alterius, qui eam ſpem polliceatur, ut poſt Bal. Io.
And. Gram. Catre. & alios late probat idem Hie-
ronymus Gab. d. conſ. 170. nu. 15. 16. & ſeq.

Quinimmo adeo ſtricte in hoc mandato Aſſaſsi
138 nij proceditur, † ut nec committi dicatur quando
etiam promiſsio facta eſt remunerationis, ſi ea ſit
incerta Bal. conſ. 383. Bertonus lib. 5. Bero. conſ.
175. nu. 31. 32. & 33. lib. 3. ubi optime probat, &
poſt Carre. Gram. & Capi. locis ibi per eum cita-
tis firmat idem Hieronymus Gab. d. conſ. 170.
nu. 18. & ſeq. ubi etiam nu. 21. & 22. aſſerit idem
139 dato, † ꝙ quis expenſas aliquibus ſubminiſtret,
ut ſibi adiumento ſint ad occidendum alterum; &
idem ſubſtinet nu. 23. etiam ꝙ eis aliquam pecu-
niarum quantitatem largiatur pro reditu ad locũ,
unde uenerant ad delictum committendum.

Ex quibus dilucide apparet, nihil commune ha
bere crimen Aſſaſsinij, cum caſu noſtro, ideoq;
ceſſare omnia pro parte fiſci allegata ad fatigandũ,
hos carceratos, neq; eos queſtioni ſupponi potuiſ
ſe, ut ſupra in prin. dictum fuit, ideo in tortura ni
mis ſeuere cum eis actum fuit.

Et quatenus id licite factum fuiſſet ex arbitrio
ſaltem Iudicis, nullum penitus locum relictum eſſe
140 repetitioni torturę conſtat, † cum omnia, ſi quę
erant indicia ſatis leuia ſufficienter per torturam
purgata fuerint ſm comunẽ * de qua per Iul. Clar.
141 §. fi. q. 64. uer. illata re. † Nec ſi noua ſupueniſſent
indicia torturã repeti poſſet ſecundũ comunẽ *, de
qua idem Clar. d. q. 64. uer. ult. uidendum.

Poſtremo non eſt omittendũ: ꝙ indicia, ſi q̃ ade
rãt ex enumeratis ſupra pauca cõtra Ser Antonium
militabãt, cum ipſum, neq; inimicitias habuiſſe cũ
Lelio occiſo, neq; minatũ ei fuiſſe, neq; literas ad
eum ſcripſiſſe, neq; poſt delictum Dioniſio auxi
lium in continenti, uel ex interuallo preſtitiſſe,
neq; ab ipſo Dioniſio poſt delictum literas habuiſ
ſe, aut huiuſmodi alia feciſſe pretendatur, & prop
terea nimis iniuſte (ne dicam iniquę) eum queſtio
ni ſuppoſitum fuiſſe.

QVOAD TERTIAM dubitationem, An Reueren.
D. Hieronimus propter opem per eum Dioniſio
preſtitam poſt delictum ex interuallo, mittendo
ad eum famulum, ut euaderet, puniri debeat, cen-
ſeo reſpondendum, eum aliqua pęna affici non
poſſe: Quia, ut ipſe in ſuis conſtitutis aſſerit, id fe-
cit ex eo, ꝙ orta fama erat in terra Trebij, ꝙ Dio-
niſius receperat ſe poſt homicidium in qui-
buſdam ſiluis ibi uicinis cauſa redeundi, ut quoſ
dam alios occideret, & quia inimici eius cir-
cum circa d. terram inſidias ei tendebant, ut eum
rediturum occiderent, ut clare in proceſſu proba-
tur, Quibus ſtantibus colligitur eũ duab. de cauſis
dictũ auxiliũ ꝑſtitiſſe, prima ut obuiaret delictis ꝑ
eũ cõmittẽdis, altera, ut ſiatet euaderet ab inimicis,
142 ut taq; licita, de prima conſtat, † ꝙ quilibet tenetur
obuiare delicto iure canonico im glo. in l. culpa

caret. de reg. iu. c. negligere 2. q. 7. & eſt commu
nis * ſecundum Dec. in c. 1. de off. deleg. & in foro
conſcientię conueniunt omnes Bal. l. 1. col. 3. C.
de ſeru. fugit. Anch. c. ij. de hęre. Abb. in c. 1. col.
2. uer. ad tertiam de reſt. ſpol. But. in c. quanię de
ſent. excom. Bero. d. c. 1. nu. 75. Ias. l. ut uim. nu.
32. & ibi Dec. nu. 39. ff. de iuſt. & iu. idem
Dec. in d. l. culpa caret nu. 2. Meno. q hos, & alis
os allegat aſſerens etiam omnes * ita tenere de qq.
141 arbit. iud. cas. 355. nu. 2. † Et quatenus quis non
teneretur, negari tamen non poteſt, quin ita
faciens magis laudandus, quam uituperandus, &
reprehendendus ſit, cum certe bonum opus ope
144 retur, & propterea iure primitęentę faciat, †
maxime in ſanguine coniunctis, ut hic eſt, quibus
etiam iure ciuili obuiarę tenetur, ut poſt Plac. ubi
per eum concludit Menoch. d. caſu 355. nu. 2.
145 De Secunda patet clariſsime, † quia ne frater
occidatur, aut offendatur priuata manu auxilium
licite pręſtatur, ſecundum glo. magnam ad finem
Clem. 1. de pen. Bal. l. ob hęc uerba ad fi. ff. de
his qui not. infa. Orat. Lucius inter conſ. crim. di
146 uers. conſ. 148. nu. 36. tom. 1. † cum ergo D.
Hieronimus predictum auxilium lege permitten-
te prętiterit, pęnam non meretur l. gracchus
de Adult.

Non obſt. q Berardinus famulus aſſerit ſibi a d.
Hieronymo iniunctum, ut accederet ad Dioniſi-
um cauſa admonendi, ut a curia euaderet, Quia
147 Reſpondetur, † q teſtis eſt ſingularis, q non pro
bat, l. iuriſiurandi. de teſtibus.

Secundo Nulla fides et in hoc adhibenda eſt,
148 † cum eius teſtimonium ualde fragile reddatur
propter uariationem, & periurium Iul. Clar §. fin.
q. 13. uers. 4. eſt caſus col. prima prope. mediũ.
149 † Tertio Quia eſt ſocius criminis, q nec indi-
cium facit glo. in l. fin. C. de Accus. & inſcri. cũ
qua eſt communis * ſententia ſecundum Arer. de
malef. §. fama. nu. 31. Sal. l. 1. col. fin. de qq. Dec.
conſ. 159. nu. 7. 8. 9. Rui. conſ. 147. col. 2. lib. 5.
150 late Rolan. conſ. 16. & 37. lib. 2. maxime, †
quando uilis eſt perſona, ut iſte Berardinus famu-
151 lus, quia non facit indicium † etiam q ſimus in
criminibus exceptis Rui. d. conſ. 147. col. 2. ad
fi. & conſ. precedenti col. 1. & ſeq. Dec. d. conſ.
152 189. dicens * communem col. 2. in fin. † etiam
153 q ita atteſtetur in tortura, quia, † tortura non
purgat huiuſmodi uitia Aymo. conſ. 6. col. 1. &
154 uers. 6. reſpondetur, † quod eſt indubitatum,
quando non concurrit mala fama Rei. ut hic Hip.
155 Rim. conſ. 105. nu. 13. † ac etiam ſocius quan-
155 do ſocius iſte criminis eſt mandatarius, ut hic, †
& deponit poſt ſuſceptum mandatum, quia nec in
dicium facit Bal. conſ. 429. lib. 1. Corn. conſ.
162. col. 2. in fin. & col. ſeq. lib. 3. Paris. conſ. 8.
nu. 5. ubi dicit communem * & conſ. 49. nu. 9. &
ſeq. lib. 4. Boſſ. de Ind. nu. 154. Clar. d. §. fin.
queſt. 21. uer. ex hoc. Rolan. d. conſ. 16. nu. 9. &
d. conſ. 75. nu. 6. & Lud. Cat. inter conſ. Crim.
diuers. conſ. 99. nu. 13. lib. 1. Et quatenus D.
Hieronimus dictum auxilium preſtitiſſet fratri ad
euadendum a Curia, quod expreſſe negatur, &
propterea alias extraordinem aliqua leuiori pęna
ueniret puniundus, hic certe nulla alia afficien-
dus eſt pœna.

Primo quidem, quia id fecit ex pietate, qua mo
157 tus fuit erga fratrem conſanguineum, † cui pie-
tati, & affectioni parentum, ac etiam affinium a
iure datur uenia l. 3. §. pietas ff. de lib. ho. exhi. l.
omnes. 2. C. de agri. & cenſ. lib. xi. l. qui cum uno
158 §. ultimo ff. de re. mil. † ubi datur uenia militi,
q ob affectionem parentum, & affinium ad tem
pus militiam deſeruit, quamuis alias eſſet grauiſ-
ſime puniendus.

Secundo Quia iam uidetur D. Hieronymum d.
pœnam leuiorem luiſſe, cum carceribus mancipa
tus extiterit per otto menſes, non enim mediocri
159 ter afflictus fuiſſe uidetur, † cum mala manſio
Carcer noceatur l. item apud labeonem §. quiſ ho-
160 nis ff. de iu. iur. † & ſit genus ſeruitutis, ut colli-
gitur ex l. titio centum §. 2. de cond. & demonſt.
161 l. 2. de lib. ho. exhi. † & non minus atrox iniuria
infertur ei, qui in carcere truditur, quam ſi mors
inferatur Bal. in c. 1 §. deniq. uer. patricidij. quę
fuit prima cauſa here. amitt. Io. Andr. ad rub. de
his qui Fil. occ. in fin. Hipp. in l. accuſatio col. 2.
ff. de Fal. & l. 1. in prin. col. 2. ff. de queſt.

Tertio predictus D. Hieronymus fuit ſeuere,
& indebite tortus ſuper tractatu ad homicidium,
162 quem fiſcus pretendebat quę tortura ſatis grauis
pęna cenſeri debet reſpettu d. auxilij, poſt delic-
163 tum, † cum ea grauior ſit utriuſq; manus abſciſ-
ſione §. fin. aut. ut null. Iud. Boſſ. de tortura nu.
164 12. ubi dicit, † q pati torturam eſt ſupremas an-
guſtias ſuſtinere, ultra grauiſsimas impenſas, quas
ſuſtinuit in carceribus in ſuſtinendo commiſſarios
in patria, in tranſmittendo ad Vrbem, & ad Ci-
uitatem Peruſię multos, in releuando proceſſum,
& acta in Aduocatij; & procuratoribus conducen
dis, & in huiuſmodi alijs multis neceſſarijs, in
quibus erogauit ultra 700. aureos, & quidem inde
bite, cum de corpore ipſius tractatus, ob quem hu
iuſmodi paſſus fuit, neq; clare, neq; preſumpti-
ue conſtaret, ut debebat, & quod magis conſide-
randum eſt, nullum iudicium extaret ſufficiens ad
torquendum, ex quatenus extaſſet, illud purga-
tum eſt. Ex quibus &c.

165 Qvoad Quartam dubitationẽ, an predicti fra
tres priuandi ueniant ſucceſsione Lelij occiſi, tan
quam indigni, ex eo, quod non uindicauerint ne
cem defuncti fratris. iux. l. hæredem ff. de his quę
ut indig. & l. 1. C. eod. cum ſimil. Reſpondendũ
eſt intrepide hos fratres nullo pacto d. ſucceſsione
priuandos.

166 Primo quidem, † quia cum ea pęna, ſiue con
ſtitutio iubens heredem uindicare necem defuncti,
nutritiua peccati ſit, receſsit ab aula, in uſuq; eſſe
deſijt ut habito ſuper hoc cum pluribus grauiſsi-
mis iureconſultis colloquio aſſerit Foller. in prac.
crim. Cano. par. 2. uers. accuſatione porrecta ſub
nu. 32. & ſeq. refert & ſequitur Iul. Clar. ſent. ex
cept. lib. 5. §. fi. q. 79. uers. item quando &c.

Nec aliqd negocij facit, quod ex aduerſo preten
ditur poſſe dici in caſu noſtro colluſum cum occi-
167 ſore † quo caſu non uidetur correcta pęna d. l.
heredem cum ſimil. ut uoluit idem Foll. d. loco nu.
33. uers. eſt tamen bene uerum &c. aut ſaltem ſi
colluſum non ſit cum occiſore, idem uidetur di-

cendum

cendom, ex quo auxilium d. Hieronimus preſtitit
occiſori, ut ſupra ad euadendum, cum magis uidea
tur dictum auxilium ad euadendum preſtare,
quàm colludere, quia reſpondetur quoad preten-
ſam colluſionem uim aliquam fieri non poſſe, cùm
hic nulla probetur colluſio, nec pretendi poſsit,
168 † quò uero ad auxilium credo eſſe inauditum,
quod modo dicitur, cum numquam inuenerim le-
gē aliquā pęnam priuationis hęreditatis imponi
ei qui ad euadendum alicui auxilium preſtiterit,
169 † & quòd lex non dicit, nec nos dicere debemus
l. illam C. de Colla.
170 Maxime, cum pęna priuationis numquam,
imponatur, niſi expręſſe cautum reperiatur §. cum
igitur. aut. de non ali. ſecun. nub. Bal. aut. ex teſta-
mento col. pen. uers. iux. predicta quero. C. de ſecū.
nup. Dec. qui alia allegat pluribus in locis preci-
pue conſ. 273. nu. 3. & conſ. 581. nu. 10.
Secundo dato, quod huiuſmodi conſtitutio, &
eius pęna in deſuetudinem non abijſſet, prout ue
re abijt ex ſupra allegatis, adhuc in preſenti caſu
non militaret ex pluribus.
Primo quidem, quia ea procedit, quando cer
tum eſt hæredem occiſi habere teſtes, quibus ſuā
171 intentionem contra occiſorem probare poſsit, †
ſecus alias, ut hic, cum hactenus in arctiſsimis
carceribus rei iſti detenti, neque id in ueſtigare,
172 neque perquirere potuerint, † quia nemo ad accu
ſandum accedere cogitur, niſi certus ſit ſuam ac-
cuſationem probare poſſe l. ſi a re. C. de falſ. l.
qui accuſare l. ſciendum de furt. ita tradit in ter
minis predictā regulam limitans, & declarans Bal.
d. l. 1. nu. 6. C. de his quib. ut indig.
173 † Secundo quia ea conſtitutio, & pęna locum
habet, quando hęres occiſi adiuit hereditatē occiſi
anteq̄ eius necem uindicauerit; ſecus ſi non ād
adiuit, quia tunc tractandum non eſt de predicta
priuatione ſecundum communiter * omnes per illā
iura d. l. hęredem d. l. 1. iſti fratres nec adiuerunt
d. hęreditatem, neque de ea cogitaſſe unquam apa
ret, merito nimis propere, & intempeſtiue fiſcus
hanc dubitationē excitans obtinere non poteſt.
174 † Tertio quia praedicta pęna priuationis hęre
ditatis occiſi locum nō habet, quādo hęres ab alio
preuentus reperitur, ita ut aliquo alio modo delic
tum delinquētis in notitiam Curię deuenerit, tex.
eſt in l. Sororem C. de his qui. ut indig. ubi omnes
Paul. de Caſtr. in Rub. C. eo. & alij alibi commu-
niter * ut ſupponit Ias. l. 3. ſub nu. 1. uers. 2. limita
tur C. eo. iſti fratres preuenti fuerunt, quia ſtatim
commiſſo per Dioniſium delicto, & quidem Le-
lio non dum uita functo ad curiam per latum fuit
Lelium a Dioniſio inſultatum, uulneribus q;
multis in terram ſemiuiuum proſtratum, eaque ad
locum delicti acceſsit, eoque in ura proſtrato aſ-
fuit ad domum Dioniſij occiſoris accedens inuen
ctarium bonorum eius confecit, eum citauit, in
banno poſuit, & demum in pęnam ultimi ſuppli
cij & bonorum confiſcationis condemnauit, ut
hęc omnia ex proceſſu contra d. Dioniſium for-
mato clariſsime liquent, merito cum delatione
aliqua fiſcus non indiguerit, non poſſunt dd. fra
tres ſuper priuatione d. hęreditatis modo aliquo
moleſtari d. l. ſororem.

175 † Quarto predicta pęna locum habere non po
teſt, quia dd. fratres inter ſe ſunt etiam fratres Dio
niſij occiſoris, ideoq; nullo modo fratrem Dio-
niſium occiſorem Curię prodere tenebantur, ea
enim conſtitutio, & eius pęna non habet locum in
ſanguine ita coniunctis, ut noluit Alb. poſt Anti-
quiores in rub. C. eo in fi. & tradit Ias. d. l. 1. nu. 4.
C. eo & licet Alb. & Ias. loquantur in filio, &
176 patre, † idem tamen in fratribus dicendum eſt
eadem ratione, ſicuti etiam dd. dicunt de ſtatuto
quod Bannitus impune occidi poſsit, quod quem
admodum locum non habet in patre, & filio, Dec.
c. quę in Eccleſiarum ſub. nu. 24. uers. 2. caſus de
Conſtit. ita nec in fratre erga fratrem Hippo. conſ.
119. nu. 58. li. 1.
Quinto Conſiderandum eſt, quod D. Hieroni
177 mus qui aliquod auxilium preſtitit eſt † Clericus
Canonicus, & Vicarius foraneus, ut ſupra in
primo dubio dictum fuit, qui non poterat accuſa-
re laicum c. ſacerdotes 2. q. 7. quia illaudabilis eſt
intentio accuſatoris c. ſi quis Epiſcopus ea. cau. &
178 q. † etiam ſi ſuam, uel ſuorum iniuriam proſe-
quatur, quando pęna ſanguinis uenit imponenda
accuſato Archi. c. experientię, & c. clericorum xj.
q. 1. & c. laycos xi. q. 7. & ibi glo. uer. laycos. ubi
179 † noluit id clerico contra laycum licere quando
ciuiliter tantum ageret ad ſatisfactionem iniurię,
180 † Et licet cum proteſtatione, quod non intendit ac-
cuſare, ut pęna ſanguinis imponatur, accuſatio
huiuſmodi permiſſa uideatur c. prelatis. de homi.
181 lib. 6. † uel ſi dicat conquero, non autem accuſo
182 Feli. c. poſtulaſti de ho. † Hoc tamen procedit
tantum, quando clericus ciuiliter pro ſatisfactio-
ne, ut ſupra ageret, ut declarat Feli. ibidem, ubi
183 etiam aſſerit † predictam proteſtationem non ſuf
184 ficere in foro conſcientię, † Vel etiam non p
cedit; quando ſuorum iniuriam proſequitur, ſed
tantum quando ſuam, ut declarat Franc. c. 2. in
prin. de ho. lib. 6. & latius proſequitur Folle. d.
pract. Crim. uer. accuſatione porrecta nu. 34. &
pluribus ſeqq. precipue nu. 40. uers. rurſus ſiſte
pedem. Vnde cum iure permittente Reueren.
D. Hieronymus pretermiſerit d. accuſationem p-
ſequi pęnam aliqam non meretur l. gracchus C.
de Adulter.
Et in preſenti caſu nullam patitur dubitationē
ſi aduertamus ad ſupra allegata, cum enim pęna il
185 la priuationis locum habere hic non poſsit † quia
ij fratres certi non erant de occiſore, ut dixi ſu-
186 pra uers. primo quidem † nec etiam quia ipſi
non adiuerunt hæreditatem occiſi, ut dixi ſupra
187 uers. 2. quia † nec item tertio quia ipſi fuerunt
preuenti, ut dixi ſupra uers. 3. quia predicta. nec
188 etiam quarto † quia cum fratres ſint non tenebā
tur accuſare, ut ſupra oſtendi uers. 4. predictam
&c. Nec etiam Vltimo quoad Hieronymum,
189 † quia clericus eſt, ut dixi ſupra uers. 5. conſide
randum, Non uideo quomodo tractetur de ea ex
190 tendenda ad caſum auxilij, † cum non entis nul-
lę ſint partes l. eius qui in prouincia ſi cer. pet.
191 † Preterea ſumus hic in auxilio preſtito poſt de
lictum ex interuallo, quo caſu omnes * conueniunt
non poſſe habere locum pęnam ordinariam, ſed
extraordinem tantum, ut diximus.

In

Ineuitabilius, quia ſi in hoc caſo, nec extraordinem iſti poniri poſſunt, ut ſupra, quia licuit eis preſtare auxilium fratri ad euadendum ab inimicis, ac etiam ne alia perpetraret delicta, ut ſupra in tertio dubio, pœna ordinaria poniri ſine dubio non poſſunt.

CONSILIVM LXXVII.

Argumentum.

An fiſcus uigore confiſcationis bonorum fratricidæ, pretendere poſſit aliquid ex fideicomiſſo in teſtamento paterno fratri occiſo iniuncto.

Stante maxime, quod fratricida incapax ſit illius fideicommiſſi.

Et an trebellianica, debita ei, cuius bona publicantur, ueniat in confiſcationem bonorum.

Et an fideicommiſſarius detrahere poſſit trebellianicam ex reſtitutione facienda alijs ſubfideicommiſſarijs?

SVMMARIVM.

Delictum coniuncti, quoad ſucceſſionẽ, nocet omnibus in gradu ſequentibus poſt delinquentem, non autem exiſtentibus in anteriori, aut pari gradu. nu. 1.
De quo tamen dubitatur nu. 2.
Fideicommiſſum herede inſtituto decedente facto unius ex pluribus ſubſtitutis quoad partem occidentis, ei nõ debetur, nec fiſco ex perſona eius, ſed alijs ſubſtitutis nu. 3.
Quod patitur aliquam difficultatem nu. 4.
Hereditas occiſi pro portione occiſoris, an debeatur fiſco uel potius ſuccedẽtibus in gradu, ardua eſt difficultas nu. 5.
ſecundum ueriorem diſtinguitur nu. 6.
Conſtitutionum Marchię Anconitanę approbatio per Pium ij. & 7. nu. 7.
Homicidię condemnati, uel etiam infamati, & notorij etiam alias abſoluti, rebanniti, aut aliter gratiati, pręterquam a ſummo Pontifice, priuati ſunt omnibus actibus legitimis nu 8.
Et ſunt incapaces, & inſucceſſibiles omnino ab inteſtato nu. 9.
Succeſſio hereditaria & aditio hereditatis eſt actus legitimus nu. 10.
Hereditatis, uel fideicomiſſi portio cuius per ſtatutum, uel Conſtitutionem incapax eſt delinquens, non pertinet ad fiſcum nu xi.
Fiſcus non ſuccedit quando lex reſiſtit principio quiſitionis faciendo quem incapacem nu. 12.
Priuatio preſuponit habitum nu. 13.
Trebellianica debita delinquenti non uenit in confiſcationem bonorum nu. 14
Fallit in fideicommiſſario grauato reſtituere alijs ſubfideicommiſſarijs nu. 15.
Fideicommiſſarius non detrahit trebellianicam, niſi coactus adeat nu. 16.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

CVm prioribus allegationibus in quarto dubio nu. 165. & ſeqq. oſtendiſſẽ, Reueren. D. Hieronimũ & Ser Antonium Lelios fratres patrueles Lelij occiſi non eſſe priuatos hereditate ipſius Lelij, ex eo, quod non uendicaſſent necem defuncti, & quoad hoc fiſcus uideatur acquieuiſſe, nunc nouiter de duobus non mediocriter contra predictos fratres patrueles heſitatur.

Primo quidem, an fiſcus ſub pretextu confiſcationis bonorum Dionyſij fratricidę aliquid pretendere poſſit uigore fideicommiſſi in teſtamento per patrem Lelio occiſo iniuncti, ſi deceſſerit ſine filijs, ad fauorem ipſius Dionyſij, Reueren. D. Hieronimi, & Ser Antonij ex perſona d. Dioniſij homicidę?

Secundo an ſaltem in d. confiſcationem ueniat trebellianica pleno iure, quam ipſe Dioniſius in caſu reſtitutionis fideicommiſſi alijs ſubfideicommiſſarijs faciendę detrahere poſſe uidetur? In quorum utraque contra fiſcum reſpondendum cenſeo ſine dubio.

1 Primo quidem quoad primam quia † quando frater occidit fratrem, ut hic, tale delictum nocet omnibus in gradu ſequentibus poſt eum, exiſtentibus autem in anteriori gradu, aut etiam pari, ut fratri, ut hic, minime nocet. tex. eſt l. 2. ibi. fratris autem factum fratri non nocet tradit per eum tex. in terminis Bar. l. cum ratio. §. fin. uerſ. intellige ff. de bon. dannat. & magnus Practicus Gandi. tit.
2 de bon. maleſa. nu. 10. † Et ſi hoc primum fundamentum uideretur non ſubſiſtere, ex his, quę contra Bart. & ſequaces, tradit poſt alios Rol. conſ. 56. nu. 4. lib. 1. ad ſunt pro iſta opinione alia infraſcripta.

3 Secundo igitur iſtud dicendum uidetur, † quia, quando uni heredi inſtituto plures ſunt ſubſtitutĩ, ſi inſtitutus decedat facto unius ſubſtituti, fideicõmiſſum pro parte occidentis, ei non debetur, ideoque ad fiſcum non pertinet, ſed ad alios ſubſtitutos, ita in terminis decidit Bar. l. ſi ab hoſtibus §. ſi uir. in fi. ff. ſol. matri. Hic Lelio inſtituto heredi ſubſtituti erant ſimul tres iſti fratres, Dioniſius, D. Hieronimus, & Ser Antonius, ut aperte legitur in teſtamento patris ipſius Lelij, & facto Dionyſij occidentis, Lelius occubuit, & ſuperſunt alij fratres occiſoris eque ſubſtituti, merito portio d. fideicommiſſi, quę alias debebatur Dionyſio, non ad fiſcum, ſed ad alios fratres eque ſubſtitutos de-
4 uolui debet † Et quia hoc quoque difficultatem patitur in eo, quod ex diſpoſitione hominis debetur, ut ſequenti fundamento patebit in hoc principaliter,

non

non facio uim maximam.
5 Tertiu quia † licet negari non poſſit, arduam, & pęne inextricabilem eſſe difficultatem, an fiſco, uel potius alijs ſuccedentibus in gradu debebatur hęreditas occiſi pro portione, quę, alias debeba
6 tur occiſori, † Verior tamen uidetur diſtinctio. quam ſentit Bar. d. §. ſi uir. in fi. & l. ult ad fi. ff. de his qui. ut indi. ubi clarius loquitur, quod aut occiſor rapiebat ex diſpoſitione legis, & propter delictum non redditur omnino incapax, ſed ab eo, tanquam ab indigno auſertur, & applicatur fiſco. Aut uero ei debebatur ex diſpoſitione ſtatuti ſeu hominis, & tunc omnino eſt in capax, & illud quod ſtatutũ, uel diſpoſitio hominis ad eum deuoluebat, non applicatur fiſco, ſed ſuccedentibus in gradu, & ratio diuerſitatis inter caſum, & caſũ eſt, quia ſtatuentes, & homo alias diſponens ad fauorem alicuius, uidetur largiri merenti, alias non l. Lucius §. lucius Titius Damman. ff. de leg. 2. Et quia non eſt uerisſimile, quem uelle lucrari aliquid, ſi interfector foret ſui, uel hęredis ſui, ut egregię comprobans diſtinctionem Bar. dicit Pau. Caſtren. d. §. ſi uir. ſub nu. 2. quę ratio non militat in diſpoſitione legis communis, quę pure procedit, ideo occiſori deſertur, & ab eo, tanquam ab indigno auſertur, & fiſco applicatur.
Et licet non me lateat, opinionem hanc Bartoli indiſtincte retentam a non nullis improbari ex eo quod uideatur contra l. cum ratio de bo. damnat §. fin. & l. his conſequenter §. 1. ff. fam. hęreis. quę loquuntur in lucro ueniente ex teſtamento, & tamen confiſcatur in caſu prædicto, licet proueniat a diſpoſitione hominis, Attamen in preſenti caſu in quo Dioniſius eſt omnino incapax ſucceſsionis Lelij fratris, ut infra oſtendetur ſequenti fundamẽto uerisſima eſt opinio, & diſtinctio Bartoli, cum in huiuſmodi caſu nemo dubitet de ea. ſiue lucrum illud ad occidentem deuoluatur a lege, ſiue a diſpoſitione hominis, ut mox clare infra apparebit.
7 Quarto ineuitabilius, † quia extat Bulla Pij. 2. inſerta inter conſtitutiones Marchię Anconitanæ approbatas in toto ſtatu Eccleſiaſtico lib. 4. c.
8 31. † ac etiam nouisſime approbatas per Pium V.
9 in Bulla contra homicidas, † in qua non ſolum cõdemnati de homicidio, ſed etiam infamati, & homicidię alias notorij, etiam alias abſoluti, rebanniti, aut alias gratiati, preterquam a ſummo Pontifice, priuãtur omnibus actibus legitimis, atque ita fiunt in capaces & inſucceſsibiles omnium ab inteſtato, ut late deſendit Alex. conſ. 75. uiſis, & diligenter fere per totum lib. 1. ac etiã ex teſtamento, ut probat Ruy. l. 3. col fi. de legat. 1. & pro indubitato ponit Hier. Cag. l. actus legitimi ſub nu. 2 uers. & ideo ſi ſtatutum &c. nec mirum,
10 † quia hereditaria ſucceſsio, & hęreditatis aditio, eſt actus legitimus d. l. actus legitimi ubi Dec Hier. Cag. & alij, a quo, enim expręſſe d. conſtitutione priuentur, non poſſunt ad eam aliquo modo aſpi
11 rare; quo ſtante, ſequitur, † quod portio alias debita Dioniſio, fiſco applicari non poſsit, ſed fratribus alijs ęqualiter ſubſtitutis debeatur, quia regula iuris indubitati eſt, quod quando quis aliquid non capit, nec accipit, quia lex facit eum incapacem ad illud non admittitur fiſcus, quamuis ille ſit indignus Bar. l. hęreditas ff. de his quib. ut indig col. pen. dicens, quod quando aliquis eſt incapax omnino, fiſcus non ſuccedit, idem Bar. d. l. fi. col. 3. ff. eod. Bal. l. 1. C. de ſecun. nup. idẽ d. l. hereditas col. fi. & ibi Alex. Mari. Soc. qui dicit communem conſ. 22 ſequendo ordinem col. 4 in fi. & ante hos, uoluit Pet. d. l. 1. & late comprobat Corne. conſ. 104 licet perhibens col. 1. & conſ. 222. uidetur in hac conſultatione col. 2 lib. 4. Alex. conſ. 102. col. 1. lib. 6. Oldra. conſ. 39. Thema tale eſt, legatum &c. & clarisſime firmat pro indubitato. Dec. l. 1. ſub. nu. 10 uers. & iſta tertia pœna &c. C. de ſecu. nupt. ubi hęc, & non nulla alia allegat, & idem pluribus rationibus, & auctoritatibus firmat Barba. conſ. 8. nu. 8. lib. 3. qui omnino uideatur, & fuit ſententia Paul. Caſtren. d. l. hęreditas nu. 5 ubi Ias. C. de his. quib. ut indig. Alex. conſ 71. nu. 7 & nu. 15. lib. 1. & idem quoque ſentit Alex. d. §. ſi uir. in fi. dũ ponit ſolutionem Imolę ad contrarium ibi formatum, qui omnes pluribus rationibus ſolidisſimis mouentur,
12 Precipue autem, ut cęteras omittam, quia † quando lex reſiſtit principio acquiſitionis, faciendo aliquem incapacem, ut hic, impoſsibile eſt, quod fiſcus ſuccedat, quia fiſcus auferet, ut ab indigno, auferri autem alicui non poteſt illud, quod ſibi nõ potuit acquiri, quia ablatio eſt quędam priuatio,
13 quę pręſuponit habitum, ſiue acquiſitionem l. manumisſiones ff. de iuſt. & iur l. decem de uerb. oblig. & ideo concludunt, quod multoties quid ad aliquem indignum non defertur, quia incapax eſt, & tunc ad fiſcum illud nõ deuoluitur, ſed apud alios ſuccedentes remanet, huiuſmodi eſt portio fideicommiſſi predicti quoad ipſum Dioniſium per ſupradicta, merito fiſco minime debetur.
Qvoad secvndam hęſitationem, uidetur ſecun
14 dum D. Iudicem † quod trebellianica, quam Dioniſius detrahere poſſe pretenditur, ad fiſcum, uigore d. confiſcationis ſine dubio debeatur, ut in terminis pro claro dicitur firmare Iul Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fi. q. 78. uers. item quęro ad fi. ſub uers. preterea etiam &c. ubi dicit, quod eueniente caſu fideicommiſſi, ut hic, poteſt fiſcus ex perſona condemnati in publicatione bonorum detrahere trebellianicam, ac etiam legitimam, de qua tamen legitima hic non dubitatur. cum ipſe Dioniſius nõ ſit filius, aut deſcendẽs Matthei teſtatoris.
Ceterum in preſenti caſu trebellianicã predictã fiſco minime debeat ſine dubio reſpondendum eſſe
15 ſe cenſeo. † ſumus .n. in fideicomiſſario grauato alijs ſub fideicommiſſarijs reſtituere. cum Mattheus prędictus inſtituerit ſuum hęredem uniuerſalẽ Lelium filium, & ſi in ſine filijs deceſſerit ſubſtituerit prędictos fratres patrues coſdemq; fratres deinde inuicem ſubſtituerit, demumq; ipſorum ultimo morienti quoſdam alios ſubſtituerit, atq; ita Dioniſius, quod ad eum ex d. hęreditate peruenturum eſt, uti fideicommiſſarius habiturus eſt,
16 † fideicommiſſarius autem, niſi coactus adiuerit, trebellianicam non detrahit, ut eſt tex l. 1. § inde Neratius & l. mulier §. fi. & l. pęnales. § fin. ff. ad l. falcid. tradit. Paul. Caſtren. conſ. 341. mater iſta ſub. nu. 2. ad fi. per dd. ibi. Aymo. conſ. 301. ad primum quęſitum nu. 11.

Non

Non obſtant allegata in contrarium, quia loquuntur in primo heredis gradu, & qui poteſt detrahere trebellianicam, hic ſumus in ſecundo, ideſt fideicommiſſarios qui trebellianicam non detrahit ut ſupra, merito tractari non poteſt de ea fiſco applicanda.

Coria Peruſina Anno Domini 1575. ſub Reuerendiſſ. Monte Valente Gubernatore ſupraſcriptis allegationibus acquieuit, nec ulterius prędictos fratres Lelios in portione prędicta fideicommiſſi, nec in dicta trebellianica moleſtauit.

CONSILIVM LXXVIII.

Argumentum.

An, & quando filius in uita patris cum pecunia paterna ſe exercens, lucrum, quod facit, in totum, uel in partem ſibi, uel potius patri acquirat, tã de iure ciuili communi, & canonico?

An ſocietas, lis, uel iudicium, inter patrem, & filium conſiſtere poſſit?

Et de intellectu glo. in l. cum oportet in princ. C. de bon. quę lib.

Ac etiam de ueritate Conſilij Angeli. 85. qui uoluit, filium cum pecunia Patris mercaturam exercentem, lucrari patri, non ſibi.

Et in caſibus, in quibus huiuſmodi lucrum filio debetur, quanta portio ei debeatur.

SVMMARIVM.

Societas inter patrem, & filiũ cohiri nõ poteſt nu. 1. & 9
Cõtra, quãdo capitale ponitur ab utroq; nu. 20. & 27.
Vel quando ſumus in dubio nu. 21.
Vel quando ex ſubſtantia patris, & induſtria filij ſocietas fit nu 23. & 28.
Obligatio ciuilis inter patrem, & filium conſiſtere non poteſt nu. 2. & 9.
Fallit in aduentitijs nu. 29.
Fallit ex parte patris, quia ipſe filio obligari poteſt in aduentitijs nu. 30
Fallit iure canonico. nu. 40.
Actio inter patrem, & filium non datur nu. 3.
Nec etiam lis aliqua inter eos conſiſtere poteſt nu. 4.
Fallit iure canonico nu. 41.
Quia iudicium de iure inter eos conſiſtit nu. 42.
Maxime hodie in rebus, quę uſu conſumuntur nu. 5.
Aduentitiorum dominium acquiritur filio, uſufructus patri nu. 6. 8. & 36.
Vſusfructus earum rerum, quę uſu conſumuntur, conſtitui non poteſt nu. 7.
Si tamen conſtitutus ſit alicui, is tenetur ad ęſtimationem earum rerum nu. 37.
Et iſtud ius conſequendi ęſtimationem conſiderabile eſt nu. 38.
Ideo Societas inter patrem, & filium in aduentitijs conſiſtit, quia ex parte filij ponitur dominium, ex parte patris uſufructus nu. 39.
Societas etiam tacite cohiri poteſt nu 10.
Dicens unum, aliud uidetur excludere nu. xi.
Fallit in ſeparatis nu 62.
Patris prudentis eſt ſeruare ęqualitatem inter filios nu. 12. & 61.
Subditum habens non preſumitur eum uelle habere ſocium nu. 13.
Filius acquirens ſuo labore cum pecunia patris lucrum patri, non ſibi querit nu. 14.
Quod procedit, quando filius ſe exercet mandato patris nu 65.
Secus ſi ſine mandato nu. 66.
Immo contra uerius. etiam quod mandatum patris concurrat nu. 67. & ſeqq. uſque ad 78. ubi reprobantur rationes Angeli tenentis primam opinionem.
Retenta opinione Ang. fallit in filio aſſueto negociari cum participatione lucri nu. 79.
Fallit, ubi conſtat, ſocietatem contractam eſſe nu. 80.
Fallit de ęquitate nu. 81.
Filius ex debito reuerentia in his, quę honeſta ſunt, patri obedire tenetur nu. 15. 71. 72.
Quod intelligitur, ſi utile ſit filio nu. 73.
Vxor in domo uiri, & libertus in domo patroni, & filius in domo patris operari tenetur nu. 16.
Fallit, in induſtrialibus, & fabrilibus nu. 75.
Patronus, & uir tenetur alere libertum, & uxorem reſpectiue operantes in eorum domo nu. 17.
Pater ſatis oneratur, in prę ſtando alimenta filijs, qui operantur in eius domo nu. 18.
Lucra, prouenientia ex ſubſtantia paterna abſque opera, & induſtria filij, pro aliqua parte filij non ſunt nu. 19.
Et ibi, quod ita intelligatur glo in l. cum oportet. in princ. C. de bon. quę lib.
Idem. ſi ſimus in dubio, an queſita ſint ex ſubſtantia patris, quia ex eius ſubſtantia queſita preſumuntur nu. 20. & 21.
Contra, quando queſita ſunt ex ſubſtantia vtriuſque hoc eſt patris, & filij nu. 22.
Vel ex ſubſtantia patris, & induſtria filij nu. 23.
Quod uerius eſt, & conſuetudine approbatur nu. 24.
Ratio huius opinionis nu. 25.
Quę opinio fortius procedit de ęquitate canonica, ſecundum quam lucra inter iſtos communicantur. nu. 44. & 64.
Induſtria, & labor Socij, ſępe pecunię per alterum in ſocietate poſitę equiualet nu. 26.
Argumentum a ceſſante ratione tenet nu. 31.
Quod quis ab alio ſtipulando, mihi querit, id a me ſtipulando, nihil agit nu. 32.
Filius quicquid querit, patri querit nu. 33.
Filius hodie in aduentitijs ſibi proprietatẽ quęrit nu. 34.
Lex nihil fruſtra operatur nu. 35.
Patria poteſtas iure canonico non conſideratur nu 43.
Societas, contracta prę ſumitur, quando unus ponit induſtriam, alter pecuniam nu. 45.

Ex

Ex titulo liberorum, ſumi poteſt coniectura inita ſocietatis nu. 46.

Numerus pluralis requirit ſaltem concurſum duorum nu. 47.

Numerus pro numero quandoq; ponitur nu. 48.

A' proprietate ſermonis non eſt recedendum nu. 49.

Niſi ſimus in claro nu. 50.

Verba hęc, ſocius Caroli, referri non poſſunt ad alium q̃ Carolum nu. 51.

Verbum unum reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinat nu. 52.

Verbum, ſocius, intelligitur de primo; non de ſecundario nu. 53.

Præpoſitus negociationi, intelligitur ſecundum conditionem ſuæ perſonæ nu. 54.

Pater ſolet capere conſilium melius pro filio nu. 55.

Actus fieri intelligitur ſecundum conditionem perſonæ cum qua fit nu. 56.

Intentio exercentium ſe, intelligitur ſecundum conſuetudinem pręcedentem nu. 57.

Iactare ſuum. nemo præſumitur nu. 58.

Vna perſona in eodem negocio, diuerſo iure non cenſetur nu. 59.

Pater, qui pluries dixit filio ſuo uelle conſtituere partem lucrorum pro induſtria per eum poſita pręſumitur eũ aſſumpſiſſe in ſocium nu. 60.

Ex diuerſis non fit illatio nu. 63.

Mandatum gratuitum eſſe debet nu. 67.

Ratio nu. 69.

Mandatum in patre, & filio non cadit, ſed iuſſus nu. 68.

Iuſſus neceſſitatis eſt nu. 70.

Simul ſtant hæc quod filius teneatur obedire patri, & quod lucrum ex obedientia proueniens filij ſit nu. 74.

Filius miniſter in re patris, omne damnum, & lucrum patri quęrit nu. 76.

Quod intelligitur in filio uere procuratore, & negocium geſtore, uel inſtitore, non alias nu. 77.

Idem procedit, ubi unicus eſt filius. ſecus, quando adſunt alij, qui commodum capiunt, quæ ſibi quærit, ratione inæqualitatis uitandæ nu. 78.

Filio lucrum facienti ex induſtria ſua & pecunia paterna, quæ portio lucri danda ſit, ardua quęſtio, & Doctores uariant nu. 82.

Alij enim dimidiam, Alij minorem Alij maiorem portionem attribuunt, Alij hoc totum arbitrio iudicis remittunt nu. 83.

Et quando ſe exercet communi nomine, patris, & ſuo uel non apparet, quo nomine uerior, & magis communis ſententia eſt lucrum per medium diuidi nu. 84.

Vel hoc totum remitti arbitrio iudicis, qui iudicare debet ſecundum qualitatem perſonæ, induſtriæ, & laboris nu. 85.

Conſuetudo Ciuitatis Peruſię eſt inter Mercatores, ut exercenti ꝓ labore & induſtria ad minus tertia pars lucri aſſignetur nu. 86.

Conſuetudo loci, ubi non apparet, quid conſuetum ſit, ſemper eſt ſeruanda nu. 87.

Diſpoſitio quęlibet a conſuetudine interpretationem recipit nu. 88.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN hoc Iudiciali Compromiſſo coram ſũmę integritatis tertio Arbitres & doctiſsimis Auditoribus Rotæ Perufinæ conſultoribus, de duobus dubitari uidetur.

Primo an D. Vincentius Cinalia in Arte ſerici uiuo Patre ſe exercens partem aliquam lucrorũ conſequi debeat?

Secundo ſi concludatur eum conſequi debere, quæ nam quantitas, aut portio dd. lucrorum ſibi debeatur.

QVOAD PRIMAM Difficultatem uidetur prima facie negatiue reſpondum.

Primo quidem, quia uidetur illam ex eo petere quod contracta fuerit ſocietas inter ſe & patrem
1 ad d. artem ſerici, † cũ tamen inter patrem, & filiũ in poteſtate exiſtentem ſocietas cohiri non poſsit, Bar. l. ſi quis pro eo § 1. ad fi. vers. & pro hoc poteſt &c. ff. de fide. Bal. auth. ex teſtamẽto ad med. vers. & omnino credo C. de Collat. l. certũ nu. 5 ff. fam. herciſc. Ang. conſ. 112. Vannutius col. fi. uers. & ſi aliud diceremus Corn. late conſ. 272. in hac nu. 4. & 5. lib. 1.
2 Moueotur, quia † intee patrem, & filium in poteſtate conſtitutum obligatio ciuilis conſiſtere nõ poteſt l. frater a fratre §. quęſitum ff. de cond.
3 indeb. † unde nec actio datur inter eos l. actiones
4 ff. de act. & oblig. † & nec lis aliqua l. lis nulla ff. de
5 iud. Precipue autem † etiam hodie in rebus, quę uſu conſumuntur, ut pecunia, & ſimiles, in quibus
6 lucra ſocietatis conſiſtere uidentur, † quia licet in aduentitijs dominium ſit filij hodie l. cum oportet C. de bon. que lib. & propterea uidentur ratione dominij, quoad filius habiturus eſſet, poſſe cõtrahi obligationem, & ſocietatem, attamen quia pater habens in his uſufructum, habiturus eſt etiam
7 dominium, & proprieta em earum, † cum in his aliter uſusfructus nõ poſsit cõſtitui Inſtit. de uſufr. ear. rer. que uſu. conſum. per totum, cum vulg. d. obligatio, & ſocietas contrahi non poteſt, quia acciperet pater a ſe ipſo. & quod ſuum eſt, non a filio, quod poneret filius, ut ratiocinatur ſubtiliter Bar. d. §. 1. ad fi. & alij eum poſtea ſequuti dd.
8 locis, † preterea ultra Bar. uidetur clarum, quia ſi dominium plene filij, uſusfructus autem patris in aduentitijs eſt d. l. cum oportet nihil dd. lucrorum remanere uidetur, quo ſocietas, & obligatio contrahatur, ut conſiderat Ari. Pinel. l. 1. par. 1. ſub nu. 1. uers. ultra quos C. de bon. mater, & q
9 obligatio ciuilis contrahi inter hos non poſsit, & conſequenter nec ſocietas, tenuit etiam Bal. l. a filio ff. de leg. 1. quem ſequitur ibi Imo. & Corne. d. l. frater a fratre §. 1. nu. 6. quos refert, & uidetur ſequi Arius. Pi. d. loco.

Secundo eſto, quod ſocietas inter patrem, & filium cohiri poſsit in preſenti caſu non uidetur contracta, Aut enim quęrimus de expreſſa ſocietate, & ea certe cohita non repetitur, cum nullibi

in pro-

in procrſſu cauſę facto, de ea contractum expreſ-
10 ſum factum doceatur † aut uero querimus de taci
ta, ad l. qui admittitur §. plane ff. pro Soc. l. pau
lus ff. rem. rat. habe. c. dilecti de app. l. 1. & p
tot. C. plus ualere quod ag. &c. ex quibus ſine du-
bio uolunt Doct. Societatem etiam factis, & tacite
contrahi poſſe Anch. conſ. 302. nu. 2. & Doct.
* communiter * l. titium §. altero de adm. tut. l. ſi pa
truus C. com° utr. Iud. Rolan. conſ. 91. nu. 27.
lib. 1. & idem dicendum uidetur, cum nullus ac-
tus patrruus, nulla ratio, aut coniectura allegari
uideatur, qua tacita ſocietas colligatur, quinimmo
ſi diligentius omnia intueamur potius contrarium
uidetur, quia pater ad eandem artem ſirici ſocieta
11 tem contraxerat cum Io: Baptiſta Ser Mechi. † &
cum non reperiatur id feciſſe cum filio, uidetur
noluiſſe arg. l. cum pretor ff. de iudi. &c. non ue de
12 preſumpt. preterea † cum prudens pater, ut hic
etat, preſumatur uelle conſeruare ęqualitatem in-
ter filios, & alios, quos pariter habebat, non ad-
miſerit ad ſocietatem predictam, ſed uoluerit eos
habere ſalarium quoddam, & ſingulis annis per
13 ſolurrit, † non uidetur credendum, quod hunc ad
d. ſocietatem tacite admiſerit, maxime etiam, cum
prudentis non ſit, eos uelle habere ſocios, quos
ſubditos ſaltem patrię poteſtati habemus.

14 † Tertio Cõtra d. Vincentiũ queſtionẽ hanc ui
detur dirimere Aug. conſ. 85. pater habens plures fi
lios. col. 2. uers. in contrarium, ubi tenet, quod ſi
filiusfam. uiuente patre cum illius Pecunia, & con
ſenſu longo aliquo tempore mercaturam exer-
cuit, omne lucrum inde cõflatum eſt ſolius patris,
& quod plus eſt, filius ex ea re non poteſt ſalariũ
aliquod pro ſuo labore, opera, & induſtria pre-
tendere, ſequitur Ias l. illud nu. 8. uers. breuiter
C. de Colla. Soc. conſ. 162. nu. 3. lib. 2. ubi mul-
tum cõmendat. Nou. conſ. 92. uiſo Themate nu. 4.

Et hoc quidẽ duabus rationibus precipue omiſ-
ſis alijs per Angelum ibi allegatis

15 † Prima quia filius ex debito reuerentię tenetur
patri obedire in his, quę honeſta ſunt, & licita,
ut ars ſirici ſine dubio l. ueluti ff. de Iuſt. & iur.
Inſt. de patr. poteſt. in princ. §. ſi uero expellet
aut. de Nupt.

16 Secunda quia † ſicuti libertus in domo patroni,
& uxor in domo Viri, eis tenetur operari l. ſi cui
17 us patronus ff. de oper. liber; & † ſatis eſt patro
num, & Maritum diligenter alere libertum, &
uxorem reſpectiue l. admiſsione §. fi. ff. de excu.
18 tut. l. ſi quis a liberis §. ſi uel parens. de lib. agno. †
ita etiam ſatis eſt patrem ſupportare onera filij in
domo exiſtentis, & eius iuſſu in aliquo exercitio
laborantem, pro ut in preſenti caſu Carolum reſ-
pectu ipſius Vincẽtij ſupportaſſe preſupponitur.

Cęterum iſtiusmodi facti ſpecie diligentius per
penſa contrarium cenſeo concludendum, quia
19 † quamuis clarum ſit, quod quando lucra facta
proueniunt ex ſubſtantia paterna abſque aliqua
opera, & induſtria filij pro aliqua parte, non ſint
filij ſecundum glo. quæ ita intelligi debet d. l. cum
oportet in prin. ubi eam ſequitur Fulg. Specul. de
iud. §. ſequitur uers. quod ſi aliter & probat tex. §.
20 1. Inſt. per quas perſo. no. acqui. † & etiam quan
21 do ſumus in dubio, † cum uidcãtur queſita ex ſub
ſtantia patris ſecundum Dec. d. l. cum oportet. cla
22 re Ang. d. conſ. 112. † quando tamen ex ſubſtan
23 tia utriuſque hoc eſt patris, & filij, † uel ex ſub
ſtantia patris & induſtria Filij proueniunt, ſo-
cietas inter eos contracta dicitur, & lucra omnia
comunicantur, ita uoluit Ang. d. conſ. 312. col. 2.
uers. ſi autem dubitatur Bar. d. l. cum oportet, di
cens aperte filium conſequi debere partem lucro-
rum, quę ſua opera, & induſtria acquiſiuit, cum
re patris, idem Bar. l. 1. §. nec caſtrenſe de caſtr.
24 pecu. † atteſtans hoc conſuetudine approbari, Pau.
Caſtr. d. l. cum oportet, & l. illud C. de Collat. in
quiens de conſuetudine dimidiam attribui induſ-
trię, idem Bar. tract. de duobus fratribus 2. par. q.
2. primæ. q. princi. Roma conſ. 459. & poſt mul
tos alios ibi per eum citatos dicens etiam magis
* communem * Bart. Soc. conſ. 162. nu. 1. lib. 2. &
fatetur eſſe cõmunem Ari. Pin. d. par. 1 ſub nu. 17.
25 † ratio autem huiſcę opinionis communis eſt quia
fundamentum, ſuper quo ſtatuitur, & conſiſtit ſo
cietas, eſt ipſum Capitale (ut appellant) quod
eſt duplex, unum conſiſtens in pecunia, ſiue re-
26 bus alijs, quę in ſocietate ponuntur, † Alterum ue
ro, ſine quo ſocietas exerceri, & fieri non poteſt,
in duſtria, labor, & opera ſocij, quę ſępe pecu-
nię ęquiualet l. ſi non fuerint ff. pro ſoc. cum ergo
pater ponat pecuniam, filius uero laborem, & in
duſtriam pro ſuo capitali neceſſe eſt ſocietatem
conſiſtere ſecundum predictos dd. locis.

Non obſt. in contrarium excitata, in quorum
diſſolutione ratio, & ueritas iſtius conſultationis ue
riſsime (ni fallimur) inferius dilucide apparebit.

Non obſt. igitur imprimis inter patrem, & fi-
lium ſocietatem contrahi non poſſe, ſecundum
Bar. d. l. ſi quis pro eo §. 1. ad fi. & alios ſequaces
27 ſupra allegatos; quia † contrarium uerius eſt ſe-
* cundum ueriorem, & magis communem * opinio
28 nem, ſaltem † quando capitale ſocietatis concur
rit ab utraque parte, uel quia hinc inde pecunia,
uel ab uno pecunia, ab altero induſtria, labor, &
opera ponatur, ex ſupradictis.

Nec huic opinioni ueriori, & magis communi
obſtant, quę obijciuntur ſupra ex Bar. & alijs prę
dictis locis.

Nam quod dicitur inter patrem, & filium obli
gationem ciuilem contrahi non poſſe, ut in ſocie-
tate contrahitur l. iurisgentium in princ. ff. de pac.
29 procedit regulariter, † non autem in aduentitijs,
quia in his obligatio inter hos conſiſtit glo. d. l.
frater a fratre in prin. quam ſequitur ibi Bar. & alij
idem Bar. l. ſi quis pro eo. §. 1. nu. 2. & licet non
me lateat aliquos dubitare, An hoc procedat in
30 obligatione hinc inde contrahenda, † ſatis tamen
eſt, quod nemo fere dubitat an pater in his filio
* obligetur, immo communiter * ſine dubio admitti
tur, eum filio obligari, ut teſtatur Ias. d. l. frater
a fratre in prin. nu. 37. uers. circa primam idem te
ſtatur Bart. Socc. d. conſ. 162. nu. 8. & fatetur Ari.
Pin. d. l. 1. par. 1. ſub nu. 57. uers. ex eadem diff.
C. de bo. mat. Cora. d. l. frater a fratre in prin. nu.
33 & ſecundum Bart. & alios probatur per l. iuba
mus §. 1. C. ad trebell. ubi Bar. & alij not. quic-
quid eam Ias. & non nulli alij conentur retorque
31 re per l. pactum C. de pac. conuen. † item proba-
tur

tur a ceſſante ratione c. cum ceſſante de app. l. adi
gere §. quamuis de iur. patr. licet enim inextri-
cabiliter fere dubitetur, quę ratio ſit ſupradictę
concluſionis inter patrem, & filium ciuilem obli-
gationem non conſiſtere, & plures referantur a
Doct. d. l. frater, a fratre. in princ. & §. 1. & ibi eas
late congerit Coras. nu. 55. & pluribus ſeqq.

Illa tamen pro ueriore ratione aſsignatur a
Bar. d. l. frater a fratre §. 1. quęq; a poſterioribus
32 a recepta magis communis * eſſe uidetur, † quia
quod quis ab alio ſtipulando mihi quęrit, id a
me ſtipulando nihil agit l. ſi ſeruo. in prin. ff.
33 de uſufr. & l. liber homo ff. de uer. oblig. † Cum
itaq; filius ſtipulando ab extraneo patri ſuo to-
tum quęrat l. placet. de acqui. hęred. l. 1. in prin.
ff. ſi quis a pa. fue. ma. conſtat filium qui cum
parente ſuo contrahit ſibi patrem obligare non
poſſe, hac eadem ratione frater fratri non obliga-
tur ciuiliter, quia quicquid aquirit filius, patri ac-
quirit d. l. placet. ſi ergo frater fratri obligaretur,
quereretur patri ciuilis illa obligatio, cum tamen
ut probatum eſt inter patrem, & filium conſiſtere
34 non poſsit. ſed † iſta ratio ceſſat in aduentijs,
quia filius querit ſibi proprietatem hodie d. l. cum
oportet, & ratione illius proprietatis poteſt ob-
ligari patri. ſicut e contra pater ratione uſufru-
ctus filio; merito ciuilis obligatio inter eos in his
aduentijs conſiſtere poteſt.

Nec dicatur, quod ratio predicta Bar. impugne-
tur a nouiſsimis d. l. frater, a fratre, quia ultra quod
ſatis eſt eam frequentiore calculo probatam, ut
teſtatur ibi Cora. nu. 66. licet ipſe impugnare
conetur, ſi alię quoque accipiantur idem erit,
precipue ſi ultima, quam ponit ipſe Cora. ibi nu.
82. & ſeq. dum uoluit predictę opinionis ratio-
35 nem eſſe, † quod lex nihil fruſtra operari uelit l. hęc
ſtipulatio §. diuus ff. ut legat. uo. caueat. & ſi
pater filio obligaretur, id fruſtra eſſet, quia ſta-
tim patri quęreretur obligatio illa, d. l. placet, &
rurſus filium obligari patri non inducitur a lege,
quia nihil habet, cum omnia ſint patris per predic
36 ta, † nam hęc etiam ratio ceſſat in aduentijs, in qui
bus ille uſumfructum, iſte dominium habet, ut
ipſemet. Cora. ibi fatetur d. nu. 83.

Non obſt. quod hęc procedere poſſe uideantur in
rebus, quę uſu non conſumuntur, ſecus alias cum
in his etiam dominium queratur patri, cum aliter
uſuſfructus conſiſtere non poſsit, ut uoluit Bar. d.
l. ſi quis pro eo §. 1. ad fin. & conſequenter nec
obligari poſsit patri. Quia Reſp. in hoc Bar. de-
cipi, cum non aduertat, quod licet dominium eius
rei ſpecialis tranſeat in patrem d. caſu ratione qua-
dam neceſsitatis, ut uſuſfructus conſiſtat, qui
37 aliter conſiſtere non poſſet per ſupra allegata, †
pater tamen uſufructuarius in effectu tenetur uſu-
fructu finito ad extimationem earumdem rerum.
§. conſtituitur Inſt. de uſufr. earum quę uſu. con-
ſum l. 2. ff. eod. & ita conſiderat egregie Alci.
parerg. lib. 7. c. 2. & nouiſsime Ari. Pi. d. l. 1.
reſtituere tenetur ad illũ per teſtatorẽ uocatis, ut etiã
ſi ultra plures poſt Alci. ubi p eũ, limitat comune opi
nione Maiz. d. q. 42. ad fi. uerſ. & limitat utraq; opi
nionẽ &c. & in ſpecie exemplificat, qñ teſtator di-
xit uelle in familia ſua ꝑpetuo remanere, ut etiã di-
ctum fuit hic, Dec. cõſ. 23. & 481. Soc. d. l. q Romę §.
cohęredes, & Couar. ad c. Raynaldus nu. 9. de teſta.
q egregie probat id ex alia * comuni opinione q̄ eſt
† ꝙ facta prohibitione alienationis adiecta clauſu
72 la, qa uolo ea bona in familia remanere, ſiue in me-
os poſteros õnes ꝑpetuo trãſire, ut hic, eſt inductũ
inter illos poſteros fideicomiſſũ ſimplex etiã in ca
ſu mortis, ut, & nos ſupra latius ꝓbauimus, ergo dd.
bona alienari prohibita, & fideicõmiſſo ſuppoſita
nõ poterunt exire illos poſteros etiã ad heredẽ ul
timi poſſeſſoris inteſtati Nec obſt tex. in d § fratre
& cum inter quia reſp. Doctor. multis modis & in
ſpecie Dida. d. loco, ut ſupra diximus

73 ¶ Quarto reſp. illam communem opinionem limitari, quando teſtator uſus eſt uerbis pregnantibus, ut in caſu preſenti factu fuiſſe oſtenſu fuit pariter ſupra, q; tūc, & inſtitutio heredis extranei, & ſuccelsionis ab inteſtato alienatio prohibita cenſeotur ratione, quā ſupra in precedenti reſponſione diximus uſum Dida. d. loco, & in terminis ita dtt idem Mari Anguız d. conſ. 134. col. vlt. uerſ. addo etiam aliam, qui ad id allegat Bart. Soc. Bal. Imo. & Rapha. Cuma. ubi per eum, & pro indubitato ponit idem Dida. d. loco nu. xj. Allegans eius ſententiȩ Aret Deci. Curt. Senr. Iaſo. Ant. Rub. Cardi. & Ferdi. ubi per eum, & aſſerens id probari clare in aut. de teſti. ſidesc. uti per eum inducendo

Igitur eum ex ſupra allegatis luce clarius appareat in bonis prohibitis alienari heredem legitimū ab inteſtato minime ſuccedere, quando prohibitio uniuerſalis eſt, uel quando non eſt ſimplex; ſed potius talis, ut appareat ex mente teſtatoris prohibentis inductum fideicommiſſum etiam in caſum mortis, & propterea uelle ea tranſire in ſuos deſcendentes perpetuo, ut quia dictum fuit poſt prohibitionem, quia uolo dd. bona in familia mea remanere, uel in meos poſteros tranſire, ſiue aliter teſtator uſus eſt uerbis pregnātibus, ex quibus d. eius mens colligatur, & clariſsimum ſit ita in preſenti caſu accidiſſe ex pluribus a nobis ſupra late deductis, non eſt dubitandum D. Smeraldam pro dimidia parte d. domus, & hocti, quam petit, obtinere debere..

CONSILIVM LXXXII.

Argumentum.

De intellectu decreti Sereniſsimi Vrbini Ducis, quo diſponitur in fractura Treugȩ allegari non poſſe nouā cauſam, niſi noua cauſa legitime, uel per euidentiam facti probata ſit.

Quomodo fieri dicatur legitima probatio, an etiam per preſumptiones? pulchre, & erudite diſcutitur.

SVMMARIVM.

Euidentia facti apparere dicitur quod oculis corpòribus ſubycitur nu. 2.

Vt in ciſio Arboris per inſpectionem loci nu. 16.

Probatione legitima conſtare dicitur quod plene probatum eſt. non preſumptiue, quando ſtatuto legitima probatio requiritur nu. 2.

Contra q; preſumptiua ſufficiat nu. 23.

Sine dubio hoc ultimum quando legitima probatio a lege requiſita eſt nu. 24.

Idem quando ex decreto Principis nu. 25.

Idem quando ex reſcripto nu. 26.

Forma non dicitur probata quando ortum habet a parte nu. 3.

Nec quando teſtes de eà deponentes non reddunt cauſam ſcientiȩ nu 4.

Nec quando formiter non deponunt nu. 5.

Fallit per multitudinem teſtium puta 12. in loco non admodum frequenti. quia faciunt vniuerſitatem, & probat famam etiam q; formiter non deponant nu 12.

Actore non probante reus abſoluitur. nu. 6.

Non entis nullȩ ſunt partes nu. 7.

Treuga, ſeu pdetuſio de non offendendo ſine temporis prefinitione ſimpliciter preſtita expirat finito officio officialis loci non refirmata per ſucceſſorem nu. 8.

Idem ſequuta reconciliatione nu. 10

Pax perpetua inducit nouationem, & extinctionem treugȩ nu 9

Et inimicitijs, & diſcordijs nu. 35.

Treuga ex offenſione ex noua cauſa rumpitur nu. 11.

Contra ſecundum uertorem, & receptiorem nu. 12.

Etiam q; cauſa ſuborta leuis ſit nu. 13.

Etiam ſi ſit iniuſta nu 14.

Etiam ſi ſimus in dubio an cauſa noua ſubſit quia preſumitur. nu 15. 17.

Verba ſunt earum, quȩ ſunt in animo paſsionum notȩ. nu 18.

Verba offendentis aliquem, dicentis, te uoglio dar bene to gl'olmi, oſtendunt offendentem facere delictum ex cauſa vulnorum nu. 19.

Maxime ſi ante percuſsionem percutiens reuocauit ad animum vulnorum inciſionem, uel ſimilem nu. 20.

Fallit quando uerba ſimplies ſunt, & de cauſa uidetur ex uerbis, non conſtare ullo modo nu. 21.

Teſtes 12. faciunt uniuerſitatem, & famam probant in loco non admodum frequenti, licet non deponant formiter nu 22.

Preſumptiuȩ probationis plures ſpecies remiſsiue nu. 27.

Probatio preſumptiua proueniens a facto hominū a lege approbata preſumptione, proprie probatio eſt nu. 28.

Quando autem a facto non approbato a lege prouenit an legitima, & proprie ſit probatio eſt in arbitrio Iudicis nu. 29.

Probatio plena dicitur quoties Iudici facta eſt plena fides eius quod intenditur nu. 30.

Fides plena Iudici facta dicitur quoties oſtenſum eſt tantum quod firmiter adheret vni parti nu. 31.

Decretum Principis quo cauetur nō ſufficere probationem preſumptiuam ad probandum nouam cauſam tanquā odioſum, & iuris comunis correctorium intelligendum eſt, ut quo minus poſsibile ſit ius commune corrigat nu 32.

Et conſequenter ut loquatur quando uetus, & noua cauſa extat, non ſi antiqua cauſa extincta eſt nu. 33.

Et de ſtilo in Ciuitate Peruſina nu. 36.

Maxime ſi decretum preſupponit extare ueterem cauſam dum loquitur nu 34.

Promiſsio non offendere aliquem etiam ex noua cauſa, uidetur ualere quaſi is renunc. et iuri ſe defendēdi. nu. 37.

Durum tamen eſt nu. 38.

Et falſum reſpectu attinentium, & aliorum comprehenſorum nu. 39.

Defenſionem tollere eſt contra Ius naturale nu. 40.

Treuga quid ſit nu 41.

Decretum Principis excludens nouȩ cauſȩ allegationem in fractura Treugȩ, intelligitur de treuga temporali,

non

non de perpetua nu. 42.
Vnita magis iuuant quam ſingula nu 43.
Allegationes Aduocatorum conſiderari debent omnes ſimul, non ſingulę per ſe tantum nu. 41.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

EXdubis excitatis non uidetur in preſenti cauſa euitari poſſe, quin pęna fractę Treugæ ſoluatur, ſub pretextu nouę cauſę incifionis Vlmotum, quia ex ultimo decreto Excellētiſ. Ducis Vrbini ad euitandā huiuſmodi pęnam, noua cauſa allegari non poteſt niſi uel euidentia facti, uel legitimis probationi-
1 bus de ea conſtiterit, ut in eo Decreto legitur † per euidentiā autem facti quid dicitur apparere quod oculijs corporeis ſubijcitur, Bero. conſ. 145.
2 nu. xj. lib. 3. † & legitimis probationibus quid conſtare dicitur, quando ſtatuto, uel Decreto legitimę probationes requiruntur, ut hic, non quod præſumptionibus, uel coniecturis apparet, ſed quod plene probatum fuerit Dec. conſ. 8. col. 2. & in rub. de probat. nu. 14. Plot. l. ſi quando §. 1. nu. 27. & ſeq. & in terminis Treugę, & Pacis. Bero. conſ. 198 nu. 16. lib. 3 Hic autem, nec per euidentiam facti, nec per legitimas probationes conſtat de noua cauſa, merito ſtante huiuſmodi Decreto poena fractę Treugę euitari non poſſe uidetur.

Nec fama, quę pretenditur per teſtes probata
3 aliquam uidetur facere probationem, † quia ea nō habuit ortum a fidedignis, ſed ab ipſo Lactantio offendente Paulum, dicente, ſe id feciſſe cauſa in
4 ciſionis Vlmorum, † & quia teſtes non reddunt
5 ſufficientem cauſam ſcientię, † nec formiter, ut in atteſtatione famæ requiritur, deponunt. iux. not. l. de minore §. plurium ff. de queſt. & late congeſta per Cepha. con. 65. nu. 47. & ſeqq. lib. 1. & per Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fin. queſt. 6. uers. illud tamen & uers. debent etiam &c.

Cæterum his minime obſtantibus, reſpondendum eſſe cenſeo prędictam pœnam non eſſe commiſſam, prout rectiſsime reſpondit ſupraſcriptus Excellentiſ. D. conſultor, id quod, ſuppoſito in facti ſpecie, quod pro indubitato ponit d. D. Conſultor, non probari in proceſſu ex parte Curię, Lactantium deliquiſſe, aut ſi delinquit, non eſſe de compręhenſis in Treuga, caret penitus omni
6 difficultate, † arg. l. qui accuſare C. de eden.

Secundo dato, quod de delictis, & comprehenſione perſonę conſtaret, idem dicendum eſt, quia tempore prætenſi commiſsi delicti, immo (ut preſuponitur) per quattuor Annos antea, & ultra Treuga, & fideiuſsio expirauerat, ideoque de eius
7 pœna committēda nullo modo tractari poteſt, † argumento l. eius, qui in prouincia. in princ. ff. ſi certum peta. & ibi not. per Doctores.

De extinctione Treugę, & Fideiuſsionis appa
8 re. Primo † quia cum fuerit facta ſine prefinitione temporis, nec ſequuta fuerit refirmatio in initio officij ſucceſſoris, ea fuit finita finito officio Vicarij loci tunc temporis, quo facta fuit, ut deducit Excellentiſs. D. Conſultor uers. non omittam etiam &c.

Secundo Quia ſequuta fuit reconciliatio, de qua non ſolum per conuerſationem inſimul publice per aliquot annos, uerum etiam ex pace manu
9 publici Notarij confecta conſtat, † q̄ cū ſit ppetua adeoq; nouationem inducat. iux. not. per Bar. Alb. & alios l. Valerianus per illum tex. ff. de procio.
10 ſtipu. † induxit tacitam extinctionem Treugę, & eius fideiuſsionis, ut hoc argumento, & nō nulla alijs tradunt Moder. Gualden. de ſi. treu. & pace. queſt. ultima.

Tertio poſito fortius pacem inter predictos Principales inimicos factam aut treugam, & eius fideiuſsionem extinctam minime fuiſſe, ad huc pœna predicta commiſſa non fuit, quia ex noua cauſa Paulus inſultatus, & vulneratus a Lactantio fuit, nempe inciſionis Vlmi. non autem ex ueteribus inimicitijs inter Paulum, & Io: Maciam exiſ-
11 tentibus, & licet ex noua cauſa Treugam rumpere liceat, ſecundum Vinc. c. 1. de treu. & pac. Ang. Imol. Paul. Caſtr. Raph. Cuma. Alex. & alios l. ſi ex legati cauſa ff. de uer. obli. & Iaſ. d. l. qui ſeruum eod. tit. cum multis alijs citatis per dd. Mod.
12 Guald. d. tract. par. 2. q. xj in princ. † Verior tamen, & magis communis eſt opinio, quod Treuga ad inſtar pacis ex noua cauſa rumpi non dicatur Imol. Alex. & Aret. d. l. qui ſeruum Dec. atteſtās de communi l. cum proponas C. de pact. & ibi etiā Claud. Seis. & Alci. Imo. c. 3. de iur. iurā. Abb. c. 1. col. 1 uers. ultra Doctores ēo de treug. & pac. Dec. conſ. 531. nu. 8. ubi pro hac opinione allegat Corn. in tribus conſilijs, de qbus per eū Moder. Petrus. de cau. de non offenden. c. 13. & iidem Mod. Guald. d. tract. de ſi. treu. & pac. par. 2. q. 12. ubi atteſtantur de ueriore, & ſequeotiore ſententia cō
13 tra Vincentium, & eam late tuentur, † Quę quidem opinio procedit, etiam quod cauſa nouiter ſuborta leuis ſit Ang. l. ſi cum exceptione §. ſatis ff. quod met. cauſ. Hippo. in prax. crimi. § dili-
genter nu. 90. & l. 15, qui cum telo. nu. 51. C. de
14 ſicar. † Ac etiam ſi ſit inuſta Iaſ. d. l. qui ſeruum col. 1. Gramma. deciſ. 29. nu. 18. Hippo. conſ. 119.
15 nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 114. nu. 17. lib. 4. † Qui nimmo, ſi ſumus in dubio, an noua cauſa interuenerit, nec ne, iudicari debet offenſionem factam fuiſſe ex noua cauſa, ne pœna committatur Bal. l. penul. col. fin. C. de edi. acti. cuius doctrinam tanquam auream, & not. ſequuntur Alex. Iaſ. & alij d. l. qui ſeruum Hieronimus Grat. conſ. 74. nu. 29. lib. 2. & Soc. Iun. conſ. 103. nu. 14. lib. 3.

Non obſtant in contrarium excitata, in quorum diſſolutione ueritas preſentis Conſultationis clarius apparebit.

Nam primo non obſtat, quod quicquid ſit de iure communi, ut ſupra allegata procedant, ſatis eſſe pro fiſco uidetur, quod ex Decreto Excellentiſſ. Ducis Vrbini requiritur probatio nouę cauſę uel per euidentiam facti, uel per legitimas probationes, quę hic adeſſe non uidentur, & non ſufficiunt preſumptiuę, quales hic pretenduntur pro parte fideiuſſoris, ut ſupra dicebatur: Quia ad hęc in quibus cardo difficultatis excitata conſiſtere uidetur

detur pluribus modis reſpondetur.

Primo quidem, quod immo noua cauſa, & per euidentiam rei apparuit, & per legitimas probationes conſtat de euidentia rei, per inſpectionem loci, ubi Vlmus inciſa fuit, ſi Dominus Iudex ad
16 eum accedere uoluerit, † qui locus oculis fidelibus ſubiectus euidenter nouam cauſam oſtendet, arg. l. fin. ff. fin. regun. cum ſimil. De legitima probatione conſtat multifariam, multiſque modis deductis per ſupraſcriptum D. Conſulentem,
17 nempe non ſolum preſumptione legis, quę eſt, † quod in dubio noua cauſa preſummatur, ne pœna incurratur, ut ſupra, uerum etiam quia adſunt ſeptem particulares coniecturæ præſumptiones deductę ſeriatim per d. D. Conſulentem ſupra uers. prima coniectura. uſque ad fi.

Secũdo apparet probatio prædictę nouę cauſę clariſsime ex depoſitionibus plurium teſtium, aſſerentium, anno proximo præterito diſcordiam grauem exortam inter Lactantium, & fratres, ex una, & Paulum ex altera, ſuper proprietate, & poſſeſsione cuiuſdam Grippi, & Vlmorum in eo exiſtentium, que ſedari non potuit, etiam per acceſſum aduocati fiſcalis, & aliorum DD. Iudicum. quinimmo ea diſcordia peperit primum ut abinde in poſterum non fuerunt ſe inuicem amplius loquuti, ut deponit Iulius ſer Io: Baptiſtæ 7. teſtis pag. 35. & mag. Petrus 15. teſtis pag. 60. ibi, *Che Paulo non parla à Lattantio dalla lite in qua, che fu tra loro ſopra alcuni olmi, per la quale uenne il Peghe, l'Aduocato Fiſcale, & altri Giudici:* Subinde ſuperioribus Menſibus cum idem Lactantius in ciuitate Vrbini exiſtens, Nuncio allato quod Paulus inciderat quandam Vlmum in d. Grippo ira percitus, ad locum iter arripuit, & ibi reperta inciſione Vlmi, & auditis teſtibus, dicentibus, eam inciſiſſe Paulum, eum aggreſſus eſt, & uulnerauit, de teſte autem deponente ſuper inciſione dicti Vlmi deducit Excellentiſſ. D. Conſultor, reſpondendo iis, quę in contrarium Allegari poſſent ad eorum dictum eneruandum, aut debilitandum.

Tertio quod ex prędicta noua cauſa, non autem ueteri, Lactantius inſultauerit Paulum, conſtat ex eius aſſertione in actu vulnerandi facta, illis uerbis, *Io te uoglio ben dare gli olmi &c.* De qua de-
18 ponit ipſemet Paulus in ſuo conſtituto fo. 93. † quę uerba cum ſint earum, quę, ſunt in animo paſsio-
19 num notæ l. labeo § Idẽ tubero. ff. de ſup. leg. a. declarant eius animum ad id motum ex prędicta cauſa Aret. conſ. 8. col. 3. Gram. conſ. crim. 53. not. 10. nu. 17. & ſeq. ac etiam not. 22. nu. 16. Aymo. cõſ. 35. nu. 6. conſ. 91. nu. 9. & alij uarijs in locis, præcipue autem Alex. in terminis ad declarandum animum percutientis, ex qua cauſa id faciat, conſ. 19. col. 1. & 2. uers. accedit, quia ex his.

Nec obſtat, quod Cepha. conſ. 35. col. 3. confutet Alex. d. loco quia reſpondetur, confutationem Cephali non procedere in caſu noſtro, Imo Cepha. ibi ſub nu. xi. in fine bene uiſus, & collatus cum caſu noſtro, facit pro eo, quia ipſe tandẽ
20 fatetur, bene loquutum Alex. † quando ante percuſsionem percutiens reuocauit ad animum illam eandem cauſam, quam uerbis profert, dum eſt in actu percutiendi, ſicuti accidit hic, ut ſupra, ubi dictum fuit, diſcordiam exortam inter hos cauſa Vlmorum, & Lactantium ira percitum, quando audiuit, Vlmum a Paulo fuiſſe inciſam & ad
21 locum ſtatim acceſsiſſe † Prœtereá Cepha. loquitur, quando nullo modo conſtat de noua cauſa, niſi per aſſertionem nudam, & ſimplicia uerba offendentis, tunc enim ei non ſtatur, cum cauſa noua conſtare prius debeat, ut clare ipſe ibi deducit pro fundamento ſuę opinionis nu. 6. & ſeqq. hic uero de ipſa cauſa noua inciſionis predictę conſtat, ut ſupra, merito &c.

Quarto non ſolum hic probata eſt noua cauſa, ut ſupra, uerũ etiam inſultus factus, & vulnus illatũ ex ea noua cauſa per famam, de qua deponunt
22 5 a. teſtes, † qui faciunt Vniuerſitatem præcipue in d. Caſtro, in quo populus numeroſus non adeſt & famam probant, licet formiter de ea omnino non deponant Bar. Alex. & al j d. l. de minore §. plurium & latius deducit poſt plures alios D. Conſultor uers. & dum ultimo &c. quo caſu non procedunt ea, quę ſupra de fama non probata opponebantur ex quibus apparet, & per euidentiam rei, & per legitimas probationes fuiſſe probatum ex noua cauſa diſcordię inter ipſos, Lactantium percuſsiſſe d. Paulum, non autem ex ueteri cauſa inimicitiarum inter Io: Mariam, & Paulum, & conſequenter ſatis factum eſſe Decreto prędicto, quatenus nouæ cauſæ probatio legitima ex eo requireretur.

Secundo principaliter dato, quod in prœſenti caſu per euidentiam facti, & omnium claras depoſitiones teſtium, aut aliter pleniſsime, & indubitanter non probaretur noua cauſa, quę ſecundum ueriorem opinionem dicitur legitima probatio, & ideo ſtatuto, uel Decreto, ut hic, exigẽnte ad aliquid legitimas, uel etiam liquidiſsimas, uel ple-
23 niſsimas, & apertiſsimas, probationes, † ad huc coniecturales, & prœſumptiuę ſufficiunt A . . c. decis 44 nu. 14 Menoch, dè quæſt. arb. iudi caſ. 315. nu. 6. Tiraq. l. ſi unquam uer. donatione largitus &c. nu. 153. & ſeq. C. de reuo. dona. Aff. in practi. ciui. §. 19. c 2. ubi de communi teſtatur.

Et licet iſtud ita ſimpliciter aſſumptum non tranſeat ſine difficultate, ex communiter traditis per
24 Doct. Rub. de probat. † quando tamen ſumus in diſpoſitione legis, conueniunt Nouiſsimi, quod etiam ſi conditionaliter lex exigat probationem legitimam per præſumptiones probatiuas ei ſatis fiat, quia lex loquens de probatione, poteſt, & debet de ſua probatione, & ſic de preſumptiua ap probatá á lege intelligi, ne dicamus legem ſuam probationem excludere, ut poſt longam diſceptationem tandem reſidet Bero. d. rub. de probat.
25 ſub nu. 47. uers. ſi uero á lege &c. † nec ſiat difficultas, quod hic ſimus in Decreto Ducali, quia ultrà quod & illud lex eſt, quod ſupradictum eſt in diſ-
26 poſitione legis, procedit etiam in reſcripto Principis c. ex tua de fil. prœsbi. & tradit idem Bero. ſub d. nu. 47. uers. & id quod &c.
27 † Et licet non me lateat, plures eſſe ſpecies præſumptiuę probationis, de quibus per Aret. de rub. de probat. & ibi latius eas explicat Bero. nu. 37.
28 & ſeqq. & earum aliqua propria non ſit probatio? quando

quando tamen huiuſmodi probatio prouenit á facto, vel non facto hominis á lege probato, ita vt á iure aliquid præſumatur,(vt hic) Doctores conueniunt, hanc eſſe probationem propriè, & ex ea dici quid euidenter, & liquidiſsimè, ne dum legitime probari Aret. d. rub. de probat. per l. licet Imperator ff. de leg. 1. l. ſi tutor C. de peri. tuto. & c. non ſolum de reg. iur. in ſexto. & ſequitur Beró. ibi ſub nu. 40. vers. ſecundo modo &c. & Menoch. d. caſu 115. nu.7.

29 †. Et quatenus non eſſemus in caſu probationis præſumptæ, & approbatæ á lege, ſed prouenientis á facto hominis ex accidenti, non conſiderato, & approbato á lege, tunc omnis uis conſiſteret in arbitrio Iudicis, qui arbitrari poteſt, & debet ſecundum eius qualitatem, & uim, an huiuſmodi probatio in caſu noſtro ſuffiriat Corne. conſ. 19. col. fina. vers. non enim eſt ſtatutum &c. lib. 2. & ſequitur Meno. d. caſu 115. in fi. & eſt de mente Bar. l. admonendi nu. 15. & aliorum eum ſe-
30 quentium. ff. de iureiuran.† dum ibi Bar. concludit, plenam probationem eſſe, quoties Iudici facta eſt plena fides, ideſt, quando Iudex ex ijs, quæ ſibi oſtenſa ſunt, redactus eſt ad fidem, & credibilitatem eius, quod intenditur l. procurator C. de edē. l. ad fidem ff. de teſti. l. quinquaginta in fi. de pro-
31 ba:. cum ſimilibus, † quod accidit, ſecundum eundem Bar. d. loco nu. 23. quoties Iudici oſtenſum eſt tantum quod firmiter adhæret uni parti, qui ſubdit notanter, quod tunc dicitur perfecta credulitas, & probatio, non eſt ergo uis in modo perueniendi ad dictam credulitatem, ſed quomodocunque Iudex perueniat ad eam, per inſtrumenta, teſtes, præſumptiones a iure approbatas, uel aliter a facto hominis collectas, ſemper ſibi dicitur facta plena, perfecta, & legitima probatio, per ſupradicta, unde cum in caſu præſenti, ultra præſumptionē Iuris, quæ eſt, quod in dubio præſumitur noua cauſa, ut ſupra, adſint quam plurimæ coniecturæ, & præſumptiones efficaciſsimæ deductæ ſupra per D. Conſulentem, quæ etiam ortum habent ex proprio ore tam percutientis, quam percuſsi, ex fama, ex facti euidentia, nempe Vlnis incisi, & huiuſmodi alijs nemo ſani capitis non crederet, æquiſsimum Iudicem arbitraturum factā ſibi eſſe pleniſsimam, ne dum plenam, & legitimam probationem de dicta noua cauſa, accedente maximè quod Lactantius non erat principalis inimicus Paulo, immo a longè Io: Mariæ principali inimico attinens, & alterius cōgnominis, cū Io: Maria Muſcionus ſit, ipſe uero Lactantius de Bertis; Nec unquā reuocauit ad animum inimicitias prædictas, cum ſemper alloquutus fuerit dictum Paulum, & cū eo conuerſatus fuerit, ut teſtes deponunt, & quod caput eſt, iam inimicitiæ inter Io: Mariam, & Paulū quatuor annis elapſis, & ultra eſſent pace extinctæ, & finitæ, & ſic ceſſaret illa cauſa uetus, ſi qua fuiſſet, ut infra mox deducetur. Nec quicquā in contrarium faciunt Dec. Plot. & Bero. ſupra in dubijs allegati, quia rectiſsime reſponſum eſt per D. Cōſulentem, & vlterius illi loquuntur, de probatione per iuramentum tantum, de qua non agitur hic.

Quarto eſto, quod Decretum Ducale excludat omnem probationem præſumptiuam nouæ cauſæ, etiam quod hic non adſit alia, quam præſumptiua, ad huc pœna, de qua agitur, commiſſa non
32 fuit,† quia cum huiuſmodi Decretum ſit iuris communis correctorium, aut ſaltem exorbitans, ut patet, & ſimus in pœnalibus, & odioſis, ſine dubio intelligi debet, ut quo minus poſsibile ſit, corrigat ius commune, quod eſt, ut noua cauſa in dubio præſumatur, & quod præſumptiua probatio ſuffiriat pro Reo, & huiuſmodi alia c. cum dilectus ubi Ant. But. Abb. & Alij de conſuet, & paſ-
33 ſim per omnes, † & conſequenter, quod loquatur quando vetus, & noua cauſa extat, tunc enim, quia ad huc durat cauſa antiqua Odij, diſcordiæ, & inimicitiarum, & noua prætenditur per offendentem, conſtituitur per Excellentiſſ. Ducem, ex antiqua uideri factam offenſam, non autem ex noua, niſi per euidentiā facti, uel legitimas probationes de noua conſtiterit, quando autem illa antiqua amplius non uiget, ut hic, ex quo pax inita iam diu erat, & Principales, & Attinentes reconciliati fuerant, non poteſt uideri, nec in ſenſum recti hominis cadere, quod, ex ueteri cauſa facta ſit percuſsio, cum non entis nullæ ſint partes l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. & conſequenter credendum non eſt, Principem iuſtiſſi-
34 mum in tali caſu loquutum fuiſſe †. Confirmatur hoc, quia ſi recte ponderetur dictum Decretum, ſemper præſuponit extare ueterem cauſam, & nō
35 loqui ea extincta, & ſopita, † quod autem per pacem finis ſit impoſitus diſcordiæ, inimicitijs, & cauſæ præcedenti, nemo ambigit, & patet ex diffinitione Pacis, quam ponit Hoſti. in ſum. de treu. & pac. in princ. Pax. eſt, inquiens, diſcordiæ finis quē ſequitur Alex. l. de fideicommiſſo C. de trans. & Boſſ. qui dicit Hoſtienſem optime loquutum,
36 tit. de pace. nu. 2. & 3. † Et ita in hac noſtra Ciuitate pluribus Doctiſsimis Iureconſultis Allegantibus ad interpretationem ſimilis ſtatuti & Motus Proprij Pontificis ſepiſsime obtentum fuit, hoc eſt, ſtatutum, & Motum propium loqui, quando uetus cauſa ad huc uiget, non alias.

37 † Quinto ſtantibus prædictis, vlterius ad dictū Decretum reſponderi poteſt, quod procedat in principali promittente non offendere, qui poteſt
38 ſe obligare ad ſe non defendendum ex noua cauſa licet, & hoc durum ſit, arg. l. liber homo ff. ad
39 l. aquil. † ſecus reſpectu aliorum attinentium comprehenſorum in promiſsione de non offendendo, cum ſit præter omnem intentionem Contrahentium, & omnem uerisimilitudinem, quod quis uelit promittere pro alio, quod patiatur iniuriam, uel quid aliud aduerſus ſe moliri, & non ulciſca-
40 tur, cum ſit contra ius naturale tollere defenſionē cuiquam l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. & quis non ſit Dominus membrorum ſuorum, ne dum aliorum d. l. liber homo. Vnde cum hic ſimus in Lactantio non quidem principali promittente, ſed a longe attinente Io: Mariæ principali promittenti, non eſt dicendum ad hunc caſum dictum Decretum extēdi; Prout etiam in hac noſtra Ciuitate ſæpius obtinui, nempe, quod ſtatutum Peruſinum, quo cautum eſt, allegari non poſſe nouam cauſam, non intelligi, quando prætenditur rupta Treuga

per aliquem ex comprehenſis, non autem princi-palē promittentē. & ſuit hęc opinio iudicata valde ęquitati, & menti diſponentium conſentanea,

Seſto reſponderi poteſt, decretum correctorium ſiue exorbitans procedere in treuga proprie, quę
41 eſt ad tempus: Treuga enim eſt ſecuritas perſonę, & rebus ad tempus pręſtita, diſcordia non dum fi-nita, ut diffinit Hoſti. in ſum. de treu. & pac nu. 1. ſequitur Boſſ. d. tit. de pace. nu. 1. inferens ibi nu.
42 ſeq. ad pulchram queſtionem,† non autem in illa, quę perpetua eſt, ut iſta, ſecundum ea, quę pro-ponuntur, quia tunc ſapit naturam pacis, quę eſt perpetua, & quia in ea ceſſat pręmiſſus ratio nolen-tium non poſſe allegari nouam cauſam in treuga.

Poſtremo ſi ſingulę ęe reſpōſiones nō ſufficiunt ad excludendam diſpoſitionem prędicti Decreti
43 Ducalis, † quanto magis omnes ſimul iunctę. l. ſpadonem § qui iura multa ff. de excu. tuto. l. in-ſtrumenta. l. rationes C. de proba. c. cauſam quæ ubi glo. de probat. Dec conſ. 41. col. 3. uers. eſt
44 uerum, fil. Nupt. pagina mihi 328 col. 3, & 4 † ubi admonet, iudices debere conſiderare omnes allegationes ſimul, quia ſi non proſunt ſingulæ per ſe, unitę iuuant, cum una iuuet alteram, eſt tex. in probationibus l. 3. §. eiuſdem quoq;. ubi glo. uer. numeros. & uer. confirmet, & uer. ſpeciem de teſti. Affl. &. deci. 13. ſub nu. 24. ad fi. & arguit Paris. pluribus in locis praecipue conſ. 58. nu 18. conſ. 113. nu. 31. lib. 1. conſ. 3. nu. 54. lib. 3. cōſ. 17. nu. 1. & conſ. 137. nu. 19. lib. 4.

Ex his, & alijs per Ex. D. Conſulentem allega-tis, cenſeo ſufficienter nouam cauſam probatam & prædictum Decretum Ducale nullo modo in preſenti caſu locum habere, fideiuſſorem ad pœ-nam fractę Treugæ minime teneri, & conſequen-ter partes Excellentiſs. Domini Iudicis eſſe in pro-nunciando bene appellatum, & male per iudicem a quo iudicatum, dictumq; fideiuſſorem a petitis per Fiſcum abſoluendum, pro ut eum pro iuſtitia, & ſua integritate facturum confido.

CONSILIVM LXXXIII.

Argumentum.

De interpretatione Statuti Ciuita-tis Piſauri, & Decreti Sereniſſimi Ducis Vrbini, excludentium fęminas propter maſculos, Precipue autem an excludantur ſorores, vel neptes defuncti ex fratre ꝑpter patruum la-te, & concluditur negatiue; Multa-que dicuntur in diſcurſu de interpre-tatione ſimilium ſtatutorum, quæ cō-ducunt etiam ad interpretationē ſta-tutorum aliarum Ciuitatum.

SVMMARIVM.

Statuto Ciuitatis Piſauri Rub 109 Mater, Auia, & ſoror excludūtur a filiorum ſucceſſione, Nepotum, & fratrū ac ſororum reſpectiue ab inteſtato deſcendentiū ſuper ſtitibus fratribus, ſeu filiys fratrū predefunctorum nu. 1

Quod uidetur excludere eaſdem etiam per patru-um nu. 3.

Contra nu 15. & ſeq.

Statuto Ciuitatis Piſauri d Rub. filię, & deinceps fęmi-nę excluduntur propter filios, & alios deſcendentes maſculos ab hereditate Patris, Matris, Auia ab inteſ-tato, reſeruato ipſis excluſis in caſu uiduitatis regreſ-ſu ad domum Paternam, Maternam & Auitam reſ-pectiue, & inibi alimentis collatis dotibus earum nu 2.

Quod uidetur excludere eaſdē etiam propter patru-um nu 4.

Contra nu 17 & ſeq.

Decreto Sereniſſimi Ducis Vrbini generali in toto ducatu fęmina propter Maſculos excluduntur expreſſa ratio ne conſeruandę agnationis nu 6.

Quod uidetur excludere eaſdem propter Patruum nu. eo. 6. 7. 8 9. 10.

Contra ſecundum ſtilum d Ducatus nu. 17. & ſeq.

Et ſpecipue de communi & in ſtilo illius ducatus nu. 50.

Statutorū excludentium fœminarum propter maſculos, ratio unica eſt, uel ſe fauor Agnationis ſecundum cō-munem nu. 3.

Quomodo autem d. ratio intelligatur nu. 42.

Ratio Statuti ubi unica eſt ibi pro expreſſa habetur nu. 4.

Ratione ab expreſſa, uel unica extenſio fit etiam in ſtatu-tis ad perſonas omiſſas nu. 5. & nu. 9 ubi quod hoc precedit ad iuris communis correctionem.

Fallit quando eſt deciſio clara de iure comuni nu. 32.

Fallit quoad perſonas non uiuentes, mediante perſona excluſa nu. 33 41.

Lex generaliter loquens ſi uenit corrigendo, & corri-git in uno intelligitur corrigere in omnibus nu. 7.

Quod non eſt tutum omnino nu 35.

Vel uerum ſi conſtat generaliter loqui legem corrigen-do nu. 38.

Vel uerum quando in genere diſponit, ſecus in ſpecie-bus nu. 39.

Vel uerum ſi omnino eadem ſit ratio, ſecus ſi non tan-ta nu. 47.

Vel uerum ſi perſonę ad quas fieri uolumus extenſionē aliquo modo poſſunt uideri comprehenſę nu. 48.

Secus ſi uideri non poſſunt ex mente teſtatoris nu. 49.

Ratio totam diſpoſitionem regit, & gubernat nu. 8.

Frater & filij. filieque alterius fratris predefuncti ab in-teſtato ſuccedūt ęqualiter in ſtirpem iure communi in hereditate fratris, & patrui predefuncti reſpectiue nu. 11.

Correctio iuris cōmunis non admittitur niſi expreſſe fac-ta ſit nu. 12.

Correctio Iuris communis non fit per ſubauditos intellec-tus nu. 13.

Nec ex identitate & maioritate rationis nu. 14.

Ius commune habens contra ſe uolens uenire ex iure muni-cipali correctorio, tenetur probare ius commune eo caſu eſſe correctum nu. 15.

Statuta excluſiua fęminarum reſtringenda ſemper quo-ties per aliquam interpretationem fieri poteſt nu. 16.

Caſus,

Caſus omiſſus pro ommiſſo habetur in diſpoſitione Iuris communis nu. 18.

In iure Canonico reſpectu iuris Ciuilis communis nu. 19.

In ſtatutis reſpectu iuris communis nu. 20.

Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus ad correctionem Iuris comunis nu. 21.

Statutum exorbitans, & correctorium interpretandum eſt, ut quominus poteſt, corrigat ius commune nu. 22.

Liberorum ſiue deſcendentium, & aſcendentium appellatio trahitur ad collaterales in diſpoſitione exorbitanti nu. 23.

Statutum excludens fœminas a ſucceſſione fratris, non intelligitur excludere a ſucceſſione ſororis nu. 24.

Statutum excludens fœminas ab hereditate Patris non intelligitur excludere ab hereditate fratris, & ſororis nu. 25

Statutum excludens fœminas ab hereditate Matris non excludit a ſucceſſione ſororis nu. 26.

Nec excludens ab hereditate Patris intelligitur excludere ab hereditate Matris nu. 27.

Particularibus deciſionibus adherere magis debemus, quam regulis iuris communis in materia extenſionum nu. 28.

Statuta excluſiua fœminarum numquam cēſentur eas excludere ad correctionem Iuris comunis, niſi in eo nominatę ſint nu. 25. & 42.

Statutum excludens a ſucceſſione unius non uendicat ſibi locum in ſucceſſione alterius nu. 30.

Statutum excludens fœminam ab hæreditate unius, puta patris ſtantibus maſculis non excludit ab illa eadem hæreditate poſtquam ad alium deuenit, puta ad fratrem, quia eo decedente ſine filijs maſculis admittitur nu. 31.

Statutum in cauſa proxima, cenſetur ſtatutum etiam in cauſa remota, qua per illam, & ex illa deſcendit nu. 34.

Intellectus ad c. contra chriſtianos de here. in 6. nu. 36.

Glo. d. c. contra Chriſtianos damnatur nu. 36.

C. Iudei prima q. 4 incorrectus contra glo. c. contra Chriſtianos nu 37.

Frater admiſſus inter agnatos ad excluſionem feminarum in ſtatuto, intelligitur tam reſpectu eius cui ſuccedi tur, quam eius de cuius excluſione agitur nu. 43.

Contra nu. 44.

Statutum excluſiuum fœminarum fauorabile regulariter nu. 45.

Quia tamen eſt contra ius comune diuinum, & naturale. ſtricte, & ſtrictiſsime intelligendum nu. 46.

Incluſio aliquorum ad ſucceſſionem per ſtatutum excluſiuum fœminarum eſt aliorum excluſio nu. 48.

Dei Opt, Max. ſuffragio Implorato.

DEFVNCTO D. Gaſpar ino Ardiuo Piſaurenſi, ſuperſtitibus ſibi Hieronimo, Iulio Ceſare, & Octauiano filijs maſculis hœredibus uniuerſalibus inſtitutis, & inuicē ſi ſine filijs deceſſerint, ſubſtitutis, & duabus fœminis congruenter dotatis.

Mortuoque deinde Iulio Ceſare, relictis Thomaſia, Clelia, Fuluia, Fauſta, & Ioanna, filiabus fœminis tantum.

Ac poſtremo Octauiano ſine aliquibus filijs diē functo, nullo condito teſtamēto; Dubium exoritur, an Hieronymus frater ſuperſtes ſolus ei ſuccedat ab inteſtato, excluſis dictis quinque Neptibus ex Iulio Ceſare fratre prędefuncto, An uero cum eo admittantur dictę quinque Neptes in locum Iulij Ceſaris patris, perinde ac ſi ipſe extaret, quoad d. Octauiani legitimam, & trebellianicam in bonis, & hæreditate Domini Gaſpertini, ac etiam per eum aliunde quęſita tantum, Nam quo ad fideicommiſſum in hæreditate D. Gaſpartini præſuponitur, nullam extare dubitationem, ſed totum pertinere ad Octauienum.

In qua quidem hæſitatione, prima facie uidetur reſpondum, Hieronymum ad Octauiani hęreditatem ab inteſtato ſine dubio uocatum, ex diſpoſi-
1 tione duorum ſtatutorum d. Ciuitatis Piſauri,† vno rub. 109. quo Mater, Auia, & ſoror excluduntur a ſucceſſione filiorum, Nepotum, & fratruum, ac ſororum reſpectiue ab inteſtato decedentium, ſuperſtitibus fratribus, ſeu filijs fratruum prędefunctorum
2 † Altro Rub. 110. quo ab hęreditate Patris, Matris, Aui, & Auię excluduntur filię, & deinceps fœminæ, propter filios, & alios Deſcendentes maſculos, reſeruato in caſu uiduitatis ipſis fœminis regreſſu ad Domum paternam, & inibi alimenta, collatis dotibus earum.

Et licet huiuſmodi ſtatuta particulariter non excludant Neptes ab hœreditate Patrui, ut hic quęrimus, ſed fœmines ab hæreditate Aſcenden-
3 tium, & ſororem ab hœreditate fratris, † cum tamen ratio ſtatutorum illorū unica ſit, nempe fauor Agnationis, ut eius honor per Diuitias conſeruetur, ſecundum Cyn. in l. 1. C. de adult. & in l. 1. C. quę ſit longa conſuet. Bel. l. maximū uitiū col. 3. C. de lib. præt. Bar. l. 2. § uidendum. ff. ad tertu. & Ali
• os communiter * uarijs alijs in locijs congeſtis per Alb. Bru. de ſtat. exclus. fœmi. art. 3. nu. 12. qui de iſta communi atteſtatur, licitum uidetur ab ea arguere in caſu noſtro ad hæreditatē Patrui ad excluſionem Neptum, ſtante Patrui præmortui fratre, cum eodem modo Agnatio per eum conſer
4 uetur, † vbi enim ratio ſtatuti unica eſt, vt hic, ea
5 habetur pro expreſſa, † & ab ea extenſio fit ad caſus, & perſonas ommiſſas glo. l. quamuis. C. de fideicon. Bal. l. maximum uitium. C. de lib. præt. Paul. Caſt. fere in terminis, conſ. 83. præſens caſus col. 2. uers. Baldus tamen &c. lib. 2. & late probat Alb Bru. d. tract. art. 3. principali.

Secundo idem uidetur dicendū ex Decreto Excellentiſſ. GuidoBaldi Ducis Vrbini Euulgato Die 25. Decembris 1548. quo quidem generaliter
6 in toto ſuo Ducatu fœminæ propter maſculos excluduntur, expreſſa ratione conſeruandę Agnationis, Duobus modis præcipue inducendo. primo
7 quia, † quando lex generaliter loquens uenit corrigendo, licet corrigat in uno, in omnibus corrigere intelligitur. glo. c. contra Chriſtianos de hære in Sexto. Alex. auth. ex teſtamento nu. 7. C. de collat. Gerar. not. 7. uers. ad textum. & rurſus uers. aliquando conſtat. &c. huiuſmodi eſt Decretum
8 prædictum, ut ex generali ſua ratione, † quę totam

tam

✝ In hac eadem cauſa [illegible] Ceph. cons. 616.

tam diſpoſitionem regit, & gubernat l. cum ratio
de bon. damna. mesito licet in quibusdam caſibus
& hæreditatibus expreſſe loquatur, in omnibus
9 loqui uidetur. † ſecundo quia cum ratio ſit expreſſa
in ipſo decreto, ex eo ſine dubio licitum eſt argu
ere ad caſus non expreſſos, in quibus eadem ratio
militat etiam ad correctionem iuris comunis glo.
l. milites agrum. ff. de re. mili. l. bis ſolis. C. de ra
uo. dona. & auth. de hæred. ab inte. ueni. §. ex his
Ias. auth. non licet C. de lib. præt. & l. marcellus
nu. 46. ff. ad treb. cum alijs late congeſtis per Bolo.
l. omnes populi. nu. 226. ff. de iuſt. & iur. hic ra-
tio expreſſa in Decreto conſeruandę agnationis
militat in hœreditate Patrui, ſtantibus Neptibus
ex fratre, & fratre, quia per fratrem Agnatio con
10 ſeruatur, per Neptes minime, † merito uidetur
Decretum intelligendum tam in hæreditate Aſcen
dentium, in qua expreſſe loquitur, quam in hære
ditate Patrui, de qua uerbis non exprimit, & ita
penè in terminis uidetur colligi ex mente Paul.
Caſtren. conſ. 83. præſens caſus modicam. lib.
2. ubi late conſuluit, quod ſtatutum excluſiu-
um fœminarum propter maſculos, expreſſa ratio
ne conſeruandę agnationis, uel etiam non expreſ
ſa, quia prædicta unica tantum ratio reddi poteſt,
excludens fœminas a ſucceſsione unius perſonę in
ſtatuto expeſſæ, extenditur etiam ad alias hęredi
tates perſonarum non expreſſarum.

Sed diligentiore cura tam diſpoſitione iuris cō-
munis, quam prędictorum ſtatutorum Ciuitatis
Piſauri, & Decreti Ducalis, omnibuſque alijs per
penſis, in propoſito caſu reſpondendum eſſe cen-
ſeo. ſupradictas Neptes cum Hieronimo Patruo
ad hœreditatem Octauiani, ęqualiter in ſtirpem
admittendas iure communi, non obſtantibus præ
dictis ſtatutis, aut Decreto; quicquid enim olim
11 ſtatutum eſſet, † hodie clarum eſt, ad hæreditatem
fratris ab inteſtato uocari æqualiter fratrem ſuper-
ſtitem, & filios, filiaſque in ſtirpem, non in ca-
pita. §. relinquum. auth. de hæred. ab inte. uent. §.
2. auth. ut frat. fil. & auth. ceſſante. ubi Bal. &
12 alij. C. de legi. hæred. † Cum ergo iure communi
clarus ſit caſus, ab eo recedere non debemus, niſi
expreſſe correctum eſſe oſtendatur l. præcipimus
in fi. C. de appella. l. ſancimus. C. de teſta. glo. fi.
auth. de ad off. in Sac. ap. §. cum igitur. uer. nec eſt
13 lex. auth. de non alie. ſecun. nub. † Nec mirum, quia
per ſubauditos intellectus legum correctio non in
ducitur glo. c. cupientes uer. petere de elect. in Sex
14 to. † Immo nec ex idētitate, aut maioritate ratio-
nis l. ſi uero §. de uiro. ſol. mat. uidetur tex. l. 3.
ff. ad l. Corne. de parri. glo. aut. quas actiones C.
de ſacros. Eccle. Bar, & alij l. ſi conſtante ff. ſol. ma
• tri. & tradunt cōmuniter * Doct. l. omnes populi.
ſexta quęſt, princ. Bar. ff. de iuſt. & iur, Bello.
conſ. 53. nu. 1. & 2. & alibi paſſim, Cum itaq; pro
Neptibus clara ſit deciſio Iuris communis, ut ſu-
pra, Patruus nolens eas excludere, & ſe ſolum ad
mitti uigore ſtatutorum, uel Decreti exorbitan-
15 tium, ac proprie, & ſtrictę intelligendorum, † ne-
ceſſario tenetur probare ſe comprehenſum dd. ſta-
tutis, & Decreto, ad excluſionem Neptium, alias
ſuccumbere debet, Corne. conſ. 198. col. 2. uers.
16 accedat lib. 3. † Et quoties uerba huiuſmodi ſta-
tutorum patiuntur aliquam interpretationem, ex
qua excluſio fœminarum reſtringi poteſt, ſemper
pro poſſe reſtringi debēt, ut dicit ſemper ſibi pla
cuiſſe, Corne. conſ. 134. col. 2. uers. & propterea
lib. 2. Alb. Bru. d. tract. art. 3. & 12. quęſt. 28.
& Sim. de pret. conſ. 59. col. 2. uers. cum itaque
& nu. 3. qui loquitur in terminis de interpretatio
ne d. Decreti. Sola igitur ſupeſt difficultas in ſum
mouendis ſtatutis, & Decreto ad fauorem Patrui
adductis, quibus ſublatis, præſens hęc noſtra Cō
ſulatio luce clarior apparebit.

17 Non obſtant prellegata ſtatuta Piſauri, Quia lo
[...]untur in diuerſis caſibus, hæreditatibus, & per
ſonis, illud enim Primum Rub. 109. loquitur de ex
cluſione Matris, & Auię ab hæreditate filij, &
Nepotis reſpectiue, ac etiam de excluſione ſororis
ab hœreditate fratris ſtante alio fratre, illud uero ſe
cundum, Rub. 110. de excluſione filiarum, & de-
ſcendentium fœminarum ab hœreditate Patris,
Matris, Aui, Auiæ, & aliorū aſcendentium, ſtā
tibus Deſcendentibus maſculis, de excluſione autē
Neptiū ab hęreditate Patrui, nec in 1. nec in ſecū-
18 do uerbū aliquod habetur, † atq; ideo, cū caſus ſit
omiſſus, pro omiſſo habendus eſt, ut traditū
eſt in diſpoſitionibus iuris ciuilis comunis l. com-
modiſsime ff. de lib. & poſth. cum lex noua non
præſumatur uelle corrigere ueterem l. 1. in fi. ff. de
inoff. teſta. c. cum expediat, de electio. lib ſexto
Ias. l. filium, quem habentem. ad fi. uers. tu tene.
C. fam. hercis. Fely. c. nulli. § ſunt & alij. col. 18.
19 uers. ſed ad iſtud de reſcrip. † In iure canonico,
reſpectu ciuilis, ut illud non cenſeatur corrigere
iſtud, niſi quatenus expreſſum reperitur Ias. l. mi
lites nu. 19. C. de mili. teſta. & rub. de uer. oblig.
20 col. 3. † multo fortius in ſtatutis reſpectu iuris com
munis l. conſtitutionibus, ff. ad muni. l. quod con
ſtitutum, ff. de teſt. mili. l. ſi eum dotem ubi not. ff.
21 ſol. matri. † quod enim ſtatutum non dicit, ad cor
rectionem iuris, nec nos dicere debemus. l. ſi uero.
§. de uiro. ff. ſol. mat. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff de
acqui. hæred. l. ſi furioſi. ubi Bal. C. de nupt. & ſta
tutum tantum diſponit, quantum loquitur, Idem
Bal. l. teſtamentum C. de teſta. Ias. conſ. 205. col.
22 8. lib. 2. † & ſtatutum exorbitans, & correctoriū
ſtricte interpretandum eſt, ut quominus poſsibile eſt,
corrigat ius comune c. cum dilectus, ubi Ant. But.
& alij de conſuet. Alex. conſ. 19. nu. 9. lib. 1. &
conſ. 85. nu. 10. lib. 4. & Abſ. uarijs in locis com
muniter, His, & ſimilibus rationibus moti
23 Doctores aſſerunt, † quod in diſpoſitione ex-
orbitanti mentio liberorum, & aſcendenti-
um non trahitur ad fratres, & Collaterales l. 3.
24 §. 1. de lega. præſta. † & quod ſtatutum excludēs fę
minas a ſucceſsione fratris, non intelligitur exclu-
dere a ſucceſsione ſororis, cum unum non ueniat
appellatione alterius, nec una perſona mediante
altera proficiſcatur, ſed de per ſe, & propter ſe,
arg. l. illam. C. de collat. tradit Cur. Sen. conſ. 9.
nu. 7. Bru. in tract. quod ſtatut. maſcu. &c. q. 2. & 3.
primi membri princ. art. 6. Cepha. conſ. 343.
25 nu. 22. lib. 3. † eodem modo, quod ſtatutum ex
cludens a ſucceſsione patris, non intelligitur exclu
dere ab hæreditate fratris, uel ſororis. Bal. c. 1. §.
1. 2. not. ut. epis. uel Abb. Roma. conſ. 148. circa

primum

primum in princ. Alex. & cæteri poſteriores l. 1. §.
ueteres. ff. de acq. poſſ. Dec. conſ. 71. in princ. Corn.
conſ. 156. de duobus col. 1. li. 2. & conſ. 305. in hac.
col. pen. li. 4. Aret. conſ. 161. in preſenti conſultatio-
26 ne col. 1. aſſerens, etiam, † quod ſtatutū excludens à
ſucceſsione Matris, nō excludit à ſucceſsione ſoro-
27 ris, † prout etiam ſtatutum excludens á ſucceſsio-
ne Patris, non intelligitur excludere á ſucceſsione
Matris, ſecundū Corne. dd. locis, quemadmodum e
tiam alijs in ſimilibus caſibus concludunt Docto-
res paſsim, maxime in locis ſupra citatis, & infra
mox allegandis. Quę quidem particulares deciſio
nes in caſibus ſimilibus caſui noſtro, licet ſatis, ſup
q; uideri poſſent, in iſta materia extenſionum, in
qua cum ualde pericoloſum ſit aliquid affirmare,
28 † magis tutum eſt ad hærere deciſionibus particula
ribus, q; regolis iuris communis, ut alias aiebat Se-
uer. in repet. l. omnes populi. col. 138. uers. pręmiſ-
ſis. ff. de iuſt. & iure. Hoc tamen, quod ſupra dixi
mus, in caſu noſtro nullo modo tergiuerſari poteſt
conſiderando rationes, de quibus ſupra, & ex qui-
bus conſtitutę ſunt concluſiones prędictę ſpeciales
29 quę omnino militant hic, ac etiam clarius, † qa ex
eis facta eſt vna concluſio generalis in materia iſta,
quod in ſtatuto excluſiuo fœ minarū nunquam cē
ſeantur fœminę excluſe ad correctionem iuris cō
munis, niſi in eo expreſſe nominatę ſint Bal. l. ſed
& milites ff. de excuſa. tuto. quem ad hoc refert, &
ſequitur Dec. multis in locis, pręcipue. l. 1. C. de ſuc-
ceſſ. edi. cōſ. 451. in fi. 461. nu. 5. 589. nu. 4. 625. nu.
2. 684. nu. 3. & 688. nu. 2. Rub. Alex conſ. 94. col. fi.
Rol. cōſ. 97. nu. 18. li. 4. Tiraq. de utroq; retract. par.
30 1. § 1. glo 9. nu 187. & ſeq. † & ideo generaliter cō-
cluditur, quod ſtatutum excludens mulierem á ſuc
ceſsione vnius, non uendicat ſibi locum in ſucceſ-
ſione alterius, ſecundum communem *, quam ſit-
31 mat idē Bal. d. tract. ar. 8 queſt. 19 † Quinimmo
fortius, nec etiam in eadem hęreditate, poſtq; deue
nit ad aliū, puta ſtatutum excludit filiā ab heredi-
tate patris, ſtantibus maſculis, decedit pater, ſupſti
tibus filia dotata, & filio maſculo hęrede vniuerſali
moritur filius ſine filijs, an filię uolētis ſuccedere in
bonis olim patris ſui, obſtet dictum ſtatutum ? cō-
muniter * concluditur non excludi, etiam ſi filius
nulla bona alia, quā olim paterna reliqit Bal. c. 1.
§. quia etiam ad fi. tit. epiſ. uel Abb. Aret. l. paulus in
princ. ff. de acq. hęre. Doctores omnes communi-
ter d. § ueteres. & Bal. de arti 8. queſt. 18. ubi qua-
muis moueat nō nullas difficultates, ab hac tamen
opinione comuni in iudicando, aſſerit, non eſſe
diſcedendum ex qbus patet in caſu noſtro, Neptes
nō eſſe excluſas ab hęreditate Patrui, cū nec ſtatutis
nec dicto Decreto caſus iſte comprehenſus fuerit.

Non obſt. quod predictorum ſtatutorum vnica
tantum ratio allegari poſsit, nempe agnationis cō
ſeruandę, ideoq; ab ea, quamuis expreſſa non ſit,
argumentari liceat ad comprehenſionem altarum
perſonarum non expreſſarum in uerbis ſtatutorū,
ut ſupra dictum fuit.

32 † Quia reſpondetur Primo id uerum eſſe, quan
do in contrarium non eſt determinatio clara, ſecus
ſi extat, ut hic. p d. auth. ceſſante. cum ſupra allega
tis, tunc enim non fit extenſio, ſecundum Bar. d. l.
omnes populi. nu. 60. prout in terminis fere reſpō
det Pau. Caſt. conſ. 159. hæreditas prædicta col. 2.
uers. nam debent prędicta lib. 1.

33 † Secundo Dato quod ad correctionem iuris cō
munis clare poſsit fieri huiuſmodi extēſio. reſpōde
tur, iſtud procedere poſſe quoad pſonas uenientes me
diante pſona excluſa ſecus quoad nō uenientes a d.
pſona excluſa, ut infra dicā uerſ. ſecundo reſpon.

34 Tertio ad uertendum erit ad ea, † quę di-
centur mox pro ſummotione rationis eiuſdem con
ſeruandę agnationis, expreſſę in Decreto Ducali;
cum enim illę penitus tollant rationē in decreto ex
preſſa, multo magis ſummouebunt hanc in ſtatu-
tis tacite ſubintellectam, quamuis unica ſit.

Non obſtat igitur dictū Decretum Excellentiſ.
Ducis Vrbini, inductum, ut ſupra primo loco di
cebatur, quod cum ueniat generaliter corrigendo
ius commune, licet in uno corrigat, in omnibus
tamen corrigere intelligitur, iux. glo. d. c. contra
chriſtianos. quia reſpondetur.

35 † Primo iſtud dictum glo. & ſequacium ſupra al
legatorum non eſſe tutum, cum glo. illa, quā ſequ
36 untur ſupra allegati, nō ſit uera in ſe † cum. n. tex. ibi
in fi. diceret, chriſtianos tranſeuntes, uel iudeos iam
baptizatos cedeūtes ad iudaiſmum hęreticos repu
tari, & conſequenter eorum bona publicari. c. cū ſe
cundum. eo. tit. in 6. & glo. propterea dubitet, an ex
hoc correctus ſit. c. iudei. 1. q. 4 ubi tali caſu iudeorū
bona ad filios deuolui dicebantur, nō autem publi-
37 cari, & reſpōdeat glo. illum tex. corrigit quoad hoc,
glo. damnatur a los And. Archi. Domi. Fran. & alijs ibi,
uolētibus, quod tex. d. c. iudei. ſit incorrectus, & uter
que tex. loquatur in caſu ſuo, ille c. cōtra chriſtia-
nos quando iudeus iam factus chriſtianus redit ad
iudaiſmum: ille uero canon. iudei quando iudeus
factus chriſtianus preuaricatur alter in chriſtianū;
quo ſtante, non poteſt inde aſſumi, quod correctio
facta ibi in uno caſu, trahatur ad alios, & conſequē
ter illa glo. nō probat qđ Alex. & alij ex ea aſſumūt.

38 Secundo dato, quod opinio Alex. & Geiar. ex il
la glo. tolleratı poſsit, ea recipienda erit, quan-
do apparet, legem nouam procedere generaliter
corrigendo ius antiquum, ut ipſi dicunt, quia
tunc ex mente diſponentis bene id admitti poteſt,
hic iſtud non apparet, immo totum contrarium,
generaliter enim tunc diſponens corrigere uelle
dicitur ius antiquum, quando diſponit in ſpe-
cie contrarium eius, quod in ſpecie pariter ius an
tiquum diſponebat, uel quando in genere diſpo-
nit, cuius contrarium iure antiquo, in genere diſ-
39 poſitum erat, † quando autem diſponit in ſpecie-
bus aliquibus, cuius contrarium ſancitum iure an
tiquo erat, generaliter limitare dicitur, & ius li-
mitatorium, non correctorium generaliter, opti-
me Crot. d. l. omnes populi. ſub. nu. 123. uers. p
complemento. Cum ergo Excellentiſsimus Dux
d. ſuo Decreto, quod generaliter ſtatutum erat iu
re communi ſolum in quibuſdam ſpeciebus ſub-
ſtulerit, ut ſupra oſtēſum fuit, nec in ſpecie diſpo
ſuerit, pręponendo Patruum Neptibus in ſucceſ-
ſione fratris, & Patrui reſpectiue, cuius contrari-
um diſpoſitū erat d. auth. ceſſante. non poteſt dici,
quod uoluerit generaliter ius comune antiquū cor
rigere, & conſequenter argumentū non procedit.
Nō obſtat pdictı Decreti ſecūda Inductio dum

ratio cōſeruandæ agnationis expſſa cōſiderabatur. Quia pro reſponſione conſiderandum eſt predictum Decretum duo habere capita, ut in ſimilis ſtatutis doc. conſiderant Bar. & Doct. l. 2 § uidendū ff. ad tertul. Socci. cōſ. 28. nu. 23. & ſeqq. lib 4. cū ſim. Primū caput eſt excluſiuū fęminarū Secūdū incluſiuum maſculorū qui uocātur ad excluſionē illarū.

Circa caput excluſiuum, in iſto decreto ſunt nominatim ꝑter maſculos quędam fęminę excluſę & nihil dictum de neptibus, uidendum an fiat ex
40 tenſio ad eas, & in his terminis, quod etiam ſtante d. ratione ad correctionem iuris communis nunquam cenſeantur excluſę alię fęminę quę non ſunt nominatę, & ad eas ex identitate rationis, uel etiā ex maioritate non fiat extenſio, tradit Bal. & l. ſi mi litis. in princ. ff. de excus. tut. l. illam C. de collat. Paul. Caſtr. d. l. illam & l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. Alex conſ. 97. uiſo. themate. lib. 2. col. 3. Ang. conſ. 210. Aret. l. gallus. §. & quid ſi tantum col. 2. & 4 de lib. & poſth. Corn. conſ. 191. col. fi. lib. 4. Ancha. c. canonum ſtatuta. de conſtit. poſt med. uers. quero. ulterius, & circa. fi. Dec. in l. 1. C. de ſucceſs. ędict. & conſ. 451. nu. 9. & 10. Lauren. §. cęterum inſtit. de leg. agna. ſucces. optime etiam comprobat Grat. conſ. 26. nu. 32. & ſeqq. conſ. 19. nu. 23. & ſeqq. conſ. 38 nu. 10. & ſeq. lib. 1 Paris. qui dicit communem * conſ. 47. nu. 78. col. 3. Hinc ſtat. excludens matrem non excludit ſororem in qua uiget eadem ratio, Alex. d. conſ. 97. Aret. conſ 119. Ancha. d. c. canonum ſtatuta q. 14. Corn. conſ. 191. col. fi. lib. 4. conſ. 82. col. 3. uers. a paritate eo. lib. qui duo dicunt ita conſuluiſſe collegium Peruſinum, Paris. conſ. 47. uol. 8. Ruy. cōſ. 44. lib. 3. Et e cōtra ſtat. excludens ſororem non excludit matrem Aret. d. conſ. 159. Ruy. d. conſ. 107. uol. 3. Hinc ſtat. excludens ſororem non excludit amitam Alex. d. conſ. 95 uol. 2. Ruy. cōſ. 67. uol. 3. Hinc ſtat. excludens amitam non excludit materteram licet ſit maior ratio Bal. d. l. quod uero. col. 2. Corn. d. conſ. 82 Socci. conſ. 30. uol. 3. Dec. conſ. 589. & conſ. 625. Grat. d. conſ. 19. nu. 27. li. 1. Videmus etiam excluſo auunculo propter aliquos, non eſſe excluſam materteram Bal. d. l. illam, Corn. d. conſ. 82. col. fi. conſ. 271. eo. lib. 4. conſ. 305. conſ. 307. & 90. uol. 4 Bru. de ſtat. exclu. fęmi. ſtat. mas. art. 5. in 6. q. in 3. caſu. & ita in facto conſuluiſſe hic Peruſię Io: Petrutium, & Capram & omnes Peruſinos ſe ſubſcripſiſſe, nec non Mar. Socci. & Fran. Aret. dicit Corn. d. conſ. 82 uers. & alias. lib. 4. Grat. conſ. 39. lib. 1. Excluſa etiam ſorore propter fauorem agnationis, non eſt excluſa mater in qua eſt eadem ratio Corn. cōſ. 90. lib. 3. Ruy. conſ. 67. uol. 3. Excluſo auo materno propter patruum non eſt excluſa per eum auia materna Bal. l. quicunque C. de ſer. fugit. Cor. d. conſ. 82. uol. 4. conſ. 271. eo. uol. Alex. conſ. 45. uol. 7. Capra. conſ. 137. Bru. d. tract. art. 5. q. 51. Grat. dd. cōſ. 26. & 38. dd. locis, Paris. cōſ. 49. uol. 3.

41 Secundo reſpondetur † quod dato quod extētio fieret ex d. ratione expreſſa, fit tantum ad perſonas deſcendentes ex perſona excluſa, uel ſuccedentes in locum ipſius, ita intelligunt qui pro d. extenſione allegantur, & uoluit Bar. d. §. uidendum. Bal. Ang. & Fulg. d. l. illam. Bal. d. l. quod uero. Caſt. qui alios allegat conſ. 129. hęreditas prędicta col. 2. uers. item dico li. 1. Bru. d. tract. art. 6. q. 8. in 2. mem. q. 1. Grat. d. conſ. 28. nu. 24. Vel ut extenſio fiat ad perſonas coniunctas defuncto per perſonam excluſam, ſecus quoad alias Bar. d. §. uidendū & l. librorum. de uer. ſig. Cin. l. 1. C. quę ſit lon. conſue. Grat. d. conſ. 28. nu 24. & ſeqq.

Circa caput incluſiuum, & ſic ex parte Maſculorum conſeruantium agnationem, Reſpondetur
42 † quod illa ratio conſeruationis agnationis non ita late accipitur, ut ad omnes omnino perſonas, quę in agnatione reperiri poſſunt, referatur, ſed reſtringitur reſpectu perſonarum in Decreto nominatarum, Quia d. incluſio eſt reſpectiua ad illas perſonas nominatas, & non extenditur ad alias in quibus eſt eadem ratio. Bal d. l. illam. d. l. quod uero. Bar. l. 1 §. filium. ff. de contra tab. ubi Ang. Bal. l. ſi quis filium. ff. de inoff. in d. l. ſedet ſi militis. & d. l. ſi uero. §. de uiro ubi Imo in fi. Bal. & alij, preter ſim. Dec. l. 1. C. de ſucceſſ. edic. Corn. d. conſ 82. col. 3. uers. nec á paritate. & uers. & alias lib 4. conſ. 116. lib. 2. Bru. d. tract. in 6. art. q. 3. Dec. conſ. 451. nu. 8. & ſeq. Et hinc eſt, ꝙ ſtat. uolens ꝙ patruus excludat matrem non habet locum in patruo magno Bal. & alij d. l. 1 Bal. l. iubemus §. fi. C. ad treb. d. l. ꝙ uero uers. ſed pone. Sal. Caſtr. Fulg. & alij d. l. 1. Alex. d. conſ. 97. uol. 5. Soc. cōſ 30. uol. 2 Dec. d. cōſ. 451. nu 10. conſ. 189. col. 2 uers. non obſtat ſi dicatur. Ias. l. ſi mater. nu. 3. qui dicit communē * C. ſucceſſ. edict. Similimodo ſi Patruus excludit ſororē defuncti, filij Patrui non excludunt eam. Cor. poſt alios d. conſ. 191. col. fi. Paris. conſ. 84. li. 2 Sicut etiā quando Patruus excludit ſororē non extenditur ad fratrē Bald. l. illā & ibi Caſtr. Grat. d. cōſ. 19. nu. 24

Non obſtat, quod in pdicto decreto inter Agna
43 tos admiſſos ad excluſionem fœminarum connumeretur frater, † qui accipi poteſt tam reſpectu eius, cui ſucceditur, quam eius, de cuius excluſione agitur, ſecūdum Roma. conſ 16. Curt. Seni. conſ 9. col. 7. uers. & ita in propoſito. & l. 1. C. de ſucceſſ.
44 edi. Quia Reſpondetur, † quod contrarium ut appellatione fratris in ſimilibus ſtatutis ueniat frater eius, de excluſione agitur, non eius, de cuius ſucceſsione tractatur, efficaciſsimis rationibus ꝓbat. & firmat Ias. l. 1. C. de. ſucceſſ. edi. & cōſ. 24. lib. 1. Paris. latiſsime. cōſ. 110. lib. 3. Bru. d. tract. art. 12. queſt. 16. Soc. Iuni. cōſ. 6. in fi. lib. 1. & Rol. cōſ. 55. dicens cōunē * nu. 21. & ſeqq. uſq; ad fi. lib. 1.
45 † Quarto reſpondere poteſt, quòd licèt Decretū predictum, ſecundum communem ſit fauorabile, ut latè per Bru. d. tract. art. 3. Quia tamen correctoꝛ
46 rium Iuris communis, non ſolum politini, ſed etiā diuini, & naturalis d. l. maximū uitiū. ubi Doctores, debet non ſolū ſtrictè, uerum etiam ſtrictiſsime intelligi l. quod uero contra. ff. de legi. c. cum dilectus ubi Ant. But. & Imol. de cōſuet. Soc. cōſ. 30. & 150. lib. 1. Paris. cōſ. 110. nu. 4. lib. 3 & in terminis in hoc eodem Decreto, Noni. noſter Perus. conſ. 20. nu. 18 ergò ad perſonas non nominatas extēdi nō debet.

Quinto eſto, ꝙ in Patruo militet aliquo mo-
47 do ratio conſeruandę agnationis expreſſa in Decreto, cum tamen non militet tanta, quanta in alijs perſonis expreſsis in eo, non eſt ad eum licita extenſio glo. communiter recepta c. in fidei. fauorem

fauorem de hære. lib. 6. Doctores d. l. ſi conſtante. & d. l. ſi uero §. de uiro. & in ſimili ſtatuto, hac reſponſione utuntur Roma. Alex. & Alij d. l. 1. de Succ. edi. Alb. Bru. d. tract. art. 12. q. 17. nu. 243. uerſ. ad illud de ratione. Dec. d. conſ. 684. nu. 2. & 3. conſ. 688. col. 1. Paris. conſ. 110. nu. 22. lib. 3. Rol. conſ. 75. nu. 31. lib. 2. Soc. conſ. 19. uiſo ſtatuto nu. 13. lib. 3. Noni. qui hos omnes citat, in terminis ad interpretationem huiuſmodi Decreti Ducalis d. conſ. 10. nu. 19.

Sexto reſpondetur, quod prædictum Decretum non loquitur generaliter in omnibus Agnatis, ſed particulariter tantum de quibusdam, ut ſupra diximus, quo caſu tantum abeſt, ut uideatur poſſe fieri extenſionem ad perſonas non nominatas, ut magis uideatur prohibita ex mente
48 Excellentiſsimi Ducis Vrbini ita decretantis, † ex regula, quę eſt, quod per incluſionem uocatorum, cenſentur omnes alij excluſi, iuxta doctrinam Bar. l. 2. §. uidendum ff. ad tertu. ita arguit And. Sicu. in ſimili ſtatuto, conſ. 16. col. 2. & 3. lib. 2. Soc. Iuni. conſ. 30. nu. 34. lib. 1. & in hoc eodem Decreto, idem Noni. d. conſ. 10. nu. 12.
49 † Septimo reſpondetur, quod ſi conſiderentur diligenter tam perſonę incluſæ, & uocatę ad ſucceſsionem, quam etiam perſonæ excluſæ per d. Decretum, inter perſonas incluſas, & uocatas non reperietur Patruus, uocantur enim filij, & omnes Deſcendentes maſculi reſpectu illius, de cuius hęreditate agitur, ac etiam Collaterales, ſiue Tranſuerſales maſculi, non tamen omnes, ſed tantum ij, qui tranſuerſales ſunt deſcendentes ab eodem Patre, & Matre, ut in indiuiduo huius decreti probant late. Noui. d. conſ. 10. nu. 10. & Simo. dę Pret. d. conſ. 59. nu. 8. & ſeqq. inter huiuſmodi Collaterales Patruus connumerari non poteſt, ut per eoſdem dictis locis diffuſe habetur, merito in d. decreto non eſt comprehenſus. Nec inter excluſas perſonas reperiuntur Neptes ex fratre, ſtantibus Patruis, cum in eo quoad tranſuerſales fœminas excluſas tantum mentio ſororis reſpectu fratris reperiatur, ut ex lectura ipſius Decreti apparet, & clare etiam deducitur per dd. D. D. Conſulentes, non poteſt ergo prædictum Decretum ad hunc caſum noſtrum extendi ex ſupra dictis.

Poſtremo, ne ulterius in re clara tam ex iuris diſpoſitione, & communibus traditionibus Doctorum, ac etiam interpretatione ſubſequuta immoremur,
50 † quod huiuſmodi decretum Guido Baldi, ac alterum in eadem materia Federici Excellentiſsimorum Ducum Vrbini, non includant Patruum ad excluſionem ſororis, late probarunt multis rationibus, Noni. d. conſ. 10. nu. 9. & ſeqq. uſque ad fin. & Simo. de Pret. d. conſ. 59. per totum, qui in principio eius conſilij aſſerit ſe ſubſcribere quamplurimis alijs celeberrimis Doctoribus Gymnaſij Patauini, Bononienſis, & Peruſini, qui eandem opinionem ante eum firmarunt, in col. autem final. uerſiculo Poſtremo &c. teſtatur, pluſquã ſepties decies ſuper dictis Decretis iudicatum fuiſſe in ſtatu Vrbini, & nunquam Patruum admiſſum eſſe ad excluſionem filiæ, uel ſororis, & ſolummodo Decretum obſeruatum fuiſſe in ſucceſsione Patris, Matris, Auiæ, & Fratris ad excluſionem filiarum, & ſororum, deſcendentiumque earum, admiſſos fuiſſe filios, & fratres, eorumque deſcendentes Maſculos, & ab huiuſmodi interpretatione recedendum non eſſe. l. ſi de interpretatione. & l. minime. ff. de legi. Et licet ij proprie loquantur, quando fuit contentio inter Patruum, & ſororẽ in ſucceſsione fratris, reſpectu ſororis, Nos uero, quando eſt controuerſia inter Neptes, & Patruum in ſucceſsione fratris, reſpectu illius Petrui, Attamen cum eędem rationes, & argumenta, quibus illi concludunt illo caſu Patruum non contineri dictis decretis, militent etiam in caſu preſenti, non eſt, cur dubitemus, idem eoſdem omnes reſponſuros fuiſſe in iſto caſu, ſi de eo interrogati fuiſſent.

Ex quibus concludo in pręſenti caſu predictas, Neptes æqualiter in ſtirpem admitti cum Hieronymo Patruo, ad hæreditatem Octauiani non obſtantibus dictis ſtatutis, & decreto.

CONSILIVM LXXXIIII.

Argumentum.

Patronus in Eccleſia Patronata an preſentari poſſet per procuratorem ipſius?

Et an in ipſa preſentatione requiratur preſentia eius qui preſentatur.

SVMMARIVM.

Preſentati preſentia requiritur in ipſa preſentatione, ut illa teneat nu. 1 & ſeq.
Pręſentatus quis dici non poteſt niſi ſenſibus corporis eius cui ſit preſentatio probatus ſit nu. 2.
Preſentatum inſtituere tenetur Epiſcopus in Eccleſia patronata, ſi idoneum reperit nu. 3.
Idoneum ad Eccleſiam Epiſcopus iudicare non poteſt niſi ex examine, & aſpectu nu. 4
Pręſentati preſentia, eſt de forma preſentationis nu. 5.
Lim. quando preſentatus notus eſt Epiſcopo nu. 6.
Quę lim. non eſt tuta nu. 7.
Vel procedere poteſt in noto ita, & taliter, ut nullã exigat examinationem nu. 8.
Lim. ſecundo quando preſentatus eſt inſtitutus, quia preſumitur ꝙ fuerit notus nu 9.
Quę limitatio non procedit quando Epiſcopus inſtituit, ſit, & quatenus de iure nu. 10.
Pręſentatio non tenet ſi facta ſit de perſona patroni per procuratorem patroni nu. 13. 14.
An idem ſit in donatario nu 15
Etiam ſi procurator ſit ſolum ad preſentationem faciendam, & generaliter ad quęcunque alia negocia. nu. 16.
Lim. ſi preſentatio facta ſit a pluribus alijs compatronis cum d. procuratore preſente 19
Contra nu. 20
Collator beneficij nõ poteſt beneficiũ recipe a ꝓcuratore

ſiue commiſſione ipſius ad conferendum nu. 17.
Faciens per alium per ſe ipſum facere uidetur nu. 18.
Dictio, dicti, refert omnes omnino precedentes, & de quibus ſupra quis loquutus eſt nu. 12.
Dictio, omnes, nullum excludit nu. 13.
Præſentatio non ualet facta a pluribus compatronis, ſi inter illos preſentantes adeſt ipſe preſentatus, ſeus ſi ſi ille preſentatus non ſe ingerit preſentationi, licet patronus ipſe quoq; ſit nu. 21.
Mandatum factum per patronum ad preſentandum in Eccleſia patronata non uidetur datum pro ſe ipſo in dubio nu. 22.
Lim. ſi in ſpecie datum ſit mandatum ad preſentandum in caſu ſpeciali nu. 23.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

1 QVOD preſentatio facta de Andrea Clerico non teneat, probatur primo † quia facta fuit de abſente, cum tamen, ut ualeat præſentatio, requiratur preſentia preſentati, quia preſentari dicitur is, qui prębetur ſenſibus corporis noſtri, ut eſt celebris clem. dudũ uers. preſentari, ubi Card. 4. not. de ſepult quam ſequuntur Abb in c. ea noſcitur ad fin. de his quę fi. a Pręlat. & conſ. 96. lib. 2. Io. Andr. c fin. de iur. patro. e. vno. eo. tit. in 6 Rot. decis. 211. Non ſufficit. in no. Cæs. Lamber. in tract. de iur. patro. lib. 2. par. 1. arti. 1. & diffuſe eo. lib par. ea. 1. q. xj. princi arti. 1. idem eo. tract lib. 2 par. 2. q. 1 arti. 22. & d. lib. 2. q 3. arti. 1. nu. 4 & in d. par. 1. arti. 1. teſtatur, ita ab omnibus commu-
niter teneri, prout uerum eſt, Et probatur præ
2 cipue duplici ratione, † prima quia non poteſt quis dici preſentatus, niſi ſenſibus corporis eius, cui fit preſentatio, prebitus ſit ſecundum d. glos. clem. dudum & probatur l. 1. in princi. ff. de uerbo. oblig.
3 † ſecunda quia Epiſcopus, q inſtitutionem de præ
4 ſentato facturus eſt, debet idoneum inſtituere, † quam idoneitatem diſcernere non poteſt, niſi ex examine, & aſpectu propter qualitates, quę melius inſpici, & conſiderari poſſunt proſpiciendo Eccleſiæ ſi pręſens inſpiciatur, & loquens audiatur, ut poſt Paul. Eleaz. Card. Lap. & alios tradit idẽ
5 Cæsar. Laber. d. xj. q. princi. arti. 1. nu. 3. † concludens propterea poſt Gay. & alio pręſentiam pſentati eſſe de forma preſentationis, ita ut ea omiſſa, pęſentatio ſine dubio reddatur nulla, In tantum, ut neq; conſuetudine aliqua induci poſſit ualere pręſentationẽ ſine pręſentia pręſentati Abb. conſ. 76. in 3. dubio lib. 2. arg. c. 1. de conſuet. & dicit uerisſimum idem Cæs. Laber. d. q. xj articu. ſecundo.

Non obſt. q Andreas iſte notus eſſet Inſtituen-
6 ti, † quo in caſu non requiritur præſentia ſecundum Abb. d. c. ea noſcitur. ſub nu. 3. in fin. Bal. c. conſtitutus. el. 2. col. 2. de appell. Curt. de iur. patro. uers. honorificum. q. 6. cum alijs, qui in contrarium citantur. Quia reſpondetur Primo huiuſmodi declarationem non eſſe omnino tutam, quia cum præſentia requiratur, ut fieri poſſit examen pro forma, ut ſupra dictum eſt, non poteſt etiam notus admitti abſq; pręſentia, Vt arguit Cæs. Lamb. d q. xj. artic. 3. ſub. nu. 5. uers. illa quę uidetur limitatio &c. licet ipſe conetur aliqualiter reſpondere.
8 Secundo dato q ſit uera, † ea procedere poteſt in eo, qui taliter, & ita notus eſt, ut nullam penitus exigat examinationem, ut declarat, & firmat idem Lamber. d. arti. 3. ſub nu. 6. uers. & per hoc uidetur dicendum & c. ibidem in ult. artic. ſub nu. 6. uers. reſtringe modo primo. Andreas iſte non probatur et, qui inſtituit, ita notus. merito &c.
Non obſt. quod pręſentatus hic ſit acceptatus ab
9 inſtituente, cum illum inſtituerit, † quo caſu cum inſtituens præſumatur inſtituiſſe, quia haberet notitiam ipſius, ualet preſentatio, & inſtitutio ſecundum Abb. d. conſ. 76. in tertio dubio. Curt. d. uers. honorificum q. 6, & Cæs. Lamber. d. tract. lib. 2. par. 1. q. xj. arti. 4. Quia hoc poteſt habere locum, quando ſuperior ſimpliciter pręſentationem admiſit, & inſtitutionem ſimpliciter fecit,
10 ut predicti loquuntur † ſecus quando ſuperior admiſit preſentationem, & inſtituit, ſi & in quantum de iure procedit, ut hic, quia tunc cum de iure ut ſupra non teneat, illa admiſſio nihil releuat etiam ex mente ſuperioris, ita qualificate inſtituentis.

Secundo non tenuit prędicta preſentatio, & in-
11 ſtitutio ex defectu poteſtatis preſentantis † fuit. n. Andreas preſentatus a Nicolao ipſius procuratore, ut patet in ipſa comparitione, ad preſentandum. ibi, comparet Nicolaus nomine ſuo proprio & procuratorio Andreę. Secundo in eadem compa
12 ritione, ibi, omnes dicti proponentes, † ponderando dictionem, dicti, quę refert etiam Andream ſupra nominatum l. fin. ubi not. C. de hęred.
13 inſti, † ac etiam illam aliam dictionem, omnes, quę nullum patronum excludit, inter quos erat etiam Andreas, iuxta l. Iulianus de lega. 3. Tertio clarius in libello producto, ibi, pręſentationis factę per Nicolaum, uti Andreę procuratorem, iuxta l. cum precum. & ibi not. C. de lib. cau. Quarto in relatione facta in edicto per ordinarium de huiuſmodi preſentatione, dum dicitur. factam nomine Andreę, Quinto ex ſententia, ſiue eius perfectione, ibi, uiſa præſentatione facta per Nicolaum procuratorem Andreę, ita ut conſtet undequaque ſine dubio Nicolaum predictum huiuſmodi preſentationem feciſſe procuratorio nomine
14 Andreę, † procurator autem patroni non poteſt pręſentare illum in Eccleſia patronata Cardin. & Io. Andr. & poſt hos Abb. c. ex inſinuatione ad fin. de iur. patro. ubi id not. pro ampliatione ad d. c. per ueſtras, ut quod dicitur ibi, neminem ſe ipſum pręſentare poſſe, locum habeat non ſolum ſi quis per ſemet ipſum ſe preſentet, uerum etiam ſi per procuratorem, quinimo idem intelligunt Docto. dictis locis in donatario iuris preſentandi
15 pro illa uice † Et licet aliqua ſit dificultas quoad hoc in donatorio predicto, quãdo tamẽ conceſſio iuris preſentãdi eſt facta alicui tãquã procuratori ut hic, eſt clariſsimũ, ut poſt alios clare explicat Cur. de iur. patro. uer. ipſe uel is a quo causã q. 20 uers.
licet

licet Io: de Imol. &c.uſque ad finem eius q. idem
tenet Lamber.d.tract.de iur. patro.lib. 2.par. 1.q 8.
16 arti.9.†ſiue is ꝓcurator cõſtitutus ſit ad preſentan
dum ſolũmodo,ſiue ad pręſentandum etiam, & ge
neraliter adquecũq; alia negocia. Ratio autẽ huius
extẽſionis ad d.c. per ueſtras,eſt,quia actus attribui
tur ei,cuius nomine fit l.1.ff.de ui.& ui.arm.c. cũ qs
17 de ſent. exco. lib.6.† & ideo in ſimili ſi collator be
neficij tranſtulit in alium poteſtatem conferendi,
ut in commiſſarium, nõ poteſt eb eo beneficiũ reci
18 pere,quia ſibimet conferret,†cũ qui per alium facit
per ſe ipsũ facere uideatur.c.qui per alium.de reg.
iur, lib. 6. Abb.& Docto.c.ult. de inſtit. Lamber.
lib. 2. par. 1. q. 8. arti. 9. ſub nu. 3.de iur. pat.
19 Nec dicatur,†ꝙ alij patroni etiam pręſentarunt
Andreã, &,ſi non ſubſtinetur preſentatio uti a ꝓ-
curatore ſuo ꝓprio facta, ſubſiſteri poterit uti ab
alijs celebrata,quaſi hoc caſu non habeat locũ diſ-
poſitio.c.per ueſtras,ut uidetur dicere Abb.c.cũ in
20 Iure de elect. †quia.reſpõdetur,hoc eſſe falsũ,quin
immo iſto quoq; caſu preſentatio non tenet, quia
qñ ipſe ſe ipſum cum alijs compatronis preſentat,
eadẽ adeſt ambitionis ratio,quia ſe ipſum pręſẽtat
& utile per inutile uitiatur. Abb.poſt alios d.c.cum
in Iure.col.ulti.& cõſ. 25.col. 2.lib.2.Lambert.d. li.
2.par.1.q.8.arti.6.vbi in fine dicit hanc eſſe ipsã ue
ritatem, & licet loquatur in ipſis patronis,idẽ tamẽ
intelligendum eſt in procuratore ex ſupra dictis.
Ex quo tollitur penitus, quod in contrarium di
citur, Andream non indigere uoce ſua, & ſibi ſuf
21 ficere uocẽ compatronorũ, quia licet ſufficerent
per ſe,quãdo ſoli alij compatroni pſentaſſent, quia
tñ ipſe per procuratorem ſe ipſum pręſentauit cũ
alijs compatronis, uitiatur præſentatio, ut ſupra.
22 Non ob.† quod in dubio non uideatur patronus
mandatum concedere ad preſentandum ſemetipsũ
maxime cum ſit abſens a loco preſentationis.Lam
23 ber.d.art.9.ad fin.quia reſp.†hoc ꝓcedere,quando
datur mandatum generale ad omnia, non,quando
ad preſentandum in caſu ſpeciali, ut hic. quia hic
dari uidetur in fraudẽ Lamb.ibidem in primo caſu.
Ex quibus dubio procul concludendum eſt, hu
iuſmodi preſentationẽ,& inſtitutionẽ nullã fuiſſe.

CONSILIVM LXXXV.

Argumentum.

De ſtatuto Reatino, quo uetatur Vxorem teſtari poſſe non citato viro ad intereſsẽdũ, quomodo intelligat. Et an ualeat, & quando.
Et poſito quod ualeat,an intelligatur etiam prohibere codicillari.
Et qñ credatur nuncio ſiue Baiulo atteſtanti de citatione per ſe facta.
An citatio facta domi ualeat,nõ facta diligẽtia de repiẽdo pſonaliter citatũ.

SVMMARIVM.

Statutum Reatinum uetat Mulieri coniugatę teſtari, niſi citato Viro per Baiulum,uel per alium pręſente notario,qui de requiſitione rogatus ſit,uel preſentibus teſtibus fidedignis perſonaliter ſi repertus fuerit,alioquin domi ſuę ſolitę habitationis, preſentibus, uel audientibus uicinis,uel habitantibus in ea domo ad intereſſendum, ſi uoluerit eius teſtamento, ſtata hora. nu. 1.
Dummodo certos conſanguineos habeat nu. 4.
Quod quomodo intelligat calrius declaratur n 11.& ſeq.
Statutum quo cauetur non ualere teſtamentum Vxoris ſine interuentu Viri non ualet nu. 2.
Contra abſolute, & ſimpliciter nu. 19.
Sed ſubſtinetur prima opinio qñ õnino probiberet teſtatori,non cũ probiberet ſine certa ſolemnitate nu. 20.
Baiulo ſiue nuncio atteſtanti ſe citationem feciſſe creditur nu. 3.
Quę opinio ualde dubia eſt nu 2.
Ea tamen retenta non procedit ubi agitur de graui preiudicio nu. 22.
Nec referenti id quod ad eius officiũ nõ ptinet nu. 23
Nec ſi ſtatutum requiri in actu citationis preſentiã alicuius, uel quid aliud nu. 27.
Teſtamentum factum contra ſtatuti probibitionem ualet ſi ſtatutum illud non annullat. nu. 5.
Contra nu. 33.ubi quod hęc ultima eſt communis.
Maxime ſi ſtatutum non loquatur probibitiue, ſed tantum non permiſsiue nu. 6.
Teſtari probibitus non dicitur probibitus codicillari nu.7.
Contra ſecundum communem nu. 34.
Et ſecundum ueriorem nu. 35.
Et quę ſint rationes nu. 36.& ſeq.
Codicilli proprie non ſunt teſtamenta nu. 8.
Statuta maxime iuris communis correctoria recipiunt ſtrictam interpretationem nu. 9.
Teſtamentum ualere in dubio pronunciandum eſt nu. 10.
Huiuſmodi dictio refertur ad ſupra expreſſa,non ad exprimenda nu. 11.
Supraſcriptis caſibus,uerba,ſunt relatiua pcedentiũ nu 13
Indiffiniteq; prolata equipollent uniuerſali nu. 14.
Quodlibet,dictio,attribuit cuilibet actũ inſolidum nu. 15.
Lex uel ſtatutum probibens quid fieri ſine certa ſolenitate, reſiſtit actui ne fiat, & inducit illud pro ſolenitate, qua non ſeruata actus eſt nullus nu 16.
Etiam ſi lex, uel ſtatutum actum non annullet nu. 17.
Statutum tantę poteſtatis eſt in ſua Ciuitate, quanta eſt lex in communis in ſuo uniuerſo nu. 18.
Nuncio ſiue Baiulo dicente ſimpliciter citaſſe aliquem, intelligitur domi,non perſonaliter nu. 24.
Citatio facta domi tũc demum ualet ſi nuncius diligentiam fecit, in reperiendo perſonaliter, ſi in lege. uel ſtatuto dictũ ſit citationẽ faciendam pſonaliter poteſt nu. 25.
Nec ſatis eſt nuncium dixiſſe in relatione ſe feciſſe omnia ſecundum legem, uel ſtatutum nu. 26.
Baiuli, & nuncij, ſt plurium ſunt perſonę uiles,quę ſolent fraudes multas perpetrare nu 28.
Citatio non continens locum. in quo citatus comparere debeat, non ualet nu. 29.
Citatio requiſita ad actum intelligitur de legitime facta nu. 30.
Citatio nulla eſt forma citationis omiſſa nu. 31.
Statutũ nolẽs teſtamẽtũ,uel qd aliud fieri pcedẽte citatione,uel aliquo alio intelligit pbibere fieri ſine illo n. 32.

Teſtandi, & codicillandi, ſiue fideicommittendi poteſtas equiparantur nu. 36.
Maius, & minus quando ſunt diuerſa prohibito quod maius eſt, non cenſetur prohibitũ quod minus eſt nu 37
Niſi maius tamquam genus, minus tamquam ſpecies ſit nu. 38.
Teſtandi facultas data eſt omnibus, ut libere poſſint ſibi heredes conſtituere nu. 39.
Teſtandi facultatem auferens, aufert poteſtatem priuandi uenientes ab inteſtato nu 40.
Codicillis grauantur uenientes ab inteſtato reſtituere per fideicomiſſum inſtitut.s nu. 41.
Prohibitus una uia, alia ad id peruenire non permittitur nu. 42.
Maius ſi alicui licet, licet etiam quod eſt minus nu. 43.
Et econtra nu 44.
Etiam in correctorijs nu. 45.
Clara ubi res eſt, non eſt locus coniecturis. nu.46.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

1 SVppoſito ſtatuto Reatino cap. 18: de iur. dot. li. 2. in ea parte, in qua mulieri cõiugatę datur facultas diſponẽdi p teſtamẽtũ de ſuis bonis in totum uel de certis partibus ſecundum uarias contingentias caſuum, ut ibi, dummodo maritum requirere, & citare fecerit p Baiulum, uel aliũ preſente notario, qui de requiſitione rogatus fuerit, uel preſentibus teſtibus fidedignis perſonaliter, ſi repertus fuerit, alioquin domi ſuę ſolitę habitationis preſentibus, uel audientibus uicinis, uel habitantibus in ea domo ad interceſſendũ ſi uoluerit eius teſtamento ſtatuta hora.

2 Et D. Siluiam quõdam Barnabei Mariani de d. loco condidiſſe eius ultimum teſtamentum ſubtus Porticum S. Francisci d. loci, in eoque inſtituiſſe Papirium, Petrum, Thomam, & Io: Andream de Chiapparis eius fratres conſobrinos, ſubſtituiſſeq; eis morientibus ſine filijs Conuentum & fratres d. Eccleſię S. Franciſci.

3 Et in d. teſtamento appoſitam fuiſſe clauſulam codicillarem in forma.

4 Et notariũ. rogatũ de d. teſtamẽto illo ſcilicet cõpleto, in eius calce appoſuiſſe hęc formalia uerba. Eodem inſtanti, loco, & coram ſupra dd. teſtibus Io: pub. Baiulus retulit mihi Not. &c. ad inſtantiam ſupra dictę D. Siluię ad d. teſtamentum faciendũ D. Brutum Herilacum eius uirum citaſſe, Demum 5 que d. Brutum maritum predicto teſtamento minime preſentem fuiſſe, quinimo negare ſe citatum fuiſſe, aliterq; de citatione, eiuſque forma non apparere, quam ſupra ex atteſtatione d. notarij.

Dubitatur an predictum teſtamẽtum ſuſtineatur? in qua hæſitatione uidetur reſpondendũ affirmatiue, hoc eſt teſtamentũ prędictum omnino ualere, etiam quod non fuerit facta citatio mariti ali 2 quo modo, aut ſecundum formam d. ſtatuti, † quia huiuſmodi ſtatutum, non uidetur ualere, cum ſtatuentes interdicere non poſsint mulieri ſine interuentu uiri de ſuis bonis in ultima uoluntate diſponere, auferent enim liberum in ultimo uitę ſpiritum quod non redit, arbitrium contra l. 1. C. de ſacro. Eccel. & contra l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uer. ob. ubi id pacto fieri nõ poteſt, ergo nec per ſtatutũ, ut argum Bar. l. omnes populi. 3. q. 3. q. prin. ff. de iuſt. & iur. & dc&. d. c. ult. de conſue. lib. 6. prout his, & alijs rationibus uoluerunt Paul. Caſt. in l. ex facto in. princ. col. 2. ubi etiam Aret. col. 4. not. 8. Alex. col. 2. de vul. idem Alex. conſ. 55. in fi. lib. 1. & conſ. 135. col. 2. & ſeq. lib. 2. late Ias d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. 1. not. & l. non idcirco. C. de Codicil. & conſ. 127. col. 5. lib. 2. Io. Lup. ad rub. de don. inter uir. & vx. ideo ſpreto d. ſtatuto. D. Siluia uidetur ad libitum potuiſſe teſtari, etiam marito non citato ſecundum ius commune, quo iure cautum non reperitur ita liberam facultatem teſtandi alicui reſtrictam.

Secundo eadem ſententia probari uidetur, quia quando eius huiuſmodi ſtatutum ualidum eſſet, Domina Siluia uidetur ſecundum eius ſolemnitatem teſtamentum confeciſſe, cum eius maritum citari fecerit, iux ſtatuti prędicti formam, ſtante atteſtatione notarij de relatione ſibi facta per Ioanem Ba-
3 iulum, † cui baiulo creditur in his, ut probari uidetur l. 1. § cura carnis ubi Bal. ff. de off pfect. urb. l. magis puto. §. ne tamen. ubi glo. & Bar. ff. de reb. eorum. Bar. ad repri. uer. per nuncium ad fin. ubi id dicit in praxi ſeruari. Dec. dicens commissionem .c. cum parati de app. & latius Tiraq. de retract. ling. §. 8. glo. 9. nu. 119. & ſeqq.

Tertio fortius, quia ſi uerba ſtatuti diligenter penſitentur, ut ex aduerſo audio ponderari ex diſ-
4 poſitione ipſius ſtatuti † citatio prędicta requiſita uidetur ſolummodo quando mulier nupta habet filios, uel nepotes, quo in caſu poteſt diſponere tantum de tertia parte ſuorum bonorum, uel quando filios uel nepotes non haberet, ſed fratrem, uel ſororem, quo caſu poteſt diſponere de duabus partibus ex tribus, quando uero nec filios, nec nepotes, nec fratrem, uel ſororem, uel patruum haberet, poteſt diſponere de omnibus bonis, & etiam ſine d. citatione, ut uidetur colligi ex d. ſtatuto in illis uerbis, & ſi dictos cõſanguineos non haberet, talis mulier ſit libera a tali conditione &c. D. Siluia nõ habebat huiuſmodi cõſanguineos tẽpore conditi teſtamenti ut præſuponitur, merito libere ſine d. citatione potuit teſtari. ergo ſi ad cautelem adhiberi fecit, quamuis adamuſsim forma non eſſet ſeruata. non uitiaret arg. not. per Bar. l. heredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſta. & per Dec. in l. nihil tam naturale nu. 5. ff. de reg. iur.

Quarto eſto quod ſtatuti uerba, & mens cõprehendant generaliter caſus omnes, & conſequenter etiam illum in quo nullus ex dd. agnatis extaret, ad-
5 huc idem uidetur, † quia ſtatutum predictum non loquitur prohibitiue expreſſe, ut patet, dum inquit tales mulieres poſſe teſtari, dummodo obſeruent d. ſolemnitatem citationis, Immo nec ſi id non fiat, actum annullat, quo caſu ualet teſtamentum, cum ſpecifice actum non annullet Abb. c. apoſtollicam col. 3. uers 2. de regula. quem ſequi-
6 tur Ang. Clau. uer. lex. uers 17. † quod ſine dubio procedere poteſt quando ſtatutũ uel lex non loquitur prohibitiue, ſed non permiſsiue, ut hic,

tur

quia tunc actus, qui fit in contrarium, non eſt om
nino nullus, niſi lex expreſſe annullet Sal. l ult.
per tex. illum iuncta ibi l. preceden. C. de ſent. ex
breui, recitan. Ias l. 1. C. de ſum. trin. Caſſ. conſ.
39. pro deciſione in 8. dubio, vnde predictum teſ
tamentum ſubſtineri poſſe uidetur.

Quinto ſi uerba d. ſtatuti, côſiderêtur ea loquũtur
de teſtamêto, ibi habês factionẽ teſtamêts &c. iur
ſus, ibi, teſtari poſsit &c. item ibi, de alijs dua-
bus partibus teſtari, & diſponere poſsit, item ibi,
quod debeat intereſſe confectioni d. teſtamenti,
&c. & in fine ibi, d. mulier non obſtante uiri ab-
ſentia poſsit teſtari &c. in quibus locis aparet, q
ſtatuêtes requiſiuerunt in teſtamento mulieris nup
tę citationem mariti, quando ipſa uellet teſtari,
7 non ſi uellet codicillari,† regula autem uidetur eſſe
quod prohibitus teſtari abſolute, aut ſine certa ſol
lemnitate a ſtatuto ad eorrectionem iuris commu
8 nis, nõ dicatur prohibitus codicillari,† cum codi
cilli proprie non ſint teſtamentum, ſed large ſecũ
• dum omnes communiter • ad rub. de leg. 3. & l. 2.
9 ff. co.† & in ſtatutis maxime correctorijs ſtricta fiat
interpretatio, & uerba proprie accipiantur l. 3. §.
hęc uerba de neg. geſt. & not. aut. quas actiones. C.
de ſacro. Eccl. l ſi uero. §. de uiro l. ſi conſtante. ff.
ſol. mat. & ocr Doct. paſsim. & ita in terminis te-
net Ang. conſ. 7. ex d. Temate. plura dubia & c.
col. ult. ad fin. & non nulli alij ſequuti ſunt, quo
ſtante cum in d. teſtamento adſit clauſula codicil-
laris, quę ſubſtinet teſtamentum, ut codicillos ut
notum eſt, uidetur quod ſaltem predicta diſpoſi-
tio tenuerit ſine aliqua citatione, ut codicilli, ſi non
poſſet ſubſtineri ut teſtamentum.

Sexto, & ultimo quatenus hęc omnino non ſub
ſtinerent d. teſtamentum, cum uideatur ſaltem ne
10 gari non poſſe, quin rem dubiam conſtituant,† in
dubio pro teſtamenti ualiditate reſpondendum eſt
l. uel negare. ff. quoad teſt. aper. cum concor.

Cęterum uerbis, & mente d. ſtatuti Reatini di
ligentiori cura, & ſtudio conſideratis, aç ueritate ſu
praſcriptorum in contrarium excitatorum melius
perquiſita reſpondendum eſſe cenſeo predictum
teſtamentum minime ſubſtineri poſſe.

11 † Siquidem luce clarius mens dd. ſtatuentium ex
uerbis colligitur, quod tres caſus habuerint in con
ſideratione, vnum in uers. & mulier nupta habens
&c. quando mulier nupta factionem teſtamenti ae
tiue habens habet etiam filios, uel filias, uel ex fi
lijs nepotes, & in eo concedit, ut poſsit teſtari,
& diſponere ad libitum de tertia parte tantum ſuo
rum bonorum, in reliquis duabus partibus ſucce-
dunt ei filij, ſeu nepotes ex dd. filijs mulieris ex.ſ
tentis. Secundum in uers. & ſi filios uel filias &c.
quando huiuſmodi mulier nec filios, nec filias, nec
nepotes ex eis habet, & in hoc permittitur mulie
ri teſtari de duabus partibus ſuorum bonorum, re-
liqua tertia pars reuertitur ad conſanguineos ipſius
uidelicet fratrem, uel ſororem carnalem non nup
tam, uel patruum. Tertium in uers. & ſi dictos con
ſanguineos non haberet &c. quando nec filios, nec
filias, nec nepotes ex eis, nec conſanguineos, de
quibus ſupra haberet, in quo diſponitur quod mu
lier de uniuerſis ſuis bonis teſtari poſsit, & hoc
eſt, quod dicit ſtatutum talis mulier ſit libera a tali

cõditione, hoc eſt relinquendi tertiam, uel duas par
tes de tribus ſuorum bonorum ſecundum caſus cõ-
tingentiam, ut ſupra. onus enim illud relinquendi
dd. partes, uel non diſponendi de illis ſtatuentes
appellant conditionem largo quodã modo loquen
di, quo ut plurimum huiuſmodi ſtatuentes utuntur

Nec intellectus, qui ex aduerſo illis uerbis da-
tur, uidelicet, quod d. tertio caſu mulier poſsit
diſponere de rebus ſuis ſine requiſitione, & cita-
tione mariti, recipi ullo modo poteſt, quia illa dic
tio, tali, iuncta cum alia conditione, non poteſt
referri ad d. citationem, de qua non dum fecerant
ſtatuentes uerbum aliquod, ſed faciunt poſtea in
uers. dummodo, qui ſubſequitur, cum illa dictio
12 tali ponatur. pro huiuſmodi, l que refertur ad ſu
pra expreſſa, non ad infra exprimenda Bar. l. ſi
quis ſuum. §. vlt. ff. de leg. 2 Paris. conſ. 40. nu.
8 lib. 4. & alibi alij paſsim. His tribus caſibus po-
ſitis ſubijciunt ſtatuentes in uers. dummodo in ca
ſibus ſupraſcriptis, vel aliquo ipſorum, teneatur mu
lier requirere, & citari facere maritum &c. &
ſic clare liquet ſolemnitatem, ſiue formam citatio
nis de perſona mariti ſtatuentes requirere in omni
bus, & ſingulis caſibus ſupraſcriptis, atque ita etiã
quando mulier nupta filios, filias ue, uel nepotes
ex eis, uel conſanguineos, de quibus ſupra, non ha
13 beret, ut in caſu preſenti, l nam illa dictio ſupraſcri
ptis eſt relatiua precedentium caſuum Bar. l. 1. §.
hoc edicto in fi. ff. de poſtul. u. Soec. Iun. conſ. 170.
14 circa primum nu. 33. lib. 2. & alibi paſsim. † Et in
definite prolata ęquipollet uniuerſali l. ſi pluribus
• ff. de leg. 2. ubi Bar. & ceteri communiter, • atque
ita perinde eſt, ac ſi dixiſſet ſtatutum, in omnibus
ſupradictis caſibus, quę uniuerſalis locutio com
prehendit etiam tertium caſum, qui eſt noſter, &
quod mens ſtatuentium illa fuerit expreſſius col-
ligitur ex ſubiecta alia dictone ſtatim, ibi, & quoli
15 bet ipſorum ſcilicet ſupraſcriptorum, † que dictio
attribuit cuilibet actum in ſolidum ut tradit glo. in
d. l. ſi pluribus, ubi etiam Bar. & alij de leg. 2. &
ita in quolibet dictorum trium caſuum requiſitio.
& citatio eo modo, quo exigit ſtatutum, requiſi-
ta eſt ſine dubio. Vnde cũ d. domina Silvia ſolem
nitatẽ a ſtatuto requiſitam non adhibuerit in d.
ſuo ultimo teſtamento, ſine dubio illud nulliter fe-
16 cit, † quia quando lex, uel ſtatutum dicit quid non
poſſe fieri ſine certa ſolemnitate, & huiuſmodi lex,
uel ſtatutũ reſiſtit actui, ne fiat, & obligationi, & cõ
ſequenter inducit illud pro ſolemnitate, qua non
obſeruata actus eſt ipſo iure nullus Bal. l. 1. in fi.
C. qui admitt. Doct. l. 1. & 2. ff. de lib. & poſt, &
l. cum hi. §. ſi pretor de trans. Idem clare Bal. in l.
ſi quis mihi bona. § ſi coram in fi. ubi Rom. & Alr.
de acqui. hęred. ac idem Bal. l. duobus ff. de vulg.
& pupi. & in rub. C de reciſ. uend uers. quãdo
que requirerentur quedam ſolemnitates &c. ubi
id firmat pro certo, quando quid requiritur in ac-
17 tu, vel ante actum, ut h e, † & hoc procedit etiã
quod ſtatutum actum non annullet, ſi illud obſer-
uatum non fuerit Ang. conſ 170 quia actus eſt fac
18 tus contra legem. l. non dubium. C. de leg. † cum
tamen ſit Poteſtatis ſtatutum in ſua Ciuitate, quan
tę eſt lex comunis in ſuo uniuerſo. l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. de ſum. trin. proui actum
factum

factum contra legem eſſe nullum ipſo iure firmat
Imo. l. 1. col. 4. & ibi Aret. pariter col. 4. ff. de
teſta. latiſsime poſt hus, & nonnullos alios tradit
Tiraq. poſt. ll. conub. in glo. 1. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.
Quibus ſtantibus tota difficultas preſentis conſul-
tationis conſiſtit in ſummouendis contrarijs ſupra
allegatis, quia ijs remotis certiſsima remanet con-
cluſio teſtamentum predictum nullum eſſe.

Non obſt. igitur primo huiuſmodi ſtatutum adi
mens liberam facultatem teſtandi non ualere ſecun
dum Paul. Caſt. Aret. Alex. Iaſ. & Io. Lup.
19 ubi ſupra † quia reſpondetur predictam opinionē
ſimpliciter aſſumptam falſam & exploſam eſſe ma
gis communiter, quin immo huiuſmodi ſtatutum
ualet ut preſuponit Bar. d. l. non ideirco. l. ſi cum do
tem. §. eodem autem tempore, ubi etiam alij ff. ſol.
mat. & conſ. x. uiſo ſtatuto, in princ. Bal. in rub.
C. de contra empt. q. 24. in l. ex duobus. §. ult. an
te ſi. de vulg. conſ. 208. lib. 3. conſ. 139. lib. 5. in
d. l. omnes populi col. 7. uerſ. item ſi ſtatutum di-
cat. Sali. l. 1. C unde uir. & uxor. Corn. conſ. 241. col.
2. lib. 2. Ang. aut. ut fact. no. conſt. Iaſ. ſibi contra
rius in l. ex facto. 3. not. & rurſus col. 4. uerſ. facit
iſta lex, ubi Socc. col. 7. de vulg. Dec. conſ. 612.
in princ. fere. Affli. deci. 260. & alij alibi paſsim.
Et ratio potiſsima quod ualeat hoc ſtatutum, eſt,
quia non aufert liberam teſtandi facultatem om-
20 nino dicendo, quod non poſsit teſtari, † hoc enim
iniquum certe eſſet, & ſtatutum ita dictans non ua
leret, ut tenent in contrarium citati, ſed occurrit
imbicillitati ſexus mulieris, & propterea requirit
maiorem ſolemnitatem, quam in cęteris perſonis,
ut deducit Iaſ. d. l. ex facto, & latius poſt hos pro
ſequitur Tiraq. firmans hanc opinionem poſt. ll.
conub. glo. 3. nu. 90. & ſeqq.

Nō obſt. quod D. Silvia uideatur confeciſſe teſta
mentum cum ſolemnitate ſtatuti ſtante atteſtatio
ne Notarij ex relatione bauli, dicentis ſe citaſſe
maritum, cui creditur ſecundum communem de
qua per Dec. d. c. cum parati, de app. & per Tiraq.
21 d. glo. 9. nu. x. & ſeqq. † quia reſp. poteſt, quod
ualde dubia eſt iſta opinio, cum Doct. fuerint in di
uerſijs ſetentijs, an ſcilicet credatur nuncio dicen-
ti ſe citaſſe, quas late recenſet ſeriatim Tiraq. d.
glo. 9. nu. 1. & ſeqq. pluribus, ideoq; non eſſet
omnino ab re ab illa in contrarium citata recedere

Secundo dato quod ſtemus cum illa tanquā ma
gis communi, & in praxi obſeruata. reſp. illud non
22 procedere, † ubi agitur de graui preiudicio alteri-
us, ut hic. Bar. l. diuus. la ſeconda, col. 3. de cuſto.
reorum Alex. conſ. 75. col. pen. lib. 4. Dec. conſ.
94. col. 2. & alij plures ſecūdū Tiraq. d. glo. 9. nu. 39

Tertio quicquid ſit de hac queſtione, an credatur
nuncio referēti ſe citaſſe, uel notario atteſtāti de re
latione nuncij reſp. quod hic non uertitur dubium
an credatur predictis, ſed an citatio fuerit ſecun-
dum formam requiſitam, in quo nil atteſtantur iſ
ti, nam notarius ſimpliciter atteſtatur nuncium re
tuliſſe ad inſtantiam mulieris citaſſe maritum, &
dato quod in hoc ei credamus, non propterea ſe-
quitur citationem formiter factam fuiſſe, cum de
forma nil expreſſum ſit per nuncium in citatione,
minusque per Notarium in atteſtatione relationē
factam fuiſſe.

Etenim ſtatutum Reatinum nō ſolum requirit
citationem de marito, ſed eam fieri cum infraſcrip
tis qualitatibus.

Prima qualitas citationis, quam requirit ſtatu-
tum eſt, quod citatio fiat ad inſtantiam, & manda
tum mulieris teſtari uolentis, ut ibi, quod tenea-
tur mulier requirere, & citari facere, &c. de qua
requiſitione, & mandato non conſtat aliter quam
23 per relationem nuncij atteſtatam per notarium †
cui nuncio hoc ad eius officium minime pertinens
referrenti non creditur Io. And. ad ſpecu. de con.
tuma. Bar. d. §. cura carnis. Cin. & Bal. l. ult. C.
de exhi. reis. Franc. d. c. cum parati. ubi, Imo. &
Car. Alex. col. 7. uerſ. ſed qualiter. Alex. Alios
allegans l. ſciendum nu. 46. de uer. obl. Gui. Pap.
ſing. 87. Corn. conſ. 79. lib. 3. Tiraq. hos, & alios
allegans d. §. 8. glo. 9. nu. 20. de retract. ligna.

Secunda qualitas requiſita eſt, quod citatio fiat
perſonaliter, ſi poteſt, quod non conſtat obſerua
tum fuiſſe, cum ſimpliciter nuncius retulerit ci-
24 taſſe. † & in dubio intelligatur ſcilicet domi. Bal. l.
properandum. §. ſin autem reus. C. de Iudi. Alex.
conſ. 2. lib 3. & conſ. 219. lib. 6.

Tertia qualitas eſt, quod nuncius faciat diligen
25 tiam citandi perſonaliter, † ut denotatur illo uer-
bo in ſtatuto appoſito, ſi poteſt, quam diligentiā
non conſtat nuncium feciſſe Bar. l. 4. §. pretor col.
2. uerſ. ſed quod debet. de dam. infec. But. c. cauſam
col. pen. ubi Ab. quoq; col. 3. de do. & contum.
26 cum multis congeſtis per Tiraq. d. glo. 9. nu. 24. †
ubi docet hoc etiam procedere. ſi nuncius dicat ſe
feciſſe omnia ſecundum ius commune, & ſtatutorū
quod plus eſt, & hic dictum per nuncium non fuit.

Quarta qualitas requiſita eſt, ꝙ citatio fiat perſo
naliter preſente notario, qui de ea conficere debe
at inſtrumentum pub. uel ſaltem preſentibus duo
bus teſtibus fidedignis, quorum neutrum obſerua-
tum fuit in d. citatione, quod probetur. immo nec
nuncius refert hęc interueniſſe, ſed ſimpliciter re
tulit notario ſe Brutū maritum d. Siluię citaſſe, nul
la facta mentione, quod fuerit pſens notarius q ro
gatus fuerit, aut duobus teſtibus fidedignis preſen
27 tibus, ut requirebatur, † quando autem ſtatutum
procedit ulterius requirendo preſentiam, & rogi
tum notarij, uel ſaltem duorum teſtium preſentiā
ſignum eſt, manifeſtiſsime nolle credi ſoli nuncio
referenti, & de eo non omnino fidem habere, nec
28 mirum † quia huiuſmodi nuncij, ut plurimum ſūt
perſonę uiles, nec omnino probatæ fidei, quinim
mo multas fraudes, & falſitates ſolent perpretrare,
unde multis in locis ſtatuta de eis non confidunt,
ut de conſuetudine Pictonum ex conſtitutione Lu
douici xij. Regis Francorum refert Tiraq. d. glo.
9. nu. 32. & iſto caſu dubium non eſt nuncio ſoli nō
credi oſtante ſtatuto.

Quinta qualitas eſt, quod in citatione expſſa fue
rit hora conficiendi teſtamenti, ibi horam confi-
ciendi tale teſtamentum &c. quę appoſitio fuerat
omnino neceſſaria, ut maritus poſſet ſtata hora ac
cedere, ſi uellet, alias incerti temporis citatio ma-
rito non prodeſſet, ideóque prudenter appoſitio
horę requiſita fuit. hoc ſeruatum fuiſſe nō apparet,
cū nec notarius referat ſibi atteſtatū fuiſſe per d. nū
cium, nec aliter in citatione horā expreſſam fuiſſe

pro

probetur.
Sexta qualitas ſolẽnitatis huiuſmodi citationis
erat quod in citatione exprimeretur locus, in quo
teſtamentũ mulier facere intẽdebat, licet enim hoc
29 in ſtatuto non exprimatur, tamen ſubintelligitur†
quia de iure communi, ubicunque non eſt certus
locus, in quo citatus debeat comparere, in citatio
ne debeat exprimi Bar. l. ſi ut proponis la ſeconda
nu. 5. C. quomodo, & quando iudex, cum alijs
congeſtis per Nicol. Boe. in l. conſentaneum nu.
6. eo tit. qui idem ſequitur, ex quibus cum pateat
pluribus modis d. citationem illegitimam fuiſſe,
non eſſe ſatisfactum ſtatuto requirenti citationem
30 † qua intelligitur dummodo legitime facta fuerit
arg. l. 4. §. condemnatum de re iud. Rim. conſ. 87.
31 nu. 7. & ſeq. lib. 1. † & eſt clarum quod ſi forma ci
tationis ommiſſa ſit citatio eſt nulla, & quod poſt
eam ſequitur, nullum eſt l. 1. §. offilius. ff. nequis
eum qui in ius. uoc. eſt. ui. exim. Afflı. deci. 2. nu. 6.
Aſini. in ſua. praxi. ciuili. §. 6. c. 12. & 13. ubi la
te comprobat, & alios allegat.
Non obſt. quod in predicto caſu Siluia eſſet li-
bera a dicta ſollemnitate citationis in ducendo uer
ba ſtatuti ut ſupra in tertio arg. in contrarium for
mato, quia reſponſum fuit ſupra uers. nec intellec
tus, qui ex aduerſo &c.
Non obſt. quartũ dum dicebatur, quod ſtatutum
non loquitur prohibitiue, & ſi prohibitiue loque-
retur, non habet decretum annullatiuum, quo ca-
ſu ſollemnitate non obſeruata actus non uidetur
nullus ſecundum Abb. d. c. apoſtolicam col. 3.
uers. 2. & Ang. Claua. uer. lex, uers. 17. cum alijs
ſupra allegatis quia reſpondetur quod immo ſtatu
32 tum Reatinum loquitur prohibitiue, id quod pa-
tet, cum pręcipiat fieri d. teſtamentum preceden-
te d. citatione, hoc enim modo loquendo intelli-
gitur etiam uetare fieri ſine citatione arg. l. cum
lex. ff. de legi. l. 1. §. huius ſtudij ff. de off. eius l. q teſ
tamento. §. mulier. ff. de teſta. ut in ſimillimo ca-
ſu arguit Cepha. conſ. 421. nu. 31. lib. 2. ſecundo
ſtante hoc quod ſtatutum prohibitiue loquatur,
ad id quod dicitur in contrarium non ſufficere,
quia non adeſt decretum annullatiuum reſp. quod
33 immo d. decretum non requiritur, † paria. n. ſunt,
quod lex ſimpliciter actum prohibeat fieri, uel de
cretum ãnullatiuum apponat, ut in terminis tradit
Cpha. d. conſ. 421. nu. 32. allegans ad id Bar. in l.
non dubium 2 not. & ibi Bal. in 4. not. C. de legi.
Card. Alex. 1. ſub. q. 18. uers. & per hanc partem
de elect. & Dec. ubi per eum pluribus in locis, cõ
cludens ſufficere legislatorem prohibuiſſe, etiam
ſi non adiecerit clauſulam annullatiuam, ꝓ ut etiã
latius probat Tiraq. de legib. connu. in glo. 1. nu.
2. 2. 3. 4. & 5. quem ſupra ad id citauimus, ubi in
terminis etiam nominatim damnat Ab. in d. c apoſ
tolicam, & Ang. Claua. qui illum ſequutus eſt in
ſupracitato loco, ac etiam Sali. in l. ult. C. de ſent.
ex breui. reci. & eius ſectatores. dicens ab alijs ma
gis communiter reprobatos.
Non obſt. quod ſtatutum predictum prohibeat
teſtari, & non uideatur auferre poteſtatem diſpo-
nendi per codicillos ſecundum Ang. conſ. 7. col.
ult. ad finem, & conſequenter ult. d. diſpoſitio D.
Siluię uideatur poſſe ſubſtineri, ſi non ut teſtamen
tum proprie, ſaltem ut codicilli uirtute clauſulę
codicillaris in eo appoſitę, ut ſupra dictum fuit in
quinto fundamento, quia reſp. contrarium uerius
34 eſſe, † nempe eum qui non poteſt teſtari ſine cer
ta ſolemnitate nec etiam poſſe codicillari ſine illa
l. 2. ubi not. ff. de leg. 1. l. diuus §. codicillos & l.
conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codi. Rip. d. l.
2. nu. 2 Ias. in rub. de leg. 1. nu. 18. ubi dicit ſe pu
tare falſum illud conſ. 7. Ang. cum ſit contra tex.
in d. l. 2. Idem etiam contra Ang. tenet ibi, Soc.
iuni nu. 7. & ſeq. & mod. Perus. nu. 23. qui dicũt
ita omnes tenere, plenius etiam uidetur ſequu-
tus Ias. in d. l. 2. nu. 32. & ſeq. & ad huc latius
Bart. Soc. ibi nu. 3. 4. & ſeqq. ubi dicit hanc eſſe
35 communem opinionem Doctorum, † quę quidẽ
opinio non ſolum receptior eſt, uerum etiã uerior
cum habeat pro ſe rationes urgentiores, & plures
36 ut enumerant predicti in ſupra citatis locis. † prima
autem, & precipua, quia potentia teſtandi, & po
tentia fideicommittendi, ſiue codicillandi quoad
perſonas diſponentium ęquiparantur Bar. d. l. 2.
per illum tex. in princ. & ibi etiam Ias. & alij pre-
ſertim Soc. iuni. nu. 2. & dd. noſtri. mod. peruſini
ſub nu. 8. uers. certum &c.
37 Secundo † quia licet quando maius, & minus ſũt
diuerſa, & ſeparata prohibito eo, quod plus eſt, non
cenſeatur prohibitum id quod minus eſt l. relega-
38 torum. §. ult. ff de interd. & relega, † quando ta-
men unum comprehendit ſub ſe alterum, ut ſi ma
ius tanq; genus continet ſub ſe minus tamquam ſpe
ciem, prohibito maiore intelligitur prohibitus
etiam minor, quia minus tunc uenit neceſſario
prohibitum tamquam ſpecies ſub genere Soc. iun
d. l. 2. nu. 9. & comprobatur per eum, quia remo
to genere remouetur quęlibet eius ſpecies l. ſiquid
earum. §. interemptũ ubi Doct. ff. de leg. 3. §. vulgo.
queſitos inſt. de ſucceſſi. cognat.
39 Tertio † facultas teſtandi data eſt hominibus, ut
ad libitũ hęredes, & ſucceſſores ſibi cõſtituere poſ
ſint Cano. in rub. de teſta. atq; ita auferre hęreditatẽ
uenientibus ab inteſtato, & dare eis, qbus placuerit,
40 † unde quãdo alicui aufertur facultas teſtandi, intel
ligitur auferri, ne is poſsit auferre hęreditatẽ ueni-
entibus ab inteſtato arg. l quam diu. ff. de acq. hę-
red. & l. quamdiu. ff. de reg. iur. ſed ſi is, qui non
poteſt teſtari, poſſet codicillari, ſequeretur quod
poſſet auferre hęreditatem uenientibus ab inteſta
41 to, quia codicillis grauantur uenientes ab inteſtato
per fideicommiſſum reſtituere. § preterea, & §. nõ
tantum inſti. de fideicom. hęredi. ergo prohibita
facultate teſtandi, dicitur etiam prohibita facultas
codicillandi, ut conſiderant dd. mod. Perus. ad
d. l. 2. nu 24.
Quarto quia ſi aliter diceretur de facili reddere
42 tur eluſoria ſtatuti diſpoſitio, † cum quiſq; pro
hibitus teſtari codicillando de illis eiſdem bonis
diſponere contra mentem legis, & ſtatuti contra
l. cumquid uia de reg. iur. lib. 6.
43 Quinto omiſſis alijs, † quia cui licet quod eſt
plus, licet quod eſt minus c. cui licet de reg. iur. in
44 in 6. † prout etiam e contra, ut contrariorum ſit ea
dem diſciplina ſecundum Bart. Soc. d. l. 2. ſub nu.
45 6. uers. pro qua facit &c. † quod etiam in correc-
torijs locum habet ut dicit idem Soc. d. nu. 6. con

cludens

cludens communem *eſſe concluſionem, ab eaq; minime recedendum, quod cui licet teſtari liceat codicillari, & qui non poteſt teſtari non poſſit etiam codicillari.

Poſtremo non obſt. quod in dubio pro teſtamenti ualiditate reſpondendũ ſit d. l. uel negare. quem. teſta. apertan. Quia reſp. nos non eſſe in du-
46 bio, immo per ſupradicta nos eſſe in claris, in quibus nõ eſt opus coniecturis l. continuus. § cum ita. de uer. obl. cum ſimil.

Ex quibus (ni fallor) luce clarius apparet prędictum teſtamentũ D. Siluię de iure non ſubſiſteri.

CONSILIVM LXXXVI.

Argumentum.

An, & quando, & quomodo Vniuerſitas pro delicto ab hominibus dictæ Vniuerſitatis cõmiſſo teneatur?

Quando lex, uel conſtitutio noua liget ſubditos? & an à die publicationis in Regia Principis, uel potius in prouincia, tam iure ciuili, quam canonico?

Quãdo Actus poteſt referri ad licitum, & illicitum, in dubio ad quod referatur?

Quando locator teneatur ad damna, & incommoda conductori?

SVMMARIVM.

Videns, ſciens, & non prohibens delictum fieri, in culpa eſt, & particeps delicti nu. 1.

Procurator licet ſpeciale mandatum non habeat, facit, dominum in pęnam incidere, ſi ipſe dominus ſcit, & patitur procuratorem experiri nu. 2.

Conductores Salarię, vel rei ſimilis, circa ſã delinquẽtes, ſecundum Motus Proprios, faciunt incurre in pœnas Motus Proprij vniuerſitatem, uidentem, ſcientem, & patientem nu. 3.

Delicto, qui poteſt, de iure canonico obuiare tenetur nu. 4.

Immo fautor delicti dicitur, qui poteſt, & deſinit obuiare delicto nu. 5.

Et æquipatatur etiam auxilianti cooperatiue. nu. 6.

Contra ſecundum magis communem, quod nemo teneatur obuiare delicto nu. 30.

Niſi ſit delicti particeps nu. 31.

Vel quod ſupradictum eſt, procedit quoad pœnam poli, non fori contentioſi nu. 32.

Maxime in perſonis inanimatis, ut eſt vniuerſitas n. 33.

Ingnorans non ligatur noua conſtitutione nu. 7.

Niſi a die publicationis nu. 8.

Vniuerſitas an teneatur ad pœnam alicuius facinoris, diſtinguitur nu. 9. & ſeq:

Vniuerſitas, ut corpus materiale non habens, nec delinquere, nec puniri poteſt nu. 10.

Puniuntur tamen particulares homines Vniuerſitatis delinquentes nu. 11.

Niſi communicato conſilio quid factum ſit nu. 12.

Florentina uniuerſitas excommunicari non potuit per Sixtum, ex eo, quod Archiepiſcopũ occiderit, & Cardinalẽ captiuũ fecerit, cum animo deliberato nõ egerit nu. 13.

Vniuerſitas pro delicto in faciendo per ſuum officialem, aut Magiſtratum commiſſo, non tenetur nu. 14.

Vniuerſitas pro delicto in omittendo, puta ex negligentia Regentium, puniri poteſt nu. 15.

Fallit, quando pœna eſt pecuniaria, & is, qui delinquit, eſt ſoluendo nu. 16.

Faciens lege permittente, pęnam non meretur nu. 17.

Tempus immemorabile priuilegij, & conſtituti uim habet nu. 18.

Et pro ueritate habetur nu. 19.

Et in huiuſmodi pręſcriptione ſufficit allegare titulum, licet non probetur nu. 20.

Et ſatis eſt, probare tempus, de quo non extat memoria, & nullo alio edocto, cenſetur probatum priuilegium nu. 21.

Etiam quod ſimus in uniuerſitate pręſcribente contra Imperatorem, & Summũ Pontificẽ ignorantes nu. 22.

Priuilegium, & ius quęſitum pręſcriptione immemorabili, per reſcriptum, uel Motum propriũ in ſummouentem omnes pręſcriptiones, non tollitur nu. 23.

Diſpoſitio loquens de delicto, intelligitur de eo, quod in committendo conſiſtit, non in omittendo nu. 24.

Leges tranſigere prohibentes ſupra criminibus publicis, intelliguntur de delictis in committendo nu. 25.

Maxime, quando lex facientem punit nu. 26.

De faciente ad omittentem non eſt licita extenſio in pęnalibus, & odioſis nu. 27.

Culpa in faciendo grauior eſt, quam in omittendo nu. 28.

De minori ad maius non fit extenſio in pęnalibus nu. 29.

Ignoranti delictum aliquod adſcribi non poteſt nu 34.

Noua conſtitutio ſubditos non ligat extra conſiſtorium Principis, niſi poſt duos menſ a die publicationis facta in prouincia nu 35.

Noua conſtitutio publicari debet in prouincia nu. 36.

Etiam iure canonico nu. 37.

Licet de iure canonico aliqui contra. nu. 38.

Quorum opinionem damnant alij nu. 39.

Dolus ceſſat in facto notorio, & palam nu 40.

A dolo qualibet cauſa, etiam leuis, & illegitima excuſat nu. 41.

Maxime in delictis in qbus dolus eſt de ſubſtãtia nu 42.

Et quando cauſa eſt iuſta, excuſat etiã a culpa nu 34.

Error iuris impliciti, & intricati excuſat, ut error facti nu 44.

In claris non eſt opus coniecturis nu. 45.

Qui ſuo priuilegio utitur, iure permittente facit, & pęnã non meretur nu. 46.

Lex ubi nõ eſt, ibi nec legis pronũciatio eſſe poteſt n. 47.

Vbi quid uno caſu punibile eſt, alio uero non, ſi in inquiſitione caſus punibilis non eſt expreſſus, ſequi non poteſt aliqua condemnatio nu. 48.

Interpretatio in pœnalibus, & odioſis, ſtrictior fit nu. 49.

Delictum nemo cenſetur uelle committere nu. 50.

Verba generalia, uel dubia intelligenda ſunt ut delictum excludant nu. 51.

In conſulente nu. 52.

Actus

Actus quando eſt indifferens, interpretatio ſemper fit ad bonum nu. 53.
Locator ad omnia damna, & incōmoda tenetur, ſi conductor uti, & frui re conducta ad libitum non potuit nu. 54
Lex in caſu habili loqui ſemper intelligitur nu. 55.
Locator non tenetur, ſi conductor ſe non defendit nu. 56.
Conductoribus, & emptoribus imputari debet, ſi defcaſionem eorum non perquiſiuerunt. nu. 57.
In contractibus potiſsime conſiderandum eſt quod inter contrahentes conuenit nu. 58.
Pacto fieri poteſt quod omne periculum cadat damno conductorum nu. 59.
Remiſſio, uel damnum per conductorem peti non poteſt de caſu, qui per eum preuideri potuit nu. 60.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

TRIA ſunt, ſuper quibus per Magnificam Communitatem Terrę, quę dicitur Caſtri Plebis cōſilium expoſcitur. Primum an d. Vniuerſitas in aliquas pęnas motus Proprij S. D. N. Iulij. iij. contra ementes Sal exterum inciderit.

Secundum an eadem Vniuerſitas aliqua pęna teneatur ex eo, quod promiſsiſſe uidetur cōductoribus Salarię uendere Sal forenſibus.

Tertium an teneatur Conductoribus Salarię ad damna ipſorum, maxime uirtute illius capituli in contractu locationis inſerti, & diſcripti, in quo dicitur, quod dd. Salarij poſsint uendere Sal forenſibus pro precio, quo uoluerint, propter quam uenditionem factam dicti conductores in magna quantitate pecuniarum condemnati fuerunt.

Viſis Motu Proprio, contractu locatoris, prędictis, ac etiam proceſſu informatiuo contra d. Cōmunitatem hucuſq; facto, preſupoſito etiam in facto pro claro, quod conductores d. Salarię emerunt, in d. Terram exportauerunt, in eaq; uendiderunt Sal exterum non ſolum terrigenis ipſis, & habitatoribus, uerum etiam forenſibus, & propterea in magna quantitate pecuniarum cōdemnati fuerunt,

CIRCA PRIMUM dubiū dicendum uidetur d. Cōmunitatem in pęnas predicti Motus proprij a die
2 publicationis ipſius incidiſſe, † cum enim d. Vniuerſitas per ſuos Magiſtratus uiderit, & ſciuerit dictos conductores mercari Sal exterum, & in d. terram aſportare, & non prohibuerit, ſed id fieri paſſa fuerit, uidetur eſſe in culpa, ideoq; etiam participeps delicti. l. culpa caret. a contrario ſenſu. ff. de reg. iur. c. non inferenda. 23. q. 3. c. qui poteſt, & c. quanti. de ſent. excom. ubi dicitur, quod non caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui cum poſsit
2 manifeſto facinori deſinit obuiare, & ſicut † procurator facit incidere dominum in pęnam, licet nō habeat ſpeciale mandatum, ſi ipſe dominus ſcit, & patitur procuratorem expiriri. Bal. in l. 2. ff. de noxa. per l. ſemper qui non prohibet. de reg. iur. ita
3 † etiam ipſi Conductores fecerunt in pęnas. d. motus proprij incurrere Vniuerſitatem prędictam. Et licet prędicta de iure ciuili non careant difficultate ſecundum multos, de iure tamen canonico uiden-
4 tur ſine difficultate tranſire, † eo enim iure quilibet ualens tenetur obuiare delicto glo. in d. l. culpa caret. ubi. Dec. & Cagno. Ab. Feli. Dec. & alij in c. 1. de offi. deleg. per tex. in c. quantæ. de ſent.
5 excom. † ubi fautores dicuntur, qui cum poſsint, deſinunt obuiare manifeſto delicto, ac etiam per c. ſicut dignum. §. illi autem. in fi. de homi. d. c. qui inferenda. d. c. qui poteſt. & c. negligere. c. ſancta quip-
6 pe. 2. q. 7. in quibus aperte dicitur, quod qui ſciens delictum committi, non obuiat, æquiparatur auxilianti cooperatiue, & preſumitur doloſe con-
7 ſentire, & quamuis motus ille proprius † nouam inducat conſtitutionem eius, quod ignorantes non
8 ligentur. c. 2. de conſtit, cum ſimil. † a die tamen publicationis tenentur tanquam ſcientes. aut. ut fact. no. conſti. &c. circa princ. ubi omnes. Abb. Feli. Dec. & cęteri d. c. 2.

His non obſtantibus uerius eſſe cenſeo. d. communitatem nullo modo teneri. dd. pęnis, nam
9 quando quęritur, an Vniuerſitas teneatur ad aliquā pęnam alicuius admiſsi, diſtinguitur. Aut delictum
10 eſt in faciendo, & tunc, † cum ipſa corpus naturale nō habeat, nec dilinquere nec puniri poteſt l. ſed & ſi ex dolo. ff. §. 1. ff. de dolo. Bar. in l. aut facta. §. non nunquam col. 1. ff. de pęn. Ias. Alci. & alij pre-
11 cipue Mod. Bono. in l. ciuitas nu. 19 ff. ſi cer. pet. † ideo particulares tantum homines delinquentes puniuntur, non ipſa Vniuerſitas, niſi animo, & propoſito deliberato Vniuerſitas, id probetur feciſſe glo. in l. aliud. § refertur. ff de reg. iur. Bar. d. §. nō numquam nu 9 per tex. expreſſum ſecundum eum ibi, in l. ſemper. § 1. ff. quod ui, aut clam. Feli. in c. dilectus col. fin. de ſimo. Bert. conſ. 48 ex libello. nu. 7. lib. 1. ſic aliquibus ciuibus ſęmum conuenti-
12 bus, non teneri Vniuerſitatem, † niſi communicato conſilio id factum ſit, reſp. Paul. Caſt. conſ. 86.
13 in cauſa ſortij. † Sic etiam Florentinis occidētibus Archipiſcopum, Cardinalemque captiuantibus Vniuerſitatem non fuiſſe excommunicandam per Sixtum, quia id animo deliberato non probatur
14 feciſſe, reſpondit Aret. conſ. 169. Ioannes &c. † immo pro delicto in faciendo etiam ipſius officialis, aut magiſtratus, Vniuerſitas non tenetur. l. ſi procurator ff. de cond. indeb. Bar. d. §. non numquā. nu. xj. & omnes cōmuniter in d. l. ciuitas. ſed hęc ex abundanti, quia Vniuerſitas non conuenitur pro delicto, in faciendo. Aut uero delictum conſiſtit in omittendo, prout Vniuerſitas hęc noſtra im-
15 putatur, & tunc † licet pro huiuſmodi delicto Vniuerſitas uideatur poſſe puniri, ſi illud contingat negligentia regentium uniuerſitatem l. iubemus C. de ſacros. Eccleſ. ut per illum textum dicit Bar. d. §. non nunquam nu. 4. iſtud tamen in caſu pręſenti non procedit, tum quia, ut oſtendetur infra, nullum delictum hic eſt perpetratum, tum quia, quando commiſſum eſſet, Vniuerſitas plecti non
16 poſſet, † quia agitur de pęna pecuniaria, quam pati poteſt etiam is, qui delictum commiſit, quo caſu Vniuerſitas nūquam punitur l. Polla. ubi Bart. ff. de his, quibus ut indig. & tradunt omnes in d. l. ciuitas.

Secundo ſi delictum eſſet tale, propter quod alias

Vniuer-

Vniuerſitas plecti poſſet, in preſenti caſu non
uenit punienda, quia etiam quod eam regen-
tes Sal exterum mercati fuiſſent, non propterea
dici poſſent in pęnas d. Motus proprij incidiſſe,
cum lege permittente id fecerent l. grachus C. de
17 adult.† licuit autem Vniuerſitati predictę Sal exta
rum mercari, iure priuilegij, & conſtituti, quod
ei competit uigore preſcriptionis immemorabilis
plene probatę, tam per teſtes quamplures, quam
etiam per publica documenta in actis producta, ex
quibus conſtat pleniſsime d. conſuetudinē conſue
uiſſe d. Sal exterum mercari per tempus, cuius ini
18 tij memoria non extitit, † quod tempus habet uim
priuilegij, & conſtituti l. hoc iure. §. ductus aquę
.ff. de aq. quo & ęſt. i. c. ſupra quibusdam. § preterea
19 de uer. ſig c. 1. in fi 2. de preſcript. in 6. † quinim-
mo huiuſmodi curſus temporis pro ueritate habe-
tur glo. in l. 1. C. de ſeruit. Bal. in c. cum cauſam col.
20 3. de probat. † ideoque in tali preſcriptione ſuffi-
cit allegare tit. licet non probetur. Ang. d §. duc
21 tus aquę, † & ſatis eſt probare tempus, de quo nō
extat memoria, & nullo alio educto cenſetur pro-
batū priuilegium Alb. in rub. ff. de mu 1. & hono.
uer. ſed pone per glo. in l. cum de io rem uerſo. ff.
de Vſur. Dec. conſ. 85. pro reſolutione col. 2. Soc.
conſ. 297. uiſo priuilegio. col. 2. uer. tertio iſta &c.
22 Nicol. Bello, conſ. 1. nu. 6 † etiam quod ſimus in uni
uerſitate preſcribente aduerſus Imperatorem, uel
Sum. Pontificem ignorantē Ang. d. §. ductus aquę
Dec. d. conſ. 85. col. 1. Nico. Bello conſ. 46. nu 2. & 3.

Nec dicatur pro ſummotione huius ſecundi fun
damenti hoc priuilegium ſublatum eſſe motu pro
prio Iulij. iij. predicti, quia uniuerſitas in hoc caſu
eo motu proprio non ligatur, ex pluribus.

23 Primo quidem, † quia priuilegium, & ius quæ
ſitum preſcriptione immemorabili, ut hic, per reſ-
criptum, uel motum proprium Principis non tol-
litur, etiam quod ſublatę ſint omnes preſcriptiones
Dec. conſ. 271. in caſu col. 1. & conſ 496. in cauſa.
col. 2. Nico. Bello. conſ. 55 in propoſito. in fin.

Secundo eo motu proprio d. Vniuerſitas non li
24 gatur, † quia in dubio diſpoſitio loquens de delic-
to intelligitur de eo, quod in committendo conſiſ
tit, non in omittendo glo. in l. 2. ff. ad ſilla. per
quam ita dicit Din. ibi & in l. 1. §. uſq; adeo. ff de
25 iure iur. infecens, quod† ll. prohibentes tranſigere
ſuper criminibus publicis intelliguntur in delicta
conſiſtentibus in committendo, non in omittendo,
idem uoluit Cin. in l. tranſigere C. de tranſ. And.
Sicul. in c. Raynaldus col. 52. uers. ego adduco ra
tionem, & rurſus col. 153. uers. pro dicto tamen
&c. de teſta. quod in caſu noſtro non habet diffi-
26 cultatem, † quia in d. motu proprio punitur faci-
ens. 1. is qui ſal externum fuerit mercatus, non omit
tens. i. qui ſciens non prohibuit, cum poſſet, &
cum ſimus in odioſis, & pęnalibus de faciente. ad
27 omittentem non eſt licita extenſio. l. ſanctio legū
28 de pęn. c. odia. de reg. iu. cum ſimil. † cum culpa in
committendo grauior ſit ſine dubio, quam in omit
tēdo ſecundū Bar. Bal. Imo. Paul. Caſtr. Alex. Aret.
& omnes communiter, * ut late autores accumu-
lādo proſequitur, & atteſtatur And. Tiraq. in tract.
de pęn. moll. cauſa 44. nu. 24. & ſeq. in l. ſi mora. ff.
ſol. matr. per textum quem dicunt Doct. aure-
um, in. l. ſi cuius. §. de preteritis. uers. deniq; ff. de
29 uſufr. Sadol. in. l. quod te. nu. 17. ff. ſi cer. pet. & † de
minori ad maius preſertim ad pœnas infligendas
non ualet argumentum auth. multo magis C. de ſa
cros. Eccleſ.

Nec huic ueriſsimę reſponſioni obſtat, quod qui-
libet teneatur obuiare delicto, cum poteſt, per
30 ſupradicta, Quia reſp. † magis communem * opi
nionem eſſe in contrarium, ſcilicet neminem tene
ri obuiare delicto glo. in d. l. culpa caret. Bar. l. 1 §.
ſed in eo. ff. ad ſilla. ubi dicit preſentem homicidio,
31 & nō obuiantem, non teneri, † niſi etiam particeps
delicti aliter probetur, & de communi cauſa late
defendens teſtatur Bero. c. 1. nu. 48. & pluribus ſeq.
de off. deleg. ubi etiam idem tenent Mod. Pata. &
alij ſcribentes.

Nec obſt. quod predicta communis procedat de
iure ciuili tantum, ſecus de iure cannnico, ut ſupra
32 dictum fuit; Quia reſp. † id, quod dicitur iure ca-
nonico quemlibet teneri obuiare delicto, non pro
cedere quoad pęnam fori contentioſi, ſed fori po-
li tantum, Aut But. d. c. quante. Salic. l. quiſquis §.
* id quod. C ad. l. Iul. maie. & alij communiter, * ut
atteſtatur Ias. l. ut uim. nu. 32 ff. de iuſt. & iu. And Si
cul. d. c. 1. ut proſequuntur latius ibi Mod. Pata. &
clarius Bero. nu. 77. & ſeqq. qui egregie reicit ratio
nes Decij, qui ibi uiſus eſt hanc reſtrictionem ue-
riſsimam uelle impugnare, & quatenus contende
retur etiā in foro contentioſo illud procedere, lo
33 cum habere poſſet in perſonis animatis, † ſecus
in ipſa uniuerſitate, quia cum hoc nil aliud ſit, quā
delictum in omittendo, & ſupra oſtenderimus Vni
uerſitatem non teneri in pęnis pecuniarijs, tanquā
corpus inanimatum, non poteſt ea concluſio in
ipſa locum habere. Pręterea dato, quod Vniuerſi
tas poſſet teneri, id procederat in ea quę intelligit
per ſuos ſaltem officiales, & magiſtratus aliquem
34 errare, aut delinquare, ſecus alias, † quia ignorāti
delictum aliquod aſcribi non poteſt l. metrodorum
l. reſpiciēdum § delinquunt, ubi glo. not. ff. de pęn.
cum late congeſtis per And. Tiraq. de pęn. molli.
cau. 13. ſed Vniuerſitas iſta per ſuos regentes nun
quam intellexit, aut paſſuit conductores emen
tes Sal exterum errare, ut infra dicetur, merito &c.

Vlterius ex pdicto motu proprio non ligatur d.
Vniuerſitas, quia, nunquam (ut mihi refertur) fu
35 it publicatio ipſius facta d. loco, † noua autem
conſtitutio non ligat ſubditos extra conſiſtori-
um principis, niſi poſt duos menſes a die publica
tionis factę in qualibet prouincia. Ab. in c. 2. ubi
Immo. & Dec. a. l. ectu. ſub nu. 6. uers. 2. prioribus
ſcriptis. de. conſtit. ubi etiam Felt. nu. 7. Mar. Mant.
nu. 48. Bero. nu. 52. Alex. conſ. 185. nu. 13. li. 6. Pa.
* ris. conſ. 171. nu. 5. lib. 4. & alij communiter *, per
tex. expreſſum in auth. ut fac. no. conſt. §. 1. & per
rub. ibi inducendo, ut per Bero. ſub d. nu. 52. pre-
terea, etiam quia uidetur hoc eſſe de mente Prin
36 cipum, † qui mādarunt ſemper publicari nouas cō
ſtitutiones in prouincijs, ut in autenticis iuſh. aut.
1. 2. & 3. & alijs fere omnibus in fi. & quia ſi ita iu
re ciuili determinatum eſt tam ex iacita mente Iuſ
tiniani, quam etiam expreſſa in dd. locis, † idem
37 etiam iure canonico dicendum eſt, cum contrariū
ſtatutum non reperiatur c. 1. ubi omnes de op. nou.
nunci.

nunci, ut etiam arguit Abb. d. c. 2. & percipe, quia
ita innuunt etiam quã plures tex. iuris canonici, ut
in c. quod dicitis 16. deſtin. ibi, quod prius uos
in ueſtris regionibus eſt actum. c. ult. 82. diſt. ibi
publice in prouincia promulgandum, & alijs
locis citatis per Ab. & moder. in d. c. 2. Nouiſ-
ſime, quia aliter tenendo conſtitutio noua li-
garet ignorantes, contra d. c. 2. & omnia iura, nec
ſatis putatur prouiſũ ignorantibus, ꝙ admittantur
ad ꝓbationẽ ignorãtię, ut dicebat Card. c. 1. de poſ
tu. prelat. quia ſatis grauarentur indebite, ſi tene
rentur probare ignorantiam, & contra eos eſſet
preſumptio ſciẽtię, ut rectiſſime reſpondet Ab.
& alij omnes in d. c. 2.

Nec dicatur, ꝙ pdicta procedunt in Principe ſe
38 culari, q pedes habet plumeos, † ſecus in eccleſia
ſtico, q pedes habet plumbeos, & eſt quaſi immobi
lis dans cuncta moueri, ideoq; eius cõſtitutiones nõ
ſunt ſingulis inculcandę c. 1. de poſt. plat. ut aiebat
Io: And. in data. ſextu, quẽ non nulli ſequuti ſunt, ut
refert Gomes. in proc. reg. cancella. q. 2. ad medi. qa
39 † opinionem Io: And. damnat nominatim Ab d. c.
2. ubi etiã Feli. nu. 7. Hert. Boic. ſub nu. 5. in fi qc.
quid eũ perperam in contrarium allegei Gom. d.
loco. Dec. Mant. Beeo. & omnes alij communiter
Auf. ad Capp. Tholo. deci. 444. ubi dicit, ꝙ opinio.
Io: And. & ſequaciũ dura eſt, & iſta alia ęquior, pro
pterea tenenda. Nec quicq; mouet friuola illa ratio
Io: And. de pedibus plumbeis ipſius Pontificis, qa
nihil impediunt fieri publicationem in prouincijs
per eum ęque commode, ac per Imperatorem, & ce
teros ſeculares principes, cum publicatio non exi-
gat Summum Pontificem moueri ab urbe, fit. n. p
Nuncios, Tubicinas, & huiuſmodi perſonas, qua-
rum copia ęque datur Pontifici, ac ſeculari Princi-
pi, merito &c.

Tertio Principaliter non tenetur d. Vniuerſitas
ad pœnas d. motus proprij, quia eius Magiſtratus,
ac eam regentes putarunt licere conductoribus ſa-
larię mercari ſal exterum, primo ex d. preſcriptio-
ne immemorabili, ſecundo ex eo, ꝙ motus ille pro
prius nõ fuit unquam publicatus in eo loco, tertio
quia ſemper, & continue etiam poſt tempus datæ
d. motus proprij uiderunt emi d. ſal exterum, Quar
to (quod magis conſiderandum eſt) quia cum Gu
bernatores ꝓ S. D. N. & Reuerenda Camera Apo
ſtolica, qui pro tempore ab Vrbe ad eam Terram
gubernandam acceſſerunt, quotidie d. ſal exterum
mercari uiderint publice, & palam, & nihil vnq;
dixerint, credere potuerunt probabiliter, & iuſte li
40 cite d. ſal exterum in eam Terram aſportari, † in fa
cto n. notorio, & palam ceſſat dolus, & fraus Iac.
Bu. l. 2. C. de ſum. tri. & fid. cath. Ab. pulchre in cõſ
68. nu. 4. li. 1. Aymo. conſ. 321. nu. 2. qui omnino ui-
41 deantur, Vnde excuſatur a dolo, † a quo non ſolũ
iuſtę, ut ſuperiores, uerum etiam quelibet cauſa lle
gitima, & leuis excuſat. l. igitur. §. poteſt de h. cau.
l. ſi. cum glo. ff. de Abi. l. plagij, la ſeconda, ubi etiã
glo. fi. de plagi. Alex. conſ. 212. Viſis & diſcuſsis nu
2. lib. 2. Dec. conſ. 452. nu. 4. Affli. decis. 360. pariter
nu. 6. & eſt communis Io: de Ami. conſ. 84. nu. 5. &
colligitur ex citatis per And. Tiraq. in tract. de
pen. moll. cau. 13. nu. x.
42 † Quę omnia ſine ſcrupulo procedunt, quando
ſumus in delictis, in quibus dolus eſt de ſubſtantia
ſecundum Bal. d. l. plagij. nu. 2. quale forte poſſet
ſuſtineri eſſe delictum, de quo agitur, dato tamen
ꝙ ſimus in his, in quibus dolus non requiritur pro
ſubſtantia delicti, & preſuppoſito etiam ꝙ cauſã iuſ
43 ta excuſet a dolo, non autem a culpa, † ſi tamen ca
uſa ſit iuſta non eſt dubium, ꝙ excuſat a dolo,
ac etiam a culpa. Bal. d. l. plagij. ſub. nu. 2. quam
ſententiam eſſe ſecundũ omnes atteſtatur Iul. Clar.
ſent. recept. lib. 5. §. fina. q. 60. uers. & generaliter in
44 fin. † immo plus etiam iuris impliciti, & intricati,
ut hic, error excuſat, ut facti. Ant. But. c. cum dilec
tus, ubi Ino. col. 4. Card. Anca. & Abb. cum alijs cõ
geſtis per And. Tiraq. de pęn. moll. cau. xi. nu. 6.
cũ ergo plures iuſtiſsimę rationes, & cauſę fuerint
in d. Vniuerſitate credendi poſſe mercari d. ſal ex-
terum, ut ſupra, ſi regentes eam non prohibuerunt
per conductores d. ſalarię mercari, non eſt cur ad
aliquam pęnam teneatur. Ex quibus apparet non
obſtare quę in contrarium ſupra allegabantur.

Qvoad Secundum Dubium principale, licet ui
deatur pariter, ꝙ d. communitas ad predictas pœnas
teneatur non ſolum propter conſenſum negligen-
tię in non prohibendo tacite preſtitum, ut ſupra in
alio dubio in principio uideri dicẽdum dicebatur,
uerum etiam fortius, hic, quia cum cauſa regentes
in capitulis cum dd. conductoribus initis dederunt
eiſdem facultatem uendendi ſal etiam forenſibus,
illis uerbis, *Excepto alli foroſtieri, alli quali poſſano*
45 *uendere a quel prezzo, che li piacerà e parerà &c.*
Vnde cum uideamur eſſe in claris, non uidetur eſ-
ſe opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita de uer.
oblig.

Attamen uerius eſſe cenſeo d. communitatem ex
hoc etiam alio capite in nullam pęnam incidiſſe,
quia ſicut ius emendi ſal exterum per ſupredicta,
ita etiã uendendi forenſibus ex d. immemorabili p-
46 ſcriptione communitati competit, † & qui ſuo priui-
legio utitur, iure permittente facit arg. l. gracchus.
d. Adult. Nec dicatur, ꝙ prohibebatur d. motu pro
prio Iulij. iij. quia ultra ꝙ communitas non ligatur d.
motu proprio ex his, quę ſupradiximus, omiſsis
ſuperfluis pro reſpõſione conſiderandũ eſt, ꝙ aut
inquiſitio formata contra d. communitatẽ quoad hoc
caput loquitur de ſale empto a ſalinis Reuerendæ
Camerę Apoſtolicę uendito forenſibus (eam enim
inquiſitionem non uidi) & tunc ille motus propri
us Iulij. iij. cum illa prohibitio fiat ſolum ne pre-
iudicetur ſalarijs aliorum locorum ſedi apoſtolicæ
ſubiectorum, ut ibi aperte dicitur, ſolum intelligi-
tur loqui de ſale uendendo forenſibus alijs non
ſubiectis ſedi apoſtolicę, quo caſu tantum abeſt, ne
preiudicetur Reuerendę Camerę Apoſtolicę, ꝙ po
tius prodeſſe dicatur, cum maior quantitas ſalis Re
uerendę Camerę Apoſtolicę uendatur, cui rei in-
tentus fuit Summus Pontifex, ut ex ratione, &
alijs circum ſtantijs d. motus proprij apparet. Aut
inquiſitio formata eſt de ſale ſimpliciter, & tunc
licet appellatione ſalis poſsit uenire tam exterum,
quam non, quia tamen vno modo accipiendo in-
fra de ſale extero promiſſio eſſet punibilis, acci-
piendo uero alio modo de ſale Reuerendæ Ca-
meræ Apoſtolicæ, debebat in ipſa inquiſitione,
ex primi caſus ille, qui punibilis erat, alias con-

contra communitatem, nulla poteſt ſequi condēnatio, ut eſt glo. in l.nō ſolū §. ſed ut probari, ubi etiā Bar. Alex. & alij. ff. de no. op. nunc. uidetur tex. in d. de pupillo. § q nunciat. ff. eod. Aut vero inquiſitio formata eſt ſpecialiter, & expſſe de ſale extero uendito forenſibus (quod nō credo in ſpecie illa in d. inquiſitione exprimi) & tunc primo reſp poteſt, q ſal exterū uendi poteſt exteris nō ſubditis, cū hoc
47 nulla, l. cōſtitutione, aut ordinatione ꝓhibeat. † & ubi lex nō eſt, ibi legis ꝓnunciatio eſſe nō poteſt ſecundū Paul. ad Rom. iiij. leui. c. 18. gl. in. c. cū igitur 35. q. 1. ſubiectis vero ſedi apoſtolicę forte uendi non poteſt pp dictum motū proprium, licet &
48 hoc forte negari poſſit, † cū igitur uenditio ſalis exteris uno caſu punibilis ſit, alio vero nō, nec in inquiſitione expreſſus ſit caſus punibilis, ſeq nō poteſt aliqua condēnatio glo. in d. l. non ſolū. §. ſed & ꝓbari cū ſupra allegatis, ſecundo quatenus iſto caſu loqueretur aperte d. inquiſitio, & etiam caueretur d. motu proprio Reſp. eo nō ligatur d. communitas, cū pp. immemorabilē pręſcriptionē uendendi ſal exterū forenſibus, tum quia ei præſcriptioni p illum motū proprium derogatum non eſt, & quatenus derogatum eſſet, communitas ante publicationē in eo loco factam ignorans eo non ligabatur, aut ſaltem his omnibus concurrentibus probabilem, & iuſtā cauſam credendi habuit ſe eo non ligari, & ꝑpterea dolo, & culpa caret ac etiam ab omni pęna tuta eſt ex ſupradictis in primo dubio.

Secūdo Principaliter, utcūq; formata ſit ipſa inquiſitio, cardo huius dubitationis ſecūdę conſiſtit in uerbis cōtractus locationis. An ſcilicet regētes d. Vniuerſitatē permiſerint vendi ſal exterū forenſibus in caſu prohibito, Vnde pro reſpōſione conſiderandum eſt, q in contractu pdicto locationis permittitur venditio ſalis forenſibus facienda ſimpliciter, & ſoiū diſtinguitur pręcium ſalis exteri, & terrigenis, ut his certū, illis vero nullū precū cōſtituatur Quo inſtante nō poteſt aliquo pacto colligi p d. communitatē conductoribus conceſſam facultatem uendendi ſal exterum prohibitū vendi, ſed ſolum ſal Reuerendę Camerę pmiſſum, & illud qdem ſolummodo in caſu licito, ſ. alijs forenſibus non ſubiectis ſedi apoſtolicę, Cū nulla pmiſſio vēdendi ſal ſimpliciter, & in genere poſsit referri ad ſal exterū, & Reuerendę Camerę Apoſtolicę uendendū forēſibus nō ſubditis, quo caſu ſine pęna uendi poteſt, ac etiā de ſale Reuerendę Camerę uēdendo forenſibus ſubditis ſedi apoſtolicę, quod nō licet ſtāte d.
motu ꝓprio, in dubio debet intelligi pmiſſio facta in caſu pmiſſo, † tū qa regulariter ꝓditum eſt
49 in penalib. & odioſis ita fieri debere interpretationē l ſancimus legū. ff. de pęn. c. odia. de reg. iu. in 6. †
50 tūqa in dubio nemo cēſetur delictū cōmittere uelle. l. merito ff ꝓ ſocio. cū vulga. † Tū etiā qa (proprius ad rē) uerba generalia, uel dubia intelligēda ſūt
51 ut licitū, non autē illicitū pmittāt, ſicut alias in cōſulente notat Bal. l. 2. nu. 13. C. de ſer. fugit. dicens,
52 q † ſi conſiliū alicuius poteſt haberi ad bonū, & ad malū, ille, qdat cōſilium, poteſt interpretari in quā partē debeat. glo. in l. actorū uerba. ff. de re. iudi. & quod lex ipſa interpretatur ſine eo in meliorē partem arg. d. l. merito, ſequitur Alex. in cōſ. 134. & quoniā abunde col. 1. & 2. li. 4. late las. plura accumulās d. l. 1. nu. 24. & ſeq. Alex. q alios citat in tract. pſumpt reg. 3. pſump. 1. nu. 3. Curt. Seni. cōſ. 20. dnm inut la
53 bia nu. 47. ubi dicit, q † qn̄ actus eſt indifferens, ſemper interptatio ſit ad bonū, nō ad malum, idem tradit ipſe Curtius cōſ. 50. in nomine ſanctę col. 9. latius Hyppo Marſi. in rub. & in l. 1. ff. de fideiuſſ. ex multis ꝓ indubitato cōcludens, q qn̄ ex aliquo actu capi poſſūt duo intellectus; quorū uno aſſumpto faciēs eū in pęnā incideret, alio vero nō, ille intellectus capiendus eſt, ſecūdū quē faciēs nō delinquat, nec in pęnā aliq; incidat, idē uoluit Alex. cōſ. 15. Viſo pceſſu col. 2. li 3. Dec cōſ. 256. in cauſa nu. 3. Paris cōſ 51. cōſiderata nu. 23. li. 4. & alij uarijs ī locis.

Qvoad Tertiā hęſitationē inter pdictam communitatē ex vna, & cōductores dictę ſalarię ex altera, preſupoſitis uerbis locationis, ibi *Eccepto alli foreſtieri, alli quali poſſa vendere a quel prezzo, che li piacerà, e parerà*, ex quib. uidetur locata facultas uēdendi ſal etiā forenſib. pſupoſito etiam, q conductores pdicti ſuit condēnati in magna quantitate pecunię ppter quod uſi fuerunt d. facultate uendendi forenſib. uidetur, q communitas teneatur ad omnia dāna.
54 & expenſas, quia † ſi conductor non potuit uti, & frui re conducta, locator tenetur ad oīa incōmoda, damna, & intereſſe, l. ſi tibi alienā. l. ſi qs domū. l. ex conducto. in princ. l. habitatores. l. ſi fundus ff. locat. ſicut etiā in creditore, cuius maxima eſt ſimilitudo cum locatione. l. 1. 2. & 3. ff. locat. ut probatur in. l. uenditor, & per tot ff. de euic.

Contrariū in preſenti caſu uerius eſſe cenſeo. Primo q dem (breuiter pſtringendo, cū reſolutio pēdeat ex iā dictis) qa ſi recte intuemur uerba d. cōtractus locationis, nuſqūa apparebit locatā facultatem vendēdi ſal forenſib. ut ex aduerſo pretenditur. Nec uis aliqua fieri poteſt in dd. uerbis *Excepto alli foreſtieri, alli quali poſſa &c* Quia nō inferunt locationē d. facultatis uēdendi ſal forenſib ſed ſolū taxant precū ſalis uendendi terrigenis, & habitatoribus, diſtinctū a forenſibus, & licet uideatur
55 tacite includi d. facultas, † ea tamen intelligenda eſt ſcilicet in caſu habili. l. qui teſtamēto. ff. de teſta.

† Secundo Dato, q ex iſtis uerbis data ſit facultas uendendi ſal. forēſibus, conſiderandum eſt, qa aut d. communitati licuit indiſtincte vendere ſal forenſibus, ꝓut uere licuit ex ſupradictis in primo dubio,
56 & tunc licite communitas id permiſit, † & conductores, qui paſſi ſententiam ſunt, non ſe defenderunt, ideo locatrix nō tenetur, ſicut nec uenditor tali caſu teneretur. l. ſi ideo, & ibi omnes. ff. de euict. † &
57 ipſi cōductores ſunt in culpa, q minus ſubtiliter pquiſiuerunt eorū defenſionē, & de bono iure ſoz autricis, ideo ipſis imputari debet. l. habere licere. ff. de Euict. Aut uero dicimus non licuiſſe uendere ſal forenſibus in eū ſaltem modum, quo conductores uendiderunt. ſ. in caſibus prohibitis, poſito q in aliquibus caſibus non potuerit uendi forenſib. ſal & tunc cū communitas intelligatur ꝓmiſiſſe uendi ſal forenſibus tantūmodo in caſu licito, ut abunde ſupra probatum fuit in reſolutione ſecundę dubitationis, ſi uenditio facta ſit in caſu ꝓhibito, communitas locatrix nō tenetur, ſed ſibi ipſis imputare debeant conductores, q culpa, & facto eorū peccarūt arg. l. fundū meum. ff de euic. l. ſi mancipiū in princ. l. ſi cum uenditor. §. ſi ſecundus. ff. eod. de Euictio.

Tertio

58 † Tertio Quia in preſenti materia illud potiſſimum conſiderandum eſt, ꝙ inter contrahentes cõuenit.l.licet &.l.circa.C.locat.cum congeſtis p Hẽri Bot. in.c: propter ſterilitatem de locat. in prin. ſed inter alia capitula continetur vnum inter iſtos, ꝙ omne periculum, & impedimentum ſit periculo, & 59 damno ipſorum conductorum,† quod poteſt pacto fieri.Paris.conſ.38.conductor.nu.xj.li.1.ergo dãna huiuſmodi cedunt cõductoribus, nõ locatrici, ut arguit etiam ipſe Pari.d.loco.precipue,quia cauſa, propter quam huiuſmodi damnum ſubortum eſt tempore contractus ſubſiſtebat.i.motus propri 60 us Iulij iij & ſi in d.Terra notũ erat, de eo potuerunt cogitare etiam conductores, quo caſu non poſſent petere remiſsionem,uel damna.l.ſi quis domum.§.1.ff.locat.Bal.in tit.de pa conſt.§.uaſalli.Paris.ubi alios etiam citat d.conſ.38.nu. xj.ad fin.

Non obſt.in contrarium ſupra allegata,quia apparent ſublata ex predictis,ſed clarius ad huc reſpondendo dicitur ea non obſtare, primo quia ea procedunt, quando facta eſſet locatio facultatis vendendi forenſibus ſal, ſecus alias,ut h c, ſecundo illa procedunt ,quando denegaretur conductoribus facultas uendendi d. ſal forenſibus in caſu licito, & permiſſo in d.conductione, ſecus alias, ut hic,ubi d.uenditio fuit promiſſa in caſu licito.ipſi autem patiuntur,quia uendiderunt in caſu illicito,ut ſupra in ſecundo fundamento.tertio procedere poſſent, quando conductores non ſuſcepiſſent in ſe omne periculum, ſecus alias, ut hic per ſupradicta.

Relatũ fuit a fide dignis, uiſis ſupraſcriptis allegationibus. Cõmiſſariũ Apoſtolicũ Romam reuocatũ, & p̃dictã Vniuerſitatẽ Caſtri Plebis dicta de cauſa amplius nõ fuiſſe moleſtatã

CONSILIVM LXXXVII.

Argumentum.

An Diuiſio patris inter filios facta poſt teſtamentum,preualeat ei,ita, quod reuocatũ cẽſeatur teſtamentũ?

S V M M A R I V M.

Vltima uoluntas ambulatoria eſt uſque ad mortem nu. 1.
Poſteriora derogant prioribus nu 2.
Maxime in ultimis uoluntatibus nu. 3.
Fallit,ſi ſecundum teſtamentum non ſit ſolenne,primũ uero ſic,quia preualet primum nu 4.
Niſi ſimus inter liberos nu. 5.
Item poſteriora non derogant prioribus, quando poſteriora facta non ſunt animo derogandi nu 56.
Nec quando poſteriora non ualent nu 57.
Teſtamentum prius factum tollitur per diuiſionem teſtatoris inter filios factam nu. 1. & ſeqq.
Fallit, quando diuiſio non fuit plena, & effectualis, ſed aſſignatio bonorum per patrem facta ad ſedandas filiorum diſcordias nu. 19. & 33.
Conuentio, & pactũ de hereditate uiuentis nõ ualet nu. 6.
Fallit,ſi fiat de cõſẽſu patris,qa ualet reuocabiliter, & ſi pater nõ reuocat uiuens,morte cõfirmat̃ nu 7. & 58.
Diuiſio per patrem inter filios facta ualet, & obſeruari debet nu. 8.
Quomodocunq; facta ſit.ſiue in teſtamento,ſiue ab inteſtato, uel aliter nu. 9.
Contra nu. 34.
Et data pro uera prima opinione,ea intelligitur,ſi morte patris diuiſio confirmatur nu 37. & 59.
Item intelligitur in diuiſione iuramento firmata nu. 60
Verius tamen contra d. nu 60.
Teſtamentum minus ſolenne ualet inter liberos nu 10.
Et in eo duo teſtes, etiam non rogati ſufficiunt nu. xj.
Etiam ſi mulieres ſint nu 12.
In quo teſtamento diſpoſitio iuriſgentium ſolum attenditur nu 13.
Scripta apocha uel ſubſcripta manu patris,continens bonorum diuiſionem inter filios in domo patris reperta ualet nu. 14.
Fallit ſtante ſolenni teſtamento patris anteriore, cui p illam apocham non ſit ſpecialiter derogatum nu 63.
Teſtes duo ad probandum aliquid ſufficiunt nu 15.
Et in ſpecie ad pbãdũ diuiſionẽ patris inter filios nu. 16.
Fallit quoad mutandam uoluntatem in teſtamento, qa requiruntur ſeptem ad eam faciendam nu 40.
In declarando autem duo ſufficiunt nu 41.
Aequalitas ſeruanda eſt inter fratres nu. 17.
Inaequalitas lites parit, ac diſcordias nu. 18.
Geminatio magis operatur nu 20.
Loquutio intelligitur ſecundum tempus uerbi nu 21.
Teſtis de auditu dicens a quo audiuit, probat nu 22.
Teſtis de auditu cum alio teſte ſingulari probat nu. 23.
Multo magis ſi plures alii adsũt cũ eo de auditu n. 24
Semiplena probatio per iuramentũ ſuppleri poteſt nu 25
Iuramentum ſuppletiuum defertur etiam actori nu. 26.
Maxime,ubi eſt pluſquam ſemiplene probatum nu. 27.
Teſtis ſingularis facit ſemiplenam probationem nu. 28.
Iuramentum ſuppletiuum defertur quandocunq; etiã poſt concluſionem nu. 29.
Concluſio in cauſa nunquam fit iudici nu. 30.
Et ſufficit ad iuramentum ſuppletiuum deferendum, ut reſeruatum ſit tempore congruo,quia retrotrahitur ad tempus petitionis nu 31.
Depoſitio teſtium poſt delationem ad probandum ualet iuramento delato tempore delationis pendente, quia ea ad tempus iuramenti refertur nu 32.
Obligatio ciuilis inter patrẽ, & filium naſci nõ poteſt n. 35
Filius quicquid acquirit,patri acquirit nu 36.
Res per eaſdẽ cauſas diſſoluitur,per quas naſcitur nu. 38.
Diſtractus eaſdẽ ſolemnitates requirit, quibus eſt factus contractus nu 39.
Teſtamentum mutatum non dicitur, ſi in mutatione prioris uoluntatibus,nihil eſt dictum nu. 43.
Plus eſt facere, quam dicere nu. 44.
Quod eſt uerum, quando uoluntas clara ex facto deprehenditur, ſecus aliàs nu. 45.
Vel eſt uerum,quando lex contentatur de eo facto, in locum uerborum, ſecus aliâs nu 46.
Volũtas reuocatoria, ſolo facto, qñq; declaratur nu. 47.
Teſtator cancellans,uel lacerans tabulas teſtamenti, reuocat nu 48.
Quod procedit in teſtamento in ſcriptis,non in nuncupatiuo nu. 49.

Teſtamentum inter liberos, habet tacitam derogatoriam
& non cenſetur reuocatum per ſecundum, niſi expreſ-
ſe dictum ſit reuocari nu. 50.
Fallit, quando ſecundum eſt pariter inter liberos magis
quam illis fauorabile nu. 51.
Contra nu. 52.
Vel prima opinio procedit, quando ſecundum eſt æque
ſolenne, ac teſtamentum inter liberos nu. 53.
Item procedit, quando in primo teſtamento admiſſę sūt
perſonę extraneę nu. 54.
In dubio tenenda eſt opinio, quæ fauet teſtamento, etiā ad
excluſionem filiorum nu. 55.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

SVPPOSITO ultimo teſtamento Benedicti de Vgubio, ac diuiſione ſuorum bonorum p eum poſtea facta inter uentu ſam, & Io: Baptiſtam eius filios, oritur non modica dubitatio, An ultimum teſtamentū reuocatum ſit p d. ſubſequutā diuiſionem in ijs partibus, in quibus d. diuiſio teſtamento contrariari uidetur.

Et prima facie dicendum uidetur (prout in du-
1 bijs excitatur) ꝙ preualeat diuiſio, † quia cum ulti
ma uoluntas ambulatoria ſit uſq; ad mortem. l. 4. ff.
2 de adim. leg. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. † & regulariter
poſteriora derogent prioribus. l. pacta nouiſsima
3 C. de pact. † quod in ultimis uoluntatibus ſine diffi
cultate procedit. §. poſteriore, Inſtit. quib. mo. teſt.
infir. predicta diuiſio poſterius facta preualere ui-
detur.

Nec dici poſſe uidetur, ꝙ predicta in preſenti ca
4 ſu non procedāt, quia † prior uoluntas ſit ſollennis,
ſecunda vero non, quo caſu primum teſtamentum
per ſecundū nō tollitur ſecundū omnes d. §. poſte-
5 riore. qa uidetur poſſe reſpōderi, † ꝙ inter liberos,
ut hic tumus ſecundum etiā non ſollenne tollit pri
mum, quando ſecundum eſt filijs magis fauorabi-
6 le, ut hic, propter ęqualitatem ſecundū comunē,
de qua Iul. Clar. §. teſtamentum q. 98. uers. hoc ta-
men intellige.

Minus etiam attētari poſſe uidetur, ꝙ eiuſmodi
diuiſio nō ualeat ex eo, ꝙ facta ſit de hereditate ui
uentis iuxta. l. fin. cum ibi not. p Bar. Bal. Paul. Ca
ſtr. & alios. C. de pact. quia licet conuentio de hęre
7 ditate uiuentis improbetur d. l. fin. cū ſimil. † illud
non procedit, quando fit de conſenſu patris, ut hic
quia tunc ualet reuocabiliter, & ſi pater conſenti-
ent uſq; ad mortē ſteterit nō reuocādo, fit irreuoca
bilis, ut tradit Bal. d. l. fi. 3. not. & Dec. nu 6. Oldra.
cōſ. 232 ut eius, de quo q̄ritur uers. ſi autē qs, & tra-
dit idē Dec. cōſ. 473. ſub nu. 4. uers unde uidendum
8 & ſub nu. 12. uers. nō obſt. primū, † immo, ꝙ diuiſio
p Patrē inter filios facta teneat, & obſeruari debe
at uidetur tex. in. l. ſi cognitione. C. fam. hęrciſc. ubi
9 † ꝙ qualicūq; iudicio pater ſuā declarauerit uolūta
tē diuidēdo bona ſua inter filios iudex debet illam
ſeq. ſiue ab inteſtato ſuccedatur, ſiue uolūtas ſcrip
ta ſeparatur, ſiue nō, ut declarant ibi glo. & Doct. idē
pbari uidetur in. l. filij. C. eod. ubi uolūtas patris etiā non ſollēnis, quomodocūq; de ea appareat circa diuiſionē bonorū ſuorū inter filios factā mādatur ſeruari, & exēplificās ibi glo. inter alios modos ponit, cū pater ipſe diuiſit, ut hic, & eā glo. ſequitur ibi; Bal. 2. not. uers. ſi uero nō fuit, & nu. 4 uers. quid
ergo &c. Idē etiā pbare uidetur tex. in. l. fi. C. eo tit. fam hęrciſ. ubi uoluntas patris circa bonorū ſuorū diſpoſitionē q̄cunq; probatur, ſiue p codicillos, ſiue p exēplum, ſiue qb. cūq; uerbis ſiue indicijs, ſiue etiā in ſcriptis, ſiue non tm̄ Doct. ibi. inter ſuns hæredes, ac etiā emancipatos ſeruāda eſt, dūmodo ſaltem duob. teſtib. probetur ſm̄ glo. ibi, p. l. locius. ff de mil. teſt. quā ibi ſequuntur Bar. & alij Doct. Cō
probatur hoc p. l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto
10 C. de teſta. & aut. ꝙ ſine. C. eo. tit. † ubi ꝙ teſtamen
11 tum minus ſolēne inter liberos, ut hic, ualet, † &
ideo dicūt Doct. ibi, ꝙ in eo ſufficiunt duo tm̄ teſ-
12 tes, † etiā ꝙ non ſint rogati, & etiā ſi ſint mulieres;
13 † qa in tali teſtamēto attendit̄ ſolū diſpoſitio iuris
gentiū lat. d. § ex imperfecto nu. 6. 7. & 8 p̄dicta adiuuari uidetur ex eo, quod uolūt Doct. in. d. auth. ꝙ ſi
14 ne, ubi dicūt, † ꝙ ſi poſt mortē patris reperiatur in do
mo ipſius ſcripta, uel ſubſcripta manu patris conti
nens diuiſionē bonorū inter filios, ea ualet, & tenet
ſi autē nec ſcripta, nec ſubſcripta ab eo, ſed a filijs
tantū ualet, ut conuentio inter eos Iul. Clar. ſent. re
cept. li. 4. §. teſtamētū q 14. in princ uers. ſed pone
ꝙ &c. immo cum in preſenti caſu non ſolum uo-
luntas patris interuenerit, in diuidendo, uerum eti-
am conſenſus ipſorum filiorum in recipiendo bo-
na diuiſa, ea rata eſſe uidetur.

Nec negari poſſe uidetur, qn d. diuiſio facta pro
15 betur, cū plures teſtes de ea atteſtentur, & duo tan
tū ſufficiant, tū ex regula generali, l. ubi numerus
de teſti. c. licet vniuerſis, ubi glo. de teſti. c. relatū. c.
16 cū eſſes de teſta. † tum etiam in ſpecie ad probādū
diuiſionem patris inter filios, ut tradit Bal. d. l. filij
cum ſimil.

Vltimo uidetur pro diuiſione pronunciandum,
quia p eam magis ſeruatur ęqualitas, q̄; p teſtamen
tum predictum, cum in eo plus vni filio, quā alteri
17 relictum eſſet, diuiſio autem ſit ęqualis, † quę ęqua
litas ſeruanda eſt inter fratres. l. ut liberis. C. de collat
18 † & propter inęqualitatē lis, & diſcordia oritur. l.
cum oportet in ſi. princip. C. de bon. que. lib.

His tamen non obſtantibus contrarium de iure
uerius eſſe cenſeo. predictum ſcilicet teſtamentum
ſine dubio pretenſę diuiſioni preualere debere.
19 † Primo quidem, qa pretenſus actus cōſignationis
bonorū p patrem filijs non fuit plena diuiſio, & ef
fectualis, q̄ potuerit derogare plenarię diſpoſitioni
teſtamentarię precedenti, ſed q̄dam conſignatio ad
effectū ſedandi diſcordias fraternas in uita patris,
reſeruata diuiſione plenaria dominij rerum, prout
erat in d. teſtamento, de qua uoluntate paterna deponit plures teſtes, precipue autem Petrus Terentij primus teſtis pro Io: Baptiſta examinatus. qui ſuper ſeptimo preſens fuit prefatę conſignationi, & deponit, ꝙ Benedictus in ea dixit, *Che uoleua, ch'eſſi foſſino Lauoratori d'eſſi beni e che reſpādeſſino delle frutti ad eſſo, come patrone, e coſi d. Gio: Baptiſta, e Ventura accettorno di fare,* Et paulo paulo ſubdit *Ch'eſſo Benedetto diſſe alli detti Gio: Baptiſta, e Ventura*

Che

Che dopò la morte d'eſſo trouarebbono le parti belle
fatte, Et idem pec omnis repetit paulo infra ſop
interrogatorijs pactis concernentibus d. ſeptimũ
20 articolum, † quę geminata depoſitio magis efficit
arg.l.baliſta.ff.ad treb. Idem clare depouit Paſcoli
nus ſecundus teſtis ſup 5. interrogatocio partis ad-
uerſę fol. 8. iuxta copiam tranſmiſſam dicens, *Ma*
ſe ricorda bene, che non gli lo dette per parte, ma
gli lo conſegnò, come a lauoratore, perche ne uoleua
eſſer patrone lui mentre uiueua, e dopò la ſua morte
trouarebbono le parti belle fatte, Et licet iſte ſecũ-
dus teſtis non deponat de loco, & tempoce preci
21 ſe, ideoq; non uideatur cum alio conteſtis, quia, †
tamen ea loquutio intelligi debet ſecundum tem-
pus illius uerbi *Le conſignò*, &c. arg.l. titius. de
mil. taſta. cum vulg. ſatis colligitur, quod & ipſe
ad tempus, & locum d. conſignationis ſe ceſernat
que ita cum alio conteſtis eſt, & plene pcobabunt
intentionem actoris, cum ſint duo. l. ubi numerus
ff de teſtibus.

Nõ obſt. ꝙ hic idem teſtis uideatur deponere de
auditu a Benedicto ſoper 7. articulo, & ſecundum
hãc diſpoſitionem uideatur etiam intelligi illa alia
quia diuerſitas uerborum arguit diuerſitatam de-
poſitionum, dato tamen, ꝙ hic ſit ſolum de auditu,
22 † quia tamen dicit a quo, probat Dec.conſ. 37. col.
23 5. in fi. maxime cum ſit primus teſtis, † qui plene
probat, quo caſu teſtis de auditu cum alio ſingulari
probat Paul. Caſt. conſ. 17. in cauſa col. 6. in aui.
24 Nico. Bello. conſ. 67. nu. xj. † maxime in caſu noſtro
in quo adſunt plures de auditu ab ipſo Benedicto,
prout Paſcutius 5. teſtis Baptiſta ſeptimus, & non
nulli alij, & quatenus plene id probatum non eſ-
ſet, negari non poteſt, quin ſaltem ſemiplene pro
25 betur, † quę ſemiplena probatio ſuppleri poteſt
per iuramentum, quod reſeruatum eſſe audio. l. ad
monendi. ff. de iureiuran. l. in bone fidei. C. eodem
26 c. ult. extra eo. † quod defertur etiam actori Bar. d.
l. admonendi nu. 57. ubi dicit in praxi ſeruari, &
uerum eſt, quicquid aliqui contradicant, quorum
27 argumenta refellit ibi, Ias. † maxime quando, eſt
plusq; ſemiplene pcobatum c. ult. §. ult. ſecundum
uerum intellectum de probat prout hic, cũ de hoc
28 non ſolum † per unum teſtem ſingularem, qui fa-
cit ſemiplenam Bar. d. l. admonendi nu. 76. Ias. qui
dicit comunem ibi nu. 178. uerũ pec ſecundũ licet
ꝗ pciſe nõ deponat de tẽpore, & loco, uẽ p plures a
lios, q de auditu ab ipſo Benedicto, ut infra dicam.

Nec dubitari poteſt, quod etiam hodie deferri
29 poſsit huiuſmodi iuramentum, † cũ quandocunq;
30 & poſt concluſionem deferatur, & † iudici nunquã
concludatur Bal. l. 1. ff. de probat Marl. d. c. ult. ſane
d. l. admonendi nu. 243. Alex. conſ. 53. in cauſa uer-
tente ſub. nu. 5 uers, etiam concluſionem, ubi alios
31 allegat l. b. 1. † & ſufficit petitum, & reſeruatum tẽ
pore congruo, quia delatio retrotrahitur ad tẽpus
32 petitionis, ſicut † depoſitio teſtis refertur ad tem-
pus iuramenti. l. ſi quando C. de teſt. l. damni. §. ſa-
binus. obi not. ff. de dan. infect.

Et ita tenendo huiuſmodi conſultatio remanet
clara, & pene indubitata, nec obſtant allegat in cõ
33 trariũ. qa vnica ceſponſione tolluntur, † procedere
n. poſſunt facta conſignatione bonorum per patrẽ
filij p modum uerę, & effectualis diuiſionis tranſ-
ferendo rerum dominia, ſecus in ea, q̃ ſit tantũ gra-
tia laboritij tantũ ceſeruato ſibi patri dominio, &
ceſeruata effectuali, & uera deuiſione poſt mortem
dicendo, ꝙ eam repient poſt mortẽ ſuam factam,
& alludendo ad teſtamentariam, ut hic, quia, cum
tunc ad alium finem facta ſit conſignatio, q̃; ut di-
uiſio ſit, non poteſt eã operari, actus. n. agentiũ nõ
operatur ultra eorum intentionem. l. non omnis.
ff. ſi cer. pet. cũ ſimilibus.

Secundo Principaliter eſto, ꝙ predicta cõſigna
tio facta fuerit p modum proprię, & uerę diuiſio-
34 nis, † ea non potuit ualere glo. eſt in l ſi ancillam. §.
ſi pater uer. partibus. ff. pro ſuo, quã ibi, in princ. ſe
quitur Alb. ſubdens rationẽ, quia inter patrẽ, & fi-
lios naſci non poteſt ciuilis obligatio. l. frater a fra
35 tre. ff. de cõd. indeb. §. itẽ inutilis Inſtit. de inutil. ſti-
pul. l. imperator. ff. ad treb idẽ ſeqtur Bar. l. 3. col. 1.
nu. 2. uers. modo querit hic glo. C. de uſucap. p do
36 nato, addent aliam rationem, † quia quicquid acq
rit filius patri acquiritur, ideoq; cum illa donatio
ſtatim reuerſura ſit ad patrem, non poteſt effectua
liter ualere. l. placet de acq. hæred. l. 1. §. 1. ff. de do-
nat. Soc. conſ 4. uiſis actis col. 2. lib. 1. Corn. cõſ. 28
quod d. Ser Antonius nu. 1. lib. 4. & tradit pro ſingu
lari alios etiam allegant Mars. ſing. 674. Octa. Cha
che. Decis. pedamon. 25. nu. 2. Quod ſi ita fruſtra q̃
ritur an per nullam diuiſionem ſubſequutam uali-
dum precedens ſollenne teſtamentum ſoblatũ ſit
ualidum teſtamentum per inualidam diuiſionem
ſubſequutam tolli non potuerit arg. §. eo. autem ſo
lo. inſtit quib. mo. teſt. infirm ſed quia non eſt ab
ſolute uerum diuiſionem huiuſmodi eſſe inualidã
ut in ſequenti reſponſione apparebit, tranſeo ad
aliam reſponſum.

Tertio igitur Quatenus aliquo modo ualere poſ
37 ſit d. conſignatio, † ea ſubſiſtere non poteſt. ut do-
natio, & actus inter uiuos irreuocabilis, ut regulari-
ter contractus ſunt. l. ſicut. ff. de Act. & obl. cum ſi-
mil. ſed ita demum ſortietur effectum, ſi tacite eam
pater morte confirmauerit, quia ut aliæ ultimę uo
luntates, illa ambulatoria eſt uſq; ad mortem. l. ſi fi
lia. §. ſi pater. ff. fam. hercis. ubi Flo. & omnes ita
firmant ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis actus cele-
bratus ſit, ut ibi dicitur, idem dicunt Doct. in. l. quę
pater eo. tit. l. quoties, ubi Paul Caſtr. C. eod. & pro
bat tex. d. l. ſi ancillã § ſi pater Soc Iun. conſ. 33. cir.
ca preſentem col. 2. & conſ. 127. quoniã col. x. uers.
capio quartũ li. 3. Dec. conſ. 86. uiſo puncto col. 2.
ſentit glo. & Bar. l. quid ego in ordine huius initij.
2. ff. de leg. 1. & hos, & etiã alios allegant Pau. Pari.
conſ. 14. col. 1. & 2. lib. 2. & cõſ. 53. ut preſens nu. 2.
& 3. lib. 3. uolentes per predicta, ꝙ ſi pater continu
auerit uſq; ad mortem in eadem uoluntate poſsit
ualere illa conſignatio, ut ultima uoluntas, ſi vero
aliter de eius contraria uoluntate apparuerit, nul-
lo modo teneat; ſed certum eſt in preſenti caſo, ꝙ
Benedictus iſta uoluit p illã cõſignationẽ diuiſionẽ
bonorũ facere, ut cõſtat ex diſpoſitionib. teſt. ũ ſu-
pra, a nobis allegatorũ, merito &c. & Dato, ꝙ oĩo nõ
pbaretur p primũ, & ſecundũ teſtes Benedictũ pa
trẽ dixiſſe tẽpore cõſignationis ſe cãſacere ſolũ, ut
illi eſſẽt coloni, nõ ut diuideret, & diuiſionẽ eos re
putaret poſt mortẽ, ſatis eſt in ppoſito, ꝙ appareat
de eius mente etiam poſtea ex ſupradicto funda

fundamento, hoc autem ſatis ſuperq; probatum
eſt in proceſſu, cum plures teſtes deponant d. Be-
nedictum in bonis Io: Baptiſtę Moncarij in loco
d. Danuae eius aperta dixiſſe ſe nolle eſſe dominum
ſuorum uſq; ad ultimum vitę ſpiritum, eamq; cō
ſignationem feciſſe filijs, ut eſſent ſimplices colo-
ni, non ut eſſet uera, & effectualis diuiſio, & aliam
diuiſionem eo tempore ſuę mortis eſpecturos, in
ter quos deponit id Paſculinus ſecundus teſtis, Pa
lanus. 3. Ioannes Martotti. 4 Paſcutius 5. Franciſ-
cus Bernardini. 6. Baptiſta Vieri. 7. omnes ſuper
Septimo articulo ipſius Io: Baptiſtę actoris, ideo
non poteſt dici ſubſtineri d. diuiſio, ut diuiſio effe
ctualis, cum non perſeuerauerit pater in ea uolun
tate, qua etiam in ea ab initio fuiſſet (quod negatur)
& conſequenter ille actus conſignationis non po-
tuit tollere d. ualidum, ſolene precedens teſta-
mentum,
38 Confirmantur prędicta, † quia ſecundum natu
ra eſt, ut res per quaſcunq; cauſas naſcantur, per
eaſdem diſſoluantur. c. 1. de reg. iur. in anti. l. nihil
tam naturale. ff. eod tit. ubi Bar. Dec. & Hier. Cagn.
Bar. l. actor ff. Rem. rat. hab. Ias. l. quemadmodum
2. not. ff. de acqui. poſſ. & l. 1. 5. not. C. quando non
39 pet. part. pet. accre; & ideo † quę ſollennitas in
contractu adhibita eſt, eadem in diſtractu requiri
tur. l. ſi ad reſoluandum C. de predi. mino. per quē
tex. ita dicit Bal. l preſes. col. 2. C. de transa. c. poſt
princ. C. ſi aduers. trans. & conſ. 220. proponitur
lib. 1. cum ſimil. in ultima uolontate, ut hic, eſt tex.
in d. l. heredes palam §. 1. ubi not. glo. Bar. Bal. & cę-
teri. ff. de teſta. Dec. d. l. nihil tam naturale nu. 2. ubi
etiam Hier. Cagn. late And. Tiraq. poſt leg. com-
ma. glo. 3. nu. xj. & ſeq d. autem conſignatio infor-
mis fuit, nuda, ſine ſollemnitate aliqua, ſine teſti
bus ad id rogatis, aut ſaltem tot, quot fuerant in
precedenti teſtamento, de cuius derogatione agi
mus, merito. ſed quia hęc confirmatio procedit
quando ageretur de reuocando teſtamento prece-
dente, non de eo declarando circa bona, & diui-
ſionem illarum, quo caſu ſufficit quomodocunq;
facta conſignatio, & deuiſio etiam coram duobus
teſtibus, ut late Pari. d. conſ. 34. col. 3. & 4. & in ſpe
cie ſub. nu 33. in fi li. 3. nō facio in ea uim maxime
40 quod clarum eſt, q licet dicamus † primo contrari
am uoluntatē teſtatoris probari non poſſe duo-
bus teſtibus, d. l. heredes palam. §. 1. quia in mutan
do uoluntatem requiruntur tot, quot adhibiti fue
41 runt teſtes in faciendo eam, † attamen duo ſuffici
unt in declarando, ut ibi habetur, quo in caſu nos
ſumus, Prout etiam uerisſimum eſt diuiſionē pater
nam inter filios ſubſiſteri quomodocunq; ea pro-
betur d. l. ſi cognationis. d l. filij, cum ſimil. Quam
uis non negem, q ſi precedit teſtamentum, & de
inde peruiam teſtamentariæ diſpoſitionis pater di
uidat bona ſua reuocando pœnitus primum teſta-
mentum, eadem ſolemnitas requiratur d. l. heredes
palam. §. 1. Et quia quando de mutatione prioris
uoluntatis agitur, ſi de ea nihil dictum ſit, uolun
tas, non dicitur mutata. l. ſancimus C. de teſta. im-
mo etiam ſi dictum fuiſſet, nihil eſſet, niſi id tri-
bus teſtibus ad id rogatis dictum fuiſſet, ut dicit
bus a diſpoſitione legis. & facto hominis l ſimul l.
vlt.c.de iur. emph tradit Alci. l. deteſtatio. prima
ſpecie ſuę partitionis uer.ſed cum quid &c.de uer.
57 ſig.† ideoque inſimili inferunt, quod illa uerba
libellantium,ſaluo iure addendi, & minuendi, ni
hil operâtur. cũ addere,& de trahere pendeat a diſ
poſitione iuris l. edita, ubi omnes C. de edendo,
& tradit Bar.l.non ſolum.§.morte de oper.no.nun
58 ci, cum alijs citatis per Rip.d.c.cum.M.nu.78.†
prout etiam illa uerba emphiteotę alienantis in re
quiſitio domino, ſaluo, & reſeruato conſenſu do
mini, non operantur, ut caducitas euitetur, cum
ex diſpoſitione iuris ſit, quod emphiteuta alienas
cadat a ſuo iure Bal.l.unica C.de his quę pen no.&
c.1.quę fue. pri.cau. bene. amit. ubi dicit commu-
nem *Dec.conſ.160.col.3.uers.preterea dato,cum
59 alijs citatis per Rip.d.c.cum. M nu.80.† prout etiã
ſi quis dicat,tu mentiris, ſaluo honore ſuo, ultima
illa uerba, ſaluo honore tuo, non operâtur, quin
prius iniuriam non inferant Bal.l. ſi quis extra-
neus ff,de aqui.heredi.

Hæc ex abundanti dicta ſint, nam dato etiam, quod illa clauſula pręſeruatiua iurium uniuſque partis, aut etiam ipſius ſolius Hieronimi effectum ſuum operētur, non poterit ei hypothecam anteriorem conſeruare, quum tunc temporis non habebat, cum adhuc non eſſet orta obligatio, neque actio, ut ſupra dixi uers. poſtremo quicquid ſit, &c. fiat ergo collatio iurium utriuſque partis ſecundum tempus d. decreti, potiora quidem Vincentii & Rodulfi iura apparebunt ſine dubio tam ratione anterioris ipſorum crediti,cum eius obligatio, & actio eſſet orta, illius uero Hieronimi non ita, ut deduxi ſupra uers. poſtremo quicquid, quam etiam ratione exactiuuis dd.pecuniarum antea factę, ut patet ex his, quę dicta ſunt ſupra in princ.

Poſtremo audio uim fieri pro Hieronimo in deſertione appellationis ipſorum Vincentii, & Rodulfi, ſed breuiter, ut deducit ex proceſſu diſertus cauſę patronus deductis ferijs, & alijs deducendis apparebit clare fatalia non eſſe defluxa, & quatenus tranſacta forte dici aliquo modo poſſent, deſertio appellationis in preſenti cauſa ex parte Hieronimi allegari non poteſt,potiſſimũ duabus rationib.

Prima quia ſententia iudicis a quo fuit penitus
60 nulla † iam ex defectu delegatæ ſibi iuriſdictionis
cum d. cauſa non potuerit delegari, ut dixi ſupra
ex not.c.licet de offic.de leg. & iux.not.c.cum in
iure co.tit.& late tradita p Van.de nulli.ex de tec.
61 iur.delr.in princ. † quam etiam inſtantię alteru-
trius partis, & citationis, cum non reperiatur in-
ſtante aliqua parte uentum ad ſententiã fuiſſe, ut
debuit.l.ino.l.de unu.quoq; de re.iud. Iar.l. prope
62 randum.§ & ſi quidem col.t.de iud.† nec quod ci
tatio per eum commiſſa fuit,ne dum facta ad ſen-
tentiam, immo nec ad dicendum contra commiſ-
63 ſionem.† & (quod deterius eſt, in auditum, & nõ
parum ſugillat dictum iudicem,nimis feſtinantem
ad ſententiam) non reperitur, quod dicta com-
miſſio fuerit in actis exhibita, uel producta, cum
tamen pars ad hęc omnia citari debuiſſet d. l. de
vnoquoq; c. deus omnipotens a.q.1.latiſſime Vãt.
64 d.tract.de nul.tit.de nulli t.ex defec.cita.† ſententia
autem nulla in iudicatum non tranſit l.ſi expreſſim
65 ubi Bar.ff.de app † nec deſeritur appellatio cũ de
66 ea uſq;ad 30.ãnos dici poſſit,† et ſi ubi agitur de pe
riculo animę Card. clem. 1.nu. 14.de re.iud. Sal l.
ſi preſes.C.quo.& quando iud.cum late congeſtis
per Vant.d.tract. de nullit. tit. quot. & intra quod
temp.&c. in princ.Neuiz.conſ.41.nu.37.& ſeq.ubi
alios congerit.

Secunda quia cũ d.Hieronimus uidens forte nullitatem ſententię predictę ſupradictum libellum porrexerit, eam non deberi attendi, & impetrauerit reſcriptum, & citato reo in preſenti iudicio, quod
merita cauſę conoſcantur, & ſecundum ea iudice-
67 tur †,oportet reſcriptũ eſſe comune, & patrocina
ri etiam dd.Vincentio,& Rodulfo,& reiectis apici
bus iuris quoad ipſam deſertionem de meritis cau
68 ſę conoſcatur.l 3.ff quod quiſque iur.† ut ſeruetur
ęqualitas l fin. C.de fruc.& lit.expens,& ne iudici
um eludicer. l. ſolemus. ff.de iud.c.cum inter. de
except.Rip.rub.de reſcrip.nu.4.cum vulgaribus.

CONSILIVM LXXXX.

Argumentum.

Quando quis de auxilio teneatur, & ad quam pœnam.

Quando quis teneatur de rupta treuga, ſeù promiſſione, & uerbo, de aliquem non offendẽdo, uel offendere faciendo, uel etiam, quod ſui nõ offendẽt, pręcipue ex noua cauſa?

Et multa de teſtibus in criminalibus, præcipuæ mulieribus, an ꝓbent.

S V M M A R I V M.

Reus accuſatore non probante abſoluendus eſt nu.1.

Auxiliator eſt, qui adſtat armatus maleficio etiam ſi nihil faciat nu.2.

Quod procedit, quando probatum eſt, quod doloſe ſtetit nu.23.

Et quando probatus eſt tractatus præcedens nu.24.

Et quando coniectura non adſunt, ex quibus apparet quod ille mala intentione ibi non adfuit nu.25.

Et quãdo quis ad fuit tẽpore rixę,nõ ea expleta.nu.26.

Auxilium cooperatiuum praſtari non dicitur per eum, qui aliquam cauſam immediatam ad uulnerandum nõ præbet nu.3.

Cooperatio ad delictum tribus temporibus, ante delictũ in ipſo delicto, & poſt delictum fieri dicitur nu.4.

Auxilium cooperatiuum ante delictum eſt, quando quis aurum pecũia, arma, equum, & huiuſmodi commodat, ut delictum fiat.nu.5.

Auxilium

Auxilium cooperatiuum in delicto eſt, quando quis manus apponit ad delictum, & dicitur Socius criminis, ea deinq; pœna cum principali punitur nu 6.

Item, ſi adſtat armatus, ut principalis delictum faciat; vel ne principalis delinquens à quoquam impediatur, uel ut facilius euadat nu.7.

Auxilium cooperatiuum poſt delictum quadupliciter cõſideratur, remiſſiue nu.8.

Vno modo, quando quis opem præſtat. poſt delictum, ut delinquens fugiendo euadat nu.9.

Inquiſitio de auxilio contra aliquem formata ex eo, quod adſtetit delicto, ut ualeat, continere debet, quod inquiſitus adſtetit animo, & intentione, ut delinqens audacior, offenſus uero timidior fieret nu.10.

De auxilio, ut quis puniatur, neceſſe eſt per fiſcum probari, quod præceſſerit tractatus ad maleficium committendum, & quod principaliter ad hoc fuerint coadunati nu.11.

Adſtans delicto, preſumitur caſualiter interueniſſe, & ideo non tenetur nu 12.

Tractatus ad delictum probatur preſumptiue contra eũ, qui poſt delictum delinquentem aſſociatus eſt, nu.13.

Quod non eſt omninò tutum nu 14.

Hoc tamen retento, procedere poteſt, ubi non apparent ulig efficaciores probationes nu.15.

De auxilio ut quis condemnetur, probari debet, quod adſteterit ibi ſcienter, dolò, & animo auxiliandi nu 16.

Auxiliator non dicitur, qui incidenter in rixa reperitur nu 17.

Delicto interuenire in dubio quis intelligitur incidenter. nu.18.

Delicto interuenire caſualiter preſumitur, qui tempore mota rixa in loco delicti erat nu.19.

Maxime ſi poſt expletam rixam superueniat nu.20.

Et ſuis ſolitis armis nu.21.

Verba ſunt earum, quę ſunt in animo paſſionũ nota nu.22

Auxilium poſt delictum impropriè dicitur auxiliũ n.27.

Nec punitur talis auxiliator uti principalis nu.28.

Auxiliator poſt delictum non punitur, quando quod agit non facit cauſa præſtandi auxilij nu. 29.

Teſtis de auditu probat ad defenſam nu 30.

Defenſio licita eſt ei, qui timet ſe offendi nu. 31.

Tam reſpectu ſui nu.32.

Quam conſanguinei, & familiaris nu.33.

Quin etiã amici, ne iſti priuata manu offendãtur nu.34

Ac etiam extranei nu.39.

Ac etiam illo contradicente nu. 37.

Mendax nemo præſumitur nu. 35.

Confeſsione proprij oris nulla maior eſt probatio nu.38.

Pax licite rumpitur ex noua cauſa nu.39.

Promiſsio de non offendendo, intelligitur rebus ita ſtantibus nu.40.

Rixæ inceptor is dicitur, qui prius enſẽ euaginauit nu.41

Treuga rumpitur etiam interueniente noua cauſa nu.42.

Contra nu 89. ubi de magis communi.

Etiam quod cauſa noua leuis ſit nu.90.

Ac etiam, ſi dubia ſit nu.91.

Et opinio contraria damnatur nu.92.

Et in Ducatu Vrbini contra eam ſeruatur nu. 93.

Vel prima opinio procedit in treuga propria, ideſt ad tempus certum, ſecus alias nu 94.

Vel procedit dicta opinio reſpectu principalis promittentis, non reſpectu aliorum attinentium in treuga cõprahenſorum nu. 95.

Etiam ſtante ſtatuto, quod noua cauſa allegari non poſſit nu.96.

Vel procedere poteſt dicta opinio, tribus concurrentibus, de quibus hic nu.98.

Vel procedit illa opinio ex interuallo, ſecus ſi in continenti nu.99.

Argumentum a ſufficienti partium enumeratione ualet nu 43.

Promittens factum alienum faciendo poſsibiliá excuſatur nu.44.

Niſi promiſerit ſe cum effectu curaturum nu.45.

Immo etiam tunc idem dicitur nu.46.

Ad defenſam ſufficit tale quid probari, ex quo appareat illud, de quo queritur, licite fieri potuiſſe nu. 47.

Teſtes ad defenſam probant, etiam per uerbũ credo nu.48

Peruſinis dedecus eſt fugere nu.49.

Siculis, & natis ex nobili progenie; Militibus, & Viris bonæ ſpei, & famæ nu. 50.

Honor cuique eſſe debet non minus charus, quam uita nu.51.

Honorem ſuum negligens crudelis eſt nu. 52.

Mulieres teſtes in criminalibus non admittuntur. nu. 53. & nu 108.

quod procedit ad offenſam, & condemnationem, nõ ad defenſam, & abſolutionem nu. 54.

Teſtes etiam inhabiles admittuntur ad defenſam nu. 55.

Maxime ſuper innocentia, & offenſa, non ad repulſam teſtium nu. 56.

Ac ſi in iudicio, in quo proceditur per inquiſitionem. nu.57.

Fratres, & conſanguinei, teſtes inducti, ad defenſam, admittuntur nu. 58.

Maxime, quando ſunt ultra duos nu. 59.

Maxime etiam ſi teſtes ſint bonæ uitæ, conditionis, & formæ nu.60.

Teſti ſingulari non creditur nu. 61.

Maxime etiam contra Reum nu. 62.

Et ad reprobandum de mendacio nu. 63.

Teſti deponenti in iudicio cum iuramento magis creditur quam extra iudicium ſine iuramento. nu.64.

Teſti uario non creditur nu. 65.

Quod intelligitur, ſi uarietas ſit circa ſubſtantialia, ſecus alias nu. 67.

Teſtes, qui ad concordiam reduci poſſunt, probant nu 66.

Teſtes concordes in ſubſtantiali, licet diſcordent in acceſſorijs, & alijs qualitatibus probant nu. 68.

Varietas modica etiam non reducibilis ad concordiam, etiam in ſubſtantiali non uitiat teſtimonium alicuius. nu 69.

Deponens negatiue dicere debet, quod illud fieri non potuit, quin ipſe uiderit, aut audiuerit nu 70.

Motor rixæ præſumitur, qui animo deliberato pertranſit ubi quis permanet nu. 71.

Et qui in domo ſua uiros armatos detinet nu. 72.

Et qui in loco rixæ plures habet amicos, alius uero paucos. nu 73.

Et qui ualens tranſire per uiam magis apertam, & breuiorem, accedit per longiorem, in qua eſt ille, cum quo rixa ſequuta eſt nu. 74.

Et qui ab uno latere uiæ, per quem incedit, uertit iter ad alium, in quo eſt ille, cum quo rixa ſequuta eſt nu. 75.

Et qui plus ſolito armatus incedit nu. 76.

Et qui iniurioſa verba profert in eum, cum quo rixa

ſequuta

ſequuta eſt nu. 77.
Et qui vulneratus in rixa remanſit nu. 78.
Et qui robuſtior, & potentior eſt, ſaltē ex qualitate loci, & genere armorum nu. 79.
Et is de quo teſtis aliquis ex tempore in rixa dixerit, gli ſtà molta bene, non gli ne doueu dar cauſa nu. 80.
Et qui prius euaginauit enſem, aut manus ad eum appoſuit nu. 81.
Niſi ipſe prius offenſus ſit nu. 111.
Defenſionis ſuę cauſa feciſſe dicēti incumbit onus probādi nu. 82.
Niſi conlecturis de defenſione appareat nu. 83.
Aggreſſor preſumitur, qui ante rixam in loco ſequutę rixę deambulabat nu. 84.
Niſi is ſolitus fuiſſet amoris, aut alia de cauſa ibidem deambulare nu. 85.
Argumentum a ſolitis ualet nu. 86.
Maxime ad euitandum præſumptionem delicti nu. 87.
Noua cauſa in dubio preſumitur nu. 88.
Homo non eſt dominus ſuorum membrorum nu. 97.
Teſtes in criminalibus ad condemnandum requiruntur omni exceptione maiores nu 100.
Teſtis mendax in vno, in ceteris reprobatur nu. 101.
Inimicus etiam preſumptus teſtis non probat in criminalibus nu. 102.
Vilis perſona in criminalibus teſtis non admittitur in cauſa graui nu. 103.
Maxime contra perſonam illuſtrem nu. 104.
Teſtis deponens negatiuam, eſt ſuſpectus de falſo nu. 105.
Teſtis cauere debet tanquam ab igne, ne negatiuam deponat nu. 106.
Teſtis ad vnum panem viuens cum eo, pro quo deponit, ſuſpectus eſt nu. 107.
Teſti non ueriſimilia deponenti non creditur nu. 109.
Immo contra eum eſt præſumptio falſitatis nu. 110.
Rixantibus ſimul duobus, uterq; abſoluendus eſt, non apparente quis eorum motor rixę fuerit nu. 112.
Promiſsionis facta uerbo de non offendendo ſine iuramento. & pœna. de iure communi eſt pœna pecuniaria, ſi quis et contrauenerat nu. 113.
Ac etiam pœna infamia nu. 114.
Condemnari quis non poteſt, nec puniri, ubi caſu quid fecit non autem culpa, & dolo ſuo nu. 115.
Nec ubi de pœna infamia agitur nu. 116.
Infamia pœna non incurritur per ignorantem nu. 117.
Reus in dubio abſoluendus eſt nu. 118.
Maxime contra Fiſcum nu. 119.
Et Maxime ſi Reus ſponte ſe conſtituit nu. 120.
Conſtituens ſe ſponte purgat omne indicium contra ſe inſurgens ex eius fuga nu. 121.
Et præſumitur innocens delicti nu. 122.
Iniuriam propulſare licitum eſt nu. 123.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

QVAMVIS ob rixam de menſe Iunij proxime præteriti exorctā inter Illuſt. D. Marc. Anto. Raynerium nob lem Peruſinum, & D. Victorium Vicum Senogalienſem in Ciuitate Foroſēpronij in contrata dicta Florentia Ducatus Vrbini, in qua dictus Victorius duobus vulneribus á Marco Antonio vulneratus remanſit, in eoque loco rixę armatus aſtare uiſus fuit Illus. Comes Annibal de Antignolla Peruſinus, & demum cum dicto Marco Antonio diſcedere, & propterea contra dictum Illus. Comitem de quinque Inquiſitio formata fuerit, ut in eius copia & proceſſu ad nos tranſmiſſo apparet, Primo de mandato, Secundo de auxilio, & fauore etiam cooperatiuo. Tertio de delatione Archibuſetti parui prohibiti, ex forma Decreti Ducalis. Quarto de abductione dicti Marci Antonij e manibus Curię. Quinto & ultimo de fractura Treugę; & promiſsionis factę, ſeu Verbi (ut dicitur) dati Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Cardinali Vrbini, de non offendeodo dictum Victorium per ſe, & de curando ita, & taliter cum effectu, quod ſuos complices, & ſequaces non offendent. Attamen
1 † quia de tribus ex prędictis, uidelicet primo tertio, & quarto nihil penitus in proceſſu probatur contra dictum Comitem Annibalem, & propterea ab his abſolui debeat ſine dubio ex regula l. qui accuſare. C. de eden. inſtandum erit circa reliqua duo nempe de auxilio, & fauore, ac etiam fractura fidei, ſiue dictę promiſsionis, in quibus aliqua uidetur per Fiſcum fieri difficultas.

CIRCA Primum, de auxilio, cum per plures teſtes Curię plene probetur, dictum Comitem ibi adfuiſſe armatum, primum enſe, & quidem euaginato, ut aliqui deponunt, deinde etiam armis aſtatis, ſumptis e domo Petrantonij Magagnini prope locum rixę exiſtrote, de dicto auxilio, & fauo-
2 re condemnandus uidetur, † quia ille, qui adſtat armatus maleficio, etiam ſi nihil facit, dicitur auxilium pręſtare, ita quod de eo uenit puniendus Innoc. c. continentia de cleri. percuſſo. Bar. l. in rixa. nū. xij. ad l. cornel. de ſica. Fely. in c. 1. col. 8. uerſ. & nota. de offi. deleg. Corne. conſ. 8. & conſ. 107. uiſa col. 2. lib. primo. Aret. in tract. de malef. in uerb. Andream auxiliatorem. uerſ. & aduertendum eſt, & in uerb. d. Andreas armatus col. 1. cum alijs congeſtis per Hyppo. in d. l. in rixa. nu. 12. & latius in ſua praxi criminali, in uerb. conſtante nu. 56. & rurſus nu. 61. alijsq; uarijs in locis.

Cęterum his non obſtantibus, cenſeo intrepide dicendum, pręfatum Illuſtrem Comitē à pęna auxilij omnino abſoluendū. Nā primo quoad cooperatiuum, nulla eſt dubitatio, id quod primo vna ge-
3 nerali concluſione conuincitur, † quia non probatur, Comitem pręſtitiſſe aliquam cauſam immediatam ad vulnerandū Victorium ut requiritur in conpatiuo, iuxta tradita p Sor. in conſ. 188. uiſa in 2. li. 1. p Cepo. cōſ. 24. in ſecūdo dubio, & cōſ. 27 p Carre. in ſua praxi. §. homicidiū nu. 6. ubi ponit exempla auxilij cooperatiui, quæ ſine dubio aptari aliquo modo non poſſunt caſui noſtro.

4 † Secundo clarius, & diſtinctius, qa coopatio in ppoſito tripliciter a Doctoribus conſideratur, Ante delictum. In ipſo delicto. & poſt delictum.

5 † De Primo, Ante delictum, ponuntur exempla de eo, qui commodat aurum, arma, equum, & huiuſmodi, ſecundum glo. l. nihil. ff. ad l. ror. de ſicarijs quo genere auxilij cooperatiui, nihil aduerſus dictum Illuſtr. Comitem probatur.

6 De ſecundo tripliciter exempla ponuntur. † Primo quando quis manus apponit ad delictum, & dicitur ſocius Criminis, qui pari pęna cum principali punitur. l. utrum cum glo. uer. conſcij. ff. de parri. §. alia Inſtit. de pub. iud. c. ſicut. §. q uero de homi. l. itē mals. §. ſi plures. ubi glo. & l. ad l. aqui. Bar. l. is, qui opem. & l. furti §. ope. ff. de fur. & eſt communis ſecundum Boer. decis. 167. nu. 3. Fely. d. c. ſicut. Meno. de arbi. iud. quęſt. caſ. 349. nu. 7. Secundo ponuntur exempla in eo, qui ad

7 ſtat armatus, ut principalis delictum faciat d. c. ſicut. §. 1. Tertio exemplificari poteſt in eo, qui adſtat cum armis, ne a quoquam impediatur, & facilius euadat, quorum neutrum in d. Comite uerificari poteſt, cum non probetur, quod manus delicto appoſuerit uel q adfuerit ibi animo, & intentione, ut D. Marcus Antonius delictum committeret uel ne a quoq; impediretur, uel ut facilius delicto perpetrato euaderet. Quinimmo iſta nec probari poſſunt, nec uerisimilia ſunt, cum ipſe Illus. Comes predicto delicto non adfuerit, ſed forte fortuna poſt illud expletum ſuperuenerit, ut infra clarius apparebit.

8 De Tertio cooperationis auxilio poſt delictum quadrupliciter ad quadruplicē effectum exempla ponunt Doctores. c. 1. ubi dixi glo. 2. de offi. de-

9 leg. † Vno autem, ad rem noſtram, quando quis opem pręſtat poſt delictum, ut delinquens euadat fugiendo, iuxta l. 1. C. de his. qui latro. &c. & iſto modo auxiliator punitur pęna arbitraria. Ant. But. d. c. 1. col. 2. cum citatis per Dec. ibi in quinta limit. per Meno. d. caſ. 349. nu. 21. & ſeq. & per Aut. Gom. tom. 3. delic. c. 3. ſub nu. 50. uers. itē addo. q optimas leges id ꝓbantes allegat.

Et licet in hoc capite auxilij uideatur eſſe d. Comes, cum non neget ſe aufugiſſe cum dicto Domino Marco Antonio, quia tamen non fuit illum aſſociatus, ut euaderet e manibus curię, ſed aufugit ob aliud, ut infra patebit, neque etiam ob huiuſmodi auxilium predictus Comes uenit puniendus

Idem dicendum eſt etiam de alijs generibus auxilij. Primo quod inquiſitio contra d. Comitē formata corruit, pręcipue ex vno ſubſtantiali omiſſo; licet enim in ea dicatur, quod Marcus Antonius efficiebatur audacior, & Victorius timidior, ex eo, quod dictus Comes cum alijs ſuis armatus

10 ibi aderat, † non tamen exprimitur, quod ibi Comes adſteterit eo animo, & intentione, ut ille audacior, iſte uero timidior fieret, ut neceſſario requiritur ad hoc, ut inquiſitio teneat, ſecundū Bar. in d. l. ſi in rixa. col. penul. ubi Marſi. plene Ang. Aret. in d. tract. malefi. in uerbo, dicto maleficio ſemper aſſiſtit. Cepo. conſ. 1. col. 4. uers. prȩterea Bar. l. qui ſeruo. ff. de fur. & idem Marſi. in ſua practi Crimi. in uerb. conſtante nu. 51. uer. & ideo. Paris. conſ. 152. uidi exemplum nu. 2. cum alijs per doctores in dictis locis allegatis.

11 Secundo quatenus inquiſitio teneat, † quia ad hoc, ut quis de auxilio, & fauore teneatur, neceſſe eſt per Fiſcum probari, quod precęſſerit tractatus ad maleficium committendum, & quod tractatum facientes principaliter ad hoc fuerint coadunati. Pet. Ancha. conſ. 217. Bar. & alex. in l. ſi duo patro

12 ni. in princ. ff. de iur. iuran. alias, ſi iſtud non probatur, pręſumptio eſt, quod inculpatus ignoranter & caſualiter interuenerit, ita, quod de auxilio non teneatur, & tradit Hippo. in l. nihil. nu. 8. & xj. de ſicar. in l. vnica nu. 81. & 180. & ſeq. de rapt. uirg. & in praxi. crim. in d. uerb. conſtante. nu 45. 46. & ſeq. conſ. 66. Dominus Deus Cæli Rex. nu. 44. ubi alios allegant, & idem tenet Paris. in d. conſ. 152. nu. 33. & conſ. 164. nu. xj lib 4 Io. Bap. Aſini. conſ. 312. nu. 60. inter conſil. crimi. per Zilett. lib. 4. concludens, inquiſitum non teneri, nec poſſe condemnari de auxilio, & fauore, tractatu predicto non ꝓbato. Menoch. de arb. iud. quęſtio. lib. 2. cent. 4. caſ. 350. nu. 3. ſed de predicto tractatu aduerſus Comitem nihil penitus probatum eſt in proceſſu, merito &c.

13 † Nec dicetur, quod tractatus probatur preſumptiue, ex quo poſt delictum ſequuta fuit aſſociatio, ut uoluit Bal. l. nō ideo minus. col. pen. uers. quęro an aſſocians. C. de accuſa. & ſequitur Blan. de indi.

14 uer. aſſociatio nu. 201. Quia reſpondetur, † huiuſmodi aſſertionem Baldi nō eſſe omnino totam arg l. merito. ff. pro ſocio; ut alias dixi d. c. 1. ſub d. glo. ſecunda ubi latius declaraui.

Secundo igitur dato, quod ea procedere poſsit

15 aliquo in caſu, † illa ſubſtineri poterit, ubi non apparent aliæ efficaciores pręſumptiones, quę ſupradictā inſurgentem ſolum ex aſſociatione elidant, alijs enim coniecturis efficacioribus ſubſiſtentibus illa præſumptiua probatio tollitur l. dinus. de reſtit. in integ. Hic adſunt coniecturæ plures illam aſſociationis elidentes, merito, &c. Pręcipue autem quia ab initio rixę Comes Anibal in loco delicti non aderat, ſed longe poſtea ſuperuenit forte fortuna, & extempore ita cum Marco Antonio loquutus eſt, ut colligi potuerit, quod rixa orta fuit nō ſolum pręter, uerum etiam contra ſuam intentionem, ut infra mox deducetur.

16 † Tertio q̄a, ut quis condēnari poſsit de auxilio, neceſſe eſt, probari, quod ille adſteterit ibi ſcienter dolo, & animo auxiliandi, q̄a aliter p̄ſumitur, quod caſualiter, & incidenter ibi reperiatur, & non tenetur aliquo modo de auxilio, cum careat dolo, ut expreſſe uoluit Signo. conſ. 135. in q̄ſtione col. 2. uers. p̄terea. Bal. in l. quicunque col. penu. uers. nota ſexto c. de ſer. fugit. Fely. c. cū uiceſimum in princ. de offi. deleg. c. ſicut dignum col. 3. uers. eſt uerum de

17 homi. c. ſi q̄s Epiſcopus. extra de hęret. † Immo, q incidenter reperitur in rixa, nō dicitur pręſtare auxiliū Bal. l. ob hęc uerba. ff. de his, q not. infā. Aret. d. tract. in uerbo. d. Andreas armatus. Roma. cōſ. 116 Corne. cōſ. 149. uiſo. col. penul. & fin. li. 1. Hyppo. Marſi. d. l. ſi in rixa. nu. 13. d. l. nihil nu. 4. & 8. in ſua praxi crimi. d. uerbo, cōſtante, nu 47. 48. 49. 55. &

18 ſeq. ubi concludit † quod ignoranter, & caſualiter interueniens (quod in dubio preſumitur, niſi ꝓbetur contrarium) non tenetur de auxilio, idem firmat. l. vnica nu. 87. de rapt. uirg. Aret. d. tract. in uerb. d. Andreas armatus. col. 1. & ſequitur Paris. d. conſ. 152. nu. 32. & conſ. 164. nu. 14. lib. 4 Io. de Ami. cōſ. 53. col. 1. Rimināl. conſ. 13. Iac. Mand. Alba. conſ. 47. Dominus Iudex nu. 5. ubi dicit, id certū in iure eſſe, & quod ſciētia huiuſmodi, & dolus debet poni in inq̄ſitione, & probari, poſt Bar. in l. omnes. la 2. C. de agri. & cenſi. lib. xi. & alios, quos ibi congerit

Idem

Idem tenet Iaco. Emi. conſ. 52. in cauſa iſtius nu.
5. & ſeq. & uidetur tex. inſtit. de oblig. quę ex
quaſi deli. naſcun. §. interdum. uers. ope, ibi ſci-
ens, cuius rei gratia commodauerit. & in l. ſi pi-
gnore. §. qui ferramenta, ibi ſciens commodaue-
rit, &c. & ibi ſciens, cuius rei gratia &c. ff. de furt.
Cum ergo nullus teſtium in proceſſu dicat Comi
tem prędictum ibi aſtetiſſe armatum ſcienter, do
lo, aut macchinatione aliqua, pſumitur forte fortu
na ibi fuiſſe, & nullo modo de auxilio tenetur.

Quarto ut magis in tuto noſter Comes ponatur
conſiderandum eſt, quod in caſu noſtro non ſolũ
prçſumitur fortuita pręſentia Comitis generaliter
ex eo quod non probatur in contrarium dolus,
uerum etiam ex pluribus coniecturis particulari-
19 bus, † & pręcipue, quia tempore motę rixę ipſe
non erat in loco rixę, ſed in alia ſtrata ſatis diſtan
te ab ea, in qua rixa fiebat, intermedijs etiam mul
tis domibus, ut probant multi teſtes ipſius Comi-
tis, pcipue Ser Vincentius primus teſtis ſup in ter-
rogatorijs Fiſci. Hieronimus Dattilus tertius teſtis
ſuper ſexto articulo deponẽs nihil poſſe audiri aut
uideri, quod fieret in loco rixę, a loco, in quo Illu
ſtriſſ. Comes erat. Fuluius Tacchinus ſuper ſexto.
20 † Secundo quia quando ibi pręſto fuit, iam
rixa erat penitus extincta, & uterq; rixantium ſe
retraxerat, ut aperte, & plena deponunt plures
teſtes, pręcipue Hieronimus Dattilus tertius teſ-
tis ipſius ſuper xiij. articulo, & clarius ſuper inter
rogator. j. Fiſci. Gabriel quartus teſtis ſuper 6. 7.
& 8. & clarius ſuper 13. & 14. articulis. Gaſpar. x.
teſtis ſuper 14. art. qui dicit, *E quando il Conte ar
riuò li, Vittorio era gia ferito, & retiratoſi uerſo la
caſa di Giemmo, e Marc' Antonio era doue hò detto di
ſopra &c.* D. Laura 13, teſtis D. Polixena 14. te-
ſtis ſuper 14 & demum Dominus Paulus teſtis p
Fiſco examinatus ultimo loco.
21 † Tertio Quia acceſsit ad locum armatus ſolum
ſuis ſolitis armis, ut omnes fere aſſerunt, immo en
ſe ſolum, ut deponit Paulus quintus teſtis ipſius
ſuper 13. articulo, & ſeq.

Non obſtat, quod acceperit arma haſtata, ut
non nulli dicunt, quia id fuit poſt rixam, ut q;
euaderet impetũ illorũ, q cũ archebuſijs contra eũ
& Marcum Antonium irruebãt, ut infra dicetur.

Quarto q2 habebat ſecũ ſolũmodo Ioãnẽ Angelũ
ex multis, quos domi alebat, & ſecũ ducere ſolebat

Quinto Quia, cum in eo loco reperijſſet Mar-
cum Antonium nudato enſe, & uidiſſet Victori
um uulneratum, iuſtum dolorem temperare neſci
uus protulis illa uerba, *Marc' Antonio, che hai*
22 *fatto, m'hai ruuinato*, Verba enim ſunt earum,
quę ſunt in animo paſsionum notę. l. labeo. de ſup.
lega. cum vulga. ſed ſi dolo procuraſſet adeſſe, ſte
tiſſet utiq; in loco magis propinquo, & a quo po-
tuiſſet audire, & uidere rixam, curaſſet adeſſe, a
principio, ut audaciorem Marcum Antonium red
dere poſſet, non poſt eam finitam, geſtaſſet ſecum
arma fortiora, & ſuos familiares ſecum habuiſſet,
& illa uerba, *m'hai rouinato*, non potuiſſet, qu
potius ei gratias egiſſet.

Accedit his omnibus bona conditio, & fama ip
ſius Illuſtriſſ. Comitis ſatis plene probata per om-
nes teſtes ipſius, ſuper primo articulo, & ulterius
etiam per D. Peruzzinum primum, & D. Paulum
ſecundum teſtes Fiſci ſuper interrogatorijs Illus.
Comitis, Qua ſtante, pręſumendum eſt, ſine du-
bio, ipſum ibi dolo non aduenitſſe, ſed incidenter
ut ſupra dictum eſt. Accedente etiam ulterius, q2
ad eam rixam multi alij acceſſerunt, & occurerunt
ex eodem loco, in quo ipſe aderat, ut fit in ſimili-
bus, Nec propterea eſt, qui dicat, eos, fauoris, aut
auxilij pręſtandi gratia ibi acceſsiſſe.

Et ita tenendo non obſtat, quod prędictus Co-
23 mes ita ibi uiſus fuerit armatus, † & qui aſtat arma
tus, etiam quod nihil faciat, dicatur pręſtare auxi-
lium, quia illud procedit, quando probatum eſt,
quod doloſe ſteterit, ut ſupra in primo & tertio fũ
24 damento, † Secundo illud procedit, quando pro
batus eſt tractatus precedens, ut in ſecundo funda
25 mento ſupra deduximus † Tertio illud procede-
re poſſet, quando non adeſſent coniecturę, ex qui
bus appareret, quod non mala intentione ibi ad fu
26 erit. † Quarto illud procedit, quando adfuiſſet q2
tempore rixę, non ea expleta, ut hic.

Non obſtat, quod dictus Comes in loco delicti
fuerit etiam cum armis haſtatis, & poſt delictum,
delinquentem aſſociatus fuerit, ex quo poteſt dici
pręſtitum auxilium. Quia reſpondetur.
27 † Primo quod qui dicunt, auxilium delinquen-
ti pręſtari etiam poſt delictum, impropriè loquun
tur, † & propterea huiuſmodi auxiliator non ita
punitur, ac principalis, ut tradit Bar. in l. furtum
§ non committi. ff de furt. Bar. & Ang. l. 1. C. de
his, qui lat. Aret. de malefi. in uerb. maleficio ſem
per aſſeuit, uers. quęro in pęna &c. & in uerb. An
dream auxiliatorem col. 1. uers. poſt uero malefi-
cium. ubi Aug. Arimi. Franc. Curt. conſ. 41. col.
fin. & alij, quos in magno numero citat idem Paris.
d conſ. 152 nu. 41. Dec. Meno. & Ant. Gome.
ubi ſupra. Hęc tamen reſponſio non euacuat om
nino difficultatem, cum huiuſmodi auxiliatos ali-
qualiter puniatur.
29 † Vnde ſecundo reſpondetur, eum auxiliatorem
poſt delictum punibilem eſſe, qui quod agit, au-
xilij pręſtandi cauſa delinquendi facit, puta, quia
auxiliatur eum comitando, uel quid aliud facien
do, ut delinquens euadat, ſecus. ſi comitatur,
eũ, uel quid aliud facit, alia de cauſa, puta, ut quia
ipſe quoque de ſe ſuſpicatur, & euadere curat,
tunc enim iſte alteri auxiliari nullo modo dicitur,
ſed tutelã ſuã q̃rere, ideo de auxilio puniri non po
teſt, arg. l. eius. q in prouincia in princ. ff. ſi cer. pet.

Quod autem Comes noſter aufugiendo, arma
aſſumendo, & ſui ipſius tutelam curaret, non au-
tem auxilium Marco Antonio delinquenti pręſta
ret, deducitur clariſsime, quia in loco rixę com-
paruerunt quinque Viri armati lorica, enſibus,
pugionibus, & ulterius, etiam ſinguli binis arche
buſijs, vno paruo ad latus, altero longo in mani-
bus, Qui poſtquam Victorius ſe retraxerat, irru
ebãt uerſus ipſum Comitem, & Marcum Antoniũ
ut deponit non ſolum Hieronimus Dattilus de au-
30 ditu, † q probat ad defenſam Alex. conſ. 79. uiſa in
fin. & conſ. 109. nu. 8. lib. 1. Dec. conſ. 469. uiſa
nu. 5. cum vulgaribus, uerum etiam Gabriel,
quartus teſtis ſuper 6, 7. & 8. D. Hieronima xj.
& D. Laura 13. teſtis de uiſu D. Subſanna 24.

D. Polixena ſs. omnes de uiſu ſuper 19. articulo
addentes etiam aliquid, quod multi uiri, & mulie-
res ibi aſtantes ſe interpoſuerunt, ne illi dictos
Marcum Antonium, & Comitem inſultarent,
Et quod Comes ad eos dixit, *Ab congl'arcbebu-
gi &c.* Et quod erant illi, quos ſolebat Victorius
domi alere, & retinere armatos, ut deponit Cor-
nelius ſuper 26. Ant. ſuper 58. qui dicit, eos ſe ui
diſſe in domo Victorij eadem die. Hieronimus ſu
per 35. & quod ueniebant à domo illorum de Paſ
ſioneis, quam Victorius familiariter inhabitabat;

Ex quibus luce clarius colligitur, quod tam aſ-
ſumptio armorum cum haſtis, quam etiam receſ-
ſus factus per Comitem cum Marco Antonio non
fuerit ad auxilium preſtandum Marco Antonio
contra Victorium, uel ad eum euadendum; ſed
ad defenſionem, & tutelam dicti Marci Antonij;
ut etiam teſtes ſuper 21. art. deponunt, & Gabri-
31 el, & Hieronima ſupra interogat; ac etiam ſui ip
32 ſius, quod facere licuit impune, † cum uériſimi-
liter timere poterat de offenſione, quod ſufficit,
ut poſt Imo. & alios, tradit Gram. conſ. 56. in ca
uſa inquiſitionis nu. 5. tam reſpectu ſui. l. ut uim.
33 ff. de iuſt. & iur. † quam etiam ſolius Marci Anto-
nij, tum quia erat ſuus nepos, & familiaris, ut om
nes teſtes etiam Curię deponunt, & in ipſa in-
quiſitione contra eos formata habetur, tum quia
34 etiam erat ſibi ualde charus, & amicus, † & de iu
re, tam amicum, quam coniunctum licet defen-
dere, & poſt delictum ei auxiliari, ne priuata ma
nu offendatur, ſecundum glo. mag. ad fi. clem. 1.
de pęn. Horat. Luci. inter conſi. crimi. diuers. cōſ.
268. nu. 26. to. 1. l. ob hęc uerba, ad fin. ff. de his,
qui not. infa. ut late multa allegans congerit con-
ſulendo Gram. d. conſ. 56. nu. 22. & ſeq.

Nec dicatur, quod Marcus Antonius debebat
ſibi eſſe odioſus, ex quo contra prohibitionem
ſuam, & datum uerbum dicto Illuſtriſsimo Do-
mino Cardinali uulneraucrat Victorium, tum
quia habuit iuſtam cauſam credendi Marcoanto-
nio dicenti ſe feciſſe prouocatum propter pre-
35 ſumptionem iuris communis, quę eſt, † quod ne
mo prę́ſumitur mendax. l. merito. ff. pro Soc. Ac
etiam propter bonam conditionem, & famam il-
lius, quam notam habebat Comes, de qua depo-
nunt omnes fere teſtes, pręcipue Gabriel, & An
36 tonius ſuper 9. art. † tum etiam quia, licitum eſt,
defendere alium etiam extraneum, & inimicum
capitalem ab irruentibus in eum, & inſtanti peri
culo, maxime ſe retrahendo Bal. d. l. ut uim. q. 6.
37 & ibi plene Ias. † etiam contradicente illo, ne
dum poſtulante, ut eſt tex. in. c. dilecto. de ſent.
exco. lib. 6. tradit Gram. d. conſ. 56. nu. 26. &
27. Ex quibus apparet, nullo modo prędictum Co
mitem de auxilio teneri.

Qᴠᴏᴀᴅ ſecundū, hoc eſt facturā treugæ ſiue ꝓ
miſsionis prædictę factę Illuſtriſſ. Domino Cardi-
nali Vrbini, uidetur contra dictum Comitem eſſe
reſpondendum, De ea enim promiſsiona conſtat
ſine dubio, non ſolum per atteſtationes multo-
rum teſtium pro curia deponentium ſaltem de pu
38 blica uoce, & fama, † uerum etiam per confeſsio
nem ipſius inquiſiti in pluribus ſuis conſtitutis,
qua nulla maior eſt probatio l. 1. de confeſſ. Ruptu
ra autem prędicta uidetur indubitanter reſultare,
cū dictus Comes nōſolū nō curauit, ne Victorius
offenderetur á Marco Antonio, q̃ de cōpręhenſis
in promiſsione erat, uerū ſtante prędicto auxilio,
& fauore uidetur procuraſſe, ut omnino offen-
deretur.

39 † Nec uidetur Comes prędictus poſſe ſe excu-
ſare, aſſerendo, quod quicquid fecit Marcus An-
tonius, ad ſui defenſionem, & ex noua cauſa fecerit
iuxta not. per Bar. l. aut facta § cauſa ff. de pœn.
Alex. & Ias. l. qui ſeruum. ff. de uerb. oblig. Mar-
ſi. ſing. 303. ex pace, & treuga, In quibus locis habe
40 tur, licitū eſſe ex noua cauſa pacē rumpere, † quia
intelligitur promiſsio, rebus ita ſtantibus, & non
ſuperueniente noua cauſa, argumen. not. in l.
quod ſeruius. ff. de cond. ob. cauſ. quia hoc uide-
tur tolli ex duobus.

Primo quia ex actis uidetur conſtare contrari
um, uidelicet, quod Marcus Antonius fuerit ag-
greſſor, Nam tres ex teſtibus pro curia examina
tis, idest, Hieronimus Oddus. Ioannes Voltulinus
41 & Domina Vrſina deponūnt, † prius dictum Mar
cum Antonium euaginaſſe Enſem, & inſultaſſe di
ctum Victorium, quod probat eum fuiſſe incep-
torem rixæ, ut poſt alios tradit Iaco: Nouell. in
ſua praxi. de defenſi. reo. c. 1. nu. 17.

42 † Secundo quia quatenus ipſe Marcus Antonius
fuiſſet laceſsitus, & ſic noua cauſa probaretur, in
treuga, ut nos ſumus, non uidetur ſufficere,
quicquid alias ſit in pace, ut uoluit Vincent. in c.
1. de treu. & pace, quem multi alij ſequuti ſunt ua
rijs in locis, pręcipue in l. cum proponas la ſecon
da C. de pact. & ratio differentię a prędictis aſsi-
gnatur inter treugam, & pacem, quia treuga ſit
ad tempus, vnde finis temporis poteſt expectari
quo tranſacto prouocatus noua cauſa poterit ſe
vlciſci, In pace non ita, quia cum perpetua ſit,
poſt tempus non admittit aliquam vltionē, ideo
ea durante permittitur defenſio, & habet locum
regula, frangenti fidem, fides frangatur eidem d.
l. cum proponas.

His minime obſtantibus, contrarium ſine du-
43 bio cenſeo reſpondendum, † arg. a ſufficienti par
tium, ſiue capitum dictę inquiſitiones enumera-
tione, iuxta l. patre furioſo, ubi Bar. Bal. Ang. &
alij de huiuſmodi argumento notant. ff. de his, qui
ſunt ſui, uel alie. iur. l. ex maleficijs. §. hęres. & l. ob
ligationum fere. §. placet. de act. & oblig. cum mul-
ta alis ad id allegari ſolitis.

Aut enim dicis ipſum teneri, quia contraueni
ēdo peiori capiti promiſsionis, ipſe offendit per ſe
ipſum dictum Victorium, & illud falſum eſt, im-
mo de hoc non inquiritur contra eum.

Aut quia fecit, offendi Victorium per dictū Mar
cum Antonium, & hoc eodem modo falſum eſt, cū
nec mandauerit, quod probetur, nec auxilium ad
offendendum pręſtiterit, ut ſupra diximus.

Aut quod unus ex ſuis familaribus offendit
dictum Victorium contra id, quod ipſe pro-
miſit, nempe curare ita cum effectu, quod ſui
non offenderent dictum Victorium, ut in inqui-
44 ſitione aſſeritur, & tunc pariter non tenetur

† quia

quia iſta promiſsio eſt facti alieni, in qua quis
faciendo poſsibilia excuſatur l. ſtipulatio illa l. ſti
pulationes non diuiduntur. ubi communiter om-
nes. de uer. oblig. Maxime hic, ubi promiſ-
ſio fuit concepta per uerba obligantia eum ſo-
lum ad diligentiam, ut in dicta inquiſitione per
curiam expreſſe dicitur, ibi, & curando cum
effectu &c.

Nec probatur per Curiam, ut erat eius inten-
tionis, quod Comes non curauerit, non offendi,
immo ipſe Comes probauit, ſe diligentiam, & co
natum feciſſe; reuerſus enim domum poſt dictam
promiſsionem ſtatim eam denunciauit dicto Mar
co Antonio, & alijs ſuis eos rogando, ne contra-
uenirent ſub poena indignationis dicti Illuſtriſſ.
Cardinalis, & ſui ipſius, ut aperte deponunt Cor-
nelius ſecundus teſtis, Antonius ſextus teſtis, Hie-
ronimus nonus teſtis: omnes conteſtes de loco, &
tempore, ſuper 28. articulo.

45 † Nec dicatur, quod dictus Comes faciendo poſ
ſibilia, non excuſetur, ex eo, quod promiſerit ſe
curaturum cum effectu, ſecundum opinionem quo
rundã, quia licet dicant in inquiſitione, promiſ-
ſionem cum illa clauſula cum effectu factam fuiſſe,
in proceſſu tamen non probatur, ideo huic aſſer-
tioni deficit fundamentum. Pretera dato, quod
46 probaretur ita promiſſum fuiſſe, † uerior, & ma
gis communis * eſt ſententia, quod etiam quando
eſt uerbum cum effectu, promittens factum alie-
num faciendo poſsibilia excuſetur. Affli. decis.
295. magnificus Troilus. Rip. in l. quod te. nu 44.
ff. ſi cer. pet. Aret. conſ. 142. col. 4. Dec. conſ. 313.
col. 2. ad fi. & omnium latiſsime Pari. conſ. 110.
promiſsio, per totum, pręcipue nu. 25. & ſeq.
lib. 2. ubi alios allegant, & in fortioribus termi-
nis loquuntur, uidelicet quando adeſt etiam iu
ramentum, & poena, quę in caſu noſtro non
interueniunt.

Secundo eſto, quod Comes non excuſaretur,
faciendo poſsibilia, aut quod diligentiam non ad
hibuerit, quod penitus a facti ueritate alienum eſt,
adhuc de treuga rupta non tenetur, quod ex noua
& inopinata cauſa dictus Victorius vulneratus fu-
it, & ſua ipſius culpa, cum fuerit motor rixæ, ur-
ſando cubitu prius dictum Marcum Antonium,
uerbis deinde contumelia afficiendo, dum intero-
gatus humane á dicto Marco Antonio, cur ita ſe-
cum ageretur, reſpondit, *Procedo meglio di te*,
Et demum euaginando prius enſem, ut D. Hiero-
nima xj. D. Aurelia xij. D. Laura xiij. D. Suriana
xiiij. & D. Polixena xv. teſtes omnes concor-
47 des de uiſu deponunt, † Et cum ſimus ad defenſam
ſufficit tale quid probari, ex quo appareat illud
potuiſſe licite fieri. Bar. l. non ſolum §. ut probari
48 ff. de no. ope. nunci. Gram. d. conſ. 56. nu. 10. †
immo teſtes tali caſu probant per uerbum credo
Gram. conſ. 69. nu. 9. & etiam per coniecturas,
idem Gram. ibi nu. 10. & conſ. 29. nu. 38. cum ſi
milibus. licebat autem ſine dubio Marco Antonio
& facto, & uerbo iniuriato ſe defendere, etiam
ſi lenior fuiſſet iniuria, quę ſolum honorem tange
49 ret, quia eſt Peruſinus, † cui dedecus eſt fugere,
& non ſe defendere Vt tradit Bar. in l. ut uim. in
50 fin. ubi etiam alij. ff. de iuſt. & iur. † quia ex nobi
li progenie de Raynerijs, miles, uir magni hono-
ris, & optime ſpei, & famę, ut teſtes Comitis ſu-
per 9. art. deponunt, & notum eſt, quod nobilis,
& huiuſmodi homo non debet fugere, ſed uirili-
51 ter agere pro ſuo honore, † qui non debet eſſe mi
nus carus, quam uita. l. iulianus. ff. ſi quis omi. cau.
te. l. ſi adulterium. §. impp. in fi. ff. de adult. fuge
re autem eſt turpe, & ignominioſum. Bar. l. 1. col.
52 2. C. vn. ui. † & crudelis eſt, qui honorem ſuum
negligit. c. nolo. 12. q. 1. c. non ſunt xj. q. 3. not.
in. c. ſi quis presbiter. de pur. cano. Ideo propter
ſolum honorem pręſertim huiuſmodi Viris lici-
tum eſt ſe defendere, ut in terminis tradit Io: Vil
led. in reper. l. diuus nu. 35. ff. ad l. corne. de ſica.

Nec credendum eſt, quod dictus Comes pari
ter Peruſinus, valdę nobilis, ſtrenuus miles aliquo
modo intellexerit promittere, quod nepos ſuus
aliquam pateretur ignominiam, & dedecus, &
non liceret ſibi ſe ipſum, & honorem ſuum de-
fendere.

53 † Nec dicatur, quod iſtæ omnes ſunt mulieres,
quæ in criminalibus teſtes non admittuntur. c. fo-
rus. ubi glo. & Doctores. de uer. ſig. c. mulierem
33. q. 6. ubi glo. Alex. conſ. 64. uiſo. poſt princ.
54 lib. 1. † Quia illa regula locum habet ad offen-
ſam, & condemnationem, ſecus ad defenſam, &
55 abſolutionem, ut hic, † quia tunc etiam omnes in
habiles admittuntur. Specul. de teſti. §. 1. uerſicu-
lo ſed nunquid. Ias. d. l. ut uim. col. 1. & ibi etiam
Dec ff. de iuſt. & iur. Alex. conſ. 23. lib. 2. Paris
Puteo. de Sindi. uerbo, tortura col. 3. uers. ſequi-
tur queſtio. ad fi. Cepo. conſ. 59. Ioan. de Ana.
ſingul. 24. 25. & 40. Hyppo. in praxi. ſua crimi.
§. oportune, & conſ. 24. & ſing. 19. & l. vnus. §.
cognitorum, & l. 1. §. ad quæſtionem. & §. fin. ff.
* de quæſti. & alijs in locis Doctores communiter.
56 † Maxime, quando deponunt ſuper innocentia,
& defenſa, non autem ad repulſam teſtium exa-
minatorum pro curia, ut hic, Alex. conſ. 5. lib. 1.
Bal. & Salyce. in. l. parentes C. de teſt. Tho.
57 Gram. conſ. 12. † Ac etiam quando in iudicio,
in quo non proceditur per accuſationem, ſed per
inquiſitionem, ut hic. Bal. & Salycet. d. l. paren-
tes. Fely. in c. literas. de pręſumpt. Carre. in ſua
praxi, in princ. nu. 165. ad fi. ſub uers. item limi-
58 ta ad defenſam &c. precipue hic, † ubi inductę
ſunt ad defenſam, quo caſu admittuntur etiam fra
tres, & conſanguinei. Bal. & Salycet d. l. paren-
tes. C. de teſt. Gram. conſ. 12. nu. 8. & nu. 19.
& conſ. 22. nu. 12. Ex quo fruſtra laborauit fiſ-
cus in probando, quod illę de Magagninis erant
amicæ Comiti, quia ſi non repellitur frater, mul-
59 to minus amicus ad defenſam, † maxime cum
ſint ultra duos, quo caſu etiam amici probant. Iac.
But. l. 3. de teſti. Fely. in ſuo repert. in uer. teſtis
60 † Maxime in caſu noſtro, in quo illæ quatuor
mulieres de Magagninis ſunt bonæ uitæ, condi-
tionis, & famæ, ut deponit Paulus ſecundus te-
ſtis Fiſci ſuper interrogatorijs Comitis, ac etiam
D. Ludouicus Panetius tertius, & Diamantes
ſeptima teſtis eiuſdem Fiſci ſuper dictis inter-
rogatorijs.

Nec de fide illarum de Magagninis dubitandum eſt, ex eo, quod Ludouicus Panetius 3. teſtis fiſci refert ſuper ſuis capitulis, nempe eas di-
61 xiſſe ſibi, initio rixę non fuiſſe pręſentes, † quia
iſte teſtis eſt ſingularis, cui non creditur .l. iuriſiu
62 randi de teſti, † Maxime contra Reum, & ad re-
63 probandum de mendacio, † Vltra quod magis cre
64 ditur teſti deponenti in iudicio cum iuramento,
quam extra ſine iuramento c. ſicut. ubi Doctores
de teſti. cum ſimil.

65 † Minus dicatur, fidem adhibendam non eſſe
iſtis Mulieribus, quod uarię ſint inter ſe in aliqui
bus, iuxta l. qui falſa. ff. de teſti. c. licet cauſam. de
66 probat. Quia † primo poſſunt reduci ad concor-
diam, dum enim dicit mater, *Meatre il Signor Conte è stato prigione, non gl'hò mai mandato la cucina*,
Intelligit de rebus de ſuo emptis, ut erant aliæ,
quas dicebat, ſe miſiſſe, dum contrarium dicere
uidentur filię, intelliguntur, quod ipſæ quandoque
coquerunt res, quas ibi coquendas quandoque co
mes de ſuo emptas mictebat, ut earum uerba clare
ſonant, & quando teſtes uarij poſſunt ad concor-
diam reduci, probant, ut poſt alios tradit Gram.
conſ. 47. in cauſa nu. 5. & 6.

Preterea dato, quod in aliquo eſſent uarij, &
67 concordari non poſſent iſti teſtes, † eſt uarietas
circa non ſubſtantialia, in hoc enim ſubſtantiali
(quod curamus) de urtatione, & initio rixę, om-
68 nes conueniunt in loco, tempore, & modo, † &
quando teſtes conueniunt in ſubſtantiali, licet diſcordent in acceſſorijs, & alijs qualitatibus, probant. Bar. in l. eos. de fal. Alex. conſ. 105. col. fin.
lib. 4. Dec. l. 2. §. final. ultima lectura nu. 16. ff.
ſi cer. pet. cõſ. 100. nu 4. conſ. 163. nu. 8. & d. c. licet
cauſã. ſ. not. nu. 58. Mars. not. 617. quãdo. Bello.
conſ. 79. nu. 6. Crauetta de antiq tempo. part. 4.
uers. ſed enim. nu. 21. Hiero. Cagnol. l. 2. nu. 184.
ff. de iuſt. & iur. Paris. conſ. 13. nu. 1. lib. 3. & alij
69 communiter * paſsim allegati in predictis locis, †
Immo quando uarietas eſt modica, ut hic, etiam ſi
non ſit reducibilis ad concordiam, etiam ſi ſit in
ſubſtantialibus, non uitiat. Gram. conſ. 47. in cau
ſa nu. 9. & rurſus uoto 36. nu. 10.

Nec prędicta probatio urtationis infringitur ex
eo, quod deponit Ioannes Vuholinus, dicens, *Non ueddi, che s'urtaſſero, ne che ſi toccbaſſero, ne che ſi buttaſſero coſa alcuna, & non udij, che ſi parlaſſero, & era uicino à loro per ſpatio di vn paſſo in circa &c.*

Quia Primo reſpondetur, quod non eſt ei fides
adhibenda ex his, quę in alio propoſito de eo dicam infra, ac etiam quia eſt contrarius alijs, qui
dicunt, illos inter ſe fuiſſe loquutos, ut dicunt ſupradictę mulieres, & ulterius etiam non nulli teſ
tes Curiæ.

Secundo reſpondetur, dato, quod ipſe Ioannes
non audierit, aut uiderit, potuit non audiuiſſe, &
70 uidiſſe, † cum negatiuam non deponat formiter,
quod non potuerint ea fieri, quin ipſe audiuerit,
& uiderit, ut tradit Bar. l. 2. §. hoc interdicto. ff.
de iti. actu. priua. cum alijs congeſtis per Dec. cõſ.
173. nu. 5. Vltra quod teſti affirmanti magis creditur, quam mille negantibus .l. diem proferre. §.
ſi plures. de arbi. Bar. Bal. & Ang. l. heredes pa-
lam de teſtam. Nico. Bello. conſ. 79. uiſo nu. 12.

Et quatenus forte plene predicta urtatio per huiuſmodi teſtes non probaretur, ſatis eſt ad defenſam Comitis, quod noua cauſa data Marcoantonio,
colligitur ex pluribus coniecturis, ex quibus appa
ret, quod Victorius rixę mator fuit.

71 Precipue autem ommiſsis alijs, † quia Marcus
Antonius in eo loco deambulabat ſolus, & Victo
rius uidens, ad eum acceſsit, cum ei integrum eſſet
alio pertranſire, & animo deliberato pertranſiens
uidetur habuiſſe animum eum inſultandi, ut
fecit.

72 † Secundo Quia habebat in ſua domo ibi uicina
paratos ad rixam ſiue auxilium quinque uiros ar
matos, ex quo animoſior uidebatur.

73 † Tertio Quia in ea contrata pauci erant amici
Marco Antonio, contra uero omnes fere amici et
Victorio, ut deponit Hieronimus 9. teſtis ipſius
Comitis ſuper interrogatorijs fiſci, & etiam apparuit ex eo, quod in fauorem dicti Victorij præſto
fuerunt illi quinque armati, licet non potuerint ei
ſuccurere in tempus, & Hieronymus Oddus, qui
acclamabat pro ſua alabarda, & Alfonſus Trotus,
qui cucurrit cum haſta contra ipſum Marcum Antonium, licet fingeret ſe mediatorem.

74 † Quarto quia Victorius poterat tranſire per uiam magis apertam, & breuiorem, quam eſſet illa
per quam deambulabat Marcus Antonius eundo
ad Palatiũ Illuſtriſs. Cardinalis Vrbini, ut deponit
ſer Vincentius primus, Cornelius ſecũdus, & Hieronimus tertius, & alij teſtes Comitis, 24 eius art.
Nec eſt dubitandum, quod Victorius hic iret ad
Palatium dicti Illuſtriſſ. Cardinalis, quia id ponit
fiſcus in primo articulo.

75 † Quinto, quia Victorius cum fuit prope locũ
in quo deambulabat Marcus Antonius, uertit iter
ab vno latere uię, in qua ipſe erat, ad alium, per
quem Macus Antonius tranſibat, ut ſupradictæ
mulieris deponunt, quod eſt euidentiſsimum ſignum pręmiditatę urtationis, & inſultus faciẽdi.

76 † Sexto quia Victorius erat armatus plus ſolito
ideſt, lorica, manicis, & chyrotecis malearum, enſe, & pugione, ut deponit Hieronimus Dattilus
tertius teſtis ſuper 13. & Hieronimus 9. teſtis, ſuper interogatorijs fiſci conteſtes in chyrothecis,
& alijs, ex qualitate autem armorum pręſumitur
quis aggreſſor Cepo. conſ. 28. uers. ſexta qualitas.
& conſ. 27. uers. ottaua qualitas. not. c. ſignificaſti.
de homi. Carre. in ſua praxi. §. circa. nu. 143. Quæ
coniectura eo potentior eſt in caſu noſtro, quo clarius eſt, Victorium non fuiſſe ſolitum ita armatum
incidere, & iam per aliquot dies ante ceſſauerat
timor, ne offenderetur ab Illuſtriſ. Comite, & ſuis
propter promiſsionem de non offendendo datam
in manibus dicti Illuſtriſ. Cardinalis, ut plures teſ
tes deponunt, contra uero Marcus Antonius incedebat ſuis ſolitis armis, ut omnes fere teſtes ipſius
Comitis maxime 2. 3. 5. 9. xj. & xiiij. ſuper quarto
art. plene deponunt.

77 † Septimo ex qualitate uerborum erga Marcum
Antonium prolatorum, dum ſatis iniurioſe dixit
Procedo meglio di te, Ex quibus etiam præſumitur aggreſſor Tho. Gram. uol. 22. nu. 15. Carrerius
loco nu. 149.

† Octauo

78 †Octauo quia Victorius fuit in ea rixa vulnera-
tus, Marcus Antonius uero minime, ex quo pręſumitur ipſe Victorius aggreſſor, argumento l.ſci
entiam.§.ſtramenta.ff.ad l.aquil.Guid.Pap.in trac.
de pręſump col.pen.Alb.d.l.ui uim.Bolo.conſ.37.
Cepo.d.conſ.29. & conſ.42.Carre.d.loco.nu.148.
tradunt omnes l.1.§.cum arietes, per illum tex. ſi
quadrup.paup.feciſ.dica.Ioan.Fab.§.ius autem gē
tium.col.fin.Inſtit.de iur.nat.gent.& ciuil.Alciat.
reg.3.præſump.39 Gram.conſ.62.in cauſa Micha
elis in fi.poſt Card.& alios, quos ibi citat.

79 † Nono quia Victorius erat Robuſtior, & poten
tior, ſaltem ex qualitate loci, & genere armorum
ut ſupra dixi, Qui autem eſt fortior, pręſumitur
prouocaſſe. Ricchar.Malumb.& Flori.d.§.cum arie
tes; & in ſpecie de fortiore, ratione loci, & armo-
rum, tradit Alciat.d.præſump.39.nu.10.

Decimo ualet plurimum ad id coniecturandum
uox illa mulieris, quæ in eo loco audita fuit, ut
deponit Hieronimus Datulus tertius teſtis ſuper
80 35.art. † *Gli ſta molto bene, non gli ne doueua
dar cauſa.*

81 † Vndecimo quia prius euaginauit enſem, aut
manus ad eum appoſuit, ut omnes dictę quoque
mulieres deponunt, iuxta tradita per Cepo.conſ.
28.& 29. Nec obſtat, quod contrarium deponant
Hieronimus Oddus.Io: Vitolinus, & Vrſina, p
informatione Curiæ examinati; Quia ultra quod
pauciores numero ſunt, nihil probant, ut infra
dicam.

Nec iſtę coniecturæ tolluntur ex eo, † quod di-
82 cenit ſe feciſſe ad ſui defenſionem, incumbat
onus probandi Bar.l.autelius.§.item quęſijt.de lib.
83 leg.† Quia iſtis coniecturis tollitur, arg.l.diuus.
de reſt.in integ.ut in terminis reſpondet Alcia.d.
præſump.39.nu.7.

Nec dici poteſt, pręſumptionem eſſe ualidio-
rem contra Marcum Antonium, quod fuerit ag-
84 greſſor, † ex quo ibi deambulabat, quaſi expectās
Victorium tranſeuntem, arg.l.3.§.ui poſsidere.ff.
85 de ui.& ui.arma.Carrer.d loco.nu.142.† Quia hoc
poſſet procedere, quando Marcus Antonius non
fuiſſet ſolitus forte amoris gratia, aut alia ibi de
ambulare, quod probatur in proceſſu plene per
ſecundum & tertium teſtes Comitis, ſuper quar-
to art per ſecundum & nonum teſtes ſuper quinto
art.per undecimū & undecimoquartū ſuper 3.4.&
86 5.ſimul deponentes, † ualet enim argumentum á
ſolitis l.ſi quis donaturus ubi glo.de uſufr.l.quod ſi
nolit.§.qui aſsidua.ff.de ędil.edic.ubi Bar.cū vulg.
87 † Maxime hic, ad euitandam pręſumptionem ma
li animi, & delicti.l.merito.ff.pro ſocio.& ubi alię
grauiores ſunt preſumptiones contra Victorium,
de quibus ſupra.

Prӕterea quatenus ex coniecturis non adeſſent
88 ad eruendam nouam cauſam, † in dubio ad defen-
ſam noua cauſa pręſumitur. Bal.l.ſi predium.C.de
edi act.Alex.l.ſemel.mora.ſol.mat.Ias.l.qui ſeruū
ſub nu.2.de uer.oblig.Alex.conſ.113.uiſo thema-
te.col.2.lib.4.Dec.conſ.531.nu.10.cum vulg.

89 † Ex noua autem cauſa licitum eſt, treugam
55 eius Deſcendentibus, & generi, ſatis eſt Domino Bartolomeo iuniori, quod ea dubietas, quę in dicto priuilegio eſſe potuit, aut erat, declarata fuit p ſubſequutum uſum, ut ſupra in ſecundo fundamento, ac etiam preſcripta libertas prędicta non ſoluendi, ut ſupra in tertio fundamento, ideoq; ea amplius in dubium refricari non poſsit &c.

CONSILIVM LXXXXIII.

Argumentum.

Legato per uirum vxori facto in uita cũ cõditione, q vxor non repetat ab hæredibus dotem, & ſi repetierit ex tũc cadat a iure d. legati, & d. caſu duntaxat habeat eius dotẽm, an ſi vxor in vita conſequuta fuit, & tenuit bona legata, poſt mortem eius illius hæres repetere poſsit dotem vxoris ab hæredibus Viri, late diſcutitur, & declaratur Alb. in auth. quod locum nu. 10 C. ſi ſecun. nup. mul.

Modus, & cõditio quomodo differãt.

Modalis obligationis uis propria.

Debitor legans creditori qñ dicatur animo cõpenſandi legare, & qñ uolũtarius, uel neceſſarius debitor qs dicatur.

SVMMARIVM.

Debitor voluntarius legans creditori non uidetur legare animo compenſandi nu. 1.

Fallit ſi aliter apparet ex coniecturis nu. 38.

Vel ſi legat conditionaliter nu. 39.

Vel ſi facit legatum opcionis nu. 40.

Debitum reſtituendæ dotis uidetur neceſſarium nu. 2.

Contra etiã inſpecto initio in dote a patre profecta reſpectu iuris communis ſcripti nu. 35.

Etiam ſtantibus liberis ex eo matrimonio nu. 36.

Obligatio eſt iuris vinculum quo neceſsitate aſtringimur alicuius ſoluendæ rei nu. 3.

Debitor eſt à quo inuito aliquid exigi poteſt nu. 4.

Debitũ uoluntariũ eſt, quod initiũ habet uolũtariũ nu. 5.

Contractus ab initio uoluntarij ſunt, ex poſt facto neceſſarij nu. 6.

Conditionale relictum non dicitur ex eo ſolo, q dictum ſit fieri ſub conditione, ſed inſpiciuntur alia uerba loquentis an conditionem ſignificent nu. 7.

Contra nu. 41. & ſeqq.

Ex tunc uerba ſuſpenſiua ſunt nu. 9.

Fallit in relicto optionis, quia tunc ſuſpendunt tantum ante electionem, non poſt nu. 55.

Sub conditione uerba quandoq; denotant modum nu. 8.

Quod eſt improprie nu. 42.

Et quando ex alijs uerbis id apparet nu. 48.

Vel quãdo alia uerba cõditionẽ iportare nequeũt nu. 49.

Et quãdo p̃ſtandũ eſt prius relictũ q̃, ſit adiplendũ n. 50

Et quando id, quod poteſt impleri utroq; tẽpore nu. 51.

Et quando referri poteſt ante, & poſt conſequutũ emolumentum nu. 52.

Modalis in dubio diſpoſitio iudicatur nu. 10.

Fallit ſi additum ſit uerbum conditione nu. 45.

Compenſatio numquã inducta dicitur niſi apparet nu. 11.

Vxore relicta à Viro uſufructuaria ea cuſtodiente lectũ, & dotem non repetente, ſi relictũ conſequuta fuit, & conditiones ſeruauit hæres eius dotem conſequi poteſt ſecundum Alb. & quoſdam alios nu. 12. & ſeqq.

Etiam ſi teſtator uſus ſit uerbis conditionem importantibus nu. 14.

Contra nu. 16. & 54.

Prima opinio ſaluatur quãdo uerba teſtatoris ſunt ſuſpenſiua, puta, donec, quouſque, &c. nu. 53.

Ablatiuus abſolutus importat conditionem nu. 13.

Ex tunc, & eo caſu dictiones denotant extremitatem futuri temporis nu. 15.

Legatũ petens dicitur illud cũ ſuo onere acceptare nu. 17.

Niſi quod imponi non potuit nu. 19.

Dotiſua mulier prẹiudicare non poteſt nu. 18.

Fallit in uidua nu. 20.

Onus non repetendi dotem appoſitum in legato facto per uirum ualet nu. 21.

Legatum factum uxori cum conditione, quod dotem non petat, dicitur legatũ optionis iſtius, uel illius nu. 22.

Legatum, optionis, in quo electio trahit ſecum executionem, non admittit uariationem nu. 23.

Mens teſtatoris prę ceteris attendenda eſt nu. 24.

Modalis obligatio continet, ut obligatus quis ſit cauere de modo adimplendo nu. 25.

Vel reſoluit ſub conditione ſi ſatis dederit de modo adimplendo, & de re cum fructibus reſtituenda ſi non impleuerit nu. 26.

Et d. cautio debet offerri nu. 27.

Et is tenet liberare aduerſariũ ab eo, q cõtinet onus nu. (28.

Et eo non faciente id facit ipſa lex nu. 29.

Conditio, & modus inter ſe differunt ab initio nu. 30.

In fine tamen conueniunt nu. 31.

Legatum factum ex cauſa, ſi legatarius conſequi uelit tenetur cauſam adimplere nu. 32.

Quia q nõ facit q debet, nõ recipit, q oportet nu 33.

Agere uolens ex contractu debet antea adimplere ex parte ſua nu. 34.

Et dictio ponitur inter diuerſa nu. 43.

Proprietas uerbi tenenda eſt in dubio & ab ea non recedendum nu 44.

Verba ſunt earum, quæ ſunt in animo paſſionũ notæ nu. 45

Notarius preſumitur uſus uerbis aptis ad explicandam uoluntatem teſtatoris nu 46.

Docto·

Doctoris authoritas non eſt neceſſaria nu. 56.
Riminaldus Iunior cõſ. 42. nu. 513. lib. 1. declaratur nu. 57

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

VERA teſtamenti D. Cõ
ſtantini Ventioli, ſuper
quibus cõſilium petitur,
ſunt infraſcripta.
Item iudicauit, & re
liquit iure legati D. Pro
ſerpinæ eius uxori illius
uita durante infraſcripta
bona Videlicet Imprimis
vnum prędium, &c. Itẽ aliud prędium &c. nec nõ
habitationem domus ipſius teſtatoris ſitę, &c.
Et poſitis dd. bonis legatis ſubijciuntur hęc alia
formalia uerba.
Cum hac tamen conditione, quod d. bona poſt
mortem d. D. Proſerpinę reuerti debeant, & ex tũc
reuertantur ad infraſcriptos ſuos hæredes uniuer-
ſales pleno iure; Et cum hac alia conditione, ꝙ d.
D. proſerpina non petat, nec habere, nec conſe-
qui poſsit ab infraſcriptis ſuis hęredibus uniuerſa-
libus eius dotẽ, quam aſſeruit eſſe florenorũ 1200.
Quam dotem ſi petierit d. D. Proſerpina, uoluit
d. teſtator, ꝙ ex tunc cadat a iure ꝓſanctis relictis, &
in d. caſu duntaxat habeat, & cõſequatur eius dotẽ.
Diem functo D. Cõſtãtino D. Proſerpina petijt
ſupradictũ legatũ, & iure medio coſequuta fuit, illo
q; gauiſa fuit xvi. annis, & ultra, Demum mortua
nũquam in uita ſua per eam ſua dote repetita, Do-
minus Agabitus frater, & hęres ab inteſtato illã ab
hæredib. Cõſtantini repetit, queritur an poſsit? fac
to ſuper hoc compromiſſo iudiciali ex forma ſta-
tutorum peruſinorum rub. 27. lib. 2. Eximij Iurecõ
ſulti Rotę Peruſinę auditores conſultores Arbitri
diu ancipites ſteterũt, tandem dubitãdi, (ut aiunt)
gratia pro D. Agabito d. D. Proſerpinę hęrede aſſa
unt dicendũ uideri dotẽ pręd ictã eſſe reſtituendã.
1 Primo quidem, quia regula iuris clara eſt, ꝙ † de
bitor uoluntarius legans creditori nõ uidetur lega
re animo compenſandi l. Creditorem. ff. de leg. 2. l.
uni. §. primum itaq; uers. ſciẽdũ C. de rei uxor. actio.
l. ſi compenſandi C. de hær. Inſt. Bar. Bal. & alij. l. ſi
cũ dotẽ §. ſi pater. ff. ſol. mat. & aut. ꝑterea. C. unde
Vir, & uxor. & eſt cõmunis. Corn. cõſ. 257. nu. 20.
lib. 1. Paris. cõſ. 95. nu. 37. lib. 2. Coua. c. ex officij ſub
nu. 2. uers. eſt igitur. de teſta. Aymo. cõſ. 143. nu. 3.
cõſ. 167. ſub nu. 14. Hier. Gab. cõſ. 106. nu. 6. & ua-
2 rijs alijs in locis † Debitũ autẽ reſtituendę dotis licet
uideatur neceſſarium, cũ omne debitũ ſit huiuſmo
3 di, † quia obligatio eſt iuris uinculũ, quo neceſsita
te aſtringimur alicuius ſoluẽdę rei Inſtit. de obligat.
4 in princ. † & debitor dicit, a quo inuito pecunia ex
igi poteſt. l. debitor de uerb. ſignif. Attamen debitũ
eſt uoluntariũ, cũ initiũ habeat a contractu, & ob-
5 ligatione dotis reſtituẽdę. Nam. in propoſito † uo
luntarium debitum appellatur á doctoribus, quod
habet initium uoluntarium, quia deſcendit ex con
6 tractu, uel quaſi, † qui ab initio uoluntarij ſunt l.
firmr. de actio. & oblig. quamuis poſtea fiat neceſſa
rium, & cõtractus ab initio ſunt uoluntarij; ex poſt
facto neceſſarij d. l. ſicut. l. in commodato. §. ſicut. ff.
commodat Bal in. l. Vxor nu. 4. C. de bon. aut. iud.
poſ. & cõſ. 58. nu. 4 li. 2. Paul. Caſt. cõſ. 15. col. 2. li. 2.
Corn. cõſ. 292. nu. 5. lib. 1. Alex. conſ 7. nu. 16. lib. 6.
Secundo idem uidetur dicendum ſecundum prę
dictos, quia in pręſenti caſu non uidetur relictum
conditionale, ſed modale, licet. n. in eo dicat teſta-
tor, ꝙ dd. bona relinquit, cũ conditione, ꝙ D. Pro-
ſerpina non petat, nec habeat, & conſequi poſsit
eius dotem, & per illa uerba, cum conditione uide
atur deſignari legatum conditionale, ſi dotem nõ
7 petierit, Attamen † ad colligendum an diſpoſitio
ſit conditionalis, non ſufficit dictum eſſe illam
fieri ſub conditione, ſed inſpiciuntur omnia alia
8 uerba loquentis, & ideo † multoties uerba hæc ſub
hac conditione, denotant modum. l. Meuia. ff. de
mat. teſta. l. 5. § ult. ff. de donat. & alijs permultis
locis collectis per Tiraq. de retract. conuent. §. 2.
glos. 1. nu. 76. & teſtator hic ſubiecit illa alia uer-
9 ba, † ex tunc reuertantur ad infraſcriptos eius hęre
des, quę uidẽtur ſuſpendere actũ in tempus mortis
D. Proſerpinę, & ſic potius modum deſignare nõ
uidetur, quã iſta diſpoſitio, ut condinonalis accipi
10 poſsit, Ad hoc etiam facere uidetur, † quia in du
bio diſpoſitio iudicatur modalis nõ conditionalis
l. cum mora C. de trans. ubi Bar. Alex. Ias. Rim. &
alij Alex. conſ. 102. col. 2. lib. 1. Aret. conſ. 150. col.
1. ex quo p modum minuſgrauatur quis quam per
conditionem d. §. Termilius, ubi omnes; Vnde da
to, quei ba hęc cum conditione tam modum, quam
conditionem ſignificare poſsint, in dubio hic dicẽ
dum uidetur, ꝙ modum denotent.
Tertio mouentur ijdem ꝓ hæredibus D. Proſer
pinę, qa quatenus etiã d. uerba inferrẽt conditionẽ
ad huc uidetur teſtator uoluiſſe priuare vxorẽ ſua
dote, non ſolum differre illius exactionẽ, donec te-
11 neretur, † cũ. n. non ſit expreſſe dictũ per teſtatorẽ
ꝙ relinquit animo cõpenſandi, non eſt inducta cõ
pẽſatio d. § primũ itaq; ut ſupra dictũ fuit in 1. arg.
teſtator uidetur phibuiſſe exactionẽ dotis donec
vxor relictũ detineret, ut in ſimili q. quam habuit
de facto Bergomi (ut ipſe ibi refert) tradit Albe. in
12 auth. quod locum nu. 10. C. ſi ſecun. nup. mul. † erat
. n. in caſu illo vxori relictus uſusfructus, ea cuſto
diente lectum, & non exigente dotẽ, & donationẽ
13 pp nuptias, † rũ ablatum illi abſoluti reſoluantur in
cõditiones l. a teſtatore, ubi Bar. nu. 1. de cond & de
mõ. & in cõcludit ibi Alb. ꝙ finitio uſufructu per
mortẽ uxoris, q̃ cõditiones ſeruauit, hęredes ipſius
dotem repetere poſſent, ſequitur Aret. glos. 47. de
teſta. & latius Rim. Iun. cõſ. 42 nu. 510. & ſeq. lib. 1.
14 † Nec ſecundũ eoſdẽ uidetur ab opinione Alb.
& Aret. diſcendendũ quando teſtator eſt loquutus
uerbis conditionẽ importantibus, & illi ad hęren
dum ſolummodo, quando uerba teſtatoris fuerãt
ſuſpenſiua. Videlicet. Donec. Quouſq; Quãdiu
& ſimilia, ut diſtinguendo ſaluabat Paul. Pic.
in l. Titia. §. Titia. nu. 133. de leg. 2 & eũ ſequutus
Manti. de coniect. ult. uolunt. lib x. tit. 2 nu. 13. &
ſeq. quia (dicunt illi) uerba Alberici d. loco non pa-
tiũtur hanc declarationẽ, cũ q̃ſtio ſua eſſet qñ teſta-
tor loquutus eſſet p albarium abſolutũ, & ſic cõditio
naliter, ut ſupra, ꝓ ut etiã intellexit apte ibi Alb. in
princ. q. dũ inquit ꝙ mulier illa ſeruauit ãbas cõdi-
tiones, qa cuſtodiuit lectum, & dotem non petijt.

Quarto monentur ijdem, quia poſita diſtinctio ne Pici, & Manucę pro uera, in caſu præſenti ui demur eſſe in ſecundo caſu d. diſtinctionis, aut om nino ſimili, quando teſtator uſus fuit uerbis illis, donec, quouſque, & ſimilibus ſuſpenſiuis, quę ex cludunt omnino ex mente teſtatoris compenſatio nem, & ſignificant teſtatorem uelle, ꝙ uxor frua ur legato donec dotem non petierit, eo autem tempo re, quo dotem petierit, conſequatur eam, & relin quat legatum, nam licet (inquiunt ipſi) in caſu illo teſtator non dixerit ſimpliciter ſe legare uxo ri dd. bona cum conditione, ꝙ non peteret; nec conſequeretur dotem ſuam, prout uidetur innuiſſe in prima parte d. relicti, ſed ſubiecerit ulterius, in uers. quam dotem, &c. quod ſi dotem peteret, ex

15 tunc cadat a iure prædicti relicti, quia, † tamen illa dictio, & eo caſu, & illa, ex tunc, deno tant extremitatem futuri temporis, quo ipſa do tem petet l. 4 ff. de cond. & demonſt. glos. clem. a. uerbo ex tunc de ior. pat. Arch. c. ii eo tempo re, de elect. lib. 6. Paris. conſ. 145. nu. 1. lib. 4. ui detur noluiſſe uxorem cadere a iure d. relicti de mum, quando petet, ergo interim noluit illam eo poſſe frui, perinde ac ſi teſtator dixiſſet, do nec non petierit ſuam dotem, Fortius ſecundum p̄ dictos, quia illa uerba, tunc, & eo caſu, & illa ex tunc, cum ſint futuri temporis, & denotent in fa cultate uxoris poſitum fuiſſe dotem petere, quan do uellet, aut e, uel poſt relicti conſecutionem, ue luti ſi in determinate poſita reſpectu temporis l. q ſuodum. ff. de cōtrah. empt. in ſermoniis pene Rim. Iun. conſ. 42. nu. 113. lib. 1. ubi in ſimillimo ca ſu tenet pro uxore, non omnino compenſandi, ſed potius differendi exactionem dotis prædictum legatum factum fuiſſe uidetur.

Hęc quamuis pro hęrede D. Proſerpinę non mediocriter facere uideantur, uerbis tamen ipſius relicti conſideratis, & ex eis mente teſtatoris diligentius collecta, cenſeo pro heredibus D. Con ſtantini reſpondendum, prout anno ſuperiore, cum hic caſus accidiſſet interogatus quid de eo ſen tirem paucis reſpondi, nunc uero his difficultati bus motis latius explicabo.

Ad hanc autem opinionem tunc addacebar, ꝑ

16 ut hodie adducor, Imprimis quia, † quando lega tum eſt factum per uirum uxori conditionaliter, ſi dotem ſuam non petierit, illud cenſetur non om nino differendi exactionem dotis, ſed compenſan di legatum cum ea, & uxorem penitus dote pri uandi, ſi legatum conſequi noluerit, ut late multis rationibus clariſsime probat Paul. Pic. in repet. l. titia §. titia. nu. 133. & ſeq. ff. de leg. 2. Quem ſe quitur Manti. de coniect. ult. volunt. lib. x. tit. 24 nu. 13. & eſt ex ſententia Bar. in l. Amplius non pets. nu. 7. ff. rem. rat. Hab. In caſu iſto teſta tor conditionaliter loquutus eſt, ibi cum hac alia conditione, ꝙ D. Proſerpina non petat, nec ha bere, & conſequi poſsit ab inſcriptis ſuis hęre dib. ſuam dotem &c. merito, &c. & licet illa uer ba cum conditione non ſemper denotent condi tionem, ut ſupra in ſecundo argumento pro con traria opinione dicebatur, tamen in præſenti caſu conditionem ꝓprie deſignare in reſponſione ad ſecundum argumentum oſtendetur.

Secundo quia ſtante, ꝙ teſtator uoluerit ſie ri d. compenſationem, & D. Proſerpina poſt mor tem mariti legatum in iudicio ab hęredibus uiri petierit, & obtinuerit, illoq; per xvi. annos, & ultra gauiſa fuerit, negari non poteſt quin d. onus

17 compenſationis acceptauerit, † cum petens lega tum dicatur illud cum ſuo onere acceptare l. ſed ex duobus. l. Imperator. §. ſi centū. ff. de leg. 2. l. uni ca. §. pro ſecundo C. de Cad. toll. Dec. conſ. 299. in cauſa mihi commiſſa nu. 13. cum ſimil.

18 Nec huic argumento obeſſe poterit, ꝙ † mulier in ſua dote prǽiudicare ſibi non poſsit l. 2. C. de pact. dot. Plot. l. ſi quando nu. 22. uers. & illud C. und. ui. Ruy. conſ. 53. ſub. nu. 11. uers. quar to, & ultimo lib. 2. atq; ita uideatur per teſtatorem impoſitum onus, quod impoui non poterat, & conſequenter, ꝙ uxor d. onus non acceptauerit,

19 † cum legatarius non dicatur acceptaſſe onus, quod imponi non potuit d. uxorem §. hęres. ff. de leg. 3. l. 1. ff. de cond. Inſti. Bal. conſ. 261. in

20 fin. lib. 5. quia reſp. ꝙ † cum iſtud onus impoſitū fuerit uxori poſt ſolutum matrimonium, potuit imponi, & mulier uidua ſui iuris potuit in dote ſua ſibi prǽiudicare. Alex. l. 2. §. quod ſi in pri mis nu. 3. & ibi Ias. 9. not. ff. ſol. mat. Dec. cōſ. 536. ſub nu. 7. Rob. conſ. 54. Rol. conſ. 74 nu.

21 27. lib. 2. † omnes preſupponentes huiuſmodi legatum cum d. onere ualere, & uxorem acceptan do ſe ad d. onus obligare, ut ſupra, & declarat Caual. de uſuf. mulier ſub. nu. 235. uers. tamen prædicta Decij concluſio, &c.

Tertio eadem ſententia tenenda uidetur, quia huiuſmodi relictum licet non omnino explicite di

22 catur, † fuit tamen in effectu legatum optionis, quia teſtator legauit uxori bona ſua, de quibus in teſtamento cum conditione, ꝙ dotem ſuam flore norum 2800. petere, & conſequi non poſſet, quo in caſu, perinde eſt, ac ſi legaſſet dd. bona, uel do tis ſuę reſtitutionem, & ſic hoc, uel illud, utrum iſtorum uxor maluerit, ut eſt tex. iſta pariſicans in

23 l. cū ita legatur in fin. ff. de opti. legat. † In legato autem optionis, in quo electio trahit ſecum exe cutionem, ut hc. ubi D. Proſerpina conſequuta fuit legatum, facta electione, non eſt locus uaria tioni. l. Apud Aufidium ubi glos. Bar. & alij. ff. eod. de ops. legat. merito, nec domina Proſerpi na uiuens, nec eius hęres poſt illius mortem ab ac ceptatione prædicta diſcedere potuit, aut poteſt.

Quarto loco ſuadetur hęc opinio ex mente teſ

24 tatoris, † quę prę cæteris attendenda eſt l. in condi ctionibus primum locum. ff. de cond. & demonſt. quia apparet teſtatorem noluiſſe uxorem utrumq; ſed tantum alterutrum habere, ibi, & ſo d. caſu duntaxat habeat, & conſequatur eius dotem, & ſic ſi peteret dotem eam tantum uoluit conſequi, non etiam relictum, quod ſi poſſet peti dos poſt conſequutionem relicti per xvi. annos non eſſet conſequuta dotem duntaxat, ſed etiam relictum, merito contra mentem teſtatoris non eſt dicendū hodie dotem peti poſſe.

Quinto a ſufficienti partium enumeratione, qa certum eſt huiuſmodi relictū non fuiſſe purum, & ſimplex, ſed aut conditionale, aut modale, aut ex cauſa, ſi conditionale, ut uidetur ex ſupra adduc

tis

tis in primo fundamento & latius dicetur infra, &
tunc hæredes Conſtantini habent intentum ex ſu-
pra allegatis in ſecundo fundamento. Si modale
ex deductis in ſecundo argumento pro parte hę-
25 redis D.Proſerpinę, † tunc vxor tenebatur cauere
de modo adimplendę, atq; ita de non petendo do-
26 tem, † cum modus reſoluatur ſub conditione, ſi le
gatarius ſatisdederit de modo adimplendo, & de
re cum fructibus reſtituenda caſu quo modum non
adimpleuerit Bar. l. quibus diebus. §. Termilius col.
3. & ult. uerſ. ulterius quęro. ff. de cōdit. & de mōſt.
27 † Quinimo d. D. Proſerpina tenebatur d. cautionē
offerre, ſi legatum conſequi uolebat, ut poſt Bal.
& Ang. in l. cū is ff. de pati. hęred. tradit Aemi cōſ.
28 89. ſub nu. 13. in fi. uerſ. & dicit Bal. &c. † Plus ad
huc, quia legatarius tenebatur hęredes Conſtanti
ni liberare a reſtitutione dotis per acceptilationē
29 & † ſi non facit, pro eo lex facit Bal. l. amplius
non petis nu. 7. in fi. Paul. Pic. & Manti. in ſupra
citatis locis, uel ſi non fecit priuata fuit legato, &
illud applicatum fuit heredi l. 1. C. de his, quę ſub
modo l. ſi hęres C. de cond. ob cauſ. ſicut accedit
30 quando quis non paret conditioni, quia † licet cō
31 ditio & modus in principio differant inter ſe, †
in fine tamen conueniunt, quoad hoc Bar. d. §. ter
milius, & clare Aemilia. d. conſ. 89. ſub. nu. 13.
32 † Si ex cauſa, nempe compenſationis dotis, ne do
tem uxor repetere, & conſequi ab hęredibus ua-
leret, & tunc pariter uxor pręd{i}cta tenebatur, ex
parte ſua cauſam adimplere, ſi legatum conſequi
in tendebat, quia legatarius habens ex parte
ſua aliquid adimplere, donec non impleat, lega-
tum conſequi non poteſt tex. eſt & ibi illum not.
Bal. c. 1. quali. domi. proprie. priue. in uſi. feud. di
33 cent ibi Bal. q † qui non facit quod debet, non re
cipit quod oportet, idem Bal. & alij in l. ſtipulatio
ne. ff. de iur. dot. & in auth. dos data. C. de donat.
34 ante nupt. aſſerentes pro regula, q † uolens agere
ex aliquo contractu uel inſtrumento, imprimis de
bet oſtendere ſe adimpleuiſſe ex parte ſua, Et in
ſimili caſu firmat Emilia. d. cōſ. 89. nu. 14. & ſeqq.

Ex quibus luce clarius apparet hęredem D. Pro
ſerpinę aut repetere non poſſe ullo pacto d. dotem
ab hęredibus D. Conſtantini, aut ſi repetit te-
neri ad reſtituendum dd. hęredibus Conſtantini bo
na legata una cum fructibus perceptis per xvj an-
nos, & ultra, quod utilius proculdubio erit dd. hę
redibus, cum fructus dd. bonorum percepti fuerint
ualoris 3000. florenorum & ultra, ut pręſupponitur.

Non obſt. in contrarium allegata, in quorum
ſummotione ueritas præſentis opinionis dilucidi-
or apparebit.

Et primo non obſt. debitum reſtituendę dotis
per maritum uxori dici uoluntarium inſpecto ini
tio, cum deſcendat ex contractu l. ſicut de act. &
obli. debitoremque uoluntarium non uideri legare
animo compenſandi l. Vni. §. primum itaque. uerſ.
ſciendum. C. de rei ux. act. cum alijs ſupra allegatis
35 quia reſ. primo negari poſſe † hoc debitum uolun-
tarium eſſe etiam inſpecto initio, quia reſtitutio
dotis a patre profectę, ut hic ſoluto matrimonio
ex neceſſitate iuris, patri, & hęredibus ſuis facien
da eſt, etiam uiro non promittente ſuo contractu
36 l. ſi pater dotem. ff. de pact. dotal. † etiam exiſtēti-
bus liberis illius matrimonij l. Dos a patre profec-
ta, & ibi glos. quę allegat concor. & rationes. C.
37 ſol. mat. † licet quando liberi ſuperſunt conſuetudo
Martini aliud introduxerit fauore liberorum, ut
per glos. & alios ibi.

Secundo eſto quod initium obligationis hic fu-
erit uoluntarium reſp. quod licet debitor volunta-
rius legans creditori non cenſeatur regulariter id
38 facere animo compēſandi, ut ſupra † hoc tamen
intelligitur niſi aliter ex coniecturis colligatur, ut
late explicat Aymo. conſ. 149. nu. 3. & ſeqq. Iterum
que conſ. 367. ſub nu. 14 uerſ. ita non obſt. primum
Hieronimus Gab. conſ. 17. nu. 8. & poſt hos Man-
ti. de coniect. ult. uolūt. lib. 2. tit. 2. ſub nu. 3. uerſ. &
hoc ſane, &c. hic ad ſūt clariſſimę cōiecturę q teſta
39 tor uoluerit inducere cōpēſationē. merito, &c. † Pri
ma quidem coniectura eſt, quod teſtator conditio
naliter loquutus fuit legando bona uxori ſi dotem
nō peteret ex allegatis ſupra in primo argumento
40 pro hac opinione, † Secunda manifeſta colligitur
coniectura, quia teſtator relinquendo prędicta ſua
bona vxori in uita cum conditione quod dotem
ſuam nec petere, nec conſequi poſſit, perinde eſt
ac ſi feciſſet legatum optionis dotis videlicet. vel
bonorum legatorum, & ſic utrum iſtorum malue
rit d. l. cum ita legatur ff. de opt. legat, ut dixi ſupra
tertio arg. ergo unum tantum illorum uoluit eam
conſequi, ſi unum tantum, ergo uoluit compenſare,
maxime accedentibus alijs de quibus ſupra tertio
& quarto argumentis, quibus oſtendimus claram
eſſe mentem teſtatoris uolentis d. compenſatio-
nem inducere;

Non obſt. quod uerba, cum conditione, &c. in
ſpectis alijs uerbis teſtatoris faciant relictum moda
le, non conditionale, & ita ſaltem in dubio acci-
41 picnda ſint, ut ſupra, quia reſp. † contrarium ueri-
us eſſe, nēpe conditionis, uerbum, proprie condi
tionem ſignificare, & quando dictum eſt cum con
ditione, intelligi de uera conditione Alex. conſ. 150
col. 1 lib. 6. cuius opinionem uerißimam eſſe dicit
Gratus. conſ. 102. nu. 28. & conſ. 108. nu. 10. & ſeq.
42 lib. 2. prima ratione ſecūdum eum, † quia uerbum,
conditio conditionem ipsā denotat, & quando ac
cipitur pro modo, impropriatur ſecundum Bar. in
l. de quibus. §. Termilius de cond. & de monſt. Al
be. l. Meuia. ff. de manu. teſta. & probatur in rub. de
43 cond. & demonſt. & cau. & mo. cōſiderando † dictio
nem, &, poni inter diuerſa regulariter glos. in rub.
44 de iur. & fact. igno. Vnde cum † a proprietate uerbi
recedendum non ſit in dubio l. non aliter. l. ille aut
ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. tertio. Alex. conſ. 31.
lib. 6. cum congeſtis per Ias. l. 3. ff. delib. pręt. Verba
illa, cum conditione intelligenda ſunt proprie pro
conditione uera, & non pro modo, qui improprie
45 conditio dicitur, ut ſupra. Secundo quia cum † uer
ba ſint earum, quę ſunt in animo paſsionum notę l.
labeo. de ſupp. legat. ſi uerba iſta cum conditione,
teſtatori aſcribamus, ut proprie loquutus ſit de ue
ra conditione eum intellexiſſe dicemus, ſi uero ip
46 ſi tabellionis idem, quia † notarius pręſumitur ele-
giſſe uerbum proprium aptum uoluntati teſtatoris
ad not. per Bal. in l. errore. col. 1. C. de teſta. Dec.
l. ab executione. C. quo. app. non recip.

Nec obſt. quod uerba in dubio modum ſignifi-

cent

cent d l. cum mota, & ibi Doct. quia hoc procedit
quando ſumus in dubio, ut gloſ. & Doct. ibi loqu-
47 untur, ſecus quando expreſſum eſt uerbum, con-
ditio, ut hic, uel aliud denotans clare conditionē,
quia tunc denotatur conditio, ex quo ſumus in cla
ro l. continuus. § cum ita. ff. de uerb. oblig. ut in ter
minis reſp. Grat. d. cons. 508. ſub nu. 10. uers. nec
obſt. quod in dubio, &c.
48 † Preterea dato quod uerba hęc, cum condi-
tione; modum denotent quando ex alijs uerbis id
apparet, ut ſupra. Reſp. primo negando hic iſtud
apparere, illa enim uerba, & ex tunc reuertantur
ad ſuos hęredes, licet denotent extremitatem tem
poris reſpectu reuerſionis bonorum uxori per vi-
rum relictorum, non tamen ſuſpendunt dotis exac
tionem, ſed inferunt remiſsionem illius penitus
a tempore acceptationis relicti, ut ſupra deduc-
tum fuit.
Secundo dato quod dd. uerba ſignificent mo-
dū, quando ex alijs uoluntas teſtatoris colligitur,
49 id procedit, † quando alia uerba nequeunt condi-
tionem importare Bar l. ſocietatem. §. Arbitrorum
50 nu. 2. ff. pro ſoc. Aret. conſ. 149. in princ. ut quā dō ap
paret prius preſtandum eſſe relictum, quam ueni
at adimplendum id quod ſignificatur illis uerbis
cum conditione, ſecus quando prius implendum
quid eſt per eum, cui relinquitur l. Thais Ancilla.
§. ſticus de fide hęr. Bar. d. §. Termilius nu. 6. Alex.
51 conſ. 119. nu. 5. lib. 1. Thob. Noni. conſ. 38. nu. 5. †
uel quando id quod adimplendum eſt poteſt adim
52 pleri utroq; tempore, † uel referri poteſt ad utrū
que tempus, hoc eſt, ante & poſt conſequutum
emolumentum, quia tunc potius conditio, quam
modus ſignificatur, ut ſtemus proprietati uocabu-
li, conditio, quę proprie conditionaliter denotat,
ut ſupra dictum eſt. Thob. Non. d. conſ. 38. nu. 6
Non obſt. quod ſimilis queſtio deciſa fuerit Ber
go. pro vxore teſtr. Alb. in auth. hoc locum nu. 10.
& nō nulli alij ſequuti fuerunt, ut ſupra, quia reſp.
53 primo Dictum l Alberici, & ſequacium intelligi,
quando relictum eſt factum vxori per uerba ſuſ-
penſiua, puta donec, quandiu legatum non
petierit, tunc enim legatum factum uidetur gra-
tia differendi exactionem dotis, ſecus quando fac-
tum eſt relictum conditionale, & ex alijs etiam ap-
paret teſtatorem uoluiſſe compenſare, ut hic ex ſu
pra dictis, quia tunc cenſetur factum animo com-
penſandi, ita in terminis late declarat Pa. Pic. in
repetitione l. titia §. titia. nu. 133. & ſeqq. de legat.
ſecundo, quem ſequitur Mant. de coniecturis ultim.
54 uolunt. lib x. tit. 2 nu. 53. † Et licet Albe. d. loco ui
deatur eam opinionem tenere quando teſtator fa-
cit relictum conditionale, ut ſupra dictum fuit, ta
men male loquutus fuit, ut ex ſupra dictis patet, Et
licet Alb. d. loc. illam opinionem firmare uideatur
quando teſtator fecerat relictum conditionale, ut
ſupra in contrarium deductum fuit, uerum tamen
ſi ita ſentit Alb. male loquutus fuit per ſupra alle-
gata, prout etiam defectiuus uidetur ibi Albericus
quia plura facit argumenta contra vxorem, & non
reſpondet, niſi uni.
Nec eſt uerum, ꝙ in preſenti caſu relictū uideat
factū uerbis ſuſpēſiuis ex eo ꝙ teſtator ſubiecit illa
uerba, ex tunc cadat a iure dicti relicti, ꝗ uidentur
inferre, quod cadat demum quando petet, inte-
rim autem relicto fruatur, ut ſupra, quia reſpon. da
to quod uerba predicta ſuſpenſiua ſint, ſuſpendūt
tantummodo donec vxor deliberauerit accipere al
terutrum, non poſt electionem factam, & iſte in-
55 tellectus eſt perquam neceſſarius † cum enim hoc
relictum eſſet optionis, & poſt optionē nō daretur
amplius uariatio, ut probatum fuit ſupra in tertio
argumento noſtrę opinionis, ſibi met contrarius
eſſet teſtator & in continenti diceretur ſe ipſum cor
rexiſſe contra l. non ad ea, de cond. & de monſt.
intelligitur vxorem poſſe eligere alterutrum, &
facta electione dotis, ex tunc carere illo relicto
non quod poſſet relictum eligere, & eo retento ꝑ
multos annos petere, & conſequi dotem, & ex tūc
relictum amittere.
Nec iſtam reſponſionem infringit, quod ſcribit
Rim. Iun d. conſ. 42. in 6. dubio, pręcipue nu. 113.
56 lib. 1. quia imprimis eius autoritas non eſt neceſ-
57 ſaria Doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. † ſecundo loquitur in
diuerſis terminis, in eo enim caſu aderat modus,
ut ipſe ibi deducit, & tenet nu. 111 in hoc noſtro
conditio tā ex uerbis, quam ex mēte, ut ſupra dedu
ctū fuit uers. Nō obſt. ꝙ uerba, Pręterquā ꝙ etiā in
modo illa eius opinio non eſt uera ex allegatis ſu-
pra a nobis in quinto noſtro fundamento. Tertio li
cet Rimi. Iun. procedat arguendo pro illa ſua opi-
nione quibuſdā modis, in illis tamen nō ſe omnino
firmat, ſed etiam ibi illam ſuam conſultationem in
6 illo dubio fundat principaliter, quia teſtator tan
dem uoluit, quod ſi uxor non poſſet manere cum fi
lijs culpa ipſorum illam utramque conſequi, &
quia acciderat iſte caſus, quod uxor culpa filiorū
non poterat cū eis ſtare (inquit ipſe ſub nu. 115)
uerſamur in caſu claro, in quo teſtator uoluit uxorē
habere tam dotem, quam uſumfructum relictum
Vnde non eſt uis facienda in alijs eius argumentis
factis, ex quibus ipſe eo modo forte non reſpon-
diſſet, niſi in caſu ſuo illud ultimum argumentum
habuiſſet, in caſu iſto teſtator non ita clare diſpo-
ſuit, ut ibi, merito diuerſi ſunt termini.
Quarto quia poſito, quod ſimus in diſpoſitione
conditionali, & in relicto optionis, in quo non li
cet uariare, ut ſupra, præcipuum illud argumen-
tum Rimi. ibi nu. 153. dum inquit uxorem in caſu
ſuo potuiſſe ante, & poſt conſequutionem relic-
ti dotem petere propter indeterminate poſita illa
uerba, tunc, & eo caſu, & illa ex tunc reſpectu fu
turi temporis d. l. qui fundū cum alijs per eum cita
tis, non poteſt adaptari caſui noſtro, quia cum non
liceat uariare poſt conſequutionem legati, non po
terit dos peti, & haberi, & indeterminata illa lo-
quutio reſpectu temporis intelligitur per illud ſci-
licet tempus, quo non fuerit facta electio, & ita
uerificabitur arg. ipſius, & noſtra opinio.

Magnificus tertius Arbiter putauit cauſam hāc
dubiā, ideoq; de conſilio etiā dominorū de Rota
Perusina, quos in cōſuliores habebat ex forma ſta
tuti Pęruſini, partibus concordiam ſuaſit, & tandē
finiuit, componendo, quód hęres D. Conſtantini ꝓ
mitteret ſoluere hęredi D. Proſerpinæ florenos.
ccccc. intra certum tempus, prout in inſtrumento
tranſactionis ſequuto d. hęres promiſit.

CON:

CONSILIVM LXXXXIIII

Argumentum.

Filiorum appellatione, precipue in fideicommiſsis, an ueniant nepotes,& deinceps, Ardua q̃ſtio, Quęque reſoluitur in Odioſis negatiue, in fauorabilibus affirmatiue ſecundum communem, Niſi de contraria mente diſponẽtis appareat ex aliq̃bus ſignis & cõiecturis, quarũ aliquęponuntur.

SVMMARIVM.

Filiorum appellatione an ueniant nepotes precipue in fideicommiſsis queſtio ardua nu 1.
In qua duo capita conſtituuntur.nu.2.
Vnum in odioſis, in quo non ueniunt.nu.3
Aliud in fauorabilibus in quo ſecundum aliquos non ueniunt nu 4.
Communis quod ueniant nu.5.& 25.
In dubitata, quando collata eſt diſpoſitio in certum euentum nu.6.
Fallit ſecundum communem ſi apparet quod diſponens uult.ſe reſtringere ad certos filios, uel nepotes nu. 18. & nu.26.
Quod eſt quando teſtator nominatim aliquos exprimit nu.19.
Item ſi per dictionem uidelicet exprimit nu.20.
Maxime ſi ſubiciantur poſt expreſsionẽ generis nu. 21.
Verba teſtamenti dubia in vno loco declarantur per uerba clara in alio nu.7.& 9.
Ac ſecundum conſuetudinem loquendi teſtatoris nu.8.
Teſtator uocans eadẽ oratione diſpares gradu uidetur eos pariter uocare uoluiſſe nu.10.
Nominatim aliquibus uocatis, alij uidentur excluſi nu.11.
Verum ſi apparet, quod teſtator vult ſe reſtringere ad nominatos nu.12.
Dictio uidelicet eſt reſtrictiua nu 14.
Quandoq; tamen redditiua rationis.nu.15.
Quandoq; additiua nu.16.
Quandoq; declaratiua ſimpliciter nu 17.
Declaratio ſi fiat ſub diuerſa oratione uidetur fieri gratia declarationis nu.22.
Si ſub eadem oratione, fieri uidetur gratia reſtrictionis, & taxationis nu.23.
Ideo legans centum, quos debet ſibi .A. & .B: ſi illi non debent, legatum non debetur nu.24 & 27.
Mens uti regina attenditur in fideicommiſſis nu 26.
Nomine appellatiuo, & proprio ſimul expreſſis, attẽditur quod prius expreſſum eſt nu.13.
Immo eſt queſtio ardua nu 25.
Et in ea late diſtinguitur nu. 29.
Et ſemper determinatur, diſpoſitionem eſſe perſonalem attento proprio nomine, ſi modo colligi poteſt ita eſſe de mente diſponentis nu.30.
Et uno tantum caſu attenditur quod primo expreſſum eſt, uidelicet ceſſantibus omnibus coniecturis, & penitus in dubio nu.32.
Contra ſecundum multos nu.33.& ſeqq.
Prioritas, & Poſterioritas in mente magis quam in uerbis attenditur nu.40.
Verba inſeruiunt intentioni, non contra nu.31.
Negatio magis negat.quam affirmatio affirmet nu 34.
Genus reſtringitur per ſpeciem expreſſam, quando in unum genus.& ſpecies concurrunt nu.35.
Id quod attẽditur, ubi unum propter alterum exprimitur nu.36.
Notũ magis ponitur ad deſignandũ minus notũ nu. 37
Verba debent aliquid operari nu.38.
Intellectus ad l.ſi communis ſeruus de ſtipu.ſeruo nu.39.
Proprietas uocabuli in dubio attenditur nu.41.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

1 † ARDVA quidem & pene inextricabilis eſt queſtio Iuriſcõſultorum an appellatione filiorum, precipue in fideicõmiſſis, de quibus hic agitur ueniant nepotes, ut patet ex his, que tradit Bar. & ceteri in l. Gallus §. inſtituens.ff.de lib.& poſt. in l. liberorum de uer. ſig. alijſque in locis alij innumeri pene congeſti per
2 Gab.de uer.ſig cõclus. 1.† In qua principaliter duo
3 capita tandem conſtitui uidentur † Vnum in diſpoſitione odioſa, ſiue oneroſa filijs, & nepotibus ut quando grauantur filij, & dubitatur, an eodem modo grauentur nepotes, in quo fit regula negatiua Bar.& alij in precitatis locis. Soc. Iuni.conſ. 111. nu.22.& ſeq.ac etiam conſ.ſubſeq.lib.1 Dec.conſ. 95 col.3. aſſerens ita omnes tenere. Aymo. conſ.
4. ult. nu.16.lib. 1.quod cum ad nos non pertinens modo omittendum eſt. † Alterum in diſpoſitione filijs, & nepotibus fauorabili, ut ſi ad fideicommiſſum uocati ſint filij aliquorum, & dubitetur, an ueniant etiam nepotes illorum, ut in preſenti caſu, in quo licet multi tenuerint illos non uenire, quos ſeriatim receoſet Manti.de cõiectu.ult.uolun. lib.8.tit.8.ſub nu.2.uers. poriò.tertio loco & uers. ſubſeq. nec deſint pro iſta opinione intergentes ra
5. tiones, & argumenta, † attamen, ut in dubijs ſubtiliter exercitatis aduertit excellẽtiſ. D. Iudex cauſę receptior ſententia uidetur, quam in iudicando ſequi debemus, affirmatiua, Bar.d.l.liberorum nu. 5.& d §. inſtituens ubi Alex. Ias. & ceteri omnes fere, & uarijs alijs in locis alij congeſti per Manti. ſupra citato loco ſub nu. 1. uers. & hanc primam ſenteotiam &c. & per Simo.de Pret.de interpreta. ulti.uoluot.lib.3. dub.4.ſolut.1.nu.54.& Rimi. Iu-
6 ni.conſ. 23 nu.69 lib.1.† qui ſine dubio id ſubſtinent, quando diſpoſitio collata eſt in incertum dubium euentum, ut hic, Ideo attenta iſta communi opinione filij Felicis permortui nepotes teſtatoris ad.d.fideicommiſſum uocati uidebantur.

Secundo idem uidetur ex mente teſtatoris colligi, quia ipſe teſtator aperte appellatione filiorum ſororis comprehendit tam ſui ipſius pronepotes, quam ſororis nepotes, quia cum dixiſſet bona ſua

perue-

peruenire uelle ad filios Euangeliſtę ſororis ipſius Ioannis Baptiſtę nepotes, ſubdit ſe ipſum declarans, Videlicet ad Felicem, qui eſt filius ſororis, & Hieronimum quondam filium Io. Baptiſtæ eius
7 pronepotem † Vnde cum uerba teſtamenti in uno loco dubia declarentur per alium locum, ubi clara ſunt l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1. Bar. l. centurio. nu. 27. de vulg. & pup. Manti. d. tract. lib. 6.
8 tit. 13. nu. 5. † quia attenditur conſuetudo teſtatoris glo. l. ille a quo. § ſi de teſtamento uer. uerba. ff. ad
9 trebel. † ubi ſimpliciter teſtator noſter de filijs loquutus eſt uidetur ſenſiſſe etiam de nepotibus,
10 † Tertio eadem opinio colligi uidetur, quia cũ teſtator uocauerit Hieronimum nepotem ſororis, & dederit illum cohęredem Felici patruo ſibi uno gradu proximiori, nulla alia ratione id feciſſe uidetur niſi quoniam eos contemplatione ſororis ad ſubſtitutionem uocauit arg. l. cum aliquis. C. de iure. delib. & traditorum per Soc. Iun. conſ. 17. a. nu. 20. lib. 2. quę contẽplatio omnes ſororis deſcẽdentes cõprehendit, & conſequẽter etiam filios Felicis.
11 Nec uidetur obſtare ſecundum. D. Iudicem, † quod hic Felix, & Hieronimus nominatim uocati ſint, & propterea alij dicantur excluſi ſecundum Bar. d.
12 l. liberorum nu. 5. † quia iſtud (ut in dubijs dicitur) tunc locum habere uidetur quando ex d. nominatim facta expreſſione apparet, quod teſtator vult,
13 ſe reſtringere ad nominatos, ſecus alias ut hic, † ubi prius uocauit ſub nomine appellatiuo filiorum, deinde expreſſit certa nomina propria, quo caſu ſunt inſpicienda appellatiua, non propria, arg. not. in c. quoniam Abbas. de offi. de leg. l. ſi communis ſeruus ſ. a ſtipuletur. ff. de ſtipu. ſer. glo. l. non nunquam. ff. ad trebel. facit. l. heredes. mei. § ult. ff. eo. ubi quod inſpicitur nomẽ, quod precedit, ſiue appellatiuum, ſiue proprium, non quod ſubſequatur.
14 † Nec dici poſſe uidetur quod teſtator reſtringere ſe uoluerit ad certos nepotes, ex quo uſus eſt dictione videlicet reſtrictiua, ut notatur l. ſi quis ita, in princ. de teſta. tut. cum vulga. quia ſecundum. D. Iudicem uidetur poſſe reſponderi prędictam dic-
15 tionem non ſemper reſtringere, † ſed quandoq; tantum rationem reddere. l. uidelicet. ff. ex quibus
16 cau. maio. † quandoq; addere. § nos autem Inſt.
17 de Atti. tuto. † quandoq; ſimpliciter declarare. l. cum quidam. § 1. ff. de uſu. & in caſu iſto dici poſſe uidetur, quod declaret appellatione filiorum ſororis, & teſtatoris nepotem uocari in ſtirpem reſpectu matris eorum, non autem attenta proximitate reſpectu teſtatoris ex ſupradictis, ideo non infertur ex d. nominatione, quod alios uenientes appellatione filiorum uoluerit teſtator excludere.

His minime refragantibus cenſeo inhęrendum opinioni contrarię excellentiſſ. Iuriſconſ. qui pro Oradino Roſcietto ſcripſerunt, nepotes alios prę‐ter nominatos minime ad d. fideicommiſſum uocatos eſſe. Et id quidem conſtat clariſſime, ut dicunt, qui antea ſcripſerunt, quia eſto, quod appellatione filiorum ueniant nepotes, & deinceps in fideicommiſſo liberis fauorabili ſecundum magis cõ
18 munem per ſupradicta. † iſtud non procedit, quando apparet teſtatorem uoluiſſe reſtringere ſe ad certos filios, uel pronepotes Bar. d. l. liberorum
9 nu. 5. ubi alij, & ſequuntur omnes * d. §. inſtituens.

Hic autẽ conſtat ſine dubio de huiuſmodi mente.
19 † Primo quia cum teſtator uocauerit nominatim Felicem, & Hieronimum tacite ſignificauit alios nolle uocare glo. eſt in l. ſi quis ita in princ. ff. de teſta. tut. Bar. d. l. liberorum ſub nu. 5. uerſ. ſed mihi uidetur, & d. §. inſtituens. ubi omnes alij eum ſequun-
a tur, ut poſt Soc. Ruy. Dec. & alios teſtatur * de communi Manti. d. tit. 8. nu. 4.

Secundo fortius, quia teſtator non ſolum nominatim deſignauit quos uellet uocare, ſed id fecit
20 exprimendo. d. nominationem per dictionem † Videlicet, quę eſt non ſolum declaratiua, ſed etiam reſtrictiua Bar. l. 1. ff. ad l. aquil. Iaſ. l. filio quem pater nu. 19 ff. de lib. & poſt. & l. ſi pluribus nu. 51. ff. de legat. 1. Vnde cum teſtator uocauerit filios Euangeliſtę ſororis, dato quod comprehenderit filios illius, & etiam nepotes per ſupradicta, hanc tamen comprehenſionem animaduertens teſtator eſſe nimis latam ex ſua intentione illam reſtringens ſubiecit, Videlicet Felicem d. Euangeliſtæ filium, & Hieronimum eiuſdem nepotem, ſuumque pronepotem, quaſi diceret, alios uero minime, arg. l. cũ prætor. ff. de iudi. c. non ne. de preſump.
21. † Tertio quia aduerbia iſta, videlicet, ideſt, nempe, & huiuſmodi quando ſubijciuntur poſt expreſſum genus in enumeratione ſpecierum ſine dubio oſtendunt, quod enumeratio ſpecierum ſit cauſa reſtrictionis & taxationis, & ad diminutionem ſignificationis generis precedentis, doctrina eſt Bar. in l. quęſitum § penul. nu. 15. ff. de fund. inſtruct. teſtator iſte poſt uerbum filios, quos ingerere uocauit ad fideicommiſſum filios, & nepotes, & deinceps ſuę ſororis ſpecificauit Felicem, & Hieronimum filium, & nepotem, appoſito aduerbio iſto, uidelicet, ergo reſtrinxit, taxauit, & diminuit ſignificationem generis ad nominatos tantũ.
22 Quarto eadem mens clara teſtatoris deducitur, † quia licet quando teſtator legat, & deinde ſub alia diuerſa oratione declarat, illa declaratio uideatur
23 fieri demonſtrationis cauſa tñ, † ſi tamen ſub eadem oratione, uidetur facere gratia taxationis, ut lego titio. x. quę mihi debet ſempronius, uel ex his quę mihi debet ſempro. & ideo ſi sẽpronius nihil debet, hęres aliunde ſoluere non debet, ita egregie dicit Din. in l. quidam teſtamento. ff. de leg. 1. ſequitur Rot. Rom. decis. 868. lego pro anniuerſario. uerſ. item. etiam hoc probatur, in anti. ſecundum aliam impreſſionem tit. de teſta. decis. x1. ubi hac,
24 & alijs quibuſdam rationibus Rot. uoluit, † quod ſi teſtator legauit pro anniuerſario animę ſuę, & ſuorum certam quantitatem adijciendo in eadem oratione, quam mihi debent R. & G. & illi non debent, nihil debetur, ex quo gratia taxationis relictum uidetur, hic teſtator uocauit filios ſororis, appellatione filiorum comprehendit etiam nepotes in fauorabilibus, & in eadem oratione adiecit uidelicet Felicem & Hieronimum, ergo gratia taxationis perinde ac ſi dixiſſet Felicem filium, & Hieronimum nepotem ſororis meę, merito alij ſororis nepotes ad fideicom. uocati non ſunt.

Non obſtant quę in contrarium in dubijs ſubtiliter excitata fuerunt quia quod in fauorabilibus appellatione filiorum comprehendantur nepotes
25 ſecundum magis communem, ut ſupra, † procedit

dit regulariter, a qua regula receditur ex mente teſ
tatoris, † cum in fideicommiſsis mens, ut regina
ſemper, non uerba attendatur l. in conditionibus
primum locum de condi. & demon. l. cum quęſtio
C. de lega. l. cum uirũ. C. de fideic. hic eſt clara mẽs
teſtatoris uolentis. d generalitatem reſtringi ad ſpe
cificatos ut ſupra, merito &c.

Non obſtat quod ex quo uerba dubia in uno lo
co teſtamenti declarantur per clara in alio loco. d.
l. qui filiabus. cum alijs ſupra citatis, teſtator ſpeci-
ficando in uno loco claro pronepotem declarare
uideatur ſe uelle intelligere de pronepotibus omni
bus ex ſorore ſub illo uerbo filijs aliquantulum du
bio. Quia reſp. negando, quod dum meminit de
ſuo ex ſorore pronepote clare oſtendat ſe ſentire
27 de omnibus pronepotibus ex eadem ſorore, † quin
imo illa expreſsio pronepotis facta eo modo per
nomen proprium, & per dictionem videlicet eum
facta ſit taxatiue, & reſtrictiue non eſt clara reſpec
tu comprehenſionis omniũ nepotũ, quin potius cõ
tra excluſiua aliorũ. unde argumentũ retorquetur,
quia cum p. d. expreſsionem factã, ut ſupra. ex clu
dat alios pronepotes, oſtendit, quod in precedente
generalitate appellatione filiorum noluit compre
hendere nepotes ſororis, ſiue pronepotes ſuos, ni
ſi nominatos.

Nõ obſt. quod ex quo teſtator parificauit Hiero
nimũ pronepotẽ Felici nepoti gradu anteriori ui-
deatur contemplatione ſororis id feciſſe, & con
ſequenter noluiſſe omnes pronepotes ex ea-
dem ad fideicommiſſum uocare. Quia reſpon. ne-
gando teſtatorem contemplatione ſororis uocaſſe
Hieronimum pronepotem, quia immo ex quo no
minatim uocauit uidetur id feciſſe ductus contem-
platione ipſius, maxime parificando Felici gradu
anteriori, & propterea non ſequitur idem uoluiſ-
ſe de alijs, tum uel maxime etiam, cum iſti alij,
qui ad d. fideicommiſſum uolunt uenire, non ſint
pronepotes eiuſdem qualitatis cuius, erat d Hiero
nimus, id eſt Ioãnis Batiſtę, cũ qua qualitate expreſ
ſim uocatus eſt ipſe Hieronimus in d. teſtamento.

Non obſtat dum dicitur non eſſe uerum, quod
hic facta fuerit reſtrictio ad nominatim expreſſos,
ex eo quod nomina illa propria fuerant poſt poſi-
ta appellatiuo, quo caſu non attenduntur, ad not.
in c. quoniam abbas. de offi. delegat. & l. ſi commu
nis ſeruus ita ſtipuletur. ff. de ſtipul. ſeruo. quia pro
28 reſponſione aduertendum eſt † queſtionem illam
an attendatur nomen appellatiuum, uel proprium
ualde controuerſi iuris eſſe, ut apparet ex plene
notatis d. c. quoniam Abbas. & c. ſi gratioſe de reſ-
29 crip. lib. 6. † & late in ea pro reſolutione diſtingui-
tur, ut ibi per glo. mag. & Abb. uers. ſed contra
predicta & c. col. 2. alioſq; de inceps, fieriq; plures
30 diſtinctas concluſiones, † ſemperq; determinari diſ-
poſitionem eſſe perſonalem, ſi modo aliquo col-
ligi poteſt diſponentem ita uoluiſſe, etiam ſi uer-
31 ba tantum ſint appellatiua, † q; a uerba inſeruiunt in
tentioni, nõ cõtra. c. mãdato de pſump. c. ſecũdo req
ris in ſi. de app. l. labeo de ſupel. lega tradit Dec. d. c.
qm̃ Abbas. col. 3. uers ſucceſsiue Abb idẽ Bero. ibi
nu. 82. ubi de comũni* Mãtu. nu. 20. Vnde ex mente
32 omnium communiter * † in una tantum concluſio
ne, videlicet ceſſantibus omnibus coniecturis, ex
quibus apparere poſsit de mente teſtatoris, & ſic
penitus in dubio, per aliquos affirmatur attendi
quod primo expreſſum fuerit, quo in caſu nos cõ-
ſtituti non ſumus, quia ut ſupra probatum eſt ap-
paret de mente teſtatoris quod facta eſt poſterior
expreſsio cauſa reſtrictionis propter nominationẽ
expreſſam propter dictionem, videlicet, & alia de
quibus ſupra.

33 † Secundo dato q; eſſemus in dubio reſp. illam
opinionem, attendi quod prius expreſſum eſt, non
eſſe tutam, & contrariam tenuit Imo. d. c. quo-
niam Abbas. col. pen. uers. ſed certe. refert Dec.
ibi ſub nu. 5. uers. non omitto, & fuit opinio Abb.
Io. And. & Aret. ibidem. ſequitur Bero. ibi ſub nu.
19. uers. & hanc opinionem, Alex. conſ. 175. lib.
5. & ſecundũ Dec. pariter ibi uidetur tenuiſſe Pet.
& Ant. But. & dicit Bero. ſupra citato loco, quod
forte non erraret, qui eam firmaret, late ſequitur
magnę autoritatis Henri. Boic. d. c. quoniam Abb.
nu. 13. & 14. ubi etiam alios, preſertim Tancre. Bar.
Brixi. & Specul. pro hac contraria allegat. unde
forte poſſet dici magis communis iſta opinio, quẽ
admodum etiam uerior eſt. Primo per d. c. quoni
am abbas in generalitate ſui, dũ dicit, q; quando eſt
expreſſum nomen proprium commiſsio eſt ſpeci-
alis, nec diſtinguitur, an expreſsio predicta ſit facta
prius, uel poſterius, ſtringendo quia loquitur ne
34 gatiue, ibi non perſonarum &c. † negatio autem ma
35 gis negat, quam affirmatio affirmet. ll. vulg. † Secũ
do per rationem, quia ubi genus & ſpecies concur
runt in unum, genus quaſi expoſitum per ſpeciem
reſtringitur ad eius ſpeciem exponentem, ſed ſpe
cies perſonę ponitur ad exponendum genus pre-
36 cedens, merito. &c. † Tertio quia ubi unum per alte
rum ponitur, attenditur illud propter quod, c. ex-
tirpandę. § qui uero. de preb. dignitas in d. c. quo
niam Abbas. & filiatio hic ponitur propter perſo-
nam, quia perſona eſt, quę cognoſcitur ibi, & quę
37 uocatur hic, ergo. &c. † Quarto quia magis notum
ponitur ad deſignationem minus noti. l. hęredes pa
lam. §. ſed & ſi nõtam. de teſta. ſed nomen appella-
tiuum eſt minus notum, cum conueniat pluribus
38 perſonis, ergo. &c. † Quinto quia uerba debent ali-
quid operari l. ſi quando. ff. de leg 1. ſed expreſsio
nominum propriorũ nihil operaretur, cum illa con
tineretur ſub appellatiuo, ergo &c.

39 Non obſt. d. l. ſi communis, † quia nomen ap-
pellatiuum ibi eſt incertum cui magis conueniat
de illis duobus, cum uterq; ſit dominus, ideo non
poteſt dici, quod appellatiuum ponatur ad deter-
minationem proprij, ſecus alias, ut hic.

Non obſtat, q; uideatur attendi quod prius ex-
40 preſſum, † quia prioritas, & poſterioritas in intelle
ctu attenditur. l. 2. § ſi prius. ubi Doct. ff. de vulg.
in intellectu autem eſt prius nomen proprium, q; a
pp illud ſit expſsio utriuſq; ut ſupra, merito &c.

Non obſtat, quod dicitur ad ſummouendã uim
& ſignificationem uerbi a nobis conſideratam cir
ca uerbum illud, uidelicet, conſiderando, q; non ſẽ
per eſt reſtrictiua, ſed modo rationis redditiua,
modo additiua, modo declaratiua, adaptando, q;
hic eſt declaratiua, ut ſupra dicebatur, quia dato
q; d. dictio ijs omnibus modis accipi poſsit, cum
tamen propria eius natura, & uis ſit reſtrictiua, ut

ſupra

41 ſupra probatum eſt, † & a proprietate uocabuli in dubio recedendum non ſit .l. non aliter .ff. de leg. 3. ſtandum eſt huic propriæ ſignificationi, non autem ad alias improprias tranſeundum.

Secundo dato, quod teſtator uoluerit ſimul admitti nepotē, & pronepotem, quo ad hoc ut dici poſsit intentionem ſuam ambiguam peius comprehensā in generali ſignificatione filiorum ipſum declaraſſe, non tamen propterea infertur, quod iſta declaratio fuerit generalis reſpectu omnium aliorum pronepotum naſciturorum, quin immo totum contrarium, quia cum ſe reſtrinxerit ad illos ſpecificatos, alios noluit comprehendi, ut ſupra dictum fuit, & ſic admiſſo, quod illa oratio ſit declaratiua, eſt declaratiua, & reſtrictiua ſimul. quoad diſparē graduum cōprehenſionē declaratiua, quo uero ad nepotes, & pronepotes reſtrictiua, quia reſtringit ad certos nominatim uocatos.

CONSILIVM XCV.

Argumentum.

Elapſo tempore conuentionali ad redimendum in contractu uenditionis, appoſito poſt mortem uenditoris, an detur facultas redimēdi eius hæredi illud tempus conuentum fuiſſe ignoranti, Maxime minori, ſi non ex capite minoris ætatis, an ſaltem ex capite probabilis ignorantiæ. ubi multa ad intellectum l. emilius .ff. de mino.

SVMMARIVM.

Minor non reſtituitur contra preſcriptionem temporis cōuentionalis cepti cum defuncto maiore, ſed illud currit ſine ſpe reſtitutionis nu 1.

Etiam, ſi adſit clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. nu. 2.

Vbi denegatur reſtitutio minori, multo magis maiori impedito probabili cauſa nu. 3.

Etiam quod ignorans ſucceſſerit in ius alterius nu. 4.

Etiam quod ſimus in preſcriptione temporis conuentionalis nu. 5.

Emptorem cogi ad retrouendendum poſt lapſum temporis ſtatuti iniquum eſt nu. 6.

Contra quando haberet locum reſtitutio in integrum nu 39.

Et niſi alia ſubſit æquitas nu. 40.

Obligationes factæ cum defuncto, tranſeunt in haeredes cū ſuis qualitatibus nu 7.

Quod procedit, data paritate terminorum, ſecus alias nu 41.

Tempus ad retrouendēdum labitur contra hæredem etiam minorem, uel eccleſiam irreuocabiliter nu. 8.

Ignorantia heredis eum non excuſat; quando ceſſatio, ſeu non fieri ipſius tendit ad implementum facti auctoris nu. 9.

Quod procedit in reſtitutione ex edicto de minoribus, & Minor leſus eſt ſciens, & actio ortum habet cum maiore, & finem recipit a maiore, ſecus in maiore, uel minore ignorante, & ex cauſa impedito nu. 42.

Secus quando tendit ad reſoluendum factum defuncti eo. nu. 9.

Ignorantia hæredis eodem modo non excuſat, quando non factum, ſeu ceſſatio ipſius in eo, quod defunctus facere poterat, non impedit, quin ſequatur quod a defuncto erat ordinatum nu. 10.

Quod intelligitur, ut non impediat effectum ſequi, non quod tollat executionem ad effectum ſequutum nu. 44.

De lucro captando tractat, qui uult rem iam alterius effectam recuperare. nu 11.

Maxime, quando tempore rèdemptionis faciendæ res uendita cum pacto de redimendo maioris ualoris eſſet nu. eod.

Et iſto caſu ignorantia hæredis non excuſat eum in eo agatur de lucro captando. nu. 12.

Contra nu 45.

Et niſi ſimus in lucro radicato, quia de eo iudicatur, ac de damno nu: 46.

Ignorantia prodeſt Reo, non Actori nu. 13.

Contra nu. 47.

Maxime, quando ignorantiæ pretextu aliquid noui non pretenditur, nu. 49.

Maxime in beneficio hæredi iam quæſito prætextu ignorantia nu. 49. & 50.

Maxime, quando agitur de beneficio reſtit. in integrum iam quæſitæ prætextu ignorantia. nu 50.

Minor non reſtituitur in damnis, quæ accidunt propter eius non factum nu. 14.

Niſi ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. nu. 51.

Ideo nec reſtituitur aduerſus ſolutionem pignoris factam propter non ſolutionem minoris nu. 15.

Gratia debet ſtricte accipi nu. 16.

Quod procedit reſpectu tertij, non quoad concedentem nu 52.

Nec quando per uiam pacti fieret nu. 53.

Scientia tutricis, dicitur ſcientia pupilli, ideo pupillo nocet nu. 18.

Verum quoad acquiſitionem, ſecus quoad amiſsionē rerum pupilli nu. 54.

Item uerum, quando ſcientia plene probatur aliter, quam per tutoris confeſsionem nu. 55.

Reſtitutio minori non conceditur, quando res eius uendita eſt quanti uendi potuit nu. 19.

Tutrix prorogare poteſt tempus ad redimendum uenditori in emptione facta pro pupillo conceſſum, & preiudicare pupillo nu. 20.

Contra nu. 56. & nu. 59.

Niſi ſolemnibus interuenientibus nu. 56.

Etiam quod agatur de alienatione iurium, quia eædem ſolemnitates requiruntur, quæ in alienatione immobilium nu. 58.

Reſtitutio in intēgrum denegatur minori, habenti ordinarium remedium contra tutorem nu. 21.

Quod eſt ualde ſuſpectum, & periculoſum nu. 60.

Et procedère poteſt, quando tutor ſciens ſua negligentia effecit, ne fieret tranſmiſsio in filium, & ſic ſumus in quierndis nu. 61.

Nec

Nec procedit, quando remedium ordinarium contra unum, extraordinarium contra alterum nu. 62.
Singula quæ non poſſunt, ſimul vinta iuuant nu. 22.
Quod declaratur nu. 63.
Hęres ſuccedens in ius alterius, habet probabilem ignorantiam nu. 23.
Et reſtituitur in integrum ex capite probabilis ignorantię etiam aduerſus cuiuſcunque longiſsimi temporis lapſum nu. 24.
Ratio nu. 25.
Ratio rationis nu. 26.
Quod procedit, quando iuſta eſt ignorantia, & lapſum non eſt quadriennium poſt habitam notitiam facti nu. 27.
Reſtitutio in integrum non datur minori ex capite minoris ętatis, quando nil geſtum eſt cum eo, ſed agitur ex obligatione ex facto defuncti nu. 28.
Datur tamen ex capite iuſtę ignorantię, uel cauſę nu. 29.
Et quę ſit ratio differentię nu. 30.
Maior reſtituitur impeditus aliquo iuſto impedimento facti nu. 31.
Minori emphiteutę ceſſanti ſoluere canonem, nõ datur reſtitutio ex edicto de minoribus, ſecus ex capite ignorantię nu. 32.
Heredi ex capite ignorantię datur reſtitutio aduerſus ſolutionem pęnę promiſſę per defunctum ad diem, mortuo promiſſore ante diem nu. 33.
Noſtra ualde intereſt, conſeruare res antiquorum nu. 34
In dubio danda eſt reſtitutio nu. 35.
Ex diuerſis non fit illatio nu. 36.
Non tenet argumentum, ceſſat reſtitutio ex edicto de minoribus, ergo etiam ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. contra Curtium iuniorem nu. 37.
Niſi ubi materia non patitur reſtitutionem nu. 38.
Auctoritas doctoris non eſt neceſſaria nu. 43.
Quando remedium ordinarium contra vnum, & remedium extraordinarium contra alterum datur, remedium ordinarium nõ facit ceſſare extraordinariũ nu. 62.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN propoſita q̃ſtione diſcutẽda prima (ut aiunt) fronte uidetur dicendũ Nobili Viro D. Roberto nullo modo cõpetere ius redimendi bona per eius patrem inſolutum data cum pacto de retro uendendo iam diu elapſo poſt mortem tamen ſui patris, etiam pręuia reſtitutione in integrum ex quo uis capite.

1 Inprimis quidem † quia minor non reſtituitur aduerſus pręſcriptionẽ temporis conuentionalis cęptã cũ defuncto maiore, ſed illud currit ſine ſpe d. reſtitutionis l. emilius. ff. de mino. ubi Bar. & alij communiter, * idem Bar. Bal. & Sali. & alij l. 2. C. ſi aduer. uendi. pig. Bar. l. cũ ſiductia. §. in hac. ff. de uer. obli. Paul. Caſt. & alij l. ult. C. qb. cau. in inte. reſti. nõ eſt neceſſ. Balb. de pſcrip. par.
2 1. 6. par princ. uer. 23 caſus nu. 30. † Eodẽ modo nec ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. qa cũ fauorabilior ſit reſtitutio, q̃ conceditur minori ętatis, q̃ illa, q̃ conceditur ex alia notabili cauſa. l. ſi. ubi Bal. r. not. ff. de reſt. in integ. l. ult. C. q in int. reſt. nõ eſt neceſ. ubi hodie minor aduerſus preſcriptionẽ ſeruatur illeſus, abſens uero tñ reſtituitur glos. l.
3 nec nõ. §. quod eis. ff. ex q cau. maio. † dicens, ꝙ ubi denegatur reſtitutio minori, multo magis maiori impedito ex probabili cauſa, & eſt communis * opinio qᵃ qd uoluerit in contrarium glos. l. 3. § ſed utrũ, uer. & non puto. ff. de mino. & l. cum qdam, in princ. uer. abrrat, ff. de acq. here. Sal. l. 1. C. de reſt. in inte. et tradit Curt. Sen. conſ. 58. ſuper premiſſa nu. 5. & poſt non nullos alios Meno.
4 conſ. 100. nu. 308. lib. 1. † non uidetur modo aliquo d. Roberto maiori ex cauſa ignorantię, ut prętendit, quia in iura patris ignorans ſucceſſit iuxta l. q in alterius. ff. de reg. iur. huiuſmodi reſtitutio cõcedenda, ut arguit in terminis & tenet Alex. d. l. cũ quidam in princ. col. ult. uers. contrarium conſului & conſ. 104. breuitas, col 3. uers. uenio nunc ad ſecundum & conſ. 161. in preſenti col. 3. uers. 2 prin-
5 cipaliter †. Et magis in terminis in preſcriptione tẽporis conuentionalis, Curt. Sen. d. cõſ. 58. in 4. principali fundamento. ſequitur. Hier. Cag. l. 22. lectura q. 16. ſub nu. 125. & ſeq. C. de pact. inter empta & uendi. & poſt hos Soc. Iun. conſ. 45. uiſo &c. ubi ſubſcribit ſe Bero. nu. 1. lib. 4 Idem Soc. conſ. 46. nu. 9. lib. 4.

Secundo Pro eadem ſententia uidetur ſecundũ
6 Soc. Iuni. d. conſ 46 nu. 14 † Quia cum ualde iniquum ſit, ꝙ emptor cogatur retrouendere lapſo tẽpore ſtatuto ad retrouendendũ, ac diutius quã ipſe conuenerit ſit in ambiguo cõtra l. 1. ff. de pac. & reſtitutio in integrum ęquitate uitatur l. 1. ff. ex q cau. maio. ut tradunt Cano. c. 1. eo. tit. nõ poteſt uideri d. reſtitutio cõpetere Roberto pdicto elapſo tẽpore.

7 Tertio Quia, † cum obligationes factę cũ defuncto tranſeant in hęredes cũ ſuis qualitatibus, Bal. in repet. d. l. emilius. col. pen uer. prima eſt. cũ alijs cita-
8 tis per Soc. Iuni. d. conſ. 46. nu. 17. † labi etiam uidetur illud tempus ſtatutum ad redimendum contra hęredem irreuocabiliter, etiam ꝙ ſit minor, uel eccleſia, ut ibi per Socci.

9 Quarto quia † quando ceſſatio, ſeu non fieri hęredis tendit ad implementum facti eius auctoris, ignorantia hęredis eum non excuſat, licet ſecus ſit quando tendit ad reſoluendum factum defuncti, Bal. l. 2. uers. iuxta pdicta C. ſi aduer. uend. pigno. ubi eum ſequitur Sal. 3. oppo. & in ꝓpoſito ita ꝓ iſta opinione arguit Curt. Seni. d. conſ. 28. nu. 3. ſequitur Soc. Iun. dicens eam communem * d. conſ. 47. nu. 18. & 19. ſed tũc ceſſatio heredis prędicti in nõ redimendo tendit ad implendum contractum per eius patrem celebratum, merito &c.

Quinto qa ſecundũ eundem Socc. d. cõſ 46. nu.
10 50. † quando non factum, ſeu ceſſatio hęredis in eo quod defunctus eius auctor facere poterat, non impedit, quin ſequatur quod a defuncto erat ordinatum, tunc eius hęres non excuſatur. & ignorãtia eius non eſt impedimento ordinationi defuncti, qn immo illa ſequitur ſm Guil. Mayne. poſt q̃ndũ D. Bonifaciũ l. q in alterius nu. 23. ff. de reg. iur. p l. ad diẽ ff. de uer. obl. quã ipſe Soc. inducit ibi etiã fortiori, cũ ergo ceſſatio Roberti in nõ redimẽdo dicta bona, ꝙ defũctus facere poterat intra d. tempus, non

impedit, quin ſequatur quod a defuncto erat ordinatum, uidelicet ꝙ lapſo termino ad redimendum dato libera bona ſint emptoris, ignorantia ipſius Roberti heredis ei non prodeſt, & non poteſt impedire, quin id ſequatur.

11 Sexto Quia † qui vult ꝙ precio oblato rem iam alterius effectam recuperare, dicitur de lucro captando tractare Abb. c. conſtitutus in 6. not. de reſti. in integ. maxime quando tempore redemptionis faciendę res uendita cum pacto predicto lõge maioris precij eſſet, quam quando uendita, & tẽpus ad redimendum datum fuit lapſum, cum auferendo rem illam de manu emptoris heres uenditoris q̃rat lucrari, ut conſiderat idem Socc. d. conſ. 46.
12 nu. 21. quo caſu ignorantia non prodeſt † cum ea attendatur ſolum quando de damno euitando tractatur Dec. l. qui in alterius nu. 4. & ibi etiam Hiero. Cagnol. de reg. iur.

Septimo Quia ſecundũ eundem Soc. Iun. d. cõſ. 46. nu. 29 & Curt. Seni. d. conſ. 58. col. 4. uers. ſ.
13 ſolido &c. Cum hic Robertus ſit actor, & ignorãtia alicui prodeſſe poſſit ſolummodo quando quia eſt reus d. l. qui in alterius. uers. nec ita de here ſe & ibi Dec. & alij poſteriores, non uidetur in huiuſmodi caſu ignorantiam patrocinari poſſe Roberto ad retractũ dd. bonorũ tranſacto tempore prędicto.

14 Octauo Quia † Robertus iſte noſter ſi quod prę iudicium, aut damnum patitur, id accidit propter eius non factum, nempe ex eo ꝙ non ſoluit precium dd. bonorum intra tempus conuentionale, quo caſu minor non reſtituitur l. 2. C. ſi aduer. uend. pign.
15 † ubi minori non ſuccurritur per reſtitutionem in integrum quando creditor pignus iam uendidit ꝑpter non ſolutionem & luitionẽ minoris debitoris ita tradit Bal. d. l. 2. uers. opponitur quando actus &c. ubi etiam Sali. 2. oppos. & poſt Pet. Cin. & alios pro nota. concluſione firmat in propoſito Curt. Seni. ita arguẽdo d. cõſ. 58 col. 2. uers. 2. principali fundamento, & Soc. Iun. d. conſ. 46. nu. 30.

Nono Quia huiuſmodi facultas redimendi uidetur eſſe conceſſa ex quadam mera liberalitate, &
16 gratia emptoris, Vnde † cum gratia debeat ſtricte accipi, ut quo minus poſſibile eſt auferat eam facienti, argumento not. per glo. & Doct. c. quamuis. de preben. lib. 6. & c. ſi gratioſe. de reſcript. eo. lib. ac etiam tradit Paris. conſ. 12. in iſto iudicio nu. 10. & conſ. 74. gratia. nu. 14. lib. 4. uidetur reſtringenda tantum ad tempus expreſſum, ut eo elapſo facultas redimendi conceſſa amplius non du-
17 ret, † tum uel maxime quando gratia eſt conditionalis, ut hic uidetur eſſe, ex quo d. promiſſio de retrouendendo dicitur facta ſi uenditor intra tempus conſtitutum ſoluerit, quia eo caſu deficiente conditione gratia euaneſcit ſecundum naturam conditionis, l. qui heredi. §. pluribus, ubi Soc. Sen. ff. de cond. & demonſt. l. cedere diem. de uer. ſig. & in terminis gratię conditionaliter, uel ſub certa forma conceſſę, ꝙ ea non impleta uel ſeruata gratia corruat tradit Paris. conſ. 31. circa preſentem nu. 23. & ſeq. & conſ. 82. penſio. nu. 6. & 7. & conſ. 138. dico. lib. 4. & arguit in propria noſtra materia idem Soc. Iun. d. conſ. 46. primum nu. 21. & ſeq. in ſexto argumento, rurſus nu. 32. & ſeq. in decimo argumento ſuę opinionis.

Decimo Quia eſto ꝙ Heredi concedatur prędicta in integrum reſtitutio ex capite ignorantię præſumptę iuxta reg. d. l. qui in alterius, attamen in caſu preſenti prędicta concluſio, & regula aptari non poteſt, quia mater & tutrix. d. Roberti tale pactum recte nouit, ut in inſtrumento remiſſionis d. pacti, & nouę etiam confeſſionis per eam factę in alio inſtrumento per d. tutricem poſtea celebrato aperte conſtat, quo caſu ſumus in ſciente,
18 non in ignorantę, † cũ ſcientia tutricis dicatur ſcientia pupilli, & regulariter ſcientia tutoris pupillo noceat Bar. l. qui duos. ff. de re. dub. ubi Soc. in ca. 5. & 6. q. Bar. ſub nu. 19. & ſeq. & ita in proprijs terminis noſtris arguit idem Soc. Iun. d. conſ. 45. col. 2. uers. 2. etiam probatur &c.

19 Vndecimo Quia † nulla aut modica lęſio ipſius Roberti conſiderari poſſe uidetur, ex eo ꝙ d. bona non redemerat, cum uenditio illorum facta fuerit quanti potuerit uendi, attento tempore uenditionis, & qualitatum eorum, ut preſuponi uidetur, quo caſu reſtitutio ex capite ignorantię non uidetur cõcedenda ſecundum Bar. & alios dd. 2. & per Doct. c. 1. de reſti. in integ. prout etiam in caſu arguit Curt. Sen. d. conſ. 58. col. pen. & Soc. Iun. d. conſ. 45. nu. 5.

Duodecimo Prędicta opinio uidetur indubitata in preſenti caſu, quia Mater & tutrix Roberti in d. inſtrumento faſſa fuit cucurriſſe tempus ad redimendum conceſſum, & ulterius ſi quod ſupererat Ius redimendi filio competens remiſit, quo ſtã-
20 te, † ſicut tutrix tempus ad redimendum pupillo competens prorogare poteſt, ut poſt alios docet Hier. Cag. d. l. 2. q. 102. nu. 272. ita etiam uel fatendo lapſum eſſe, uel ius redimendi competens remittendo, uidetur preiudicare poſſe ſecundum Bero. conſ. 181. nu. 19. lib. 3.

Decimotertio Rurſus indubitata uidetur ꝓdicta
21 ſententia hic, quia † quatenus in aliquo damno ſit Robertus ob d. lapſum uel remiſſionem temporis & iuris redimendi ſuccurritur ei remedio ordinario contra matrem tutricem; quo caſu ceſſare uidetur remedium extraordinarium reſtitutionis in integrum. l. in cauſæ, la ſeconda. ff. de min. Rol. qui alios cõgerit in materia reſtitutionis cõſ. 59. nu. 2. li. 1. Bero. d. conſ. 181. nu. 1 Natt. conſ. 492. nu. 8.

Poſtremo tenenda uidetur predicta ſententia
22 hic, † Quia cum tot concurrant, quę efficere uidentur ut iuſte in integrum reſtitutio deneganda ſit, ſi ſingula per ſe non proſunt, vnita quidem iuuare uidentur, l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. excus. tut. glos. 1. ad l. ſi ſtipulatus de uſur. & glos. fi. ad. l. inſtrumenta. C. de probat. cum late congeſtis uarijs in locis, preſertim Paris. conſ. 3. uideatur nu. 54. lib. 5. & conſ. 17. in fi. lib. 4. & in terminis Soc. Iun. d. conſ. 46. nu. 34.

Cęterum materia ipſa reſtitutionis in integrum de qua agitur, d. l. emilius, argumẽtis ſupraſcriptis, Curt. & Soc. ſupra relatis, communibus traditionib. Doct. õnibuſq; ad propoſitã q̃ſtionẽ pertinentib. diligẽtiore cura cõſideratis, cenſeo reſpondendum in ꝓſenti caſu reſtitutionẽ ꝓdictã, & cõſequenter ius redimendi d. bona Roberto omnino cõpetere.

23 Primo quidem quia heredi ſuccedenti in ius alterius & propterea habenti probabilẽ, & iuſtã ignorantiam

rantiam facti ipſius defuncti d. l. qui in alterius. ff.
24 de reg. iur. cum ſim. † aduerſus cuiuſcunq; x. xx.
xxx. xl. & centum annorum lapſum, ex clauſula
generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, datur reſtitutio in
integrum, ut tradit Alex. atteſtans de communi
conſ. 169. uiſo themate lib. 2. Aret. de male. uer.
incohata col. 1. Affl. deci. 39. & 329. Boer. deci.
39. Deci. conſ. 67. & 303. & l. quam diu. C. qui
admi. Rim. Iun. conſ. 37. nu. 66. ubi de commu-
ni 2. Soc. Sen. conſ. 66. lib. 4. Dec. conſ. 36. col. fi.
Feli. c. uigilanti de preſump. Balb. de preſcrip. pri
ma par. 6. par. princ. ſub. nu. 32. limit. 2, Hieroni.
Cagno. d. l. 2. in ſecunda lectura q. 74. nu. 219. &
l. qui in alterius nu. 5. & 6 ff. de reg. iur. Grat. conſ.
91. nu. 55. lib. 1. Rui. conſ. 103. nu. 18. lib. 5. Ce
pha. conſ. 146. col. fi. lib. 2. Rolan. qui loquitur,
contra preſcriptionem 30. annorum, aſſeritq; ita
tenere comunem doc. ſcolam, neq; aliquam diffi-
cultatem habere conſ. 68. nu. 1. prout idem etiã
concludit contra preſcript. xl. annorum ſecundum
magis comunem, ibi nu. 10. & 11. & repetit pro
communi conſ. 72. nu. 48. ubi poſt preallegatos
de comuni teſtatur, quicquid aliqui per eum cita-
25 ti ibi contrarium tenuerint, † Ratio autem huius
comunis eſt quod ubicunq; contra aliquem iuſto facti
impedimento impeditum curreret preſcriptio, ſem-
per ei conceditur in integrum reſtitutio, l. Attili-
cinus. ff. de ſer. ruſti. prædi. l. 1. §. ſi quis autem,
ubi glo. & Bar. ff. de iti. act. priua. l. ſi partem. §.
26 1. ubi glos. uer. utendo, quem. ſer. amit. † Ratio
rationis, quia impeditus, & ignorans non dicitur
ius ſuum negligere, c. quia diuerſitatem de con-
ceſſ. preben. c. 2. de reſti. in integ. lib. 6. Paul. Ca
27 ſtren. l. ult. C. de dolo. † & licet præallegati reſtrin
gant hanc concluſionem, quando iuſta eſt ignoran
tia, & lapſum non eſt quadriennium poſt habitam
notitiam facti, Nihil tamen huiuſmodi reſtrictio
obeſſe poteſt caſui noſtro in quo huiuſmodi, ut præ-
ſuponitur, nõ cõcurrunt. Stante igitur hac comu
ni, æqua, & ſolidiſſima ratione firmata opinione
ad quam non aduertunt Soc. Iun. Curt. Sen. & alij
in contrarium citati, ruit penitus illa huic contraria
per eos retenta ſententia.

28 Secundo clarius, & proprius, † Quia licet quan
do nil geſtum eſt cum minore, ſed agitur de obli-
gatione ex facto defuncti, non datur heredi mino
ri reſtitutio ex capite minoris ætatis d. l. emilius,
quam iſta ſummant Bar. Bal. Alb. & omnes, & l.
29 2. C. ſi ad uer. uen. pigno. † Ex capite tamen iuſ
tæ ignorantiæ, uel alterius iuſtæ cauſæ reſtitutio con
ceditur, glos. eſt l. cum filius. §. in hac. ff. de uer. ob-
lig. quam ſequuntur ibi Din. Bar. Ang. Imo. Alex.
Paul Caſtrẽ. & alij, maxime Ias. dicens communem
prout fatetur etiam Curt. Sen. d. conſ. 58. nu. 1. &
clarius Soc. Iun. conſ. 46. nu. 7. glos. d. l. 2. Pet. de Flo
ren. & Imo. c. potuit. de locat. Phil. Franc. c. cum qs.
col. 1. uers. ſed certe &c. ubi damnat Bal. aliter ibi
ſentientem, de re. iud. in ſexto. tradit clare Bar. d. l.
æmilius. poſt med. oppoſitione ſecunda. ſequitur
Balb. de preſcript. prima par. 6. par. princ. in 23. cas.
ſub. nu. 32. uerſi. 2. limita. &c. latius Hiero. Cagnol.
d. l. 2. ſecunda lectura nu. 272. & ſeq. ubi in ſpecie
reprehendit ipſum Curt. Sen. d. conſ. 58. & atteſta
tur hanc cõtra eam eſſe communem. idem firmat
d. l. qui in alterius nu. 7. & Deci. Pedemon. p Oss.
59. nu. 16. ubi pariter de comuni. Idem ſequitur
Ant. Gome. thom. 3. c. 2. de emp. & uendi. ſub. nu.
27. uers. quod tamen procedit, dicens, quod huiuſ-
modi hæres, ſiue minor, ſiue maior ſit ex edicto, ex
quibus cauſis maiores, & ex capite ignorantiæ reſti
tuitur, confirmans per d. l. 1. §. ſi quis propter. ff. de
iti. act. priua. ubi impedito impedimento facti da-
tur reſtitutio prædicta uirtute d. clauſulæ, ſi qua mihi
iuſta cauſa &c. per quem tex. Bar. ibi infert. quod ſi cõ
tra D. ignorantem preſcribitur, competit ei reſtitu
tio, prout proſequuntur latius Doct. uarijs in locis
Abb. c. uigilanti, col. 2. de preſcript. ubi latius Feli.
Aret. & Moder. inſti. de acti. §. rurſus. Balb. de præ
ſcript. 4. par. 4. par. princ. q. 29. Item per l. Pantoni
us. ff. de acqui. hære. ubi hæres decedens hæreditate
non adita ignorans ſibi eam delatam non preiudi-
cat eius heredi, immo præuia reſtitutione in inte-
grũ poteſt eam conſequi, reputat hoc ſingulare Pa
ul. & comuniter Doct. ibi, & Bart. l. qui duos col. 2.
ubi melius, & latius Soc. col. 31. ff. de re. dub. idẽ ſeq
tur Aret. §. idẽ iuris col. 2. inſti. de except. ubi aſſerit
d. Bar. ad d. l. emilius aureis litteris ſcribendum, ſub
dens uim eſſe in modo practicandi, ut ſi huiuſmodi
heres petat reſtitutionem, quia minor, nõ auditur.
ſi petat, ut ignorans factum defuncti, ex illa clau-
ſula generali, ſi qua mihi &c. ſecus, idem aperte ſe-
quitur Ruy. atteſtãs pariter de communi conſ. 54. cõ
30 ſiderato themate nu. 9. lib. 5. † Et ratio differentiæ in
ter caſum, & caſum eſt euidens, quia edicto de mino
rib. ſubuenitur perſonis earum facilitate propter ætatem
in aliquibus ab eis geſtis aliquo modo læſis. Edicto
uero, ex quibus cauſis maiores, ſuccurritur cuicunq;
etiam maiori quomodocunq; ex facto alieno, &
iuſta, & probabili cauſa, uel impedimento læſo, ut
patet in rationib. dd. diuerſorum titulorũ. Vnde cũ
in propoſito agatur de obligatione cõtracta ex fa-
cto defũcti, & nullũ factũ hæredis uerſetur, termini
reſtitutionis minoris nõ poſſũt aptari, merito nec
etiã d. edicti diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de dã. in fac.
in fine. Altera uero reſtitutio, quæ cõpetit læſis non
lubrico ætatis, uel facto eorũ, ſed cauſa aliqua alia
iuſta, puta ignorantia facti alieni d. l. q in alterius
cũ ſim. rectiſſime congruit, atque adaptatur. ad quam
rationem differentiæ non aduertunt tenentes con-
trarium.

31 Ex hac eadem ratione, † ſi ipſe Auctor dum ui
ueret, iuſtum aliquod habuiſſet impedimentum,
ne poſſet intra tempus præfixum redimere, puta
quia forte per nuncium miſit pecunias, ut redime
ret, quia in itinere ab hoſtibus, uel latronibus cap
tus, & ſpoliatus adimplere nõ potuerit, uel aliquid
aliud ſimile acciderit, erit reſtituẽdus c. ſignificãte
ubi Doct. de pigno. Bal. d. l. emilius, col. pen. uer. re-
uertar. Roma. conſ. 495. Tiraq. qui alios ad id citat
de retract. par. 2 §. 1. glo. 2. nu. 58. cum ergo ipſimet
uenditori in facto proprio poſtea impedito d. reſ-
titutio non denegetur, quod diuerſum in eius ſuc
ceſſore ignorãtia facti alieni impedito ſtatuatur,
nulla permittit ratio.

32 Eadem ratione † minori amphiteutæ ceſſanti a
ſolutione canonis per tempora iure ſtatuta, licet ca-
dat ipſo iure, & ei non competat reſtitutio ex edic
to de minoribus, ex quo contractus cepit cum

maiore eius auctore, ex capite tamen iuſtę igno-
rantię, puta quia ei ſucceſſit, ſuccurritur, Bar. & omnes .l. 2. C. de iure emphi. Roma. conſ. 166. ultimo dubio, Alex. conſ. 171. uidetur lib. 1. Curt. Sen. d. conſ. 58. nu. 1. ubi fatetur comunem.

Et licet Soc. Iun. d. conſ. 46. ſub nu. 36. uerſ. ad ſecundum &c. huiuſmodi ſimile conetur tribus reſponſionibus ſubuertere, parum tamen feliciter id ei ſuccedit, ut aperte colligitur ex reſponſionibus, quas afferemus infra ad 4. 5. & 6. principaliora argumenta ſupra in contrarium allegata, in quibus reſponſiones Soc. Iun. fundabantur.

33 Eadem rurſus ratione, † ſi quis ſub pęna aliqua ad diem pecuniam promiſerit alteri, & ante diem mortuo promiſſore, non dum adita hęreditate par hęredem pęna committatur, hęres poſtea aduerſus lapſum diei in integrum reſtituitur, licet promiſſio facta fuerit cum defuncto, ut tradit poſt alios Alex. l. ad diem. ff. de uer. oblig. ubi etiam Ias. Corn. conſ. 120. lib. 1. & poſt alios refert Hiero. Cag. d. l. a ſecunda lectura ſub nu. 224. uerſ. faciunt optime &c.

Huiuſmodi communis, & aequa concluſio aequi-
34 or uidetur in caſu noſtro, † tum quia bona, quę per Robertum petuntur, fuerunt antiquorum ſuorum & propterea ratione affectionis ualde ſua intereſt ea habere, arg. l. ſi in emptionem. ff. de mino. & l. lex quę tutores. C. de admi. tut. & eorum quę utroq; in loco tradunt Doct. tum quia Robertus iſte noſter agit de non modico damno euitando, cum illa bona per eius patrem fuerint uendita pro modico precio reſpectu ueri ualoris eorum, ut mihi pręſuponitur, maxime cum reſtitutio concedi ſoleat etiam ratione lucri, quod quis non facit .l. ait prętor. §. ſi. ff. de mino .c. conſtitutus, ubi Abb. 4. nota. de reſti. in integ. in terminis in huiuſmodi reſtitutione ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. eſt tex. l. iulianus. § ſi. & l. ſi ſine. ex qui. cauſ. maio. ibi, ſiue quia lucratus non ſuit &c.

35 Vltimo Dato q res eſſet dubia, † In dubio amplectenda eſt illa opi. quę habet q detur reſtitutio cum ea uitatur aequitate .l. demiq; .l. nec utilem. ff. ex qui. cau. maio, tradit Crauę. conſ. 205. nu. 37. & poſt Plur, ubi per eum, Rolan. conſ. 68. in fi. lib. 3. cum ſim.

Non obſtant contraria ſupra latius allegata, in quorum ſolutione ueritas huius meę conſultationis dilucidior apparebit.

Nam Primo non obſtat d. l. emilius. cum ſim. quibus probatur, Minorem non reſtitui aduerſus conuentionalem pręſcriptionem ortam ex facto, & obligatione defuncti, Quia ex hac concluſione communi non infertur ad excluſionem reſtitutionis ex capite ignorantię iuſtę, cum iſtę reſtitutiones ex diuerſis edictis in penitus diuerſis rationi-
36 bus fundatis á Prętore concedantur, † & ubi una ceſſat, alia poſſit, & debeat competere, ut ſupra latius deduximus, & ex diuerſis non fiat illatio .l. Papinianus exuli. ff. de mino. Et licet alia ex edicto de mino. non competat, quia eius termini non conueniunt, d. l. 4. §. toties. competit tamen altera, ex qui. cau. maio. quę congruit. Hanc differentiam ſcribit aperte Ruy. d. conſ. 54. nu. 1. coniunctis traditis per eum nu. 9. idem Beib. d. 2. limit.

& omnes demiq; communiter in precitatis locis.

Nec ualet obolum argumentum Curt. Sen. d.
37 conſ. 58. de quo ſupra, dum inquit, † Si ceſſat reſtitutio ex edicto de mi ceſſat etiam ex clauſula generali, quę eſt minus fauorabilis ſecundū glos. d. l. nec non. §. 1. & alia allegata ſupra. Quia d. argumentum glos. & aliorum non procedit indiſtincte ut ipſe aſſumere uidetur, & ſi ita aſſumeretur, fruſtra fere membranas occuparet tit. ex qui. cau. maio. & Maioribus nunquam daretur ex illo titulo reſtitutio, cum ipſis ex edicto de mino. non detur.

38 Procedit ergo ea ſententia glos. & aliorum dd. locis in terminis illius glo. hoc eſt, ubi materia talis eſt, quę non patiatur fieri reſtitutionem, ut in exemplis glos. ibi, pone in libertate. l. ſi ex cauſa. §. fin. Item in preſcriptione ſtatus defuncti, l. ſi mater C. ne de ſtat. defunc. ubi minor non reſtituitur, ex edicto de mino, ſequitur enim cōſequētia, ergo nec maior ex iuſta cauſa ex edicto ex qui. cau. maio.

Non obſt q ualde iniquum uideatur, emptorem ad retrouendendum diutius teneri quam conuenerit, contra .l. 1. ff. de pac. uti arguit Soc.
39 Iun. d. conſ. 46. nu. 24. Quia reſpondetur primo † quod ceſſat omnis iniquitas conſiderando hoc non accidere contra uoluntatem emptoris, & partium conuentionem ſaltem tacitam, iure enim communi, cum conſtitutum ſit ex capite ignorantię, uel alia iuſta cauſa impeditis reſtitutionem dari l. 1. & per totum. ff. ex qui. cauſ. maio. emens cū pacto de retrouendendo intra certum tempus uidetur uelle pati hanc legem, ut uenditori uel eius ſucceſſori impedito ex iuſta cauſa d. reſtitutio aduerſus lapſum d. temporis omnino concedatur, cum ſemper explicans actum cenſeatur ſe confirmare cum lege de eo actu loquente, l. quidam cum filium. de uer. obl. Bar. & omnes l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. Alci. de uer. ſig. lib. 1. pagi. 1010 princ. & ita ceſſat iniquitas per Curt. conſiderata Quia hoc modo conſiderando non fit contra conuentionem ſaltem tacitam. Et certe ſi illa ęquitas pacti conuē ti eſſet in conſideratione, ut uolunt Curt. Nec ipſi principali impedito reſtitutio concederetur contra d. c. ſignificante. & Doct. contrarium uerius tenētes ſupra allegatos.

Secundo Quatenus non eſſet in conſideratione d. tacita cōuentio nihilhominus iniquitas per Cur.
40 Seni. conſiderata ceſſat, † quia licet ęquum ſit, pacta conuenta inter cōtrahentes ſeruari d. l. 1. & cōtrarium uideatur propterea iniquum, ex cauſa tamē magis ęqua, id quod alias ſine cauſa eſſet iniquum tranſit in ęquum, unde multis in caſibus licet pacta minime ſeruare locis uulgat. quod autem maiori ex cauſa iuſta reſtitutione ſuccurratur ęquiſſimum eſt l. 1 in princ. ibi, huius edicti cauſam nemo non iuſtiſsimam eſſe confitebitur, ff. quib. ex cau. maio. merito non ſolum non eſt iniquum reſtitutionem aduerſus tempus conuentionale concedi, uerū eſt iuſtiſsimū, ęquiſsimūq; una enim maior ęquitas ſuccedens tollit aliam, arg. l. diuus. ff. de reſti. in integ. ſicut clauus clauū trudit, ut inquit ibi Dec.

Non obſt. q obligationes factę cum defuncto tranſeant in hęredes cum ſuis qualitatibus, ſecundum allegata per Soc. Iun. d. conſi. 46. nu. 17. Et propterea lapſus temporis conuentionalis nocere

uideatur

uideatur heredi ſicnti defuncto paciſcenti irreno-
41 cabiliter, † qa reſp. argumentationē procedere da-
ta paritate terminorū, Pone enim paciſcentem
autorem heredi iuſtam cauſam petendi reſtitutio-
nem aduerſus lapſum d. temporis non habere, non
reſtituitur, eodem modo, ſi non heredi iuxta cauſa
ſubſit, puta quia ignorantia, nec alia iuſta cauſa
impediatur ſoluere, reſtitutio non dabitur, quia
obligatio defuncti per ſolam mutationem perſo
nę non alteratur. Pone contra heredem iuſtam
ignorantię, uel alterius impedimenti cauſam ha-
bere, obligatio defuncti alteratur ex cauſa,
immo ſubtilius conſiderando, nullam patitur al-
terationem, quia data cauſa, & impedimento iuſ-
to in ipſo auctore ſibi quoq; reſtitutio competebat
d. c. ſignificante, cum ſupra allegatis, atq; ita ap
paret quam fragile fuerit hoc tertium argumen-
tum ipſius Soc. Iuni.

Non obſt. ꝙ quando ceſſatio ſeu non fieri (ut
appellant) heredis tendit ad implementum facti
auctoris ignorantia heredis eum non excuſet, ſe-
cundum. Bal. d. l. 2. uers. iuxta prędicta. C. ſi ad
42 uer. uend. pig cum alijs ſupra citatis, quia reſpon-
detur † ꝙ Bal. d. loco & alij eum ſequnti loquun-
tur de reſtitutione ex edicto de mino. & quando
minor ſciens leſus reperitur propter fieri, uel non
fieri, ſi actio habeat initium cum maiore, & fi-
nem recipit a minore, diuerſi ſunt termini caſus
noſtri, in quo loquimur de maiore, uel minore igno
rante, uel ex alia iuxta cauſa impedito, quia tunc
ſiue p fieri, ſiue per non fieri ledatur, ei reſtitutio-
ne ſuccurritur per ſupradicta. Et licet Curt. Seni.
& Soc. Iun. dd. locis intelligant Bal. d. l. 2. loqui
forte implicite, etiam in ignorante, (explicite enim
certe non ita loquitur) Eorum tamen intelligentia
non procedit: niſi dicamus Bal. ſibimet contrariū,
cum in d. l. emilius aperte tenuerit iſto caſu reſtitu-
tionem competere, & uidetur clarum, ꝙ ita accipia
tur Bal. in d. l. 2. quia numquam meminit de maio-
re, ſed de minore, & ulterius allegat d. l. emilius, q̄
loquitur de reſtitutione ex ędicto de mino. nō autē
ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa. & Doctor in
telligi debet ſecundū terminos legis, quam allegat,
Bar. l. non ſolum. § liberationis. ff. de lib. legat. Et ul
terius ſi generaliter intelligeretur, perperam loque
retur, & cōtra iura ſupra in contrarium citata, & co
munes alias traditiones.

Non obſt. ꝙ quando non factum, ſeu ceſſatio hę
redis in eo quod defunctus eius auctor facere pote-
rat non impedit ordinationem defuncti, heres non
excuſetur, & eius ignorātia nō impedit, quin ſequa
tur effectus ordinatus a defuncto, ſecundum Guil.
43 Maine. d. l. qui in alterius quia reſpō. primo auctο-
ritatem huius Doctoris non eſſe neceſſariam, ſecun
44 dū omnes l. 1. ff. ſi cer. pet. † Maxime contra comu
nē, de qua ſupra. Secūdo dato ꝙ uera ſit, & recipiē-
da, intelligitur quo ad effectū ipſum iuris principa
lorē, ſecus quoad reſtitutionē in integrū aduerſus
illum effectū ſequutum, ut ſenſus ſit, ꝙ effectus ſeq
tur non obſtante ignorantia hæredis, & hoc modo
intellectus Gui. Maine. non diſcrepat a Doct. quia
communiter, & ipſi dicunt tēpus currere, & ſic diſpo
ſitionē, & ordinationem defuncti effectum ſortiri,
& hoc modo loqtur Maine. An autē detur poſtea
reſtitutio, ipſe non tangit, ſed ſuccedit alia affirma
tiua concluſio, ꝙ dē, merito huiuſmodi argumētū
ab auctoritate Mayneri j deprōptū nō poteſt obeſſe
nrę conſultationi, & cōi concluſioni, de qua ſupra.

Non obſt. ꝙ cū hic uideatur agi de lucro uolētis
redimere, nō uideatur concedenda reſtitutio ex ca
pite ignorantię, quę ad damnū uitandū ſolet ſolū
prodeſſe ſecundum Dec. d. l. qui in alterius nu. 4.
quia primo reſpondetur negando hic agi de lucro
captando, immo potius agitur de damno euitando
per deducta ſupra, dum fundauimus noſtram intē
tionem ad finem. uers. huiuſmodi communis &c.
45 † Secundo Dato ꝙ tractaretur de lucro captan-
do, non deſunt, qui dicant reſtitutionem etiam
tunc cōcedi, ut ſupra dictū fuit ꝓxime citato loco.

Tertio Dato tractari hic de lucro, illud fuit ra-
dicatum Roberto ab initio, dum heres extitit, un
de ſi proſequutus non fuit ob ipſius ignorantiam,
quam hodie pretendit, & allegat ad impetrandam
reſtitutionem, perinde eſt ac ſi ageret de damno e
46 uitando, † quia idem iudicatur de lucro radicato,
ac de damno, ſecundum glos. l. 1. §. ſi quis prop-
ter. ff. de inſti. act. Bal poſt Cin. l. ꝙ te. C. de donat.
& alij paſsim citati per Natt. conſ. 181. nu. 14. lib. 2.

Non obſt. ꝙ ignorantia eius, qui in ius alterius
ſuccedit, proſit ſi reus ſit, non autem ſi actor, qua
lis eſt hic Robertus, ſecundum Dec. d. l. qui in al
47 terius, quia primo reſponderi poteſt, † hanc tra-
ditionem Dec. forte non eſſe ueram, & confundi
prout aſſerit Hier. Cag. add. l. qui in alterius, ſub
nu. 15. uers. ſed confundit &c. pre allegata ſu-
pra, dum fundauimus opinionē comunem contrari
um concludentes cū comuni, ſuccedentem in locū
alterius implorare poſſe beneficiū reſtitutionis in
integrū ex capite ignorantię nō obſtante pręſcrip
tione xl. immo centum annorum, atq; ita etiam
quando actor extitit.

Secundo eſto ꝙ ignorantia prędicta non patro-
cinetur agenti, ſed ſe tantum defendenti ut p Dec.
48 † Reſpon. illud procedere poſſe quādo agens igno
49 rātię pretexu aliquid de nouo pretēderet, † & tūc
imputari poſſet ei, cur diligentius circa rem nō fu-
erit percunctatus. quia cum poſsit ſibi imputari,
cur ante quā ad iudicium ueniret, ſibi non prouide
rit, audiendus non eſt, d. l. qui in alterius, ſecus au-
tem ſi ignorantię pretexu pro preterito conſequi
uelit, & ius ſibi antea queſitum conſeruare conten-
dat, ut hic ius illud redimendi ſibi delatum prout
declarat idem Hieroni. Cagno. d. loco.

Tertio ꝙ dicit Dec. d. l. q in alterius nu. 5. igno-
rantiā non prodeſſe agenti, procedit in terminis re
gulę, de qua loqtur, hoc eſt, qn̄ heres ꝑtextu ignorā
tię uellet ſe excuſare, ꝙ indebitum petierit per erro
rē, ſi enim dubitatur, an id quod petitur, uere debi-
tū ſit, nec ne, & ꝑtextu ignorantię qs affirmans, uel
negans deberi tandē conuinctus uelit excuſari, an
audiendus ſit, diſtinguitur, Aut reus eſt, & auditur.
Aut uero Actor affirmans eſt, & nō auditur, ita ꝓ-
prie loqtur Dec. & bene. nec aliter uidetur poſſe in
telligi, cū iſti ſint termini illius. l. q in alterius, ſecū-
dū quā ipſe loqtur, & quā etiam ad limitatioē ſuā
allegat, & quę uere probat, ibi hęc ita de herede.
dicta ſunt, ſi cum eo agitur, non etiā ſi agat, nā plane
qui agit, certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate eius

quando uelit experiri, & ante debet rem diligen
ter explorare, & tunc ad agendum procedere, ꝓ
ut idem probatur .l.pure.§.ult.ff.de do.except.& l.
50 ſi quando .C. de dilat. cum ſim. † Secus quando
agitur de beneficio heredi iam queſito pretextu
ignorantię, ut hic in remedio reſtitutionis ex edic
to, ex quibus cauſis maiores. quia beneficium hoc
generaliter conceſſum eſt cuicunq; aliqua proba-
bili cauſa impedito ſuum ius proſequi, ut ſupra, &
ideo reo, ęque ac actori cõpetit. & in his terminis
nec loquitur, nec intelligi poteſt Dec. & male alle
gatur à Soc. Iuni. d.loco.

51 Non obſt. ꝙ is, qui dãnum patitur propter eius
non fieri, non reſtituatur l.2.C. ſi aduer.uen.pig.&
ibi Bal. uérs. opponitur quando act o &c. quia,
† reſpondetur Bal. ibi intelligi uere de minore, &
de reſtitutione ex edicto de minoribus, ut proprie
uerba ſua ſuot, & loquuntur iura, quę allegat,
prout ſupra latius demonſtratum fuit in reſp. ad
aliud argumentum, non de illis quę datur ex clauſu
la generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c.

Non obſt. nono quod facultas redimendi uidea
tur conceſſa ex gratia, ideoq; ſtrictę accipienda ſit,
& quominus poſsibile eſt auferatur a faciente arg.
not. per glo. & Doct. c. quamuis de preben. li.6.c.ſi
gratioſe de reſcrip. eo lib. maxime quando cõditio
nalis gratia eſt, ut illa eſſe uidetur ſi redemerit in-
tra tale tempus iux. tradita per Paris. d. conſ. 31. nu.
23. ut arguit Soc. Iun. d. conſ. 46. nu. 23.

52 Quia primo reſpondetur † quoad id, quod di-
citur, de gratia ſtricte interpretanda, illud locum
habere reſpectu tertij, ut loquuntur d. c. quamuis
c. ſi gratioſę. & Doct. in contrarium citati, non
quoad ipſum concedentem, ut hic, quia tunc la-
te interpretanda eſt, ut poſt alios ponit Phil. Frã.
d. c. quamuis ſub nu.6.

Secundo Quoad idem, Dato ꝙ gratia etiam reſ
53 pectu concedentis ſtricte accipienda eſſet. † Reſ-
pondetur negando in caſu noſtro gratiam adeſſe,
& certe quicquid eſſet in caſu Soc. Iun. d. loco, in
caſu noſtro facultas redimendi in contractu præ
dicto uenditionis appoſita fuit per modum facti, &
conuentionis, non autem per uiam gratię. Vnde
nihil fuit in propoſito predicta cõſideratio gratię

Tertio quoad id quod dicitur de conditione gra
tię reſpondetur pariter non eſſe gratiam aliquam,
& quatenus adeſſet non eſt conditionaliter con-
ceſſa, ut in contrario preſuponitur, non enim di-
ctum fuit concedi uenditori, ut poſſet redimere, ſi
intra tempus precium ſolueret, ſed ſimpliciter pa-
ctum factum fuit, ut poſſet redimere intra illud
certum tempus, merito argumentum nono loco
factum nullius eſt momenti.

Decimo non obſt ꝙ hic ſimus in matre tutri
ce ſciente, ut probari uidetur per eius confeſsionẽ
in inſtrumento poſitã cum emptore inito factum
cuius cũ ſciẽtia dicitur pupillo nocere iuxta not. ꝑ
54 Bar. & Soc. d. l. qui duos. † Quia reſpondetur tu-
toris ſcientiam non nocere pupillo quoad amiſ
ſionem rerum ſuarum, aut iuris iam ſibi delati, q̃a
tutor nec idem poteſt expreſſe, ut infra mox oſten
detur, nec refragantur not. per Bar. & Soc. d. l. q
duos. ꝙ ſcientia tutricis noceat pupillo in acquiren
dis, quia dato hoc pro uero, nos non ſumus in ac-
quirendis, ſed in amittendis; cum agatur de per
dendo ius redimendi queſitum conuentione.

Secundo quicquid ſit de hoc, an ſcientia tuto
55 ris noceat pupillo, † Reſpondetur quod Bar. &
Soc. preſuponunt ſcientiam plene probari, in caſu
noſtro ſcientia tutricis non probatur, niſi per pre-
tenſam eius confeſsionem, quę cum emanauerit ꝑ
modum uoluntarię iuriſdictionis, non preiudicat
ipſi pupillo. Bar. l. certum. §. ſed an ipſos. ſub. nu.
2. uers. aut tales &c. ff. de confeſsis. & l. 1. nu. 14.
C. Loc. Bert. conſ. 281. lib. 3. Alex conſ. 122. nu.
26. lib. 2. & conſ. 65. nu. 22. lib. 6. Paris. conſ. 115.
nu. 21. lib. 1. Iac. Meno. conſ. 31. nu. 40. lib. 1. merito
in ea nullum poteſt fieri fundamentum.

Vndecimo non obſt. ꝙ nulla poſsit pretendi læ
ſio ex parte heredis uenditoris, cum uenditio
facta fuerit iuſto precio, ut preſuponitur ex ad
uerſo. quia hoc fundamentum ſublatum eſt ex his
quę diximus ſupra, dum concluſimus multis mo-
dis reſpectu affectionis ad rem, quę erat maiorum
ſuorum, & etiam ualoris multo maioris, quam quo
bona uendita fuerunt, ac etiam in lucris dari reſti-
tutionem predictam.

Duodecimo non obſt. ꝙ Mater tutrix remi-
ſerit d. ius redimendi in d. inſtrumento, & quod
ea remiſsione preiudicare potuerit pupillo, ſicut
prorogando tempus poteſt, ſecundum Hieroni.
Cag. d. l. 2. q. 102. nu. 272. & dicitur uoluiſ
ſe Bero. conſ. 121. nu. 16. lib. 3. Quia reſponde-
56 tur ꝙ † tutrix non potuit remittere d. Ius in preiu-
dicium pupilli, ſi quidem ex huiuſmodi remiſsio-
ne reſultat donatio rerum pupillarium, quę permiſ
ſa non eſt tutrici .l. contra iuris. §. fin. ff. de pac. l.
pactum curatoris, ubi omnes C. de pac. Immo nec
tutor ad donandum dari poteſt Ruy. conſ. 107.
nu. 15. & conſ. 170. nu. 27. lib. 1. ſic in quolibet
alio adminiſtratore, non poteſt ius ſui principalis
remittere Ias. l. preſtans nu. 12. C. de trans. Dec
conſ. 402. nu. 9. ſic ſindicus ciuitatis non poteſt re
mittere ius ſententię ad ſuę ciuitatis preiudicium,
ut clare dicit Iac. Meno. d. conſ. 31. nu. 39.

Secundo dato ꝙ tutrix id potuerit, reſpondetur
57 † iſtud procedere poſſe interuenientibus ſolemni
tatibus requiſitis in alienationibus rerum pupilli,
quę multę ſunt numeratę late, & ordinate per Pa
ris. conſ. 98. & ſeq. lib. 1. Nec dicatur ꝙ non agi-
tur de alienatione rei immobilis, ſed actionis, &
iuris, & propterea ęę ſolemnitates requiſitę in
alienatione immobilium, non uideantur requiri in
58 iſta. Quia reſpondetur † contrarium uerius eſſe,
idem enim iudicamus de actione ad rem immobi-
lẽ, ꝙ de re ipſa immobili, ad quam actio competit
ita in terminis dicũt glos. & Doct. l. 1. C. ſi aduer.
trans. late Ang. & alij. l. 1. §. fuit queſitum. ff. ad
treb. Alex. conſ. 49. lib. 3. & ipſe idem Hier.
Cag. d. l. 2. in 2. lectura q. 61. nu. 193. & 194. &
tranſit idem Hiero. Cag. ibi q. 102. nu. 272.

Non obſt. quod tutrix prorogare poſsit, &
59 propterea uideatur etiam poſſe remittere, † quia
non diſputando nunc de ueritate huius concluſio-
nis, quę habet magnam difficultatem, ut ſentit
etiam idem Cag. d. nu. 272. ad fi. dum reſpondere
conatur ad l. qui romę. §. callimacus in contrarium
allegatã per Bal. & Sal. & admiſſa opinione ſupra

allegata

allegata, ꝙ tutrix, prorogare tẽpus ad repimendũ
poſsit, non ſequitur ergo in totum poteſt remit-
ere, cum maioris peeiudicij ſit totalis remiſsio,
quam ꝓrogatio, & ideo licet Princeps prorogare
poſsit, non tamen poteſt remittere idem Hieroni.
Cag. d. l. 2. q. 34. & q. 102. ad fi. ubi clare docet
non ualere huiuſmodi conſequentiam.

Decimotertio non obſt. ꝙ Robertus iſte noſ-
ter ordinarium remedium habeat contra Matrem,
quę d. ius recuperandi bona remiſsit ad. not. l. ſi in
fanti. § ſi uero. ff. de iu. de lib. per l. properandum §
fi. de iudi. ubi ſi perit inſtantia culpa tutoris primo
habetur regreſſus contra tutorem, ſi eſt ſoluendo,
poſtea petitur reſtitutio, ideoq; ceſſare uidetur re
medium reſtitutionis extraordinarii d. l. in cauſę, ut
arguit ꝓ ꝑte Bero. d. conſ. 21. nu. 2. lib. 3. Quia reſ
60 pondetur † predictam opinionem Bero. eſſe ualde
61 ſuſpectam, dubiam, & periculoſam † fundat enim
ipſe eam ex eo quod mater teneatur pupillo reme
dio iuris ordinario ex not. d. l. ſi infanti. §. ſi uero
quę procedunt, ut ibi Doct. clare preſuponunt,
quando mater tutrix, aut tutor ſciens ſua negligen
tia effecit, ne tranſmiſsio in filium fieret, & ſic ac
tus ualuit, quia ſumus in quærendis, unde conue-
nit quod pupillo ab ea dannificato contra eam
ſuccurratur. Hic autem ſumus quando actus geſtus
a matrem tutrice non ualet, cum, ut ſupra oſten-
ſum fuit, mater tutrix. d. ius redimendi aliena-
re non potuerit, ſaltem non concurrentibus requi
ſitis ad alienationem ſtabilium, cum ergo nihil
nocuerit tutrix pupillo, non eſt cur remedium ad
uerſus eam eidem pupillo concedatur, & conſe-
quenter deeſt aſſumptum hic, in quo principali
ter ſe fundat Bero. d. loco.

Secundo eſto quod huiuſmodi alienatio facta
eſſet cum ſuis ſolemnitatibus, uel aliter ualeret,
& conſequenter ordinarium remedium pupillo
contra tutricem daretur, adhuc non ſequeretur
quod pro firmo aſſumit Beroius ibi, uidelicet non
dari remedium reſtitutionis extraordinarium ad
redimendum poſtea d. bona a tertio poſſeſſore ui-
gore d. pacti, † quia illa iuris regula, quod extra
62 ordinarium remedium ceſſat, ubi ſuccurritur ali
cui ordinario, locum non habet, quando ordi-
nariũ contra unã, extraordinariũ cõtra aliũ diuerſã
ꝑſonã cõceditur, ut hic: ita declarat expreſſe Bal. l.
etiã C. ſi tutor, uel cura. inter. & ibi And. Sic. in addit
ad Bar. l. in prouinciali. §. 1. ubi etiã alij ꝑſertim Cla.
Seiſel. nu. 17. & ibi Iaſ. ff. de no. oper. nunci
idem Bart. l. inquilino de dan. infe. per illum tex.
qui clare id probat l. ſi minoris in princ. ff. de ad
mi. tuto. idem tenet glos. in uer. reſtituitur in fi.
c. 1. de in inte. reſti. Abb c. ex parte col. ult. de preſ-
cript. & clare conſ. 77. in queſtione col. 3. uerſ.
non obſtat ſi dicatur lib 2. ubi dicit eſſe regula-
re, quod ubicunq; minor eſt leſus interueniẽte tuto
re, uel curatore in electione ſua eſt an agere uelit
contra tutorem uel curatorem, an uero uelit reſti-
tui, & reſpondet ad contraria. Idem uoluit Hoſt.
c. ſuſcitata de reſti. in integrum. Et uidetur clare
probare l. fi. de reſti. in inte. ubi abſens cauſa reipu.
licet regreſſum habeat contra Procuratorem, qui
propter negligentiam appellare omiſit, attamen
reſtituitur ad appellandum, & in terminis proprijs
noſtris tradit Aret. l. Pantonius. ff. de acqui. hęre. &
conſ. 160. col. 5. uerſ. ſecunda concluſio, ubi opti-
me loquitur, licet aliqui cum eo indiſtinctę non
teneant, quorum tamẽ declaratio nihil obeſt caſui
noſtro, cum ea non ſit contraria, & non reſpon-
deatur ſufficienter argumentis ipſius Areti. Idem
uoluit in ſimili Bal. ad Regni. conſtit. in mino. nu.
19. l ſerui. Prępo. & Affl ctus c. 1. §. ꝑterea ſi quis de
pro. aliena. feud. per Federi. & poſt eos nouiſsime
Rol. conſ. 40. vulgaris. nu. 54. lib. 3. In quibus locis
concluditur, quod licet inertia curatoris lapſum
ſit tempus petendę renouationis feudi, & ob hoc
pupillus habeat ordinarium regreſſum contra tu-
torem, nihilhominus reſtitui poteſt prius quam
agat contra tutorem idem in terminis de quibus ſu-
pra tenet Bar. l. inquelino in ſecunda opp. ff. de
dan. infe. & Claud. Seiſ. d. l. prouinciali. §. 1. nu. 17.

Poſtremo nõ obſt. quod q̃ non proſunt ſingula
multa iuncta iuuant l. Spadonem. §. qui iura multa.
63 ff. de excuſ. tut. Quia reſpondetur † d. regulam. ꝓ
cedere quando illa ſingula omnia ſunt perfecta in
ſuo genere, licet per ſe ſingola leuia ſint, tunc
enim coniungenda uidẽtur, ut unũ perfectum ef-
ficiant, ſecus quando illa ſingula per ſe in ſuo gene-
re imperfecta ſunt, ut hic ex ſupradictis, quia
tunc etiam ſi mille eſſent, unum perfectum non cõ
ſtituunt, Hippolitus loquens de indi. conſ. 20. nu.
47. & cõſ. 28. nu. 21. Ant. G. le. Malua. inter cõſi cri
mi. per Zilet. ſecũda. par. cõſ. 110. nu. 16. Aymo. de
antiq. tempo. par. 1. ſect. uidimus abũde nu. 25 Iaſ.
l. admonendi. nu 51. Paris. conſ. 15. nu. 37. lib. 1. cõſ.
78. nu. 14. & ſeq lib. 3. cõſ. 59. nu. 89. lib. 4. Caccialu.
d. l. admonendi. nu. 205.

Ex quibus &c.

CONSILIVM XCVI.

Argumentum.

Coloni partiarij, ſiue etia Emphitẽ
utæ bonorum Eccleſiarum an collec
tari poſsint per uniuerſitatem laico-
rum ꝓ fructibus doctorum bonorũ.

SVMMARIVM.

*Colonus partiarius Eccleſię tenetur ad partem onerum im
poſitorum per dominum temporalem nu. 1.*
Contra nu 8 & ſeq. & 17.
Ad contrarium reſpondetur nu. 13. & ſeqq.
*Decima pro bonis eccleſię debetur per colonum, licet ec-
cleſia ad illa non teneatur nu 4 & 15.*
*Separatorum conditio facit, ut non poſsit fieri illatio de
uno ad aliud nu 3 & nu. 5.*
*Coloni partiarij priuatorum non tenentur ad collectas ꝓ
bonis, quę colunt, ſed domini nu. 6.*
*Quia Gabellę datie, collectę, & huiuſmodi pertinent
ad dominum bonorum nu. 10.*
*Collectę. & huiuſmodi onera impoſita bonis per dominum
temporalem, non debentur per Eccleſiam nu. 2. & de
communi nu. 25.*

Conſue-

Conſuetudo tamquam lex ſcripta ſeruanda eſt nu. 11.
Onere duplici nemo grauari debet nu. 12.
Diuerſitas perſonarum ſeparationem inducit nu. 18.
Odio alterius alius pregrauari non debet nu. 19.
Maxime in oneribus quando quis aliquos fructus percipit ex labore ultus ſui nu. 20.
Colonus poteſt collectari in ſubſidium quando dominus non poteſt nu. 7.
Verum ſi collectam indicens iuriſdictionem indicendi habet, ſecus alias nu. 21.
Emphiteuta eccleſię collectari non poteſt per dominos temporales pro bonis eccleſię nu. 22.
Emphiteuta non tenetur ad collectas ubicunq; dominus non tenetur nu. 23. & nu. 24.
Decima ſolum debet per colonum bonorum nu. 15.
Ac etiam per eorumdem dominum nu. 16.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

PRAESVPPOSITO, pro ut in facti ſpecie narratur quod non nulli Ruſtici ſiut coloni partiarij bonorum eccleſiarum, cũ reſpondeant quotannis eccleſię tertiam partem fructuum, ſiue emphiteutę ſecundum alios, dubitatur an Vniuerſitas laicorum collectas pro ijs fructibus, quos dicti ruſtici de dictis bonis precipiunt, indicere, & exigere poſsint.

Super quo puncto uidetur (ut aiunt prima fron
1 te) affirmatiue repondendum † ex eo, quod tradit Fede de Senis conſ. 111. nu. 10. uers. item queritur, ubi concludit, quod coloni partiarij tenentes predia eccleſiarum, tenentur ad partem onerum impo
2 ſitorum per dominum temporalem, † quia licet eccleſia non teneatur l. 2. C de epi. & cleri. cum ſimi
3 libus, † non tamen inferri poteſt ad colonos, quo
4 rum ſeparata eſt conditio, & ratio, † pro quo facit quod notãter tradit Bal conſ. 31. ſtatuto Ciuitatis Aſtenſis, ad fi. lib. 1. ubi concludit colonum partiarum eccleſiæ teneri ad ſolutionem decimę ꝓ ſua parte, licet eccleſia, cuius bona colit, pro ſua
5 portione non ſoluat. † quia diuerſitas perſonarum ſeparationem recipit. arg. l. 1. ſi unus ex pluri. ap. in ratione ſul. ſequitur Io. de Ami. conſ. 19. col. 1. nu. 9. & ſeq. eiſdem rationibus, & tenet expreſſe Parpa. l. placet nu. 73. C. de ſacro. eccles. ubi di
6 cit, quod, † licet coloni partiarij priuatorum ad collectas non teneantur, quia pro illis bonis tenentur domini l. litibus. §. fin. ubi Bar. & cęteri. C. de agri. & cens. lib. x. & ipſe met Parpa. d. l. placet
7 nu. 69. † coloni tamen etiam partiarij eccleſię tenentur, quaſi in ſubſidium, cum dominis bonorũ s. eccleſię collecta imponi non poſsit.

8 † His tamen nõ obſtantibus, reſpondendum cenſeo negatiue ſine dubio, & ita uideatur eſſe de intentione glo. l. ſi penes. uerb. recepta. C. de agri. & cens. lib. x. ubi indiſtincte traditur, colonos pro terra dominorum, quam colũt, ad collectas cõpelli nõ poſſe, & ibi eam coclusionem pro conſtanti, & clara ſequitur And. de Baru. Io. de Plate. & alij
9 cõmuniter * Firmat expreſſe in terminis Bal. l. cum duobus. §. ſi in coeunda ſub 4 not. ff. pro Soc dicẽs quod coloni clericorum ad ſoluẽdas collectas fructuum pro parte dominorum de facto, non de iure compelli dicuntur, & propterea poſsunt ſe conſeruare indemnes per retentionem dominicę partis
10 fructuum, † quia gabelle, datia, collectę, & huiuſmodi pertinẽt ad ſolum dominum l. ediles. de uia. pub. .l. litibus .§. ult. de agri. & cenſi. lib. x. uidetur eſſe de mente Bar. l. placet ſub. nu. 40. C. de ſacro. eccles. dum ibi allegat And. de Baru. l. 3. de agri. & cẽſ. lib. x. & clarius. dum allegat rationem, quia collecta indicitur pro eſtimo, eſtimumq; in domini perſona perficitur, concludens propterea, quod ad illam dominus rei, non colonus tenetur Sequitur clariſsime Socci. conſ 119. col. 1. uers. 6. &c. lib. 1. ubi concludit, quod licet emphiteuta, feudatarius, Vſus fructuarius, & conductor, qui fundum habet ad certam penſionem in pecunia ſoluendam, ita quod omnes fructus apud eũ remaneant, directus dominus ad tributa non teneantur, ut ibi per multa nu. 1. & 2. probat, colonus tamen partiarius, qui ſoluit partem fructum, non tenetur, allegans And. de Baru. & Io. de Plat. d. l. ſi penes C. de agri. & cenſ. eandem opinionem ſequitur Nicola. Feſta. de eſtimo par. 4. no. 52. ubi (quod plurimum ponderandum eſt) aſſerit eam opinionem de conſue
Queritur primo an predicta inſtitutio filiorum Fabritij de quinta parte ſtabilium ualeat, & executioni mandari debeat.

Secundo poſito, q ualeat, an antequam d. quinta pars tradatur, detrahenda ſint per Iulium heredem uniuerſalem donatio ſibi prius per patrem ei facta, ac legata omnia in d. teſtamento relicta?

Tertio poſito eodem modo, q ualeat d. inſtitutio, an D. Penellopes a Iulio hęrede Thomę dotari debeat.

Breuibus ſupra poſitis difficultatibus reſpondẽdo, cum latius nunc otium ad ſcribendum minime concedatur, Qvoad primvm uidetur q d. quinta pars ſtabilium relicta filijs o Fabritij omnino debeatur, ſiue exhęredationem de eis factam in teſtamento auito, ſiue etiam ſolutiones plurimas pro eo per auum ad computum eius legitimę, quę eam omnino abſorbet, ut preſupponitur, ſpectemus.

1 Nã quoad ipſam exhęreditationem, † non uidẽtur dd. filij odio Fabritij ipſorum patris potuiſſe p auum exhęredari. l. ſi qs in ſuo. §. legis. ubi glo. Bar. Bal. Paul. Ias. & alij communiter not. C. de inoff. teſt.

2 qua ratione, † poſthumus, aut infans, qui ingratitudinis cauſam cõmittere nõ poſſunt, odio patris exhęredari nequãt ſecũdũ glo. l. ſi §. ſi. C. de li. pt. Ias. l. poſthumo. nu. x r. C. de cõtra tab. & eſt communis ut fatetur Fulg. d. §. legis. & Alcia. li. 4 c. x. paradox. Et uidetur, (ut ego ſoleo allegare) §. aliud quoq; capitulũ. aut. ut cum de app. cogn. dũ loquitur de auo patre, filio, & nepote, quasi hęc correllatiua reſpectiue ponat, & conſequenter exigat ingratitudinem filij erga patrẽ, & nepotis erga auum, nec admittat per auum exheredari nepotem ob ingratitudinem eius patris.

Quo uero ad ſolutiones factas p auum pro legitima Fabritij patris dd. nepotũ idem, qa uidetur, q

3 non prę iudicent ipſius nepotib. † ex quo mortuo Fabritio in uita Thomę, eius filij quaſi agnaſcũtur auo, & ſui fiunt. §. poſthumorũ, ubi omnes. inſtit. de

4 exhęred. lib. † Vnde cum eis legitima debeatur ex perſona ipſorum, tamquam ſuis, per receptionem ſuę legitimę factam per patrem non uidetur eis p iudicari arg. l. fin. C. de ſuis. & legi. & l. 1. §. ſi ſit nepos. ff. de colla. dot.

His tamen non obſtantibus contrariũ puto uerius eſſe. d. ſcilicet quintã portionem ſtabilium in teſtamento auito d. nepotibus relictam non deberi, & id quidem optima (ni fallor) ratione.

5 † Suppoſito. n. prout narratur, q Fabritius eorũ pater legitimã receperit, eam conterendo in ſolutionibus ob homicidium, & alia p eum ſcelera perpetrata, ac etiam cauſas uarias ingratitudinis cõmiſerit, quę iuxta. §. aliud quoq; capitulum. aut. ut cũ de app. cogn. non ſolum ſibi, uerum ſuis prędictis filis preiudicauit ex alia comuni opinione.

6 † Nam licet ardua ſit difficultas, an renunciatio hęreditatis paternę facta p filium in ampla, ſeu ampliſsima forma noceat nepotibus ſaltẽ quoad legi-

7 timam, † & concludatur non nocere, mortuo renũciante in uita patris, qa tacitã habet conditionẽ renunciatio; ſi eidem renuncianti ſucceſsio deferatur quę delata dici non poteſt, cum renuncians moritur in uita patris, ut hic. l. 1. § ſed nec impuberis ff. de coll. bon. non poteſt obeſſe nepotibus. Bar. l. 1. §. ſi ſit nepos. ff. de coll. dot. Bal. l. pactum quod dotale. q. 2 in ſi. C. de colla. & conſ. 403. lib. 1. & alij communiter, ſecundum Alex. & alios d. l. pactum cum ſimil.

8 † Attamen quando cũ renunciatione concurrit, aliqua receptio loco legitimę portionis, getatio p iudicat etiam nepotibus, qa non dicitur proprie renunciatio, ſed ſatisfactio, ita uoluit. Rom. d. l q ſe pſtitis. Dec. d. l. pactum quod dotale, ſub nu. 18. uer. p dicta cõcluſio limitatur &c. & conſ. 181. col. 3. uer. 2. reſponderi poteſt quos ſeqtur. Ant. Rub. conſ. 42. col. ſi. uers. uerũ tamen contraria &c. unde cum in caſu noſtro, ex ingratitudine p Fabritium in pſonã patris cõmiſſam legis diſpoſitione inſurgat quędam tacita renunciatio, & permiſsio exhęredationis, & concurrat etiam aliqua receptio, ut ſupra etiam mortuo Fabritio uiuo patre, ipſius nepotib. dicitur prę iudicatum.

Non obſt. contraria, quia procedunt, quando alterum ipſorum tantũ concurrit, ſecus quando utrũque ſimul per ſupradicta.

Qvoad secvndvm quatenus forte d. inſtitutio filiorũ Fabritij aliqua ratione ſubſtinenda uideretur teneo deducenda imprimis, tã bona donata p ipſũ teſtatorem ipſi filio, & ſorori, quam etiam legata, modo, & forma, ut infra.

De donationibus qdem, nam licet de hoc dubitari poſſe uideaſ, ex eo q donationes eę factę ſint

9 filijs a patre, † quę regulariter non ualent. l 2. C. de donat. Soc. reg. 103. & Viui. opi. 74. cũ ſimil quando tamen iureiurando uallatę ſunt, ut illę, ſine dubio

10 tenent etiam ab initio, ſm̃ magis comunem Rip. Reſp. li. 3 c. 9. nu. 8. Soc. iun. conſ. 13. nu. 1. conſ. 67. nu. 58. li. 2. Iaſ. conſ. 47. li. 3. Aymo. conſ. 19. nu. 1. Bello. conſ. 15. nu. 12. Viui. d. op. 74. limit. 1. Ant. Gabri. de donat. cõclus. 4. q alios idẽ tenentes & de co-

11 muni atteſtantes, allegant, † prout etiã morte cõfirmãt nõ reuocatę, ut hic. l. 1 & 3. c. de donat. int. uir. & uxo. maxime facta traditione. Io: bap. de S. Seuer de pac. q. 6. Extra ſine dubio tenendum eſt, ſi dd. donationes non excedunt legitimam aliorum filio-

12 rum, † ſi uero excedunt, imprimis erunt reducendę ad debitum modum donandi, ut ſaltem adſit legitima aliorũ filiorum. l. ſi totas. C. de inoff. donat, ubi communiter omnes, & ita ſaltem reductę donationes poſtea deducentur,

De legatis idem, quia ita expreſſe teſtator man
dauit, dum .n. d. quintam partem filijs Fabritij re
linquit, Item ſaluis, inquit, dictis relictis, & lega
tis precipue detractis, reliquit Herculi &c. Man-
dat ergo aperte de relicto, quod facit Herculi, Pir
13 rho, Penellopę detrahi alia legata ſupra facta, †
quod mandatum, uti lex teſtatoris ſeruanda eſt. §.
diſponat. aut. d. Nupt. Quod pariter intelligendū
eſt, dummodo quod ſuper eſt, ſatis dd. filijs Fa-
14 britij ad legitimā, † cum ab ea deducendum ſit om
ne grauamen l. omnimodo l. quoniam .C. de in-
off. teſt. cum uulgaribus.

Circa tertium prima conſideratione uidetur a-
15 uum paternum, & eius heredem, † in quem com-
moda, & incommoda tranſiuerunt .l. hereditas.
16 de uer. ſignif. & de reg. iur. † teneri dotem Penel
lopę conſtituere. quia ſicut onus dotandi filiam ad
patrem pertinet .l. qui liberos .ff. de rit. nupt. l. fin.
C. de dot. promiſſ. ubi Bar. & alij. Bert. conſ. 142.
ex facto nu. 3. lib 1. Dec. conſ. 35. col. 2. & om-
17 nes l. 1. ff. Sol. matr. † ita etiam Auus paternus de
bet neptem dotare .l. cognouimus §. ſed & ſi do-
tes .C. de heretic. l. dedit .ff. de coll. bon. l. & ideo
§. fin. ff. de in rem uers. Bal. aut. res quę nu. 12.
C. com. de leg. & l. fin. nu. 14. C. de dot. promiſſ.
per .l. filię .ff. de euic. non autem maternus glo. d.
.l. fin. C. de dot. promiſſ. uers. intelligo, & ibi cla
re Salic. col. 1. uers. uenio ad apparatum, quod
onus dotandi tranſit ad heredes .l. pro hereditarijs
C. de here. act. Ruin. conſ. 200. nu. 4. lib. 2. Me
no. conſ. 81. nu. 2. lib 1.

Contrarium his non obſtantibus cenſeo tenen-
dum eſſe in caſu noſtro, quia in eo ſecundum alle
gata locum habere non poſſunt, quod ex infra ſcri
ptis ſolutionibus apparebit.

Non obſt. igitur ſupra allegata, quia reſp. plu-
18 ribus modis, Primo quidem † ea procedere poſſe
quando Auus, aut Pater nec dotaſſet, nec aliqd
pro ſua legitima nepti reliquiſſet, ita enim loquun
tur pręallegata, ſecus alias, quia tunc cum Auus
reliquerit eius legitimam, ex qua iuſſit dotari, non
tenetur ulterius ei dotem aliam pręſtare, Satis enim
legi onus ei dotandi imponenti illud relinquendo
ſatisfeciſſe dici debet, cum uideatur legaſſe animo
compenſandi cum eo, quod pro dote debeat .l.
ſi cum dotem .§. ſi pater, ubi Bar. Bal. Caſtrens.
Alex. & omnes .ff. ſol. matr. preſuppoſita igitur con
gruitate d. rel. & quintę partis per auum nepoti-
bus facti non eſt cur ab eo denuo dos petatur.

19 Secundo Reſp. † quia ſicuti quando neptis patrē
habentis diuitem, a quo commode dotari poteſt, il
lud dotandi onus ad auum non pertinet ſecundū
Dec. conſ. 81. col. pen. uers. & hoc ſane intelligi
tur &c. Aymo. conſ. 219. nu. 2. & 3. Iaſ. l. auus
neptis nu. 1. ff. de pac. late Barb. conſ. 81. nu. 11.
lib. 3. Rip. d. l. 1. nu. 74. ſol. matri. Hipp Rim. cōſ.
22. nu. 319. lib. 1. Meno. conſ 81. nu. 48. dicens
• comunem, a conſ. 88. nu. 49. & conſ. 91. nu. 42. lib. 1.
20 † ita quando ipſa ex ſe, maxime ex ſubſtantia ab
auo ſibi relicta habet unde ſe dotet, cum ea dota-
tione, uel non indigeat, ut late defendit. Bulg. ſu
per. d. l. 1. ſol. mat. & eſt ualde ęqua opinio, uel
Auus ut ſupra iam muneri ſibi iniuncto ex relic-
to in teſtamento ei facto ſatisfecerit.

Tertio Reſp. allegata in contrarium locum ha
bere poſſe, quando neptis nuptui tradita non eſt,
uel tradita eſt ſine aliqua promiſſione dotis ab alijs
21 † ſecus quando matrimonio collocata eſt cum do-
tis promiſſione, ut in caſu preſenti, in quo Penel
lopę dos data fuit a matre, & auo materno, ut ſu-
pra in facti ſpecie narratur, quia tunc nec etiam
pater filiam dotare tenetur, ut defendit Bulga. Sep.
d. l. 1. ſub nu. 10. uers. item probatur &c. ff. ſol. mat.
& licet hoc ab alijs omnino indiſtincte non admit
• tatur, Attamen omnes* conueniunt ſine dubio pro
cedere, quando iam contractum eſt matrimonium
& Mulier congruenter dotata eſt, ut hic ſecun-
dum ea, quę proponuntur Bal. nouell. d. l. 1. nu.
150. & de Dot. part. 6. priui. 16. nu. 8. & rurſus ea
dem ponit priui. 48. ad fin.

Poſtremo reſp. predicta procedere poſſe iure
22 communi, muliere indotata, † ſecus ſecundum ius
municipale Camerini, quia ſecundum eum mulier
dotata etiam a matre, & auo materno, ut iſta, nul
lum regreſſum habet ad bona patris aui paterni,
ſtantibus maſculis, ut hic, ſed penitus excluditur
lib. 2. rub. 119. uers. ſi uero fuerit dotata a matre
&c. quod ita utrum ſine difficultate ſeruandum eſt
inter Camertes .l. omnes populi, ubi Bar. Bal. Rip.
• Iaſ. & alij omnes * communiter.

Multę alię defenſiones pro reo adduci potuerūt
ut quod dd. pupillorum in aui poteſtate exiſtentiū
23 mater nulliter, & properam tutelam acceperit, †
cum exiſtenti in poteſtate, nec tutor, nec curator
datur l. fin. C. de Cur. furi. Inſtit. de tutel. in prin. ibi
in poteſtate non ſunt, & .§ 1. ibi in capite liberorū
Bar. l. fin. §. 2. de uer. oblig. Vltra quod ad eum ac-
24 tum, ſeu cauſam acceſſit, † cum tamen tutor cer
tę rei, uel cauſę non detur, l. altius. qui teſt. tut. dari
poſſ. & pſeuerauerit datis tutoribus teſtamentarijs
25 † qui alijs omnibus preferuntur, & etiam ma-
tri. auth. matri. & auię. C. quando mul. off. tutel. fun.
poſſ. quod iudicium contra auum uiuentem pro do
26 te multipliciter perperam inſtituerit, † primo quia
auum, in cuius erat poteſtate, in ius ſine uenia uo
cauit l. 4. §. pretor ait, & §. ſeq ff. de in ius, uoc. Se
cundo quia iudicium motum per d. mplitrem tuto-
27 rio nomine, † quo nulliter, ut ſupra fungebatur,
& conſequenter nullum ex parte agentis, cum le-
gitimam perſonam comparendi ad id non habuēt
argumento .l. ſi tutor. C. de qui. cau. in inte. reſt.
re. l. 3. in fin. C. de tutor. & curat. qui non ſunt. l.
muto. §. muto. & l. hanc autem. ff. de tutel. & not.
per Vant. de nulli. titulo de nullit. ex defect. & inha
bil. comparentis. Tertio reſpectu rei, & cauſæ,
cum tempore quo Penellopes nupta erat dos pe-
28 teretur, † que non exiſtente matrimonio, conſi-
ſtere non poterat .l. fin. C. de Don. ante nupt. om-
nes in rub. ff. ſol. matr.

Vltimo quia iudicium, quod hodie iſta mulier
proſequitur, pariter nullum eſt, primo ex defec-
29 tu initij nulli, nam quod nullum eſt ab initio trac-
tu temporis non conualeſcit. c. non firmatur de reg.
iur. in 6. l. quod ab initio. ff. de reg. iur ſecundo quia Ca-
therina, quę proſequitur tutorio nomine iudicium
predictum, non poteſt ad illud admitti eo nomine
propter ceſſionē ſibi factā in aphoca dotationis, de
qua ſupra, cuius ceſſionis uigore actio, ſi q̄ erat com

petens

petens antea d. pupillę tranſlata fuit in ipsā ceſsionariā Bar. l. facta. §. ſi heres ubi erā Pau. Caſt. ff. ad treb. licet hoc indiſtincte nō admittatur. ut patet apud allegatos per Tiraq. de retrac lign. §. 26. glo. 2. nu. 14.

Sed quia magis rę nullitates geſtorum, & incuria eorum qui her agerunt, oſtendunt, quam merita cauſę in principali negocio tangant, libuit circa iuſtitiam cauſę in principali negocio principaliter inſiſtere, quo magis appareat, quam bo: ā cauſam D. Iulius reus foueat, & promptius D. arbiter ad eum abſoluendum a petitis accedat, quēadmodum pro iuſtitia, & integritate, que ſua eſt eum facturum confido &c.

CONSILIVM XCIX

Argumentum.

Prouiſio teſtatoris facta in caſum natiuitatis, & mortis filię, antequam nuberet an intelligatur facta in caſū abortus.

Et quando hoc habeat locū ex coniecturata mente teſtatoris.

SVMMARIVM.

Teſtatoris prouiſio facta in caſu natiuitatis filię, & decedentię eius, antequam nuberet, comprehendit etiam caſum abortus nu. 1.
Contra uer.us nu. 5 & ſeqq.
Maxime nu. 19.
Retenta prima opinione, ea procedit, quando ex tacita mente teſtatoris caſus abortus comprehenditur, non alias nu 22.
Maxime, ubi de mente teſtatoris aliquo modo apparet nu. 2. 3 & 4.
In ſubſtitutionibus ſtricta fit interpretatio, & ſufficit neganti eam inductam, dicere non eſſe factam nu 5.
In ſubſtitutionibus de caſu ad caſum non fit extēſio nu. 6.
Et qui vult dicere, caſum aliquem comprehendi oſtendere debet nu 7.
Et quidem probatione concludenti, clara, & neceſſaria nu 8.
Non autem per poſsibilem nu. 9.
Etiam ſi diceretur, teſtatorem id facere uoluiſſe, aut mente cogitaſſe nu. 10.
Teſtator quod non loquitur, uelle non preſumitur nu 11.
Etiam ſi uideretur, quod teſtator ita reſpondiſſet ſi ita interogatus fuiſſet nu 12.
In ſubſtitutionibus extenſio admittitur de caſu expreſſo ad non expreſſum quando ex coniecturata mente teſtatoris tacite uidetur prouiſum in non expreſſo nu. 13.
Fallit, quando ille caſus ad quem extendere uolumus, reperitur aliter prouiſus per teſtatorem in eodem teſtamento nu 14.
Subſtitutio tacita induci non poteſt, ubi adeſt expreſſa cōtraria prouiſio nu. 15.
Subſtitutio generalis non trahitur ad caſum, in quo ſpecialis prouiſio facta eſt nu. 16.
Teſtator incontinēti ſe ipsū corrigere nō pſumitur nu. 17.
Genus ſpeciei non derogat, ſed e contra nu. 18.
Decedere non dicitur, qui natus non eſt nu. 20.
Priuatio preſuponit habitum nu 21.
In dubio ea opinio tenenda eſt, que magis congruit uerbis loquentis nu. 23.
Et qua magis fauet agnationi teſtatoris nu. 24.
Et per quam remouetur odium, rancbor, & inimicitię inter coniunctos teſtatoris nu 25.
Et quę ſaluat regulas iuris cōmunis nu 26.
In dubio a uerbis non eſt recedendum nu 27.
Mens, ut plurimum ex uerbis colligitur nu. 28.
Fideicommiſſum non cenſetur inductum etiam ex mente, niſi mens illa ex uerbis, & diſpoſitis colligatur nu. 29.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

LICET pleniſsime in pręſenti ardua difficultate conſultum fuerit p Excell. D. Conſulentē, adhuc tamen uidetur aliqua ſupeſſe difficultas, quę qdem conſiſtit in
a in eo potiſsimum, qa teſtator, quocauit ad ſuā hereditatem Iſabellam, & Conſtātinum nata filia, & decedente antequam nuberet, ex uereſimili mēte uidetur etiā eoſdem uocaſſe in caſu abortus, cū par ſit ratio, ut late deduxit Dec cons. 217. per totū Soc. Iun conſ 181. nu. 13. & ſeq. lib. 2. Bero. cōſ. 102. nu. 10 lib. 1. allegati p D. Iudicem in contrariū, & ultra eū Soc. Sen. conſ. 51. col. pen lib. 1. Curt. Seo. conſ. 51. nu. 28 Paris. conſ. 70. nu. 10. lib. 1. Alci. cōſ. 494 nu. 8. & lib. 3. axiomate 1. in a caſu, ubi uere id ex mente teſtatoris firmat Marza. ad ſo. de fideic. ſubſtitutione par. 2. q. 13. & Iaſus conſ. 1. nu. 1. Ios Cepha. conſ. 349 nu. 38 q repetit conſ. 380. nu. 38. Burs. conſ. 19 nu. 12. q ponit pro comuni, & nouiſſime Oddus noſter Perufinus de compend. ſubſtit. part. 6. art. 1. q. 1. uers. contrariam ergo ſublimita. 2.

Quorū Doctorū opinio in preſenti caſu uidetur
2 non habere difficultatē, qa idem teſtator, dum tādem deuenit ad inſtitutionem ſorte faciendā, de qbuſdā de ſua familia, uers. & caſu q eius uxor obortū faceret &c. ita demum d. ſortis inſtitutionē facit ſi matrimoniū ſequutum nō fuerit inter dd. Iſabellā, & Cōſtātinū, & caſu, quo ut ſupradicta eius hereditas indiſpoſita remaneret, atq; ita ptuliſſe uidetur Iſabellā, & Conſtantinū iugales d. inſtitutionis ſortis, merito ſequuto matrimonio interpdictos ipſi uocati uidentur, & ex mente uerbis expſſa ipſius teſtatoris predicta diſpoſitio inſtitutionis ſortis locū habere non poſſe uidetur.

Accedit, qa d. Cōſtātinus eſt filius Io: Bapt. Proſperi de agnatione, & familia ipſius teſtatoris, cui ipſe plurimū fauet, & eſt de ijs, q uocati ſunt ad inſti-
3 tutionē ſortis, tex quo uidetur ſatisfieri mēti, & uoluntati ipſius teſtatoris, in eo, quo ſatisfaceret, ſi inſtitutioni locus eſſet ipſius ſortis, ideoq; ad eā uериſimiliter non uidetur eſſe deueniendum, cum quando effectum habemus de modo non curamus l. ſi mater C. de Inſt. & ſubſt.

4 Vlterius adhuc, qa ſubſtinendo hanc interpre-
tationem fauemus ipſi Conſtantino predilecto in-
ter agnatos, & illos de familia, ut apparet ex eo qa
teſtator magis ipſum, q̃ alium in dimidia heredem
inſtituit cũ Iſabella, ſi eam acciperet in vxorem, itẽ
fauemus & Iſabellę, cui negari non poteſt, quin
teſtator uoluerit fauere in euentum matrimonij
cum d. Conſtantino.

His tamen nõ obſt. recti ſsime per Excellentiſſ.
D. Conſulentem reſponſum eſſe cenſeo, non eſſe
locum d. ſubſtitutioni, de Conſtantino, & Iſabel
la, ſed de alijs forte extrahendis, rationibus & ar-
gumentis adductis latiſsime per D. conſulentem.

Potiſsime autem, quia, ut patet in d. teſtamen
to, uers. & in euentum in quem d. filia. iuncto
uers. ſubſequenti, & in euentum in quem d. Iſa-
bella &c. dd. Iſabella, & Conſtantinus uocati ſũt
ad hereditatem predictam in euentum in quem
ex uentre uxoris pregnantis naſceretur filia, & de
cederet antequam nuberet, qui caſus non uenit
cum uxor predicta abortum fecerit, non autem in
caſum abortus, qui accidit, unde cum ſimus in ſub
5 ſtitutionibus, in quib. ſtricta ſit interpretatio, cum
difficile inducantur, & ſufficiat neganti, dicere eas
non eſſe factas, cum in teſtamento non legantur,
& dicenti contrarium incumbit onus probandi eui
denter eas eſſe inductas Soce. Sen. conſ. 62. col. 3.
lib. 3. Soc. Iun. conſ. 176 nu. 8. lib 2. ubi alios al
legat. Rol. conſ. 42. nu. 17. & ſeq. lib. 4. ſiue ſi-
mus in directa, quę non dicitur inducta, niſi uer-
bis expreſsis l. uel ſingulis l. pater de vulg. & pu
pil. l. Iulianus, C. de teſta. Soc. Sen. conſ. 140. col.
1. lib. 2. Ias. l. 2. nu. 3. & Dec. nu. 3. C. de impub.
Siue ſimus in fidercommiſſaria, ut poſt Socc. Ias.
Rub. Alex. Gozza. & alios multos tradit Menoch.
conſ. 97. nu. 48. & ſeq. lib. 1. q in preſenti caſu
uidetur indubitatum, cum uerba teſtatoris d. ſub-
ſtitutionẽ in caſum abortus non patiatur quia, qui
non naſcitur non poteſt dici decedere ante matri
monium, cum priuatio habitum preſupponat .l.
decem .ff. de uer. oblig. l. manumiſsiones. de iuſt.
& iur. eſt tex. l. titio. ff. de cond. & demonſtr.

Secundo quod in caſu abortus non ſint uocati
6 Iſabella, & Conſtantinus facit regula, † q in ſub
ſtitutionibus de caſu ad caſum non fit extenſio Io.
Andr. ad Specul. de teſta. §. 1. uers. occurrit. in fi.
7 dicens, † q qui uult dicere ſubſtitutionem compre
hendere aliquem caſum, id oſtendere debet. Soc.
Sen. conſ. 61. nu. 6. lib. 3. Ab. conſ. 140. lib. 1.
8 Aymo. conſ. 161. nu. 16. † ubi aſſerit tali caſu p
bationem debere eſſe concludentem, claram, & ne
9 ceſſariã, † non autem per poſsibile arg. l. non hoc
10 C. un d. legit. † quod quidem procedit, etiam ſi di-
ceretur teſtatorem id facere uoluiſſe, aut mente co
gitaſſe, cum non ſufficiat aliquid mente cogitaſſe
niſi illud aliquo modo diſpoſuerit .l. quidam cum
11 filium, ubi Bal. & Imo. ff. de hered. Inſtit. † & id
quod teſtator non loquitur, uelle non preſumitur
ſecundum Bal. l. 1. §. ſin autem ad deficientes .C.
de Caduc. toll. Dec. conſ. 205. col. 2. Aymo. conſ.
22. col. 2. lib. 1. & in terminis tradit, Soc. Iun. cõſ.
12 151. nu. 28. lib. 1. † Sicuti etiam procedit idem quan
do uideretur, q teſtator ſi interrogatus fuiſſet, ita
reſpondiſſet ſecundum Ias. conſ. 220. col. 4. & conſ.
228. col. 2. lib. 2. & conſ. 66. col. 7. lib. 3.

Licet igitur in d. teſtamento prouiſum extiterit
ad fauorem Iſabellę. & Conſtantini in caſũ natiui
tatis filię, quę decederet antequam nuberet non
tamẽ ea promiſsio extendi debet ad caſũ abortus.
13 † Tertio urgentius, qa licet de caſu expreſſo ex-
tenſio etiã in materia ſubſtitutionis admittatur ad
caſũ exp̃ſſum, quando ex coniecturata mente teſta
toris uidetur tacite prouiſum in caſu illo non exp̃ſ
ſo. l. titius. §. fin. ff. de lib. & poſth. l. fi. C. de poſt. he
red. inſt. tradunt Doct. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad
treb. & Alciat. de uer. ſign. lib. 3. primo axio. in ſe
14 cundo caſu, † id tamẽ nõ procedit, quã do caſus ille
ad quẽ extẽdere uolumus, in eodem teſtamento p
15 teſtatorẽ prouiſus aliter reperitur, † qa ubi adeſt
expreſſa prouiſo contraria ſubſtitutio tacita nõ po
teſt induci. l. cũ ex filio. §. 2. ff. de vulg. & pupill. l. 2.
§ ſi duo. ff. de bon. poſſ. ſecundũ tab. l. fi. C. de pact.
conuen. cũ multis cõcordan. ita in terminis in ſub-
ſtitutione ponit p firmo Cepha. conſ. 430. nu. 22.
16 lib 3. fac etiã qa generalis ſubſtitutio non trahitur
ad caſum, in quo ſpecialis prouiſo facta eſt arg. l. do
li clauſula. ff. de uer. obl. & in terminis ſubſtitutio-
nis arguit ſubtiliter, & probabiliter Dec l. precibus
col. 1. uers. ſecus uidetur C. de impub. & eum ſequ-
tus Aymo. conſ. 98. nu. 16. & uidetur clariſsimum
17 † quia, ſi aliter diceretur, teſtator incontinenti ſe
ipſum corrigeret, contra. l. tertiã ad ea. ff. de cond. &
18 demonſtr. & genus derogaret ſpeciei, nõ e contra
ut ſolet. c. generi per ſpeciẽ de reg. iur. in 6 unde cũ
in teſtamento p̃dicto in caſum abortus ſpecialiter
prouiſum fuerit ad fauorem forte ſubſtitutorũ ſub
illa alia p̃uiſione ad eorum fauorem facta in caſũ
natiuitatis filię, & decedentię antequam nuberet, ui
deri tacite prouiſum ad fauorem Iſabellę, & Con-
ſtantini nullo modo poteſt.

Nõ obſt. allegata in cõtrariũ, in quorũ diſſolutio
ne ueritas huius cõſultationis dilucidior apparebit.

Non obſt. igitur primo, q prouiſio teſtatoris fa-
cta in caſum natiuitatis filię, & quę deceſſerit ante-
quam nuberet, uideatur etiam comprehendere ca-
ſum abortus ſecundum Dec. Soc. Iun. preallegatos
& non nullos alios, qui illos ſequti ſunt, qa reſp. 1.
ſecundum D. conſulentem predictam opinionem
19 non eſſe ueram, † immo eſſe reprobatam, & qdem
20 ratione efficaciſsima, † qa non dicitur decedere, q
21 natus non eſt, † cum priuatio uitę eam preſuponat
d. l. manumiſsiones d. l. decem, & eſt tex. l. qui du-
os. de ma. teſt. & d. l. titio uſusfructus. ff. de cond. &
demonſtr. p̃ut in terminis uoluerũt Rom. Signo.
Fulg. Ang. Ancha. Corn. & alij locis citatis p Soc.
Iun. cõſ 181. nu 9. & 10. Paul. Caſtr. cõſ 394 nu. 3 li.
1. Soc. Sen. conſ. 76. nu. 5. 6 7. lib. 3. Soc. Iun. cõſ. 165
nu 5. 6. & ſeq li. 1. Ruy conſ. 175. nu. 3. lib 2. Alcia.
lib. 3. de uer. ſign. primo axio. in 3. caſu, ubi illud cõ
ſilium Dec. 227. iſta ratione reprehendit, dicens
contrarium conſuluiſſe, prout uerum eſt conſ. ſuo
492. nu. 8. & ſeq.

Secundo dato, q opinio Decij, Soc Iun. Bero. &
aliorum eos ſequentium uerior, aut magis comunis
22 eſſet, † ea iſto cauſa nõ p̃cedit inſpectis uerbis teſ
tatoris q̃ talẽ interpretationem non patiuntur d. l q
duos. d. l. titio uſusfructus tradit Alc. d. locis. & ad-
mittunt etiã eã opinionẽ ſequentes, ſed locum iſta

modo

modo habere poſſet ex tacita mente teſtatoris, ut il-
lij idē intelligere uidentur, atq; ita ubi tacita, & cō
iectuſata mens teſtatoris eſt etiā caſum cōphen-
dere uidetur, ſed in caſu pſenti predicta tacita, &
coniecturata mens teſtatoris colligi non poteſt, qa
in caſu abortus eſt facta alia ſpecialis ſubſtitutio
de illis ſorte extrahendis ut ſupra in primo funda
mento pro hac conſultatione diximus, merito &c.

Non obſt. ꝙ expreſſe uideatur prouiſum prius
ad fauorem Iſabellę, & Conſtantini, & ita demum ad
fauorem illorum ſorte extrahendorum, ſi matri
moniū ſequutū non eſſet inter Iſabillā, & Conſtā-
tinū d. uers. & caſu quo d. eius uxor &c. qa reſpōde
tur ꝙ d. expſſa prouiſio intelligitur in caſu ſuo, uē
pe ſi nata eſſet filia fœmina, eaq; decederet, anteq̄
nuberet, & matrimoniū pdictum ſequutū eſſet, hoc
enim tantū caſu teſtator ad fauorem predictorū
Conſtantini, & Iſabellæ pſpiderat ſupra, ut dixi
mus: Vnde cum in d. vers. & eo caſu, quo d. eius
vxor &c. Expreſſe referat ſe ad ſupra per eum diſ
poſita, ibi ſaluis ſupra per eum diſpoſitis &c. &
ibi, & ſemper ꝙ ſua hęreditas indiſpoſita rema-
neret &c. & iſto caſu vere ſit indiſpoſita, cum in
caſum abortus aliter diſpoſitum antea non eſſet;
ſed in d. vers. & caſu quo d. eius vxor &c. diſpo-
natur ad fauorem dd. ſorte ęligendorum, non po
teſt negari, quin illa uerba, uel in caſum non ſe-
quuti matrimonij d. Eliſabellę cum Conſtantino,
intelligi debeant, ſcilicet in caſu premiſſo, & ꝓ
miſſo ab ipſo teſtatore, hoc eſt nata Poſthuma, &
defuncta antequam nuberet.

Non obſt. quod Conſtantinus ſit unus de agna-
tione & de uocatis ad ſubſtitutionem ſortis, & prop
terea admiſſo eo cum d. Iſabella ad ſubſtitutionē
predictam uideatur ſatisfieri menti teſtatoris fauē-
tis agnationi pdictę. Quia reſpōdemus negando,
quod ita menti teſtatoris ſatisfiat, immo eius men
ti contrafieret, ea enim, ut ſupra demoſtrauimus,
fuit, quod in caſum naſcentis filię poſthumę,
& ſubinde decedentis antequam nuberet, Conſtan
tinus, & Iſabella admitterētur, in caſū uero abortus
locū haberet ſubſtitutio ſortis. Et forte uerſimili
ter potuit induci teſtator ad ita diuerſimode indic-
tis caſibus diſponēdo, qa ſi nata fuiſſet filia ex d. ſua
vxore ea fuiſſet futura ſoror ſaltē Vterina d. Iſabel
lę filię eiuſdē ſuę vxoris ex alio matrimonio, & in
memoriā eius coniunctionis Iſabellā ſuperſtitē d.
poſthumę uoluerit gaudere ſua dimidia hæredita-
tis, ſi matrimonio iungeretur d. Cōſtantino, ſi uero
nō naſceretur poſthuma, quia ceſſaret penitus
omnis coniunctio d. Iſabellę cum ſua propria ſobo
le, non curauerit Iſabellam partem ſuæ hæredita-
tis habere, minuſq; matrimonio d. Conſtantino
illam copulari.

Non obſtat Vltimo, quod ſubſtinendo ſubſti-
tutionem ad fauorem Conſtantini, & Iſabellę fa
uēamus Conſtantino prędilecto inter agnatos,
& ſimul etiam Iſabellæ, & negari non poteſt
quin teſtator fauere uoluerit, Quia reſpondemus
negando inter illos de Proſperis agnatos teſtatoris
Conſtantinum magis dilectum, immo alij fuiſ prę
dilecti, quod apparet euidentiſsime, Ex quo ſi na
ta fuiſſet ſibi filia, uoluit ad eius matrimonium uo
cari alios, non d. Conſtantinum, videlicet pri-
mo Alfonſum Io. Baptiſtę Proſperi, Secundo aliū
Alfonſum Bartolomei Proſperi, Tertio Ca-
millum Io. Baptiſtę predicti, demumq; alteri iſto
rum non accepiante alios filios dd. Io. Baptiſtę,
& Bartolomei, hoc enim ſtante duabus rationibus
apparet duos Alfonſos, & Camillum ſaltem pre-
dilectos Conſtantino, quia ad matrimonium filię
& in eum caſum, & ad hęreditatem illi prælati ſūt
Conſtantino, qui tantum iſtis renuentibus ad il-
lud matrimonium uocabatur cum alijs nomine col
lectiuo ad not. l. cum ita. § in fideicomiſſo de leg. 2.
& per Cepha. conſ. 16. nu. 18. lib. 1. ſecunda quia in
matrimonio proprię filię ſine dubio, tam ratione
ſanguinis, & iure naturę, quam etiam, ut apparet
ex diſpoſitione ipſius in d. teſtamento predilecto,
prętulit dd. Alfonſos, & Camillum, ergo dicendū
non eſt Conſtantinum predilectum predictis alijs
ſorte extrahendis, inter quos ſunt etiam dd. Alfon
ſi, & Camillus.

Nec aliquid facit, ꝙ faueatur etiam ipſi Iſabellę
dilectę ipſi teſtatori, quia ea dilecta fuit tantum eo
caſu, quo filia naſceretur, & ante matrimoniū dece-
deret, non autē in caſum abortus, ut ſupra dictū fuit

Ex quib. uidetur dilucide apparere in caſu abor
tus locū eſſe ſubſtitutioni ſortis, & quatenus ali
qua ſupereſſet dubitatio, negari non poteſt, quin tu
23 tius ſit cum hac opinione tenere † primo quidē qa
magis congruit uerbis illis, naſceretur, & decede-
ret iux. d. l. qui duos, & d. l. filio. uſufructus, quę ar-
guunt in dubio mentem l. labeo de ſupp. legat.

Secundo qa a expluribus alijs mens colligi ui-
detur, ꝙ in caſu abortus ueniendum ſit ad electio-
nem ſortis, ut ſupra, & latius per d. Conſulentem.
24 † Tertio quia magis fauemus agnationi, cū ſi ad
ſortem ueniatur, unus ex agnatis futurus ſit uniuer
ſalis hęres, ſi uero Eliſabellę, & Conſtantino
faueamus dimidia tantum ad agnatum peruentura
ſit, alia uero dimidia ad Eliſabellam, ut clara ſunt
uerba teſtatoris.
25 † Quarto quia preponendo prędictā ſubſtitutio-
nem ſortis ſubſtitutioni Iſabellę, & Conſtantini re-
mouetur odium, rancor, & Inimicitiæ, quæ inter iſ
tos de Proſperis, & quidā poſtea perpetuę futurę
eſſent, & inter ipſos fratres, ſi aliam ſubſtitutionē d.
Conſtātino, & Iſabellę preponeremus, ex eo, quod
unus Conſtantinus uniuerſa hęreditate priuaretur,
& alios etiam fratres conſanguineos ſorte priuares.

Quinto, qa ſaluantur duę regulę ſupra relatę in
26 materia ſubſtitutionum, pręcipue prima, † ꝙ ſubſti
tutio non dicitur inducta, niſi expreſſe probetur.
Secunda quod in ſubſtitutionibus de caſu ad caſū
27 nō ſit extenſio. † tertia etiam ulterius, quę eſt, ꝙ
in dubio non eſt recedendum a uerbis l. non aliter
28 . ff. de leg. 3. Quarta ſ ꝙ in materia colligendę men
29 tis plurimum uerba attenduntur d. l. labeo. † & fi-
deicommiſſum non dicitur inductum etiā ex mē
te, niſi mens illa ex uerbis, & diſpoſitis colligatur.
Bal. l. uni. col. fi. uers. niſi aliquibus indicis, ubi etiā
Corn. C. de his qui ante. aper. tab. Rip. l. hęredes
mei. § cum ita nu. 6. ad trebe. Ant. Gabr. concl. 2. nu.
29. de hęre. Inſti.

CON.

CONSILIVM C.

Argumentum.

Legato vſufructu omnium, & ſingulorum bonorum, tam mobilium, quam immobilium per Virũ vxori, An cenſus quoque annui teſtatoris debeantur Vxori.

SVMMARIVM.

Cenſus annui, natura ſua, reponuntur inter immobilia nu. 1.
Contra uerius nu 29.
Retenta prima opinione, ea non procedit ſecundum naturam cenſus, ſed quando neceſſe eſt applicari ad immobilia nu. 30.
Vel quando cenſus omnino eſſet perpetuus nu 31.
Immobilibus adſcribuntur, quę perpetua ſunt nu 2.
Immobilia iudicantur, quę ex immobilius debentur. nu. 3.
Contra uerius nu. 38.
Vel procedit prima opinio in annuis redditibus prediorum. qui immediate ex eis naſcuntur, non in annuis cenſibus, qui immediate cenſu percipiuntur nu. 40.
Cenſus tertiam ſpeciem non cõſtituunt, ſed in mobilibus, uel immoblibus adſcribẽdi ſunt. quando ſubiecta materia non patitur, ut iura tertiam ſpeciem conſtituant. nu. 4.
Teſtator pro parte teſtatus, & pro parte non, decedere non poteſt nu. 5.
Legatum omnium, & ſingulorum bonorum, quia uniuerſale eſt, cenſum quoque comprehendere uidetur. nu. 6.
Fallit, quando teſtator ulterius proceſsit reſtringendo generalitatem precedentem ad mobilia, & immobilia nu. 41.
Omne dicens nihil excludit nu. 7.
Specierum enumeratio in actu legandi non reſtringit genus precedens nu. 8.
Fallit, quando ſpecierũ enũeratio fiat reſtrictiue nu 42.
Legatum uſufructus omnium, & quorumcunque mobiliũ & ſuppellectilium domus teſtatoris comprehendit ſuppellectilia teſtatoris etiam extra domum. nu 9.
Verba illa mobilia, & immobilia quando uncta ſunt cum alijs ualde generalibus, ut omnia & ſingula, comprehendunt etiam nomina, & actiones nu. 10.
Amoris liciti ardor multum operatur nu 11.
Mentis teſtatoris declaratio fit duobus teſtibus nu. 12.
Contra nu 16.
Vel procedit dicta prima opinio, quando probandum eſt, quid factum eſſe, ſecus ſi probandum ſit, quid ſic factũ fuiſſe nu 57.
Item non procedit, quando agitur de probando id, quod a teſtatore impſius uerbis fuit omiſſum, quia tunc ſeptem teſtes requiruntur. nu. 58.
Nec procedit quando agitur de conditione appoſita in diſpoſitione probanda, qua ex uerbis non conſtat, quia requiruntur ſeptem. nu. 59.
Teſtes ſingulares in declaranda mente teſtatoris ſufficiunt nu 13.
Contra nu. 55.
In teſtamentis ſtricta ſit interpretatio quatenus uerborum proprietas ſuadet nu 14
Maxime ad fauorem heredis nu 15.
Et in legatis nu 16.
Etiam in legato facto uxori nu 17.
Legatum eſt odioſum, & ſtricte intelligendum nu. 18.
Interpretatio ad fauorem heredis fauorabilior eſt, quam legatarij nu 19. & 61.
Mobilium, & immobilium appellatio proprie non ſe extendit ad cenſum annuum nu. 20.
Cenſus proprie iura conſtituunt, & tertiam quandam ſpeciem, reſpectu mobilium, & immobilium nu. 21. & 23.
Mobilium, & immobilium appellatione non ueniunt iura nu. 22.
Legatarius occupans rem legatam propria auctoritate à legatum amittit nu. 24 & 60.
In legato uſusfructus nu. 26.
Etiam quod ſit uſusfructuarius omnium bonorum quis relictus nu 27.
Et prouiſum ſit legatariũs per teſtatorem rem legatam capere propria auctoritate in quibuſdam caſibus. nu 28.
Legatarius relictus exequutor. rem legatam propria auctoritate capere poteſt nu 25.
Intellectus clem. exiui. § cumq; annui de uer. ſigni. nu. 29. & ſeqq Maxime nu. 34.
Cenſus ita poteſt conſtitui, ut perpetuus non ſit, ut puta quod niſi redimatur intra certum aliquod tempus, nõ ſit amplius redimibilis nu 32.
Vel potius tali caſu cenſus non uſurarius nu. 33.
Illatio non fit ex diuerſis nu. 35.
Verbum contineri denotat proprietatem nu. 36.
Immo improprietatem uerius nu. 37.
Cenſus ſecundum ueriorem, & comunem, ſuper actionẽ perſonali conſtitui non poſſunt nu. 39.
Relatiuum, quis, uel qui appoſitum certe generalitati ſiue copula. genus precedens reſtringit nu. 43.
Intellectus ad d. l. quęſitum §. ſi quis fundum. ff. de fund. inſtruc. nu. 44.
Deciſionis Afflicti 106. declaratio nu 45.
Voluntas diſponentis talis pręſumitur, qualis eſſe debet nu 46.
Voluntas diſponentis colligitur ex uerbis nu. 47.
Quod in ore eſt, in mente eſſe preſumitur nu. 48.
Facies ſicut in ſpeculo eſt, ita uoluntas hominis in uerbis nu. 49.
Voluntas clarior teſtatoris non eſt, quam quę ex uerbis colligitur nu 50.
Voluntas teſtatoris talis eſt, qualem eam oſtendit modus & forma legandi nu 51.
Honoratus magis a teſtatore, magis dilectus eſt nu. 52.
Inſtitutus magis eſt honoratus a teſtatore, quam legatarius nu. 53.
Ac etiam, qui perpetuo, quam qui ad uitam aliquid habituri ſunt nu. 54.

Dei Opt. Max. ſuffragio Implorato.

IN Queſtione, quę uertitur apud egregios Iuris conſultos arbitros electos, An videlicet in legato vſusfructus omnium, & ſingulorum bonorum tam mobilium, quam immobilium per virum vxori veniant cēſus quoque ānui teſtatori in pecunia numerata debiti, prima conſideratione dicendum uidetur, quod legati cenſeantur.

1 Primo quidem, † quia cenſus natura ſui reponitur inter immobilia clem. exiui. §. cumq; annui. de uer. ſignif. Cyn. Bal. l. hac edictal. 1. §. his illud. C. de ſecū. nupt. l. iubemus. huius initij ſecūda C. de Sacro. eccl. idem Bal. ubi late Andr. ſicul col. ult. in c.

2 cum. M. ferrarienſis. de conſti. † uel quia, cum perpetui ſint, adſcribēdi uideantur immobilibus Rui.

3 conſ 81. circa primum lib. 2 † Vel quia cum ex rebus immobilibus debeātur, conſequantur naturam rei immobilis, ad not. per Bart. l. ſciendum nu. 10. ff. qui ſatis. cog. Rui in d. conſ 85.

4 † Secūdo quia, qñ ſecundū ſubiectā materiā oportet uni, uel alteri ſpeciei applicare, ſine dubio cēſus, ac iura non conſtituunt tertiam ſpeciem, ſed cenſentur mobilia, ut neceſſitas preſuppoſita materia. Abb. c. nulli. ſub nu. 9. & 10. de rebus Eccles. non alie. cum congeſtis per Tiraq. de utroq; retract. part. 2. glo. 6. §. 1. nu. 4. & ſeq. ſed ſubiecta materia teſtamenti eius, qui diſponit de ſuis bonis, non patitur, ut iura conſtituant tertiam ſpeci-

5 em, † ne pro parte decedat teſtatus in mobilibus ſcilicet, & in immobilibus, in iuribus uero inteſtatus contra tex. l. ius noſtrum de reg. iur. me rito &c.

6 † Tertio quia cum teſtator in predicto legato uſus ſit oratione uniuerſali geminata, omnium & ſingulorum bonorum, & propterea nihil exclſerit, etiam uſum fructum annui cenſus uxori reliquiſſe uidetur arg. l. Iulianus de leg. 3 cum

7 vulg. † nec dici poſſe uidetur, quod ea uniuerſalis locutio precedens reſtringatur ad ſpecies poſtea enumeratas in illis uerbis, tam mobilium, quam immobilium, quaſi relinqueretur uſufructus tantum mobilium, & immobilium, non autem iurū quia illa uerba tam mobilium quam immobilium ſtant enumeratiue, & ampliatiue, enumeratio .n. ſpecierum reſpiciens actum legandi, ut hic, non reſtringit genus precedens, ſecundū Bar. in l. quęſi ū §. fin. per illum tex ff. de fun. inſtruc. affl. c. deci. 106

9 Quidam Petrus &c. † ubi cum uxori relictus eſſet uſufructus omnium, & quarumcumque mobiliū & ſupellectilium domus ſuę, & dubitaretur an uerbum illud, & ſuppellectilium domus ſtaret reſtrictiue, concluditur, quod ſtat ex ſuper abundanti, & ſic non dicitur legatus uſusfuctus ſolum mobilium & ſuppellectilium domus ſuę, ſed mobilium

10 omnium ubicūq; exiſtētium & ideo per inde eſſe uidetur in caſu noſtro ſi teſtator ſimpliciter dixiſſet relinquo uſufructū omniū, & ſingulorū meorum bonorum, quia inductum ad argumentum non debet diminutionem operari, l. legata inutiliter de leg. 1. & propterea quando illa verba, mobilia & immobilia iuncta ſunt uerbis alijs ualde generalibus, ut hic, omnibus, & ſingulis &c. tunc etiam de nominibus & actionibus actum uidetur Alci in l. monentiū de uer. ſig. Tiraq. d §. 1 glos. 7. nu. 20. & ſeq.

Quarto comprehendi uidetur uſufructus dd. annuorum cenſuum predicto legato ex mente teſtatoris, tum ex magna dilectione qua proſequebatur ſuam uxorem, ut ex dicto legato deprehenditur

11 & ipſemet fatetur in d. teſtamento, † qui ardor dilecti amoris multum operatur glo. l. in teſtamēto C. de fideicommi. lib. cum ſimil. tum etiam ex teſtibus qui deponunt mentem teſtatoris fuiſſe, ut uxor

12 a horū cenſuū uſumfructum haberet. † declaratio autem uoluntatis teſtatoris probatur duobus teſtibus l. hęredes palam. § ſed & ſi notam ubi Bart. & alij. ff. de teſt. Alex. conſ. 54 ponderatis. in fin.

13 lib. 3. Corn. conſ. 239. uidetur col. 4. lib. 2. † etiam quod ſint ſingulares Soc. conſ. 178. lib. 2.

Cęterum his non obſtantibus cēſeo in d. legato uſusfructus annuos predictos cenſus non uenire.

14 Primo quidem † quia in teſtamentis facienda eſt ſtricta interpretatio quatenus proprietas ſuadet

15 l. non aliter de leg. 3. † precipue in fauorem hęredis, ut quo minus poſsibile eſt grauatus per teſtatorem cenſeatur. l. unum ex familia § ſi rem. ff. de

16 leg. 2. † precipue in legatis l. nummis de leg. 3. ubi legatis nummis debentur exigui l. apud Iulianum. § ſeio ex facto de leg. 2. l. nam quod liquide. da pen. lega. l. ſi ita ſit ſcriptū in fine de leg. 1. ubi glos Alex. Iaſ. & alij communiter. Bar. in l. cum auus. ad fi. de cond. & demonſt. Aymo. Cra. in conſ. 86.

17 noſter Aymo. nu. 7. ubi alios allegat & in legatu facto vxori, vt hic, idem tradit ipſe idē Aymo.

18 conſ. 25. dubia plura nu. 24 ad quod facit † quia legatum eſt odioſum, & ſtricte interpretandum Soc. l. cum auus. col. fin. uers. ex quibus octauo. de condi. & demonſt. Aymo. Cra. conſ. 208. uiſo teſtamēto.

19 nu. 4 † & ideo fauorabilior eſt interpretatio in teſtamēto reſpectu hęredis inſtituti, quā legatarij, ſecundum

20 eundem Gozza. conſ. 82. col. 1. † Appellatio autem mobilium, & immobilium proprie non ſe ex

21 tendit ad cenſus annuos, † qui conſtituunt proprie iura, & per conſequens tertiam quamdam ſpeciem. l. quam tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio, ubi Bart. & alij l. a diuo pio. §. in uenditione. ff. de re. iud c. nulli ubi Abb. nu. 4. de reb. Eccles. ali. uel non. Bar in l. poteſt pupillus. ff. de aut. tut. in l. 1. C ſi aduer. tranſ. in l. mouentiū. ff. de uer. ſign. Tiraq. in tract. de utroq; retract. par. 2. §. 1. glo. 6. nu. 3. cum ſeq. † ſed iura non ueniunt appellatio-

22 ne mobilium & immobilium proprie d l. quam tuberonis. §. in peculio, cum ſupra allegatis Soc. Iun. conſ. 115. in princ. lib. 1. conſ 79. perſpectis nu. 21. lib. 2. ubi alios citat, merito &c. Nec eſt dubitan

23 dum † quod cenſus ſit ius, tum per ſupra dicta, tū etiam quia aperte hoc probant omnes preſertim Dida. uar. reſol. lib. 3. c. 7. nu. 2 uers. 3. eadē ſententia, & uers. non obſtant, & rurſus nu. 4. Guil. Bout. in tract. de Vſur. nu. 94. & ſeq.

Secundo Excluditur ab uſufructo dd. cenſum annuorum predicta Camilla, quia quatenus aliquo modo

modo ex uerbis, uel mente uſufructus in eis lega-
tus fuiſſet, ſine dubio eum amiſit, quia propria
auctoritate poſt aditam hæreditatem occupauit,
ut conſtat in proceſſu fo. 13. ac etiam exegit, ut
pariter conſtat in proceſſu fo. 21. per apodixam P.
Antonij Lancellotti communis depoſitarij, & ex
depoſitione Alex. fo. 29. & quidem contra prohibi
tionem, & uoluntatem heredum ut pariter appa-
24 ret ex actis fo. 15. † legatarius autem occupans pro
pria auctoritate legatum amittit ius ſuum, l. non
eſt dubium. C. de legat, ubi Bar. Bal. Ias. & omnes
communiter. * Corn. conſ. 119. col. 6. conſ. 207. in
fi. lib. 2. Ias. l. talis ſcriptura. nu. 45. de leg. 1. Soc. Iun.
conſ. 124. uiſis omnibus nu. 63. lib. 1. Dec. in conſ.
25 243. ut clarior. in ſecundo dubio, † licet ibi in caſu
26 ſuo contrarium decidat ſpeciali ratione, † quia le-
gatarius erat relictus executor in legato uſu fruc-
tus. in terminis. Dec. d. conſ. 243. nu. 5. Goza. conſ.
21. nu. 17. & conſ. 91. Ruin. conſ. 51. nu. x. lib. 2.
27 Paris. conſ. 37. lib. 3. † etiam quod ſit uſuſtructuari
28 us omnium bonorum. Soc. conſ. 131. col. 3. in fi. † &
propria auctoritate permiſſum ſit legatario rem le
gatam capere quibuſdā in caſibus ſecundū aliquos
ut quādo hereditas ab herede adita non erat, quā-
do ubi expſſe data eſſet auctoritas talis, quādo eſſet
relictus executor, quando eſſet heres inſtitutus in
illa re certa, & quibuſdam alijs, quia tamen caſus
noſter ſub aliqua predictarum exceptionum adap
tari non poteſt, remanet in concuſſa regula d. l. non
eſt dubium C. de legatis, & ſic iſta uxor legataria,
quę propria authoritate occupauit, d. legatū amiſit.

Non obſtat primo quod annui redditus natura
ſui inter immobilia computentur. d. clem. exiui §.
29 cumq; annui. de uer. ſigni. † quia primo ille tex. nō
pbat redditū annuum eſſe inter immobilia nume
randum de natura ſui, cum de natura nullum ibi
uerbum ſit, immo de natura, & propria ſignifica-
tione contrariū eſt, cum ſit ius, & propterea propria
& natura ſui tertiam ſpeciem conficiat Abb. d. c.
nulli. cum alijs ſupra abunde congeſtis.

Secundo reſp. quod licet d. clem. exiui §. cumq;
annui dicat, quod annui reditus inter immobi-
30 lia computentur, † non tamen probat, quod iſta
ſit natura ipſius cenſus, ſed procedit, quando ne-
ceſſe eſt applicari ad immobilia, ut aperte ſentit
Abb. d. c. nulli, ita reſtringens illum tex. ne contra
rius ſit ab ijs ſupra citatis, in quibus apparet, quod
tertiam ſpeciem conficiunt, & ut iura iuribus con
cordentur, cum quo uidentur concordare Docto
res ceteri, ut patet ex congeſtis per And. Tiraq. d.
glos. 6. nu. 4.

31 † Tertio etiam reſponderi poteſt, quod ille tex.
procedere poteſt, quando cenſus omnino eſſet p
32 petuus, † ut ſi conſtitutus ſit ea lege, quod ſi non
redimatur intra certum aliquod tempus, redimi-
bilis amplius non ſit, quo modo cenſus conſtitui
poteſt & ualet, ita ut non poſſit aliquo tempore
redimi inuito emptore ſecundum Corra. de Cō
trac. q. 83. conclus. 8. & Iora. Medi. de reſtit. in capi.
33 in quo tractant de cenſu redimibili, uel ſecundum
alios ſaltem non eſt uſurarius, ut defendit Dida.
lib 3. uar. reſol. cap. 8. nu. 7.

34 Quarto pro uera reſponſ. conſiderandum eſt, †
quod tex. illa in ppoſita materia cenſus allegatus
non probat eorum intentionem, quia licet cenſus
annuus redditus ſit, & ita appelletur, non tamen
de hoc loquitur ille tex. nec appellatione annuo
rum redditaum, de qua ibi, uenit iſte cenſus, de
quo nos tractamus, quia iſti cenſus ceperunt per
mitti tempore Martini quinti in extrauaganti, ho-
die ſi quidem, de empr. & uend. in extra. commu-
nibus, illius uer o clem. exiui, autor fuit clem. 5. q
cum diu ante Martinum .v. geſſerit pontificatum,
non potuit de his cenſibus ſub appellatione reddi
tuum annuorum intelligere, nec credendum eſt q
tam ſupine erraſſent fratres Sancti Francisci putā-
tes ſibi licere exercere uſuras, cum eo tempore vſu
rarij eſſent iſti cenſus, non dum eis permiſſi. loq-
tur erga ille tex. (ut ego ſemper opinatus ſum) de
annuis redditibus prouenientibus ex prędijs im-
mobilibus, quę ſolebant prędictis fratribus relin
qui ab aliquibus, puta decem corbes frumenti quo
libet anno ex tali fundo, iux. titulum. de ann. le-
gat. Quę relicta putabant illi frates ſibi licere per
cipere, quorum opinionem ibi Clem. v. imprope
rat, ex quo genuino intellectu (ni fallor) infer-
tur, quod ibi loquitur de annuis redditibus pro-
uenientibus immediate ex fundis & rebus immobi
libus, nos de annuis redditibus prouenientibus ex
cenſu, qui eſt ius, & ſic mediante cenſu ex rebus
immobilibus. Vnde non mirum ſi illi redditus a iu
re cenſeantur inter immobilia, cum ex immobili-
bus immediate prouenīāt, noſtri uero cenſus con
ſtituunt tertiam ſpeciem, cum proueniant media
35 te ex immobilibus, & propterea diuerſi ſint, † &
ex diuerſis illatio fieri non ſoleat. l. Pap. ex aul. de
Minor.

Vltimo dato, q ille tex. hos etiam annuos cen
ſus comprehendat, conſiderandum eſt pro reſpō-
ſione, quod tex. non dicit, quod annui redditus
ſint inter immobilia, ſed q cenſentur. i. exiſtiman
tur, habentur, & reputantur, ſic improprie, ut ad
ſenſum patet, nam etiam fortius, ſi lex loquere-
36 tur per uerbum continentur idem eſſet, † licet . n.
aliqui teneant in uerbo contineri, q denotet pro-
37 prietatem, † contrarium tamen uerius eſt, ut eſt
tex. in l. proximi. de uer. ſignif. ibi proximi appel
latione etiam ille continetur, qui ſolus eſt, iuncta
l. 1. §. proximus, ibi, quamuis proprie proximus
ex pluribus dicitur. ff. und. cogna. & ſunt qui di-
cunt eſſe communem opinionem, ut poſt Mod.
in conſuet. pari. tit. 1. §. 1. nu. 5. & alios quos ibi
citat, tradit And. Tiraq. de utroq; retract. part.
2. §. 1. glo. 9. nu. 227. ad fin. vers. nam & con-
trarium &c.

Nec ſuaderi poteſt quod ſint immobilia ex eo, q
ſint perpetui, ut ſupra in contrarium dicebatur,
quia falſum eſt, quod perpetui ſint, nam illi per
petui ſunt cenſus, ut ſupra dixi, qui ea lege conſti-
tuti ſunt, ut ſi intra aliquod tēpus non ſint redēpti,
āplius redimi non poſſint, qualis non eſt noſter an-
nuus redditus, & ſi uerum eſſet, quod dicitur, inter
imobilia proprie reponi hos redditus annuos ſaltē
38 cum ex re immobili debētur, ſequeretur, † quod nū
quam tertiam ſpeciem conficerent, & inter iura
39 reponerentur contra communem, & ueriorem, †
nam ſecundum aliam ueriorem, & communem opi
nionem ſuper actione perſonali conſtitui non poſ

ſunt

40 ſunt, ut abunde fatetur ipſe idem Dida.d.c.7.† &
quod not.d. l. ſciendum cum ſimil.poteſt procede-
re in annuis redditibus prediorum, qui immedia-
te ex predio debentur, ut ſupra declarauimus, nõ
in his. qui debentur mediante cenſu conſtituto,
ut nos loquimur.

Non obſt. ꝙ neceſſe eſſe uideatur ex ſubiecta
materia teſtamenti, ne quis decedat pro parte teſ-
tatus, pro parte inteſtatus contra l.ius noſtrum de
reg. iur. cũ ſup citatis trahere legatum mobiliũ, &
immobilium etiam ad iura. Quia reſp. (& mi-
ror in hoc fieri aliquod fundamentum) quod iſtud
poſſet habere locum, quando his uerbis uſus eſſet
teſtator in inſtitutione etiam, & ſic inteſtatus rema
nere diceretur in iuribus, ſed teſtator etiam in inſti
tutione diſpoſuit de iuribus, merito non cadit con
ſideratio, quod in ipſis iuribus remaneat inteſta-
tus. nec ad rem facit, quod in uſufructu de iuribus
non diſponat, quia ſatis eſt, quod de uſufructu
iurium in inſtitutione diſpoſuerit ad hoc, ne dici
poſsit inteſtatus.

Non obſt. quod teſtator uſus ſit uniuerſali ſer
mone, omnium, & ſingulorum ſuorum bonorũ
& ꝓpterea uideatur etiã iurium uſumfructũ legaſ
41 ſe arg.d.l. Iulianus cũ ſimil.Quia reſpondetur, †
quod argumentum procederet, quando ulterius
teſtator non proceſsiſſet reſtringendo d.generalita
tem ad mobilia, & immobilia, ut hic, tam mobili-
lium quam immobilium, nam iſto caſu commu-
nis eſt ſentẽtia, ꝙ non ueniant iura ut ſupra deduc
42 tum fuit † Nec dicatur, quod ampliatiue, ſiue ex
abundanti dicta ſint illa uerba, tam mobilium
quam immobiliũ iux. tex.l.queſitũ §. ſiquis fundũ
de fund. Inſtruc. quia illius tex. deciſio ad caſum
noſtrum non poteſt adaptari, in quo neceſſe eſt fa
teri, ꝙ illa uerba ſtant reſtrictiue, primo autoritate
Paris.conſ. 96. an mater, qui in terminis loquens
de legato facto uxori de uſufructu omnium, &
ſingulorum bonorum tam mobilium, quam ſta
bilium, ponit pro conſtanti, quod illa uerba ſtent
reſtrictiue, & licet ibi ipſe quędam ponat contra
motus autoritate Pauli, Alex.& Aret.in l.diuortio.
§.ſi uir.ſol. matr.tamen hi Docto. non probãt eius
ſententiam, ſi recte uideantur.

Secundo ratione efficaci, ſi .n. illa oratio uſum
fructum omnium, & ſingulorum bonorũ tam mo
bilium, quam ſtabilium reſoluitur, uti q; reſoluetur
per relatiuum qs, uel q, hoc modo, lego uſumfruc
tum omnium, & ſingulorum meorum bonorum
quę mobilia, & immobilia ſunt, ergo excludit iura
43 quia, † relatiuum quis, uel qui appoſitum certę
generalitati ſine copula reſtringit genus pręcedẽs
l.ea tamen adiectio de leg.3.Bar.& omnes in l.om-
nes populi 2.opp.de inſtru.& iure.

44 † Non obſt. tex. in d.l.queſitum.§.ſi quis fundũ
quia procedit ſolum quando enumeratio ſpecierũ
refertur ad actum legandi, qui reſtringi non po-
teſt.ut ibi declarat Bar. & omnes communiter,
ſed hic enumeratio illa refertur ad uerbum gene-
ris, quo caſu reſtringit, ut ibi fatetur Bar.col.1.&
45 omnes communiter.† Nec ſimilis eſt caſus deciſio-
nis Affli.nu.106.de qua ſupra, quia ſi recte conſi-
deres, & in illo caſu quoq; ſpecies illa & ſuppel-
forma partium conſenſu tolli non poteſt ibi nu.44
FORNIcatio etiam cum meretrice pro grauiſſimo crimine habetur conſ.15.nu.18.
FORTVItus caſus uide ſupra caſus fortuiti.
FRATER & ſoror coniuncti ſunt coniunctione legali cum a lege iis,legitima decernatur conſ.33.nu.65.& conſ.35.nu.6.
frater fratri qua ratione uideatur preferri a teſtatore cōſ.74.nu.10.& ſeqq.
fratris appellatione ā ueniat patruus cōſ.74.n.8.& 20. & latius n.32.33.34.& quomodo nu.35.36.& 37.
frater an priuetur ſucceſſione fratris negligens uendicare necem ipſius conſ.76.nu.165.166.declaratur ibi nu.167.171.uſq; ad 199.& conſ.77.nu.1.& 2.
frater admiſſus inter agnatos ad excluſionem fœminarū in ſtatuto intelligitur tam reſpectu eius,cui ſucceditur,quam, eius de cuius excluſione agitur conſ.83.nu.43.& 44.
fratres & mater æqualiter ſuccedūt abinteſtato fratri & filio reſpectiue ſine deſcēdētibus defūcto cōſ.13.nu.1.
fratres & ſorores ſimul ſuccedunt abinteſtato non obſtantibus aſcendentibus & deſcendentibus conſ.88.nu.21.& quomodo hoc quo ad prelegata ibi nu.22.
FRATRES tertii ordinis cū ꝓfitentur eū modū uiuēdi ſuſcipere debēt habitū auth.ritate epiſcopi, & iure iurādo Deo dicari, & quedā alia facere cōſ.26.nu.3.
fratres tertij ordinis non habent proprie uitam regularē eccleſiaſticarū ꝑſonarū,ſed apparētiā quādā habitu potius q; eſſentiam, & realitatē in effectu ibi nu.38
fratres tertij ordinis inſtituti ſunt a Diuo Franciſco pro coniugatis ibi nu.5.& 57.& eſt approbatus ab eccleſia iſte ordo ibi nu.6.
fratres tertij ordinis reputantur inter perſonas eccleſiaſticas ſecundum multos conſ.26.nu.1.contra ſecundum communem ibi nu.15.16.27.& 35.
fratres tertij ordinis ſine dubio dicuntur Deo deuoti,conuerſi,& pœnitentes ibi nu.10.
fratres tertij ordinis a Bz'appellātur Becchetti a quadā Becchari; primis illis tēporibus deferebāt ibi nu.16
fratres & ſorores tertij ordinis compromittere poſſunt in laycos abſq; eorum ſuperioris licentia ibi nu.17.
fratres tertij ordinis licet habeant quemdam uiuendi modum a Sede Apoſtolica approbatum,non tamen eorum eſt proprie regula,nec uiri religioſi ſunt,nec eccleſiaſtica perſonæ conſ.26.nu.19.& 20.
fratres tertij ordinis ducūt uxores, uxorati autē non habent omnimodam poteſtatem ſui corporis ibi nu.21.
fratres tertij ordinis non ſunt clerici,quia characteres nō habent ibi nu.24.
fratres tertij ordinis hodie ex Bulla Leonis.x.in concilio Lateranenſi poſſunt conueniri coram laycis ibi nu.25
fratres tertij ordinis approbati a Pontificibus,non tamē ſunt religioſi,& eccleſiaſtici ibi nu.39.
fratres tertij ordinis uere potius confratres,quam religioſi ſunt conſ.26.nu.60.& quid Nic.Pont.de eis diſpoſuerit ibi nu.11.12.& 14.
fratrū minorū ordo diui Frāciſci arctiſſimus eſt ibi nu.3
fratrum tertiariorum ordo quomodo zelo religionis in dies auctus fuerit conſ.26.nu.58.
fratrū tertiariorū hodie duæ ſpecies repiunt ibi.nu.59.
FRVCTVS ſati & recollecti per heredem ex re hereditaria ſui ſunt conſ.8.nu.65.
FRVSTRA nihil fit etiā in contractibus conſ.88.nu.2
fruſtratorius ne dicatur actus,quid requiratur ibi nu.112.113.& 114.

FVGA ſocii criminis an faciat indicium ad torturam conſ.63.nu.9.66. & 67.
fugam arripere militibus, nobilibus, & uiris bonæ ſpei, & famæ eſt dedecus conſ.90.nu.50.
FVRIOSI factum perinde eſt ac ſi animal irrationale feciſſet uel caſu factum eſſet conſ.79.nu.14. & 15.
furioſi, pœna extraordinaria quæ ſit ibi nu.42.
furoris & dementiæ actus qui ſint ibi nu.27.32.& 33.
furioſus eſt qui caret penitus mente.& intellectu, nec intelligit quid agit ibi nu.9.& 16.
furioſus delinquẽs an aliqua pœna puniatur ibi nu.10.11.12.13.39.ſeqq. & fere per totum.
furioſus quoad Deum peccari non dicitur ibi nu.19.
furioſus aliquem uulnerando irregularitatem non committit conſ.79.nu.20.
furioſus pro delicto in furorem commiſſo ad ſanam mentem reuerſus non punitur ibi nu.21.
furioſus hodie probatus durare preſumitur ibi nu.23 etiam ſi dilucida haberet internalla ibi nu. 24.
furioſus & demens quomodo per teſtes probetur ibi nu. 28.29.30.& 34.
furor probatur etiam per teſtes ſingulares ibi nu.35.
FVTVRA prauidere prophetarum eſt conſ.64.nu.79.
futurorum contingentiũ non eſt determinata ueritas ibi nu. 78.
GEMINAta probatio magis operatur conſ.19.nu.28
geminatio plurimum operatur conſ.18.nu.57.& conſ. 59.nu.43. & multo magis triplicatio,& quadruplicatio ibi nu.44.
geminatio uerborum magis afficit conſ.27. nu.55. & conſ.49.nu.63.
GENERAlia prius ponenda poſtea ad ſpecialia ueniendum conſ.7.nu.48.
generalis quietatio, & tranſactio reſtringitur ad cauſã & rem ſpecificatam conſ.13.nu.2.& fere per totum
GENERI per ſpeciem derogatur, non e contra conſ.26 nu.53.conſ.33.nu.38.& conſ.99.nu.18.
genus reſtringitur per ſpeciem expreſſam,& quando hoc intelligatur conſ.94.nu.35.& 36.
genus præcedens non reſtringitur per enumerationem ſpeciei conſ.100.nu.8.fallit ſi enumeratio ſtat, reſtrictiue ibi nu.42.
GESTA cũ ficto contumace non preiudicãt tertio conſ 2.nu.15.
geſta uigore commiſsionis ſubreptitia nulla ſunt & non impediunt proceſſum ad ulteriora cõſ.75.nu.57.
GLOSA eſt magnæ auctoritatis conſ.5.nu.66.
gloſa ad l.1. C. de preca.reprobatur conſ.65. nu. 25. & 26.
glo.in l.ſed & ſi quis .§.illud.damnatur conſ.68.nu.50.
glo.in .c. contra Chriſtianos , de hereti.in 6.reprobatur conſ.83.nu.36.
GRATIA obtenta de uulnere, qualitate debilitationis membri non narrata,quando nulla ſit conſ. 64. nu. 13.& 86.
gratia ſtricte interpretatur quoad tertios, non quoad concedentem cõſ.95.nu.16.17.& 52.nec quãdo per uiam pacti facta eſſet ibi nu.53.
GRAVAri nemo debet duplici onere conſ.96.nu. 12.
grauari nemo debet onere alterius ibi nu.19.& 20.
grauatus non debet plus conſequi quam honoratus conſ. 11.nu.5.
grauatus in uno, in alio releuatur conſ.74.nu.27.
Guid.pap.conſ.172.declaratur conſ.48.nu.58.
HEREDITAS occiſi pro portione occiſoris an debeatur fiſco uel potius ſuccedentibus in gradu conſ.77. nu.5.6.& 11.
hereditas ex tempore,& ad tempus dari non poteſt conſ. 10.nu.1. & 4. & quomodo procedat ibi nu. 2. 10. 38.39.40.& 41.& conſ.25.nu.57.& 58.
hereditas magis debetur liberis primi gradus, quam aliis conſ.33.nu.28.
hereditas magis debetur filiæ, quam nepti cõſ.12.nu.42.
hereditas patris dicitur filiæ quæſita eo mortuo ibi nu.91.
hereditas annua non datur conſ.25.nu.47.
hereditas delata iure non adita non tranſmittitur ibi nu.70.
hereditas extranei, uel tranſuerſalium non adita non tranſmittitur ibi nu.76.
hereditas adita per filium non eſt amplius hereditas patris ſed filii patrimoniũ conſ.88 nu.89.
hereditas iure ciuili, bona iure pretorio dicuntur ibi nu.91.
hereditatem adire dicitur faciens actum qui citrã ius & nomen heredis fieri non poteſt conſ.88 nu. 24. & 25.fallit ut ibi nu.26.& 27.
hereditatis aditio ſolo animo fit conſ.25.nu. 65. & 77. dummodo animus uerbis, uel facto oſtendatur ibi nu.78.
hereditatis aditio an quando q; fiat per non factum ibi nu.81.& 82.& quomodo procedat ibi nu. 84.& 86
hereditatis aditio non prodeſt, niſi ſit allegata conſ. 25. nu.89.
hereditatis aditio eſt animi,& non facultatis ibi nu.72
hereditatis aditio requirit uſum,& uoluntatẽ ibi nu.75.
hereditatis aditio in ſuis non eſt neceſſaria conſ. 33. nu.116.
hereditatis & bonorum appellatio idem conſ.88.nu.89.
HERES ſemel non deſinit eſſe heres conſ.10.nu.5.conſ. 25.nu. 50.etiam contra mentem teſtatoris & iudicis d.conſ.10.nu.6.
heres inſtitutus in uita alio facto herede poſt eius mortem reſtituit per fideicommiſſum ſecundo conſ. 10. nu.7.
heres ad diem incertum non promiſſo ei poſt mortem de alio herede remanet heres perpetuo ibi nu. 9. Contra ibi. nu.45.
heres mulier inſtituta donec uixerit,& uitam honeſtam & uiduaľem duxerit,an uideatur inſtituta ad tempus uitæ uel ſub conditione ſi non nupſerit &c. conſ. 10. nu.10 & 46.uſq; ad 52.
heres uxor inſtituta ad uitam, uel aliud tempus nullo dato coherede,an ipſa remaneat heres perpetuo diſtinguitur late ibi nu.12.& ſeqq.uſq. ad nu.29.
heres uxor inſtituta in uita alio coherede ei dato an ſit uſufructuaria tantum, ibi nu. 30.& ſeqq.
heres inſtitui filius naturalis quando poſsit, uide ſupra filius naturalis
heres ergo dominus conſ.25.nu.31.
heres ignorans ſe eſſe heredem, moriens tranſmittit ius reſtitutionis in integrum ad heredes ibi nu.68.
heres approbans teſtamentum non uidetur renunciaſſe trebellianicæ non prohibitæ conſ.33.nu.57.
heres grauari non poteſt in his quæ ad eum ueniunt ex diſpoſitione legis ibi nu.63.
heres ſuus poſt immixtionẽ preſumitur habere notitiam teſtamenti nuncupatiui conſ.56.nu.18.idem in extraneo ibi nu.19.

heres

hæres contra ueniens ſeu tranſgrediens preceptum teſtatoris. uide infra tranſgreßio
hæres non capit poſſeßionem bonorũ uiuo teſtatore cõſ. 58. nu. 21.
hæres monachi eſt monaſterium ibi nu. 22.
hæres ſuccesſor eſt uitiorum defuncti conſ. 58. nu. 64. maxime ſi utitur acceßione auctoris ibi nu. 65. & an uerum ſit ibi nu. 66. & 67.
hæres ſemper interpretatio fit, ut minus grauetur conſ. 61 nu. 14. & 15. conſ. 81. nu. 6.
hæres ceſſans adimplere aliqd, quando excuſetur ob ignorantiam conſ. 95. nu. 9. 10. 42. & 44.
hæres ſuccedens in ius alterius habet probabilem ignorantiam. & quomodo procedat ibi nu. 23. uſq; ad 27.
hæres ſubſtinet commoda, & in commoda hæreditaria conſ. 98. nu. 16.
hæres inſtitutus ad tempus. uel ex tempore eſt hæres pure, & perpetuo detracto uitio temporis cõſ. 10. per totum & conſ. 25. nu. 48.
hærede uniuerſali inſtituto, alius in teſtamento nominatus hæres eſſe non poteſt conſ. 25. nu. 34. & quomodo intelligatur ibi nu. 53.
hæredem moriturum certum eſt, ſed in certũ an uiuo ſubſtituto conſ. 51. nu. 22.
HOMO ru: is, obtuſi, hebetis, & ſimilis ingenij delinquens pœnam delicti non euadit conſ. 79. nu. 8.
homo non eſt dominus membrorum ſuorum conſ. 90. nu. 97.
HOMIcida notorius quis ſit conſ. 22. nu. 31.
homicidam impune occidi poſſe ſi ſtatuto cauetur, uide infra, ſtatutum homicidam.
homicida ex motu proprio Pij. V. occidi permittitur conſ. 22. nu. 34.
homicida qui impune occidi poteſt ex ſtatuto intelligitur poſt ſententiã declaratoriam conſ. 22. nu. 8. & quãdo, & quomodo hoc procedat ibi nu. 72. uſq. ad 85
homicidam notorium impune occidi poſſe permittitur cõſtitutionibus Marchiæ Anconitanæ ibi nu. 30. & 31.
homicidam defendendi gratia à pœna homicidij admittitur exceptio, que alias non admitteretur ibi nu. 86.
homicidæ condemnati, uel etiam infamati, & notorij priuati ſunt omnibus actibus legitimis etiam abſoluti preterquam à Pontifice conſ. 77. nu. 8. etiam inſucceßibiles ſunt ibi nu. 9.
HOMICIdij pœna ordinaria non punitur qui occidit aliquem in rixa caſu exorta, ſed extraordinarie tantum conſ. 22. nu. 93.
homicidij pœna quando ſunt plures qui unum occiderũt & non conſtat quis uulnus letale intulit, cui inferenda ibi nu. 94.
homicidio commiſſo in alium quam illum quem occidere aliqui uolebant, omnes tenentur conſ. 45. nu. 23.
homicidium ſi plures committant culpa eorum ad caſum nõ premeditatũ non omnes de homicidio tenẽtur conſ. 46. nu. 26.
homicidium præmeditatum grauis punitur conſ. 76. nu. 44.
HONOR cuique debet eſſe nõ minus carus, quam uita conſ. 90. nu. 51.
honorẽ ſuum negligens crudelis eſt ibi nu. 52.
honoratus grauari poteſt conſ. 33. nu. 62.
honoratus magis a teſtatore eſt inſtitutus, quam legatarius conſ. 100. nu. 53.
honoratus magis eſt qui perpetuo, quam qui aduitam aliquid habiturus eſt ibi nu. 54.
honoratus a teſtatore dicitur magis dilectus ibi nu. 52.
HORA per allora, uerba uulgaria exponuntur latine ex nunc prout ex tunc conſ. 7. nu. 18.
HYEROSOlomitana religio Santi Ioannis aucta per Innocentium Viij. ex ſuppreßione religionis Sãti Sepulchri militiæ Santi Lazari & aliarũ conſ. 43. nu. 15.
hyeroſolomitana religio regularis eſt, beneficiaq; regularia habet ibi nu. 17. & 18.
hyeroſolimitanæ religionis beneficia cõferri poſſunt etiã clericis ſecularibus ibi nu. 2. declaratur nu. 33. 34. & ſeq.
hyeroſolimitanæ religionis beneficia eccleſiaſtica ſunt conſ. 43. nu. 17. & 18.
hyeroſolimitanæ religionis beneficia clerici ſeculares poßidentes habitum ſuſcipere intra ſex menſes d. religionis debent conſ. 43. nu. 23. & 24. declaratur ibi nu. 43. & 47. & conſ. 44. nu. 9.
hyeroſolimitanæ religionis unita beneficia ac bona religionis Santi Sepulchri Dominici conſ. 43. nu. 15. 44. 45. uſq; ad 50.
hyeroſolimitanæ religionis beneficia detenta à clericis ſecularibus per 40. annos non requiſitis habitum d. religionis aſſumere, ſi poſtea requirantur ſtatum non mutarunt ibi nu. 6. & ſeqq.
hyeroſolimitanæ religionis beneficia ſufficit eſſe ad collationem d. religionis, ut gaudeant priuilegijs ipſius ibi nu. 85.
hyeroſolemitanæ religionis beneficia & iura non preſcribuntur ſpatio longiſsimi temporis ibi nu. 80. & ſeq.
hyeroſolomitanæ religionis beneficia poßidẽtes, uel Sãti Sepulchri preſumendum eſt aſſumpſiſſe habitum religionis Hyeroſolimitanæ conſ. 43. nu. 69.
hyeroſolimitanæ religionis eccleſia aliqua eſſe dicitur quando clericus, qui illam habuit multis annis habitum hyeroſolomitanum geſtauit conſ. 44. nu. 10
hyeroſolimitanæ religionis eſt eccleſia Sante Crucis Peruſia ſepius collata per cõmendatarios cõſ. 44. nu. 41.
HYPPOteca tribuit Ius in re, & poſſeßionem apprehẽdendi, & retinendi conſ. 58. nu. 9.
IACTAre ſuum nemo preſumitur conſ. 78. nu. 58.
IAS. error in conſ. 187. col. pen. reprehenditur conſ. 71. nu. 39.
IDEOq; uerbum denotat cauſam finalem conſ. 7. nu. 8. uerum ſi aliqua cauſa precedit ibi nu. 40.
IDONEum ad eccleſiam Epiſcopus iudicare nõ poteſt, niſi ex examine, & aſpectu conſ. 84. nu. 4.
IESVatæ priuilegio fori gaudent conſ. 26. nu. 61.
IGNEI memoria dãnatur quia inuehit contra canoniſtas detrahendo iuramento conſ. 3. nu. 12.
IGNOrans ratificare non dicitur conſ. 1. nu. 93.
ignoranti delictum non aſcribitur conſ. 86. nu. 34.
ignorantia de iure ſibi competenti in fœmina preſumitur conſ. 12. nu. 76.
ignorantia ſtatuti alieni preſumitur etiam in Principe conſ. 9. nu. 60.
ignorantia iuris excuſat ubi dolus requiritur conſ. 60. nu. 40.
ignorantia hæredis eum non excuſat, quando ceſſatio ipſius tendit ad implementum facti auctoris conſ. 95. nu. 9. & 42.
idẽ in eo, quod defunctus facere poterat, & ceſſatio hæredis non impedit quin ſequatur quod a defuncto erat ordinatum ibi nu. 10. & 44.

ingno-

ignorantia reo non actori prodeſt ibi nu. 15. contra ibi nu. 47. 48. 49. & 50.
ignorantia hæredis an eum excuſet, cum agitur de lucro captando ibi nu. 12. 45. & 46.
ILLAtio non ſit ex diuerſis conſ. 42. nu. 1. conſ. 47. nu. 22. conſ. 63. nu. 49. conſ. 68. nu. 46. conſ. 88. nu. 31. conſ. 95. nu. 36. & conſ. 100. nu. 35.
IMITAtione digniora ſūt excellentiora conſ. 76. nu. 121.
IMMOBIlių appellatione an ueniant quæ debentur ex immobilibus conſ. 100. nu. 3. 38. & 40.
immobilibus aſcribuntur quæ perpetua ſunt ibi nu. 2.
IMMVNItas non ſoluēdi onera preſcribitur 40. annis modo titulus allegetur conſ. 92. nu. 26. & 27.
immunitatis nō ſoluēdi oneris pſcriptio an incipiat currere à die interpellationis conſ. 92. nu. 28. 29. & 37.
immunitas rei concessa cum re ipſa in quemcunq; tranſit ſiue titulo uniuerſali, ſiue titulo particulari ſuccedit conſ. 92. nu. 1. & 2.
immunitas concessa generi perſonarum, domui, uel familiæ, omnibus de illa domo, uel familia competit ibi nu. 3.
immunitas concessa perſonæ cū perſona extinguitur conſ. 92. nu. 4. fallit ut ibi nu. 39.
immunitas concessa ſimpliciter in dubio cenſetur perſonalis conſ. 92. nu. 6. fallit ſi coniecturis, & mente aliud appareat ibi nu. 42. & 45.
immunitas concessa ad inſtar alterius talis cenſetur, qualis erat illa prima ibi nu. 18. & 19.
immunitas in dubio cenſetur data ſecundum uſum ſubſequentem conſ. 92. nu. 24. 43. & 52. nec requiritur quod ſit preſcriptus uſus ibi nu. 25.
IMPErator eſt dominus totius mundi conſ. 1. nu. 62. & quomodo hoc intelligatur ibi nu. 63. 66. 67. 68. & 69.
imperatores quandoque loquti ſunt groſſo modo conſ. 46. nu. 16.
IMPOSSIbilitas excuſat à pœna conſ. 86. nu. 44.
INCERTItudo orationis indefinitæ quomodo tollatur per relationem ad unum tantum, uel ex coniecturis conſ. 59. nu. 4. 5. & per totum.
INCLVſio aliquorum ad ſucceſſionem per ſtatutum excluſiuum fœminarum eſt aliorum excluſio conſ. 83. nu. 48.
incluſio unius eſt excluſio alterius conſ. 57. nu. 85. conſ. 78. nu. 11. fallit ut ibi nu. 62. & conſ. 97. nu. 35. & 36.
INDEFInita æquipollet uniuerſali conſ. 62. nu. 35. & 36. & conſ. 85. nu. 14.
INDIcia non ſufficiunt ad tractatum ſi deeſt uerisimilitudo conſ. 76. nu. 168.
indicia an ſint ſufficientia nec ne iudicantur arbitrio Iudicis conſ. 27. nu. 13. & quomodo iudex hoc arbitriū regulare debeat ibi nu. 67. 68. 69. & 70. conſ. 63. nu. 14. 76. 77. & 78.
indicia ut ſint ſufficientia ad torturam debent eſſe certa, probabilia, uerisimilia, grauiora & luce meridiana clariora conſ. 27. nu. 14. conſ. 63. nu. 79. 80. 81. 82. & conſ. 76. nu. 17. 18. & 19.
indicia ad torturam ex quibus reſultent, ut ex inimicitijs ex alia quæſtione, ex fama, ex aſſertione mandatarij, & mendacio, late conſ. 27. per totum.
indicia ſufficientia ut ſint, ſola confeſſio rei deeſſe debet conſ. 63. nu. 85. & conſ. 76. nu. 122.
indicium non certum, probabile, uerisimile, &c. dicitur potius preſumptio leuis, & indicium non repugnans, quod non ſufficit ad torturā conſ. 27. nu. 18. & conſ. 63. nu. 84. & conſ. 76. nu. 22. & 23.
indicium purgatur, & eliditur aliā præſumptione conſ. 27. nu. 24.
indicium quodlibet remotum probandum eſt duobus teſtibus conſ. 27. nu. 35. & conſ. 63. nu. 13.
indicium purgatur per ſpontaneam comparitionem conſ. 63. nu. 92.
indiciū tractatus ſumi nō poteſt cōtra eum, qui non apparet ſciuiſſe, aut prohibere illud potuiſſe conſ. 76. nu. 25.
indicium unicum remotum à facto nō ſufficit ad torquendum ibi nu. 28.
indicium tractatus eſt contra illos, qui arma, equoſq; preparaunt, uel aſtiterunt armati, uel alia ſimilia fecerunt ibi nu. 39.
INAEQVAlitas bellorū, diſcordiarumque mater eſt conſ. 62. nu. 47. & conſ. 87. nu. 18.
INFAmia rei non probatur per inquiſitionē, dicentem fama publica precedente &c. conſ. 27. nu. 40. nec per teſtes dicētes nō recordari à quo audiuerint ibi nu. 41.
infamiam non incurrit ignorans conſ. 90. nu. 117.
INFErior nō habet authoritatē in ſuperiorem cōſ. 30. nu. 33.
INNIbendi facultas dari ſolet cū omnibus conditionibus conſ. 75. nu. 80.
inhibere iudex eccleſiaſticus ſeculari non poteſt ſuper uſuraria cauſa uolens procedere, niſi faciat citare uſurarium ibi nu. 75.
inhibitio rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſecundū ſtilū Vrbis timēda eſt conſ. 75. nu. 11. & quomodo procedat ibi nu. 12. 13. 60. 61. 63. 64. 68. 81. 82. & ſeqq.
inhibitio non tam facile conceditur in poſſeſſorio, quam alias ibi nu. 54.
inhibitio habet clauſulam tacitam ſi preces ueritate nitātur conſ. 75. nu. 58. fallit in rotali ut ibi nu. 59.
inhibitio producit ſemper attentata, & quomodo procedat ibi nu. 65.
inhibitio non canonica non impedit executionem, nec geſta poſt eam dicuntur attentata conſ. 75. nu. 68.
inhibitio canonica ut ſit multa requiruntur conſ. 75. nu. 69. & quæ illa ſint ibi nu. 70. 71. 72. 73. 74. & 77.
inhibitio à iudice fieri non poteſt, niſi coram eo pendeat lis preiudicialis liti proqua inhibet ibi nu. 26.
INIMIcitiæ capitales an faciant indicium ad torturā conſ. 27. nu. 2. 3. 6. 19. 20. 21. 27. & 32. conſ. 63. nu. 7. 51. & 52. & conſ. 76. nu. 1. 4. & 27. & quomodo procedat ibi nu. 30. uſq; ad. 77.
inimicitiæ per fideiuſſionem de non offendendo cenſentur remiſſæ conſ. 27. nu. 22. etiam confitendo peccata ſua ſacerdoti & ſacram Euchariſtiam accipiendo ibi nu. 23. & 27.
inimicitiæ capitales eſſe uidētur inter quos lis eſt uniuerſorum uel maioris partis bonorum conſ. 76. nu. 1. uel lis criminalis uel alia grauis, ibi nu. 2. & 3.
inimicitiæ tractatum non arguunt ſi de eo nihil conſtat ibi nu. 41.
INIVRIA facta in faciem, maxime cum cicatrice dicitur atrox. conſ. 27. nu. 1.
iniuria uni facta cenſetur facta omnibus agnatis conſ. 63. nu. 40.
iniuriam propulſare licitum eſt conſ. 90. nu. 123.
iniuriarum remiſſio in dubio dicitur perpetua conſ. 27. nu. 39.

iniuriarum remiſsio duobus modis fit, uno palam actu extrinſeco, alio uero ſecrete, puta confeſſione & ſimilibus ibi nu. 10.
iniuria facta uno, cenſentur etiam facta ſocio cõſ. 63. nu. 5. & quomodo procedat ibi nu. 6.
INNOcentia probatur coniecturis, præſumptionibus, & alijs minus idoneis probationibus conſ. 31. nu. 70.
innocens præſumitur qui nõ aufugit poſt delictũ aliquod patratum conſ. 63. nu. 91.
INOBEdiens medico præſumitur aliter debilitatus, q̃ ex uulnere conſ. 64. nu. 22. 34. & 65.
INQVIſitio quod dominus deliquerit mandato ſerui caſſata fuit ut inuerisimilis conſ. 66. nu. 38.
inquiri de mandato, auxilio, uel tractatu non poteſt ubi ſaltẽ in genere non conſtat conſ. 66. nu. 26.
inquiri de delicto ut poſſit, debet conſtare de corpore conſ. 76. nu. 42.
INSINVatio non uidetur requiri in pacto de donando conſ. 7. nu. 17.
inſinuatio aſſertione notarij facta non probatur conſ. 7. nu. 27. & conſ. 8. nu. 34.
inſinuatio dicitur denunciatio publice facta apud acta. conſ. 7. nu. 28.
inſinuatio non poteſt fieri, niſi requirente, uolente, ſeu conſentiente donatore conſ. 7. nu. 41. & conſ. 8. nu. 26.
inſinuatio requirit ſcripturam conſ. 8. nu. 18.
inſinuatio nihil aliud eſt, quam regiſtratio, & deſcriptio coram iudice ibi nu. 19.
inſinuatio teſtamenti ex ſtatuto Peruſino requiſita, uide infra teſtamentum non inſinuatum.
inſinuatio in donatione ultra 500. ſolidos quando requiratur, uide ſupra donatio.
inſinuatio in contractu mulieris, & minoris requiritur pro forma ſecundum conſtitutionem Marchiæ conſ. 88. nu. 41.
inſinuatio cenſetur facta, quando contractus fit coram iudice cõſ. 88. nu. 54. & quomodo procedat ibi nu. 55.
inſinuatio requiritur in remiſſione, ut in donatione ibi nu. 72.
inſinuationis ſolennitati renunciari non poteſt, etiam expreſſe ſecundum communem conſ. 8. nu. 51. etiam iuramento ibi nu. 52.
INSTANtanea eius ſunt naturæ, ut in ipſis ſimul ſit fieri, & factum eſſe conſ. 28. nu. 14. & cõſ. 63. nu. 18.
INSTANTIA intentati criminis contra aliquem perit biennio conſ. 2. nu. 18. & quomodo hoc procedat ibi nu. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 26.
inſtantia iure ciuili finitur triennio conſ. 75. nu. 1. & quomodo procedat ibi nu. 14. 15. & 16.
INSTITVTIO hæredis intelligitur fieri in bonis teſtatoris conſ. 36. nu. 10.
INSTITVO uerbum proprie refertur ad relictum hæreditatis conſ. 25. nu. 35. Idem in uerbo domina ibi nu. 36.
INSTITVTVS non eſt minus dilectus, quam ſubſtitutus conſ. 12. nu. 43. Immo plus ibi nu. 44.
inſtitutus magis eſt honoratus a teſtatore, quam legatarius conſ. 100. nu. 53. & 54.
INSTRVmenta, & teſtes parem uim habent conſ. 55. nu. 43.
inſtrumenti extenſio dum fit requirit citationem partis conſ. 51. nu. 21.
inſtrumenti non completi extenſi ab eodem notario per ſe ipſum fieri poteſt conſ. 51. nu. 3. 15. 16. & ſeqq. per totum.
inſtrumenti dubitatio ſi adſit, ad protocollum recurritur ibi nu. 10.
inſtrumenti extenſio non ualidatur uigore decreti ex mãdato Principis non ſeruata forma mandati ibi nu. 33
inſtrumenti abbreuiaturis ſtandum non eſt, ſi in publica forma, & ſubſcriptum non ſit conſ. 51. nu. 13.
inſtrumentum factum per præsbyterum ualet, uide infra præsbyter.
inſtrumentum factum per eum, qui publicé pro notario habetur ualet conſ. 25. nu. 10. maxime ſi inſtrumentũ publicatum eſt ab illo tanquam tabellione ibi nu. 11.
inſtrumentum dicitur probatio probata, ac euidentiſſima & pleniſsima conſ. 51. nu. 1. 2. fallit, ut ibi nu. 25. & conſ. 72. nu. 34. & 35.
inſtrumentum in protocollo non repertum præſumitur falſum conſ. 51. nu. 9.
inſtrumentum in protocollo diſcriptum deficiẽs in aliquo ſubſtantiali non ualet ibi nu. 11.
inſtrumentum dũ in publica forma redigitur, nihil in eo addi & diminui poteſt. ibi nu. 12.
inſtrumentum ſcribi, ſeu tranſcribi a quibus debeat, uide infra notarius.
INTELlectus Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. tráſ. conſ. 3. nu. 7. 8. 9. 10. 11. & conſ. 16. nu. 63.
intellectus auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falc. conſ. 33. nu. 153.
intellectus Auth. res quæ C. comm. de fideic. cõſ. 54. nu. 5. 6. 7. 23. 25. 26. & 27.
intellectus Auth. licet C. de natu. lib. conſ. 57. nu. 91.
intellectus Auth. item ſi quis C. de natu. lib. conſ. 15. nu. 15. & ſeq.
intellectus Auth. ut lic. mat. & auiæ in §. item hoc cõſ. 15. nu. 15. & per totum.
intellectus Auth. quib. mo. nat. effi. legi. in §. ſi quis ergo. conſ. 53. nu. 42. 43. & 44.
intellectus Auth. quib. mod. nat. effi. ſui in §. & quoniá uarie conſ. 57. nu. 84. uſq; ad. 90.
intellectus Auth. ut matri & auiæ, ut extendatur ad proauiam conſ. 74. nu. 40.
intellectus Auth. quib. mo. nat. effi. ſui in §. liceat igitur & §. natura tralitus per Octa. Cacha. decis. 119. damnatur conſ. 53. nu. 45.
intellectus adictionis ad ſtatutum Peruſinum lib. 3. rub. 72. conſ. 46. nu. 13. & 23.
intellectus cle. exiui §. cumq; annui de uer. ſig. conſ. 100. nu. 29. & ſeqq. maxime 34.
intellectus c. contra Chriſtianos de hæret. in 6. conſ. 83. nu. 36.
intellectus c. quamuis de pact. lib. 6. conſ. 12. nu. 68. & conſ. 29. nu. 21. 42. 43. & 49.
intellectus c. 1. de offi. de le. conſ. 31. nu. 45.
intellectus l. annua §. attitia. ff. de annu. lega. conſ. 17. nu. 16. & ſeqq.
intellectus benignior eſt per quem minus obligatur conſ. 38. nu. 51.
intellectus conſtit. Marchiæ Anconitanæ lib. 4. cap. 18. de pœn. ſine lege. ſoluen. de delic. fili. conſ. 45. nu. 42. 43. 44. 45. & 46. ubi an recepta ſit in ciuitate Peruſina.
intellectus l. credendum §. ſi uero maritus. ff. qui pet. tut. cõſ. 5. nu. 61.
intellectus l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2. con. 81. nu. 66.

intellectus

intellectus l.cum ei ſtanerat.ci ſeq.C.de his qui in teſt.dele. conſ.59.nu.23.
intellectus l.1.C.de iuris omn.iud.cōſ.31.nu.51.& ſeq.
intellectus l.iubemus.C.ad trebell.in uers. dodrans. conſ. 33.nu.50.77.& 119. & in uers.dū prohibet extenſionē & dū loquitur in princ.de extraneo conſ. 34. nu. 10.& 14.
intellectus l.iubemus C.ad.trebel. in illis uerbis omnibus modis quartam retineri conſ.35.nu. 15.
intellectus l.iubemus dum prohibet fructuum imputationem conſ.38.nu.48.49.
intellectus l.ſi ut allegas C.ad leg.falc.ut loquatur etiā de trebellianica.conſ.33.nu.131.
intellectus l. Marcellus, & l.praceden.ff.ad trebel.conſ. 36.nu.17.& 18.
intellectus l.ſed & ſi rium.ff.fin.regund.conſ.41.nu.16
intellectus l ob æs.C.de pred.mino.conſ.45.nu.14.
intellectus l.1.§.ex incendio.ff.de incen.rui.& nauf.cōſ. 45.nu. 24.
intellectus Motus proprij Pij.iiij.ibi nu.3.& ſeqq. uſq; ad 41.
intellectus l.1.ff.de ſui.& legit. conſ.5 nu. 55.& ſeqq.
intellectus l.inteſtatus.ff.de uer.ſigni.ibi nu.59.
intellectus l.in teſtamento.C.de mili.teſta.ibi nu.62.
intellectus l.ſitia.§.fin.ff.de leg.2.conſ.10.nu.36.& 37.
intellectus l.omne delictum.ff.de re.mili.conſ.22.nu.51.
intellectus l.deſertorem .§. ſi preſidis, & §. ſi communicatum.ff.de re mili.conſ.13.nu.8.& 15.
intellectus l.2.C.de deſert.lib.12.conſ.23.nu.22.
intellectus l.1.C.de his qui ante aper.tab.conſ.25.nu.75.
intellectus l. quod ſemel de decre. abordi.fac.conſ.25. nu.21.
intellectus l.1.C.de precea.& ſal.interd.conſ.65.nu.8.24 36.37.59.& ſeqq.
intellectus l.ſed & ſi quis .§.illud .ff. ſi quis caut.conſ. 68.nu.41.& ſeq.u, q;in fi. conſilii maxime nu.45.
intellectus l. ſi dictum .§.fin.ff.de euict. conſ. 10. nu.11. uſq;ad 16.
intellectus l.ſi cōmis ſeruus de ſtipul.ſeruo cōſ.94.n.39.
intellectus l.quæſitum.§.ſi quis fundum.ff.de fund.inſtru. conſ.100.nu.44.
intellectus.§.1.inſti.de lega. & illius emendatio conſ.36 nu.17.& 18.
intellectus Priuilegii Nic.iiij.dicentis fratres tertij ordinis e ſeculo egredi, & religionem ingredi,conſ.26. nu.41.42.& 43.
intellectus tit.ne quis eum q in ius uoc.eſt ui exi.conſ.31 nu.38.40.& 41.
intellectus tit.ff.de migran.conſ.65.nu.7.
intellectus hominis benignus eſſe debet conſ.76.nu.54.
intellectus rub.& l.ult.C.de eo qui ſibi mor.conſci.conſ. 18.nu.55.
intellectus rub.& plurium legum.C.de his qui ſibi aſcri. conſ.18.d.nu. 55.
intellectus Egidianæ conſtit.lib.6. cap. 2. conſtitutionū Marchiæ cōſ.71.nu.27.28.& 29.& conſ. 72.nu.16. 17.18.41.& ſeq.
INTENtio Principis diſponentis cognoſcitur ex præmio conſ.14.nu.28. Ac enixa uoluntas & cauſa finalis ibi nu.29.item in ſtatutis ibi nu.30.
INTERdicti quorum legatorum uera ratio introducti ua conſ.55.nu.22.
interdicto retinendæ is uincere debet,qui prior & antiquior poſſeſſor eſt conſ.71.nu.45.
interdictum quorum legatorum non datur ei qui falcidiam detrahere non poteſt.conſ.55.nu.19.
interdictum quorum legatorum ceſſat,ubi legatum defalcabile non eſt conſ. 55.nu.22. & 2 .etiam ſi hæres priuatur falcidia ob non confectionem inuentarij ibi nu.24.& 25.
interdictum ſaluianum non datur quando in inſtrumento ad eſt clauſula conſtituti conſ.89.nu.31.
interdictum ſaluianum eſt adipiſcendæ ibi nu.52.
interdictum recuperandæ uide infra remediū recuperādæ.
interdictum retinendæ, uide infra remedium retinendæ
interdictum ſaluianum, uide infra in uer.ſaluianum.
INTEreſſe diffinitio per Bereng.dānatur cōſ.50.nu.53.
intereſſe alicuius non poteſt conſiderari quod accidit tempore quo non eſt futurus dominus conſ.74.nu. 25.
INTERPREtatio benignior dicitur per quam quis minus obligatur conſ.35.nu.91.
interpretatio uſu recepta ſeruanda eſt ibi nu.103.
interpretatio illa ſumenda non eſt per quam lex illuditur conſ.35.nu.80 & conſ. 38.nu.47.
interpretatio ſit cōtra fundantē ſe in uerbis cōſ.49.nu.6.
interpretatio uera, & non ficta ſit in ſtr.ſtr. intelligendis conſ.49.nu.15.
interpretatio in pœnalibus,& odioſis ſtricte facienda eſt conſ.86.nu.49.
interpretatio ſemper ſit ad bonum quando actus eſt indifferens ibi.nu.53.
interpretatio plenior ſit in ultimis uoluntatibus conſ. 88.nu.121.
interpretatio ad fauorem hæredis fauorabilior eſt, quam legatarij conſ.100.nu.19.
interpretationem qualibet diſpoſitio recipit a conſuetudine conſ.78.nu.88.
INTEStati appellatione an ueniat inteſtabilis,ut pupillus, latiſſime de communi & uerιore conſ.5.per totum.maxime in ſtatutis.
INTImatio poteſt fieri de nocte conſ.48.nu. 34.
INVENtarij omiſſio dat cauſam ſuſpetionis in tutore ut tanquam ſuſpectus remoueri poſſit cōnſ.19.nu.15.
INVERiſimile falſitatis imago eſt conſ.66.nu.37.
inueriſimile continere non debet aliqua diſpoſitio etiam generalis conſ.66.nu.39.
IOAN.Bologne.conſ.12.declaratur & inquibuſdam damnatur.conſ.26.nu.65.
IO. de Sel. de beneſ. par. 3. q. 47. damnatur conſ. 48. nu.59.
IOSEPH.Lud.decis.Perus. 45.nu.7.& ſeq.damnatur conſ.89.nu.11.
IVDEX habens liberum arbitrium poteſt inſtantiam prorogare.conſ.2. nu.26.niſi quando iam prorogata eſt ibi nu.27.
iudex eccleſiaſticus inhibere poteſt ſeculari qui cogere uellet ad pœnam ſtatutariam ſoluendam per eum qui matrimonium contraxit contra formam ſtatuti. conſ.18.nu.27.
iudex cui commiſſum eſt aliquid explicandum cum cauſæ cognitione, actum nullū facit ſi procedit ſine cauſæ cognitione conſ.29.nu.66.
iudex iuriſdictionem ſuam tueri poteſt, de facto, & de Iure, etiā criminaliter puniendo.conſ.31.nu.5.& 6.
iudex quilibet incompetens poteſt fieri competens prorogatione conſ.31.nu.50.51.52.& 53.
iudex in competens quis dicatur ib. nu.48.
iudex uetitus quis dicatur ibi nu.47.

index

iudex debet pedetentim incedere in ultimis uoluntatibus & mentē ſcrutari, ſicut uenator leporē cōſ. 66. nu. 27.
iudex demittens reum e carceribus, poſtea requirens fideiuſſores, ut repſententur, uidetur feciſſe cauſa uexandi fideiuſſores conſ. 67. nu. 18. & conſ. 68. nu. 28. & 26.
iudex expendere debet rationes & auctoritates propter ſe ipſas, non ex proferentis auctoritate cōſ. 88. nu. 143.
iudex nimis feſtinās ad ſententiā dānatur conſ. 89. nu. 63.
IVDICI dicenti executionē factā nō creditur ibi nu. 24.
iudicis acceſſus ad locum in his, quæ oculis ſubijciuntur diſcordias teſtium dirimit conſ. 41. nu. 22.
iudicis arbitrium debet eſſe regulatum, & Iuri, & æquitati conſonum, non ex ſuo ceruice conſ. 76. nu. 17. 118. 119. & 120.
iudicis arbitrio aliqd relinquere, periculoſū ibi nu. 123.
IVDICIVM in ſe ſuſcipiens nō dicitur diſcedere á cōtractu antea celebrato conſ. 73. nu. 23.
Iul. clar. §. fin. q. 21. uerſ. inimicitia in fi. declaratur conſ. 76. nu. 45.
IVRAMENTū facit minorē eſſe maiorē, & actum minoris irretractabilem conſ. 3. nu. 6. & conſ. 29. nu. 13. etiā in donatione ibi nu. 4. etiā in impubere doli capace ibi nu. 18. contra uerius ibi nu. 19. quid ſtante læſioni enormiſſima ibi nu. 34. & 17.
iuramentum ut firmet actum iure ciuili nullum requirere uidetur tactū Euangeliorum conſ. 3. nu. 33. contra uerius ibi nu. 34. etiam quod iuramentum requiratur pro ſolemnitate ibi nu. 35.
iuramentū etiā ſi non firmet cōtractū, tamen ſeruandū eſt quando poteſt ſine interitu ſalutis eternæ cōſ. 3. nu. 17. etiā quod ſit obtenta abſolutio á iuramento ibi nu. 18.
iuramentum non ſupplet plures defectus conſ. 3. nu. 36. & conſ. 63. nu. 78. contra d. conſ. 3. nu. 37. retenta prima opinione, ea quomodo procedat ibi nu. 38. 39. & 40
iuramentum an tollatur per legem ciuilem, maxime ſi præſumit contractū ſimulatū conſ. 3. nu. 28. 29. & 30.
iuramentum ſeruandum eſt in foro laycorū contra Goz. & alios ibi nu. 31.
iuramentum non tollitur per confirmationem in forma cōmuni ibi nu. 32.
iuramentū minoris iurātis ſe maiorē uide. ĩ. minor iurans
iuramentum nō extenditur ad incogitata conſ. 7. nu. 61 & conſ. 29. nu. 59. & conſ. 12. nu. 77.
iuramentum ſupletiuum ut deferatur plura requiruntur remiſſiue conſ. 8. nu. 53. 54. & 55.
iuramentum ſupletiuum non defertur hæredi ignoranti factum defuncti conſ. 8. nu. 56.
Nec ei qui actui non interfuit licet per famam audiuit ibi nu. 57.
Nec ei qui uiſus eſt probare per plures teſtes ibi nu. 61. & 62.
iuramentum affectionis, ſiue in litem non datur ignoranti ualorem rei conſ. 8. nu. 58.
iuramentū nō operatur ſuū effectū, ubi lex præſumit dolū ſimulationē, uel fraudē cōſ. 12. nu. 79. & cōſ. 26. nu. 61.
iuramentum non debet eſſe uinculum inquietatis conſ. 12. nu. 64. immo debet habere tres comites ueritatem, iudiciū, & iuſtitiam ibi nu. 65. & cōſ. 29. nu. 44. & 45.
iuramenti abſolutio circa renunciationem factam quando proſit uide ſupra abſolutio
iuramentum non eſt obligatorium ubi conſenſus deficit conſ. 12. nu. 77.
iuramentum facit ualere actum quo meliori modo poteſt conſ. 16. nu. 30.
iuramentum non obſtat uolenti uenire pro recuperatione bonorum eccleſiaſticorum conſ. 24. nu. 13. & quomodo procedat ibi nu. 14. 16. 17. & 18.
iuramentum ſubſtinet actum etiam quod mulieri de ſuo beneficio non ſit certiorata conſ. 29. nu. 12. contra ibi nu. 70. quod ſtante decreto ibi nu. 9. & ſtante clauſula omni meliori modo ibi nu. 10.
iuramenti probatio uide inf. probatio per iuramentum.
iuramento probari poſſunt conſiſtentia in animo conſ. 73. nu. 24. & 30.
iuramentum ſuppletiuum defertur etiam actori conſ. 87. nu. 26. & 27.
iuramentum ſuppletiuum defertur quandocunq; etiam poſt concluſionem conſ. 87. nu. 29. & ſufficit ut ſit reſeruatum tempore congruo ibi nu. 31.
iuramentum quando ſuppleat inſinuationis defectū cōſ. 88. nu. 56. & 57.
IVRISdictio turbatur pluribus modis, de quibus late, & ſigillatim conſ. 31. nu. 18. uſq; ad nu. 35.
iuriſdictio cōceſſa Epiſcopo per imperatorē in temporalibus, an ſit exēpta ab imperatore cōſ. 30. nu. 10. 15. 16.
iuriſdictio delegata ſub nomine dignitatis quādo expiret deſinēte illo eſſe in illa dignitate cōſ. 77. n. 2. 17. & 19.
iuribus negatiuis quomodo præſcribatur conſ. 92. nu. 32. & 33. & ſeq.
iuris ordo peruerti non poteſt etiam a legato á latere conſ. 89. nu. 20.
ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali quando de hæreditate non agitur cōſ. 33. nu. 66. & conſ. 35. nu. 7.
ius accreſcendi locum habet in legitima, & eius ſupplemēto ſecundum magis communem conſ. 33. nu. 68. & quomodo intelligatur ibi nu. 69. & cōſ. 35. nu. 8. & 9.
ius accreſcendi an prohiberi poſſit ad hoc ut teſtator remaneat pro parte inteſtatus ardua quæſtio cōſ. 88. nu. 29. & uno caſu ualet ut ibi nu. 30.
ius ad rem debilius eſt quā ius in re cōſ. 41. nu. 80. & 81
ius commune obſeruandum, ſi non oſtenditur correctio ipſius conſ. 5. nu. 22.
ius cōmune ſpecificat quādoq; coniecturas ad præſumendū dolum conſ. 12. nu. 19. ita etiam ſtatutum ibi nu. 20.
ius deliberandi hæres ignorans non tranſmittit conſ. 25. nu. 95. & ſeq.
ius deliberandi habet tempus unius anni, qui incipit currere á dieſcientia ibi nu. 97. & currit reſiduum temporis hæredi hæredis ignoranti ibi nu. 98.
ius detrahendi duas quartas an tranſmittatur ad hæredes conſ. 33. nu. 18. & conſ. 38. nu. 18.
ius diuinum multis modis dicitur conſ. 53. nu. 51.
ius naturæ ab humano quomodo diſtinguatur conſ. 53. nu. 46. & quomodo ius naturæ proprie capiatur ibi nu. 47. & 48.
ius non decreſcendi habet locum in feudis Vicariatu, & ſimilibus conſ. 1. nu. 31. & 55. fallit ut ibi nu. 32.
ius patronatus ſeu ius præſentandi habentes an poſſint pſentare ſe ipſos per procuratorem, uel aliquem ex patruis conſ. 84. nu. 11. ſeqq. & per totum
ius publicum priuato præfertur conſ. 33. nu. 141.
ius ſcriptū eſt uigilātibus & nō dormientib⁹ cōſ. 89. n. 6.
LAPIS non eſt iuſtus, dici poteſt, licet nō poſſit proprie dici iniuſtus conſ. 5. nu. 20. & 44.
LAVDVM acceptatione tranſit in contractum cōſ. 1. nu. 41. & 42. & conſ. 32. nu. 20.
laudum nullum conſenſu partium approbatum tenet

nim pacti ibi nu.25.
laudum preſumitur latum iuſte conſ.1 nu.23.fallit ibi nu 56.57.58.& 59.
laudum ad validitatem requirit cauſę cognitionem ibi nu 49.etiam iure diuino ibi nu.50.
laudum precipitanter ſine cauſę cognitione latum eſt nullum ibi nu.51.52 & 53.
laudum latum tam breui ſpatio temporis ut acta non potuerint conſiderari,eſt nullum conſ.12.nu.14.
laudum continens enormiſsimam leſionem ſupponitur reductioni ad arbitrium boni uiri conſ.12.nu 71.nec cautela uliqua id euitari poteſt d.nu 71.& conſ.29.nu 54 & tali caſu non eſt neceſſaria abſolutio a iuramento d.conſ.12.nu.86.
LEDI non dicitur mulier faciens quod conſuetum eſt cõſ. 3 nu. 64.
LEGAtarius qñ poſsit capere auctoritate ꝑpria legatũ ī multis caſib.cõſ.55.n.11.15.16 17.18.28 21.26.& 27
legatarius propria auctoritate capiens poſſeſſionem ſuum ius ammittit conſ.71.nu.74.fallit pluribus modis ibi nu 48 & ſeqq.
legatarius occupans rem legatam propria aucto ritate amittit legatũ conſ.100 nu 24.& 62 etiam uſufructũ ibi nu. 26. fallit quibuſdã caſibus ibi nu. 25.26 & 28.
LEGANS centum quod ſibi debet A. & B. ſi illi non debent legatum non ualet conſ 94 nu 24.& 27.
LEGARI a ſemet ipſo non poteſt conſ.88.nu.13.
LEGATA olim quatuor modis fiebant conſ. 16 nu. 12. hodie quibuſcunque uerbis fiunt ibi nu.15.& 24.
legata ſoluenda ſunt ſtatim poſt mortem teſtatoris conſ. 36. nu. 19.
legata exequata ſunt fideicommiſsis conſ 62.nu 4.
legata qua non excedunt legitimam, & trebellianicam imputantur filio in legitimam & trebellianicum conſ. 88.nu.9.10.11.& 136.
legata excedentia legitimam & trebellianicam quo ad exceſſũ ueniunt in fideicommiſſi reſtitutione ibi n.12. 13. & 14.
legati cauſa ceſſante ceſſat legatum conſ.62.nu.54.
legati paterni acceptatio facta per filiam non poteſt inferre plusq̃; uolũtas paterna in eo importat cõſ.6 nu 16.
legatis & fideicommiſſis quod minimum eſt ſequimur cõſ. 62. nu 15.
legatum relictum certis heremitis, qui officiabunt in certa eccleſia debetur illis tantum donec ibi celebrabunt, non ultra conſ 17. nu 1.uſq; ad 13 poſtea debetur illis, qui ſuccedunt in eccleſia, & onere ibi nu.14.
legatum factum nominatim certo generi perſonarum.quę in certa eccleſia miniſtrabant,uidetur relictum templo ad uſũ eorũ.q in ea eccleſia miniſtrabũt cõſ.17.nu. 15.
legatum factum alicui etiam expreſſo nomine proprio debetur eccleſię,uel ciuitati ſi appuret de mẽte ibi n.22.
legatum factum filio,uel ſeruo ſub commemoratione patris, uel domini cenſetur relictum principaliter patri uel domino ibi nu.23.
legatum uſusfructus alicui donec uixerit dicitur annuum conſ. 25. nu. 32.
legatum uſuſfructus cedit, uide infra,uſusfructus legatũ
legatum conditionale legatario moriente, remanet apud eius heredes ibi nu.59.
legatum factum alicui quoad uixerit,uidetur factum ne tranſeat ad ſuos haredes conſ.25.nu.56. & quomodo procedat ibi nu.60.& 61.
legatum annuum eſſe poteſt ibi nu.52.
legatum factum ad onus hereditarium tranſit in fideicõmiſſarium,& fideicommiſſum diminuit conſ.36. nu. 1. 2. 10.& per totum.
legatum in quo dictum eſt quod debet ſolui ab harede, an ſit relictum ad onus hæreditarium,uel q heres de ſuo ſoluere debeat conſ.36.nu.4.5 ſeqq.& per tot.
legatum in unum caſum factum,non extenditur ad alium conſ 62.nu 4.& 5.
legatum,& fideicommiſſum in dubio pronunciari debet nõ iniunctum conſ.62.nu.6.fallit ut ibi nu.38.39. & 40.
legatum factum ex cauſa ſi legatarius conſequi uelit tenetur cauſam adimplere conſ 93 nu.32.& 53.
legatũ petẽs dicit acceptare cũ ſuo onere ibi nu. 17& 19
legatum uxori cum onere,ut dotem non repetat, dicitur legatum optionis iſtius,uel illius cõſ 93.nu.22.& 23.
legatum optionis in quo electio trahit ſecum executionẽ non admittit uariationem ibi nu.23.
legatum uſusfructus omnium & ſingulorum bonorum tã mobilium quam immobilium, an cenſus quoq; annui teſtatoris fructus comprehendat conſ.100 per tot.
legato fundo debetur etiam al us quę teſtator ſecundum uſum ſuum habuit unitum fundo legato cõſ.66 nu 5 5
legatum uniuerſale omnium bonorum cenſum quoq; comprehendit conſ.100.nu.6.fallit ut ibi nu 41.
legatum mobiliũ,& ſuppellectiliũ domus teſtatoris cõplectitur ſuppellectilia etiam extra domum ibi nu.9.
legatum odioſum & ſtricte intelligendum eſt ibi nu 18.
LEGItima infra quatuor filios eſt triens hæreditatis conſ. 6.nu.2. & 11.& ultra quatuor eſt ſemis,etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum reſeruante eis aliquid conſ.35.nu.3.4.& 5.
legitima amittitur conſenſu filij conſ 6.7.
legitima non ammittitur per renunciationem generalem niſi expreſſe de ea dicatur conſ.9.nu 28.& conſ.38 nu. 3.13.& 41 quod declaratur ibi nu.6.7.8.10.11.12.42. 43.& 44 conſ.39.nu.15.& 17.
legitima & trebellianica & ſic duę quartę ſimul non deducuntur, ſed una tantum conſ 11.nu 1.niſi quando hęres grauatus eſt reſtituere ſub conditione.ibi nu.2.3. & 15. & conſ 33. nu. 15. 17. 50.& 51.
legitima quãdo eſt ſemis hereditatis ꝑ ea,& trebellianica ſimul non deducitur, niſi ſemis conſ. 11. nu. 14. contra ſecundum communem & ueriorem ibi nu.9.uſq;ad 15
legitima per filium ſtatim detrahitur mortuo patre, & ueniente conditione trebellianica conſ.33 nu.51.
legitima debetur liberis primi gradus libera abſq; aliquo onere, etiam imputationis fructuum ibi nu.47.
legitima eſt quota bonorum ibi nu.67.
legitima eſt debita de reſiduo hæreditatis,detracta quantitate,quam fœmine excluſa ex forma ſtatutorum pro dote haberent ibi nu.73.
legitima non datur filijs in proprium priuilegium conſ 33. nu.169.ſed ne fructus computentur in trebellianicam, & ne trebellianica prohibeatur ibidem.
legitima non augetur ex augumento rerum paternarum cauſato poſt dotem filię, & mortem patris conſ 34.nu 26 & 27.& conſ 39.nu. 19.& 20.
legitima filiorum dum colligitur quanta ſit non connumeratur preſeruatum a ſtatuto excluſiuo fœminarum,& pro dote eis traditum, ſed ut æs alienum prius detrahitur conſ.33.nu.72.& conſ.35.nu.12.
legitima debetur filijs iure natura.conſ.38.nu.1.
legitima non recipit conditionem,neq; onus.ibi nu. 2.conſ. 39.nu.16.& conſ.98.nu.14.

legitime

legitima fi'ius priuari nõ poteſt, niſi ex cauſis iure exp̃ſſis cõſ.38.nu.3.& 36.& 37.& ex cõſenſu fi'ij ibi nu.4.
legitima filiorum aucta per Auth.de trien.& ſemis.nõ procedit in arrogato conſ.49.nu.9.
legitima debetur nepoti in bonis aui ex propia ſua perſona mortuo patre in uita aui conſ.98.nu.4.
legitimam pater uiuens fi'io aßignare non tenetur conſ. 69.nu.8.& 9.niſi ſtante ſtatuto, uel decreto, ibi nu.2. 3.4.5.& 10.
LEGItimæ ad dotem ualet argumentum conſ.9.nu.29.
legitimæ loco dos ſuccedit ibi nu.30.
legitimæ, & trebellianicæ deductio & ſic duarum quartarum ſimul introducta eſt iure canonico cõtra ius ciuile conſ.11 nu.8.contra nu.22.
legitimæ ſupplementum peti poteſt per dotatam a fratribus, ſecus ſi per patrem conſ.29.nu.5.& 6.
legitimam pater uiuens an teneatur ſoluere p̃ fi'io condẽnato, uide infra pater uiuens.
legitimæ portio debita fœminis excluſis per ſtatutum p̃pter maſculos debetur maſculis per obſtaculi remotionem conſ.33.nu.70.& conſ.35.nu.9.10.& 11.
legitimæ probibitio nõ officit, quando ſit fauore eius, cui probibetur conſ.38.nu.38.
legitimæ ſupplemento renunciari poteſt propria auctoritate conſ.39.nu.7.
legitimæ ſupplemento renunciat acceptans relictum dotis conſ.39.nu.8.& 14.
LEGITiMANdi facultas nõ competit iure magiſtratus, ſed reſeruata eſt ſupremo Principi conſ. 57. nu. 32.conceſſa tñ comiti Palatino ibi nu.33.34.& 35
legitimandi facultas data non cenſetur ſtantibus legitimis ibi nu.73.
legitimandi facultas, quam babent Cápegij Bononienſes ampliſſima eſt conſ.57.nu.78.
legitimandi facultate data non intelligitur data facultas diſponendi conſ.53.nu.31.ſecus e contra ibi nu.32.
LEGITImare uolens filium recurrere debet ad Principem, ſi matris copiam babere non poteſt, ut eam deſponſet conſ. 15.nu.37.
legitimare proprie eſt abolere maculam, & defectum natalium, & quod modus ſuccedendi reſtringatur conſ. 53.nu.14.& 23.
legitimari a ſeculari Principe non poteſt natus ex coitu dánato iure diuino ibi nu.40.
legitimari in præiudicium uocatorũ ad. fideicommiſſum nemo poteſt ex Bulla Pij iiij.conſ.52.nu.82. declaratur ibi nu.65.uſq; ad 71.
LEGITIMATIO differt a diſpenſatione cõſ.53.nu.2 t
legitimatio naturalis ſtante legitimo ualet, ſi de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula non obſtante &c. facta eſt conſ.57.nu.2.36.& 37.
legitimatio non citato filio, uel filia legitima, & naturali non ualet conſ.57.nu.3.fallit ex modis ut ibi nu.38 uſq; ad 47.
legitimatio non ualet non facta mentione ſtatuti excluſiui fœminarum ſtante filio legitimo & naturali conſ. 57.nu.4.& 5.declaratur ibi nu.49.50.& 52.
legitimatio ſecunda non facta mentione primæ an ualeat ibi nu.6.57.58.63.& ſeqq.
legitimatio reiterari non poteſt ibi nu.6.60.61.& 62.
legitimatio obreptitia dicitur ſi narratum ſit legitimanti maritum illius, ex qua natus eſt, qui legitimatur abſentẽ fuiſſe tẽpore geſtationis a luei.conſ.52.nu.14
legitimatio ſubreptitia eſt nõ facta mẽtione q̃ legitimãs babebat nepotes ex fratre carnali ibi nu.17.& 60.
legitimatio ſubreptitia eſt non facta mentione bona legitimantis ſuppoſita eſſe fideicommiſſo ibi nu.18.
legitimatio naturaliũ ſimpliciter non requirit cauſæ cognitionem ibi nu.19.61.& 62.
legitimatio an fieri debeat citatis fideicommiſſarijs, & agnatis conſ.52.nu.20.21.63.& 64.
legitimatio per imperatorem & babentes auctoritatem ab eo ualet, & in terris eccleſiæ, & quoad temporalia ibi nu.51.
legitimatio nõ facit aliquem legitimum, ſed remouet nubeculam illegitimitatis, & ea remota legitimus quis apparet ibi nu.56.
legitimatio obreptitia eſt non expoſito legitimanti, illam quæ peperit legitimatum, cum alijs paſſim rem babere conſ.52.nu.15.& 16.
legitimatio reſtitutiua quæ ſit conſ.53.nu.7.
legitimatio diſpenſatiua quæ ſit ibi nu.9.
legitimatio quatuor modis fit ibi nu.10.11.12.& 13.
legitimatio eſt plenaria reſtitutio ad iura naturæ conſ. 53.nu.18.
LEGITIMATVS an ſit proprie filius conſ.6.nu.42. 43.& 65.
legitimatus, ſeu diſpenſatus quomodo dicatur, qui ex dánato coitu natus erat conſ. 52.nu.12.13.& 48.
legitimatus cum clauſula ſine præiudicio uenientium ab inteſtato dicitur ſolum diſpenſatus cõſ.52.nu.11.fallit ut ibi nu.47.& conſ.53.nu.4.
legitimatus a Comite uel alio babente auctoritatem reducendi naturalem primeuæ naturæ, uere legitimus eſt conſ.52.nu.53.
legitimatus excludit ſubſtitutum ibi nu.24.& 25.
ligitimatus non fingitur natus ex matrimonio, ſed tanq̃ natus primæuo iure naturæ ibi nu.49.
legitimatus dicitur filius ſacerdotis, licet uitium ſit in radice matrimonij ibi nu.50.
legitimatus non dicitur ſed diſpenſatus, qui natus eſt ex coniugatis inter quos matrimonium conſiſtere nõ poteſt conſ.53.nu.1.contra ex comuni & ueriore ibi nu 34.35.& ſeq.& conſ.57.nu.45.46.47.& 48.
legitimatus cui obſtat impedimentum iuris canonici, uel diuini nõ dicitur uere legitimus, ſed ficte cõſ.57.nu.10 & á legitimatus ſeu diſpẽſatus ibi n.13.79.80.& 81
legitimatus p̃ reſcriptũ eq̃paraĩ filijs legitimis & naturalibus cõſ.57.nu.16.& babet multa, quæ cõcedũtur legitimis & naturalib. ibi nu.17.18.& ſeq.uſq; ad 33
legitimatus plene una legitimatione per aliam ſubſequutam quo ad ſtatum perſonæ legitimari non poteſt cõſ. 57.nu.68.69.& 70.fallit ut ibi nu.71.& 72.
legitimatus per oblationem curiæ agnaſcitur patri, non autem agnatis ibi nu.77.
LEGITImitatis, & illegitimitatis differentia inducta iure bumano, non diuino conſ.53.nu.41.
LEGITImus iure naturæ quilibet eſt conſ.52.nu.56.
